uitis nigra quæ.126.p
uitriola herba q̃.215.i.299.r.
uitrioli conſid.228.b.& inde
uitrioli ſpẽs altera pro alt.228.c
uitrioli genera & ſpẽs quot.ib.e.
uitriolum cyprinum.ibidem. h
uitriolũ albũ,citrinũ, rubeũ, & ui
uitr.Germanicũ.ib.h (ride.ib.f.
uitriolum melius quod ibidem.i
uitriolũ minerale & facticiũ.ib.h
uitriolum Romanum.ibidem.g
¶ Vlna quid.235.i
¶ Vmbilicus terræ quid.275.e
umb. Veneris qđ.299.q(299.q
humilis rubus, uel humi rubus q
150.& inde.
¶ Vncia qđ, & quot drachmis
unciæ ſignũ.2.i (cõſtat ..h
unctum quid.270.d.f
hundebe quid.111.o
hunen quid.181.e
ungimentum.266.l
unguen quid.ibidem.
unguenta apoſtolorum.274.k
unguenta gratia Dei q̃.ibidem.
unguẽtorũ cõſider.266.c. & ide
unguẽtorũ genera quæ.ibidẽ.g
unguentum ab emplaſtro & cæ-
roto iquo differt.ibidẽ.d. & ide
unguentum alariel.278.q
unguentum albũ quod. 283.b
unguẽtũ albũ ſimplex qđ.283.d
unguentum alpſoricon.286.i
unguentum arabicum.272.e.
unguẽtũ arthanitæ magnũ 274.l
ung.arthanitæ paruum. 277.l
unguentum aureum.282.m
unguentum baſilicon maius,&
minus.280.a
unguentum Cæſareos magnum
& paruum.274.a
unguentum de bdellio.281.g
unguentũ de biaca quid.283.f
ung.de cantharidibus qđ.279.h
unguentũ de ceruſa.282.ſ
ung.de ceruſa ſimplex.283.d.
unguentum de lino.278.n
unguentũ de lithargyro.285.g.
unguentum de melle qđ.ibidẽ.e
unguẽtum de papauere.279.n.
ung.diaphinicõ cõferens.271.a
ung . diaphinicon deſcriptione
arabica.272.e
ung.diaphinicon primũ. & ung.
palmeum primũ idem.271.d
ung ægyptiacũ magnum.285.a
ung.expertum ad ſcabiẽ.301.k
unguentum Philagrii.282.g
unguentum mirabile relatum ad
Nicodemum.273.k
unguentũ Nicodemi aliđ. 273.l
unguentum palmeũ.301.e.
ung.aliud palmeum. ibidem.
unguentum quid. 266.i.
unguentum roſatum. 279.m
unguentum ſyricinum. 283.q.
ung.tripharmacum. 285.e.f.
ung.ualens ſimiliter. 281.o
unguentum uiolatum. 279.n
unguis muris quid.227 g.
ungula caballina quid.312. b
uni medicinæ nõ conuenit ana.
unio qđ.7.k. (108.q.214.e
¶ Volubiles plures diuerſæ.
uolubiles topiariæ q̃.ib. (138.g
uolubilis abſolute q̃.ib.e. & ide.
uolubilis altera.ibidem.i.& inde
uolubilis aqua.134.o
uolubilis ex q̃ colligitur ſcãmo-
monea:nõ cognoſcitur in italia
138.g
uolubilis magna,ſiue maior.138
uolubilis minor.ib.g (d.& ide
uolubilis ſpẽs quot,& quæ.ib.a.
uolubilis ſubalbida & lanugino
ſa,non cognoſcitur.ibidem.g
uolubiliũ cõſid.ibidẽ.a.& inde.
uolubilium quæ optima. ibidẽ.d
uolumina tã græca q̃ arabica, ſi-
cut latina ſũt mẽdis plena.103.p
¶ Vrſi uuæ cõſid.208.b.209.f.
¶ Vſme quid.138.l
uſnee quid.22.l.& inde
¶ Vua agreſtis, ſiue ſylueſtris q̃
292.a.295.e
uua immatura.167.o
uua marina quæ.155.b
uua mulierum quæ.ibidem. a
uua paſſerina quæ.ibidem. a
uuarum grana.158.q
uua urſi quid.208.i

uua uulpis quæ.239.n (155.a
uuæ paſſæ cheſmes dictæ quæ
uulgares libri quare citantur.
118.n.155.l
uulpinus aius pro quo dicitur.
uulpis cõſider. ibidẽ. (323.m

X.

XAieralmarien quid. 276.a
¶ Xebram, uel xebran qd. 131.
¶ Xylinũ qd. 158.b (h.136.h
xylo aloes uel xylum aloes qd
16.p.17.d. & inde
xylobalſami conſid. 105.i.& idẽ
xylo balſami lachrymũ. 105.m.
xylo balſami loco quid. 105.n
xylo balſamũ officinarum non
uerum. 105.k
xylo balſamũ ueꝝ ñ exportatur
xylo caracta ſpiæ qd. 244.r (ibid
xylo caſia quid. 41.m
xylo, uel xylon, uel xylum quid.
17.d.158.c
xiracoſt quid. 105.r. & inde.
106.q. & inde
xira quid. 107.b

Z.

ZAhafaran quid. 227.ſ
zaharur quid. 176.b.
zabarged. 9.f
zador quid. 10.i
zaffaranũ, uel zaffranũ qd. 227.ſ
zaffranũ fatuũ, uel ſylueſt: 304.p
zaynari, uel zacharali, &c. quid
zambac quid 249.p (302.q
zambellæ Romanis quid. 242.o
zanahac, uel zanahan, &c. quid.
zanrũ quid. 176.l (290.d
zaræ, uel ziri quid. 326.e
zarithea quid. 227.g
zarnabi loco quid. 10.p
zarnabum quid. 9.m. & inde.
zarore quid. 176.g
zaror æquiuoce de qbus. ibidẽ.i
zaror loco quid. ibidem.q
zaror, uel zarur qd. ibidem.b. &
inde. 209.h
zarurã citrinũ: & rubeũ q̃. 176.l
zazenea quid. 90.p
¶ Zea duorũ generum. 242.e.
zedoaria apud arabes qd. 10.g.
zedoaria officinarũ quid. 10.a.
zedoaria quid. 9.l. & inde
zedoaria uera neſcitur. 10.l
zedoariæ loco quid. 10.l. & ide.
zeduar quid. 9.m. & inde

¶ Zyma, & zyme 282.n.294.f
zyma æreum quid. 283.n
zimar cõſideratio. 283.l. & inde
zimarium quid. 283.n
zinian cõſideratio. 198.p. & ide
zinian & ziniar differunt. 283.p
ziniar cõſideratio. 283.l. & inde
zinziber album. 143.d
zinziber conditum. 142.r
zinziberis boni notæ. 143.d
zinziberis conſideratio. ibidẽ.c
zinziber pro quo. 10.l
zinziber recens qualiter intelli-
gitur. 143.g
zinziber rubeum quod. ibidẽ.d
zinziber tinctũ, & quare. 143.d.
zirbi conſideratio. 271.q. & inde
zirbũ abſolute de quo intelligi-
zizipha quid. 181.e (tur. ib.ſ
¶ Zopiſſa quid. 296.n
¶ Zucchari conſid. 5.d. & inde
zucchari proportio ad ſpecies.
6.e.246
zucchari proportio ad liquores.
159.a.197.g
zucchari, uel mellis ſcriptum de
quo ſit intelligendũ. 186.l
zucchari non fit infuſio. 143.m.
zuccharum album. 139.l
zuccharum alchilil. 81.a. 144.n
zuccharum albuſar. 5.h. 113.h.
zuccharum borraginatum non
ſcribitur a filio Meſue. 144.q
zuccharum bugloſſatum. ibidẽ.l
zuc. candũ pro quo. 101.l. 113.k
zuc. candum. 5.i. 113.d. & inde
zuc. candum naturale. 100.c.
zuc. coagulatũ ſuper cannas. 5.f
zuc. cõmune. 5.K. (100.c
zuc. eſt minus carminatiuũ q̃ mel.
zuc. finũ. 5.k. (31.m.43.m
zuccharum groſſum. 5.l
zuc. i cõpoſitionibus quomõ. 5.
m. & inde. 31.l.41.r. & inde
zuc. liquefit pauco liquoꝛ. 133.e
zuc. maluatum non ſcripſit filius
Meſue. 145.a
zuc. melius quod. 139.n
zuc. nõ cõficitur ſed cõficit 56.d
zuc. non uocatur rob. 206.g.
209.m
zuc. qualiter coquitur pro penidiis & pro zuc. cando. 113.g
zuc. quibus confectionibus po-
nitur. 5.q.31.m

zuccharum roſatum. 144.a
zuc. roſatum magis ſtipticum
quod. 144.d
zuc. roſatũ ſine foliis. Ibidem.g
zuccharum rubeum. 5.l
zuc. tabarzed, uel tabarzeth qd.
5.K.139.l
zuccarum uiolatum. 144.i
zucchæ quid. 164.k.
zufaizef quid. 181.e
zulapon quid. 160.d
zurumbad, uel zurumbet, uel zu
rumbeth. 9.l. & inde
zurũbet Auicẽnæ qd. 10.g. & ide
zurũbeth & zurũbet differũt 10 h
zurumbet loco quid. 10.o. & idẽ
zurũbet pro quo. 10.n. & inde.
40.o. & inde
zurũbet Serapionis neſcitur 10.l

¶ Hæc ſane licet parui momẽti
errata: quæ inter imprimendũ
euenerunt: ſic emendata leges
Videlicet:

Facie	Litera	Linea	Lege
36	N	l	ſylueſtres
87	l	iii	qui nunc
121	C	ii	habent eſſe
128	B	i	Manna aũt
244	Q	ii	poſtea ſimplex
249	R	iii	eſt ibi d ſãbaco
281	B	i	Cærotũ Galeni ultimum.
298	k	iii	nõ eſt lagopus

In receptario aũt columna. 7. in
cõfectione de ſeminibus, nõ ceſ-
ſare, uacat.
columna 63. in unguento Phi-
lagrii, lege opopanacis: ana. ℥.ii
colũna. 76. in oleo de lilio, lege
Accipe ex foliis liliorũ. ℥. viii.
colũna 80. i oleo de croco, lege
Myrrhæ puræ. ʒ.iiii.
Reliqua aũt ſi qua ſũt, nullius ro-
boris ſunt, q̃ per ſeipſum unuſ-
quiſq; cognoſcet.

a b c Terniones.
d. A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V Quater-
niones.
X. AA BB CC DD EE FF.
Duerniones.

CENSVRA IN ANTIDOTARIVM IOANNIS FILII MESVE: A

Cum declaratione ſimplicium medicinarum: & ſolutione multorum dubiorum: ac
difficiliũ terminorum: per Venerãdos patres, & Ieſu Chriſti ſeruos, fratres Bar-
tholomæum Vrbeueranum, & Angelum Paleam Iuuenatienſem, ordinis B
minorum obſeruantiæ prouinciæ Romanæ, Fœliciter incipit.

¶ Scripſimus in libris explanationum noſtrarum &c. I. C

AVthor noſter in hac ſua præfatione, cũ dicit: Et ponimus totã latitu-
dinẽ operis huius, ſummas duas. in prima, ſupple ſumma, famoſas & D
ſolennes medicinas compoſitas tradimus. in ſecunda uero, medici-
nas ſingulorum membrorũ ægritudinibus appropriatas diſtingue-
mus: aperte declarat: ꝙ hoc Grabadin uniuerſalium medicinarum: E
(quod Antidotariũ nominamus) & Grabadin particulariũ medici-
narũ (quod a multis practica nuncupatur) eſt unum tantum opus:
ſiue unus liber: in duas diuiſus ſummas : tanq̃ principaliores partes F
ſui. Igitur prima ſumma: ſeu prima pars principalis huius libri, eſt hoc antidotariũ. Secũ-
da autẽ ſumma: ſeu ſecunda pars principalis præſentis Grabadin filii Meſue, ẽ practica. Cu-
ius principium eſt ibi. Sanat ſolus languores Deus &c. Cõſimiliter ipſe Author fecit in al- G
tero ſuo libro, cũ diuiſit ipſum in duas ſectiones, tanq̃ in duas principales partes. Quarum
prima cõtinet canones uniuerſales de rectificatione medicinarum &c. Secunda autẽ parti-
culares ſermões, ſeu capitula ð eſſe & poſſe ſingulorũ ſimpliciũ &c. Et ſunt. 54. capitula. Igi- H
tur in duobus libris tantũ : & nõ in tribus, uel quatuor (ut aliqui iuniores exponunt) diuidi-
tur totũ hoc opus filii Meſue authoris noſtri. Grabadin aũt idẽ ſignificat, quod aggrega-
tio antidotorum, ſeu medicinarum cõpoſitarũ &c. Sequitur author dicens. In prima uero I
ſupple principali parte iſtius Grabadin, qui Antidotarius dicitur, diſtinctiones ordinamus
12. q̃s enumerat dicens. Prima de electuariis. 2. de medicinis opiatis. 3. de medicinis ſoluti-
uis. 4. de cõditis. 5. de ſpeciebus lohoc. 6. ð ſyrupis & robub. 7. de decoctiõibus & ĩfuſioni- K
bus. 8. de trochiſcis: ſiue (ut mauis) trociſcis. 9. de ſuffuſet. i. pulueribus. 10. de pilulis. 11. de
unguentis & emplaſtris. 12. de oleis. De quarum ſingulis ſucceſſiue dicetur. Porro primam
diſtinctionẽ diuiſit in duas partes. ſ. ſeparatim ſcribens cõpoſitiones delectabiles, ab amaris L
& horribilibus. 2. ibi. Theriaca diateſſaron &c. Prima aũt ab electuario de aromatibus Gale-
ni (qđ mox declarabimus) initiũ ſumpſit. Sed anteq̃ ad declarationẽ procedamus ſciendũ,
ꝙ in pharmacorũ cõpoſitione, tria generaliter requirũtur. Primũ uidelicet, ut ſimplicia ſint M
in ſua pfectione, & puritate: cõgruis collecta temporibus: ac locis conuenientibus depo-
ſita: nec nimia uetuſtate cõſumpta &c. Secundũ ut in ſimpliciũ trituratiõe: cribellatiõe: põ-
deratione &c. adhibeatur diligẽtia nõ minima. Tertiũ ut in decoctiõe coquẽdorũ obſerue- N
tur gradatio rerũ : quia nõ oĩa ſuſtinent æqualẽ cocturã: & ut ipſa pharmaca ſint cocta, nec
plus, nec minus, q̃ oportet. In qbus tribus cõſiſtit oĩs medicinarũ perfectio. Et ex his ſequi-
tur corollarium nõ minus neceſſariũ. Hoc eſt, ut cõpoſita pharmaca, & antidota, condecẽ- O
tibus uaſis, & locis aſſeruẽtur : & neq; citra, neq; ultra tẽpus cõdecẽs, adminiſtrẽtur ĩfirmis.

DISTINCTIO PRIMA. P

¶ Electuarium de aromatibus quod ſcripſit Galenus, &c. II. Q

MOdeſtiæ cauſa quidem, ut coniectamus, author in hoc ſuo Grabadin, po-
tius præpoſuit alienas, q̃ ſuas cõpoſitiões: quaſi oſtendẽs ſe potius eſſe ag-
gregatorem, q̃ principalem authorem huius operis. Vnde hoc electuariũ R
de aromatibus Galeni, tanq̃ unum de nobilioribus, in capite ipſius operis
locauit. Non obſtante, ꝙ aliqui, tũ quia ſandalos recipit (de qbus nuſq̃ eſt
mẽtio apud antiquos græcos) tum etiã qa ĩ nullo Galeni uolumine legitur S
huiuſmodi electuariũ: negãt ipm ẽe Galeni. Nobis autẽ ſatis difficile ẽ credere authorẽ noſtrũ
uoluiſſe attribuere Galeno, quod erat alterius. Quoniã fortaſſe ĩ aliquo Galeni libro ipſe le-

A giſt,quo nos caremus.Nam ut probari poteſt in pluribus locis per ipſius Galeni uerba: non
oia eius opera habẽtur.Immo plura ſunt quæ deſiderantur.Et uix etiam credere poſſumus
græcos ignoraſſe ſãdalos . Forſan ꝙ ſub alio uocabulo nobis ignoto ab ipſis deſcripti ſũt.
B Sed uel ſit Galeni, uel non : parum refert . Attamen ſub eo titulo,quo ab ipſo filio Meſue
poſitũ eſt,ipſum electuariũ ſtare debet.Eſt etiã aliquorũ opinio:ꝙ hoc electuariũ ſit primũ a
Galeno deſcriptũ:ſed poſtea ab Arabibus pmutatũ:ut in cõſimilibus pluribus fecerunt.Re-
C tinuit tamẽ nomen.Electuariũ aũt,dicitur omne id pharmacũ,quod ex electis rebus cõfici-
tur.Et quaſi idẽ dicit,quod cõpoſitio electarũ rerũ.A Matthæo ſyluatico autẽ(q pãdectarius
dicitur)interpretatur electuariũ,mollis ſorbitio. Sunt nõnulli putãtes rectius eſſe legẽdum
D linctuariũ:q̃ electuariũ.De aromatibus autem dicitur:qm̃ fere omnia que recipit,aromatica
ſunt. A nõnullis quidẽ electuariũ diaroma intitulatur.

De Roſis.

E Roſæ equidẽ cũ abſolute ſcribũtur:rubræ ſemp,& ueræ rubedinis intelligũtur . Sed in
hoc electuario debẽt eſſe incõpletæ: qm̃ ſunt maioris cõfortationis:&c. Lege de roſis
in electuario confortante ſtomachum.

F De Ana.

Dictio græca eſt Ana,& plura habet ſignificata.Sed reuera ĩ medicinalibus libris gene-
raliter pro pariter:ſeu æqualiter:uel ſimili eſt ſemp intelligẽdum.Vt exẽpli gratia.Vbi
G ſunt plures res in uno ana:intelligatur,ꝙ quãtum de una re accipitur in illo ana:tantum de
ſingulis ſit accipiendum .

De Aureo.

H AVreus quippe ſecundũ cõmunẽ uſum , intelligitur pro drachma una cum dimidia. Et
cõſimiliter ſolidus : & exagiũ,ſecundũ aliquos. Drachma autẽ(loquimur de cõmuni
uſu)eſt octaua pars unciæ.Duodecim uero unciæ librã cõſtituunt.Sed hæc & ſimilia plura,
I notiora ſunt,q̃ ut declarari debeãt.Porro hoc animaduertẽdum.ſ.ut noteris hic , ſigna : &
characteres,põderum:& mẽſurarũ,&c.q̃ paſſim hincinde in toto opere,breuitatis cauſa,ab-
breuiate deſcribẽtur.Videlicet Aureus ſic.aur̄.Drachma.ʒ.Vncia.℥.Dimidiũ unciæ:ſiue dra
k chmæ:ſiue alterius põderis:uel mẽſuræ cui adhærebit ſic ſignabitur ÷ Scrupulus.℈.Granũ.
gr̄.Libra.lib̃.Manipulus.mañ.Recipe.℞. De Mace.

L Vulgare eſt hodie,ꝙ macis eſt cortex nucis myriſticæ.ſ.muſcatæ.Et ĩ ueritate ẽ.De ma-
ce uſuali loquimur.Quia nõ ſolum credimus Serapioni:Auicẽnæ &c.hoc teſtãtibus:
ſed certa ſciẽtia habemus,ꝙ ita eſt.ſ.ꝙ pluries habuimus de ipſis nucibus, cũ cortice duro:
& ſupra ipſum corticẽ erat macis.At ſupra macim adhuc nõ uidimus aliũ corticẽ , quẽ cre-
M dimus ipſas nuces habere:licet aliqui id negẽt:affirmãtes macim eſſe extimã corticẽ huiuſ-
modi nucum.Qui autẽ dicunt ꝙ macis eſt aliud,q̃ cortex nucis muſcatæ:hi nõ rectæ ſapi-
unt.Apud Dioſcoridem autẽ,Galenum,Paulum,& Plinium:ma cer,ſeu macir:ſeu machir
N uocatur:ut patet cõcordando capitulum Serapionis & Auicẽnæ,de mace:cũ capitulo ipſo
rum de macere:&c. Porro non tantum Plinius,ſed nec aliquis priſcorum græcorum ap-
te congnouit macim:ut p ipſorum dicta euidẽtius probari poteſt.Nã & in græcia(ut ſcitur)
O non ſunt arbores myriſticarum nucum.Quod etiã Serapio teſtatur cum dicit.Et eſt cortex
q exportatur de regione,q̃ non eſt græcorum &c.Arabice autẽ,ut apud Serapionẽ,Giſbe-
ſe:& Taliſſar,ſiue Taliſafar,ut eſt i Auicenna,& in Synonymis Raſis, legimus macim uoca-
P ri.Matthæus ſyluaticus autẽ,capitulo.648.quod incipit Siſtoſe uel biſbeſe:&c.& i lr̃a Ta-
laſiafir,multa & alia noĩa maci cõtribuit. Sed animaduertẽdum ꝙ apud Auicẽnã ĩ.2.cano-
ne , ſunt duo capitula de mace . Vnum uidelicet ſub nomine macis:in quo Andreas bellu-
Q nẽſis multa correxit: Et alterum ſub titulo Taliſſar , ſiue Taliſafar . Vnde probatur ꝙ ipſe
Auicenna ſub uario nomine:uaria intellexit ſimplicia. Cum idem ſit macis & Taliſafar ; ut
legẽtibus nõ eſt dubium.Quæ duo auicẽnæ capitula.Simoni ianuẽſi:pandectario,& aliis ex
R iunioribus dederunt anſam dubitandi:an eſſet diuerſum a mace taliſafar . Nec obſtat ꝙ in
20.cap̃.7.breuiarii Ioãnis filii Serapionis habeãtur electuariũ altaliſafar: & electuarium de
mace,immediate unũ poſt aliud:tanq̃ duo diuerſa.Hoc eſt.tanq̃ ſi taliſafar nõ ſignificet ma-
S cim.Sed qui bene pſcrutabitur ipſa:reperiet nõ eſſe diuerſa:imo idem ſine dubio ſignifica-
re taliſafar,ſiue taliſſar,&c.quod macis. Eteni ipſe filius Serapionis ponit ibi duas diuerſas
deſcriptiones:ſiue duo diuerſa de mace, uel de taliſafar electuaria: quæ ſunt fere unius tm̃

proprietatis

proprietatis & uirtutis,ut in titulo ipſorũ legitur: & parũ in ſimplicibus differunt. Et primũ A
poſuit electuariũ de mace ſub noĩe altaliſafar: poſtea ſubiũxit aliã deſcriptionẽ magis uſua-
lem,ſub macis noĩe: unde incepit ſic. Electuariũ de mace,quo utuntur(ſupple medici no-
ſtri tẽporis.ſ.ipſius authoris)quaſi dicat. Superior deſcriptio nõ eſt tã uſualis,ſicut iſta: aper- B
te declarans utrũq; electuariũ eſſe de mace.ſiue(ut mauis)de taliſafar. Quod autem: quia per
uaria uocabula ſcripſit: nihil refert. Cõſimiliter & alii authores in pluribus ſuis cõpoſitioni-
bus fecerunt. Vt exẽpli gratia,ſunt apud authorẽ noſtrũ Trochiſci diarhodou: & trochiſci C
de roſis: & pilulæ de Rauedſeni: & pilulæ de rheubarbaro: & ſimilia. Et fortaſſe non author,
ſed interpres uariauit illa: uel dubitans,uel ignorans,uel ad clariorẽ ipſarũ deſcriptionũ di-
ſtinctionẽ: ut ſiquis petierit electuariũ de mace: nõ cõfundatur aromatarius accipiẽdo alte- D
rum pro altero. Quãuis parũ inter ſe differant. Et ſic ergo cõclude,ꝙ macis,taliſafar,macer
&c.nomine tantũ: nõ re differunt. Et idem eſt quod cortex nucis muſcatæ.

De Doronicis,ſiue doronigis,&c. E

DEſcriptio Doronici,ſiue doronigi,ſiue durũgi,uel durunigi, & ſimiliũ uocabulorũ: q̃
unũ & idẽ ſignificant,tantũmodo apud Serapionẽ legitur. Alii autẽ ut pandectarius,&
nõnulli ex recentioribus,authoritate ipſius Serapionis ſcribunt. Nec quidẽ tota eius planta F
notatur: de radice tantũ pertractat Serapio quã aſſerit eſſe paruã,durã,& grauẽ, ab extra ad
citrinitatẽ tendentẽ,ab intus uero albã,in groſſitudine ramorũ ſceitaragi: & ad plus in groſ-
ſitudine,ſeu magnitudine nodi pollicis,& ꝙ defertur ex ſim: ſiue ex ſin, ut aliqui libri habẽt. G
Pandectarius dicit ex Syria,Sed Simon ianuẽſis. & Luminare maius,ſcribunt ipſam radicem
eſſe dulcẽ: & in colore & figura calami aromatici. Ioãnes Manardus uero eandẽ odoratam
facit: quæ notæ a Serapione nõ ſcribuntur. Itẽ capitulũ in Serapione incipit Haronigi: in pã H
dectario uero Varonig,&c. De reliquis autẽ partibus eius: utputa,de foliis,floribus, & cæ-
teris particularitatibus culmi ipſius,haud eſt qui loquatur. Recẽtiores quidẽ ponunt ſupra-
dictas notas: quia illã radicẽ(qua cõmuniter utuntur omnes aromatarii)quæ ab orientali- I
bus partibus ad nos defertur: approbant eſſe uerã doronici radicẽ. Quæ quidem(ut patet)
pro maiori parte,habet illas notas. Nã eſt parua, & dulciſſima,intus alba,foris ſubcitrina,ali
quem(licet paruũ: & nõ malũ)habens odorẽ. At tamẽ ſimilitudinẽ(quã dant) de calamo aro K
matico,non agnoſcimus: quia(ut alias dicemus)uerus calamus aromaticus non habetur.
Et forſan ipſi intelligunt de illa radice,quæ falſo pro calamo aromatico recipitur ab omni-
bus,in uſum medicinæ: quã in Diamoruſia probabimus nõ eſſe calamũ aromaticũ. Ad di- L
ctam autẽ radicẽ(quæ falſo calamus aromaticus uocitatur)habet aliqualẽ ſimilitudinẽ: ta-
men radix dicta doronicũ,eſt multo minor ipſo falſo calamo. Nos igitur talẽ radicẽ doro-
nicum dictã ab oriẽtali plaga delatã non paruipẽdimus: & pluries ea uſi ſumus. Verũtamen ſi M
eſt uerũ Serapionis doronicũ: non plane nobis cõſtat. Præterea,paucis ante annis,nos pro-
priis manibus,in noſtra Italia.ſ.in mõtibus Nurſiæ,radices ſimiles effodimus. Nullũ quippe
diſcrimẽ notabile uidetur eſſe inter ipſas,& orientales: præter: ꝙ iſtæ Italicæ ſunt odoratio- N
res. Et in mandendo ipſas.cũ ſua dulcedine,ſentitur quædã ſuauis aromaticitas: quæ cere-
brum,& caput,ſummopere cõfortat. Quã aromaticitatẽ in illis oriẽtalibus non percipimus.
Et fortaſſe quia Italicæ radices,quas doronicũ Italicũ appellamus,ſunt recẽtiores orientali- O
bus: quas,ob uetuſtatẽ,putamus amiſiſſe ſuã aromaticitatẽ. Planta autẽ Italici doronici ta-
lis eſt. foliis uiolæ matronalis uõ ab ſimilibus,eleuatur in cubitũ,& amplius: caule ut pluri-
mum unico,rotundo,rectoq;: in cuius ſummitate ramuli plures procreantur. in quibus co P
pioſi flores: & crocei ſunt: herbæ uocatæ incẽſariæ,aut buphthalmo ſimillimi: maiores dũ-
taxat: ſemẽ adhuc nõ uidimus. Huiuſcemodi plãtæ radicibus utimur. Quas q̃to recentiores,
odoratiores,& dulciores guſtamus: tanto meliores oriẽtalibus iudicamus: quas ad differẽ- Q
tiam Italici præfati: doronicũ orientale nominamus. Eſt præterea in Veronẽſibus agris quæ-
dam radix,admodum parua: uidelicet iuncturæ pollicaris longitudinẽ nõ excedens: & mi-
nimi digiti craſſitudinẽ: grauis,ab extra ſubcitrina,intus alba,dulcis,trahens ad ſaporem ca- R
ſtaneæ,forma calamo aromatico uſuali non abſimilis.inodora tamen : quam Veneti Dul-
cichinum: Veronenſes autem traſci,ſiue traſi appellant. Folia fert triticea,ſeu cypero ſimilia:
uerũtamen molliora : &c.. Libenter comeditur a pueris. Forſan hæc radix ſit uerum Sera- S
pionis doronicũ. De hac enim putamus loquutos fuiſſe Simonem Ianuenſem : & Lumina-
re maius. Manardum autem potius de Italico ſupradicto: uel de orientali: quia hæc radix(ut

A diximus)odore caret.At Manardus ſuam,odoratã ſcripſit.Nobis autẽ neſcientibus rei ue-
ritatem:magis placet, ut pro doronico uero ſubſtituatur Italicum præfatũ:ob ſuã aroma-
ticitatem:q̃ illud dulcichinũ.Si medici autẽ(de peritis loquimur)aliter iudicauerint:quin fa-
B ciendum ſit ſecundũ ipſorũ iudiciũ:non inficiamur.

De Menta.

IN ſyrupo de menta inuentione noſtra(deo cõcedente)declarabimus mentã. Sed hic ui-
C dendum:quare author potius poſuerit in præſenti electuario mentã ſiccã, q̃ uirentem?
Reſpondetur,quia iſtud electuariũ eſt ſtomachicũ, & nõ recipit niſi medicinas ſtomachum
cõfortantes.At quia menta uirens eſt uentoſa,& ſtomachi cõturbatiua, non recipit ipſam.
D Cum autẽ ſiccatur,amittit uentoſitatem illam;& reſtat ei pars cõfortatiua,quã querit author
in præſenti electuario,ideo recipit ſiccam.Vnde notandũ,ꝙ herba,aut flos,uel ſimile: cum
ſiccatur,tripliciter operatur.Aut amittit uirtutẽ:ut ſunt,borrago,bugloſſa,cymbalaria,& ſi-
E milia multa:aut acquirit uirtutẽ:ut mẽta,hyſopus,& ſimilia:aut trãſit de uirtute i uirtutẽ.ut
uiola:& ſimilia.Item nota,ꝙ quando in aliqua cõpoſitione peritur menta humida: non in-
telligitur uirens:ut dicatur humida:ad differentiã ſiccæ:Sed illa quæ in pingui,uel humida,
F ſeu aquoſa humo nata eſt. Vtputa,illa eſt humida:quæ in aliquo horto diligẽnori cultu ſter
coratur:atq; ſæpius irrigatur,&c.unde cum non ſpecificatur de uirenti:utputa,pro excipi-
endo ſucco ipſius mentæ,&c.uel legatur menta ſimpliciter,uel menta humida:ſemper ſicca
G intelligitur.Et ſimiliter hyſopus:& alia plura.

De Caſia.

SImiliter (ut de aſaro dicemus) & caſia quãdoq; minus recte per duplex,ſſ,ſcribitur caſ-
H ſia.legendum eſt per unicum, ſ,caſia. Sed nota, ꝙ quando ſimpliciter reperitur caſia:
ſemper lignea intelligi debet.Sed illa,qua utuntur aromatarii,non eſt caſia lignea.Propte-
rea lege de ea in confectione de cinnamomo.

I De Aſaro.

ET licet ſemibarbare a minus peritis dicatur:nec non & ab inſciis librariis ſcribatur: ſi-
ue imprimatur, Aſſarũ,per,ſſ,tamen ſecundum ueritatẽ per,ſ, ſimplex eſt ſcribendum
k & proferendũ.Luminare maius quidẽ,neſcimus quã fatuitatẽ hic ſcribit:diſtinguens ꝙ per,
ſſ,duplex,eſt herba ipſa:quã petit author in præſenti,& aliis pluribus compoſitionibus: de
qua & capitulum facit in ſua ſectione de ſimplicibus: & per ſimplex,ſ, eſt aſarum Dioſcori-
L dis:quod et declarat eſſe aliã herbam:quãq; aſſerit a multis uulgaribus, prouinculã nuncu-
pari.Et quã herbã ipſe intelligat per prouinculã,ignoramus.Si enim ipſe intelligit,peruincã
.ſ.uincãperuincã: maxime errat:qm̃ nullam habet uincaperuinca cum aſaro ſimilitudinem.
M Ergo ſecundũ ipſum aliud eſt aſarum authoris noſtri,ab aſaro Dioſcoridis.Quod abſit.Nã
(ut legenti patet)identidẽ eſt.Immo(ut uideri poteſt in omnibus impreſſionibus:& in cun-
ctis fere exemplaribus)capitulũ filii Meſue de aſaro,per ſimplex ſ,aſarum legitur:& non aſ-
N ſarum ut ipſe dicit.Non obſtante ꝙ in uariis pharmacorum deſcriptionibus legatur minus
correcte aſſarum.Sic.n.incipit capitulũ ipſum,ſecundũ aliquã exẽplaria correcta. Aſarũ eſt
radix herbæ montanæ:cuius folia non ſunt anguloſa ſicut folia hederæ,&c.Sed per impreſ
O ſiones,mendoſe ſic legitur.Aſarũ eſt radix herbæ montanæ:cuius folia ſunt angularia ſicut
folia hederæ,&c.Igitur per ſimplex,ſ,ſiue per duplex,ſſ,(q̃uis nõ rectæ)idẽ eſt.ſ.aſarũ:quod
ab aliquibus(ut Dioſcorides tradit)Bacchar uocatur.Vnde eſt:ꝙ a pluribus hodie,Aſara, ſi
P ue Aſſara bacchara uulgariter dicitur.Aduertendũ tamen, ꝙ Baccharis aliud eſt a bacchar,
ut patet per Dioſcoride.Vocatur etiã aſarũ ab aliis,ſylueſtre nardũ: & nardum ruſticũ:ex eo,
ꝙ in uirtutibus aſſimilatur nardo:unde & pro nardo in neceſſitatibus cõpenſari licet.Por-
Q ro aſarum non eſt ignotũ:ſed melior pars plantæ eius eſt radix.Aromatarii tamen hodierni
ut plurimũ foliis utuntur:quod in multis pharmacis non eſt ita bonũ.Poteſt etiã & loco aſa
ri ſubminiſtrari cubeba:ut in Hiera picra Galeni dicemus.Itẽ loco aſari,ponitur radix acori:
R ut in quinto colliger Aueroys teſtatur,in his uerbis.Aſara bacchara,quod ex ea ualet,eſt ra-
dix:& uirtus eius eſt ſimilis uirtuti acori: ſed eſt fortior hoc.

De Fœniculo.

S FŒniculum ſane notiſſimum eſt: & græce marathron dicitur. Duplex reperitur.ſ.alterũ
ſatiuum, ſiue domeſticum: &,alterum erraticum: quod græci hippomarathrum: ſiue
T marathrum agrion nominant.Et hoc in duas diuiditur ſpecies:quarum una eſt amarior al-
tera.

tera.Amarius.n.hippomarathrũ,a nõnullis fœniculaſtrũ uocatur.Satiuũ etiã hodierni in du A
as ſpecies diuiſerunt.ſ.ꝙ ex fœniculo ſatiuo noto,quadam arte factitant aliud:cuius umbel
la eſt maxima:& ſemẽ grandius:dulcius:& aromaticius:quiddã ſaporis inter fœniculum &
aniſum habens:quod quidẽ ubiq; uocatur fœniculũ dulce.Quodq; ſi ſæpius nõ ſeratur:aut B
tranſplãtetur,cito degenerat.Et hæc omnia fœniculi genera notiſſima ſunt:ſed in medicina
cõmune notũ eſt ponendũ:de quo optimo in cãpis Romæ propinquis maxima eſt copia.
Cum autẽ abſolute ſcribitur:ſemen intelligitur:quod eſt unũ de quatuor cõmunibus,maio C
ribusue ſeminibus calidis: de quibus infra.

De Zuccharo.

ZVccharũ ſiue ſaccharũ notũ,proprie eſt mel cãnæ antiquorũ,induratũ tamen.Si quidẽ D
arte ad ignẽ per plures coctiones dealbatur:atq; induratur:& per cõſequens meliore
ſcit.Priſci nẽpe ignorabãt hanc artẽ:Exprimebant.n.ſuum ſaccharũ ex radicibus cannarũ:
& ex ipſis cãnis,ex quibus nunc fit zuccharũ:& ueluti melle liquido,utebantur eo.Vnde & E
ipſum,ad differentiã mellis apũ: &c.mel cãnæ nominabãt.Aliud autẽ reperiebatur:ui ſolis
concretũ ſuper ipſas cãnas,ſiue arundines:ſicut gũmi ſuper arbores:ut Dioſcorides in fine
capituli de melle ſcribit.Ait.n.Eſt & aliud concreti mellis genus,quod ſaccharon nomina F
tur.In India uero,& fœlici Arabia in arundinibus inuenitur.Salis modo coactũ eſt:dẽtibus,
ut ſal,fragile.&c.Et ꝙ hoc mel arundinũ ſaccharũ dictũ,ſit zuccharum: probatur per Sera
pionem,qui in capitulo de zuccharo,adducit hanc eandem Dioſcoridis authoritatẽ.Vnde G
putamus zuccharũ a ſaccharo:uel(quod magis credendũ)ſaccharũ,a zuccharo dici.Quod
quidẽ ſaccharũ induratũ,nõnulli,a ſalis ſimilitudine,ſal indũ uocarunt.Et Auicẽna zuccha
rum alhuſar:ſiue ſucchar alhaſſer appellat:& ab authore noſtro alhoſos,ſecundũ impreſſio H
nes:ſed ſecundũ aliqua exẽplaria correcta:alhoſor:& alhoſer:& alteriuſmodi ſcribitur. Vt
eſt in primo cap̃.de electione medicinarũ:ubi ſic legitur.Cuius materia ſit humiditas uiſco
ſa:ſicut zuccharũ:& nabeth:& alhoſor.Quod certe erat ſicut noſtrũ zuccharũ candũ:quod I
arte paratur.Habebatur ſiquidẽ & hoc in uſu:ꝗuis raro:quia nec copioſe erat ubiq;. Nunc
autẽ zuccharũ eſt in quotidiano uſu:& ex uariis regionibus,in magna defertur copia.Et pꝛæ
ſertim ex inſula Luſitanorũ:quæ Madera dicitur.Omne.n.zuccharũ hodie notiſſimum eſt. K
Quod autẽ eſt purius:& albius:tabarzed,ſiue tabarzeth cognominãt arabes:noſtri autem,
zuccharũ finũ appellant.Et Venetiis optime paratur.Aliud autẽ(quod commune dicimus)
plurimi,zuccharũ groſſum nominant.Sed zuccharũ,quod rubeũ cognominatur : non eſt L
genus diuerſum:ſed eiuſdẽ generis:minus tamen purificatũ:& coctũ. Eſt etenim quaſi ſpu
ma zucchari fini.Præterea in præſenti cõfectione , pro omnibus cõſimilibus,unũ generale
eſt notandũ,de zuccharo recipiẽdo in cõpoſitionibus:quæ melle uel ſimili cõficiuntur.Et M
enim illud zuccharũ nec ratione pulueris,nec ratione mellis ponendũ eſt. Et hac de cauſa:
quia ſi ratione pulueris,uel mellis ponatur:oporteret addere uel minuere,ad ꝗtitatẽ mel
lis hic neceſſariã:& tunc cõpoſitio diſproportionaretur.Et diſproportionata cõpoſitio nõ N
cõſequitur ſuã operationẽ:nec ſuũ effectũ.Vt refert Auicenna in quinto cañ.cap̃.de theria
cis.Et meũ quidẽ(inquit)cõſiliũ eſt,ut nõ amoueatur aliquid(ſupple in compoſitione)quod
experimentũ iuuatiuũ inuenit fortaſſe ei illa cõplexio,illo põdere eſt exigens illud,cuius iu O
uamentũ inuenit experimentũ:quod quãdo ipſa mouetur a ſuo põdere,nõ cõſequitur illã
proprietatẽ.Hæc Auicẽna.Igitur cũ reperitur zuccharũ in aliqua cõpoſitione,quæ melle cõ
ficitur : nec loco mellis , nec loco pulueris ponatur. Sed prius ſpecies conficiantur melle P
iuxta modũ doctrinæ mox aſſignãdæ.Deinde zuccharũ per ſe ſubtiliter puluerizatũ cõmi
ſceatur.Et tunc fiet electuariũ melioris effectus:& cura medici nobilior.Lege etiã de hoc in
fra,in diagalãga.ſ.in cõfectione de galãga:quia ibi melius declarabitur.Et ſcias ꝙ zuccharũ Q
ponitur tantũ in electuariis,& cõfectionibus reſoluẽtibus uentoſitatẽ:hac de cauſa,quia zuc
charũ inuiſcat & ingroſſat medicinas:ne ad lõginqua penetrẽt:ſed uentoſitatẽ expellãt.

De Miua. R

MVltimoda eſt miua,ut in diſtinctione de ſyrupis patebit.Sed quãdo nõ ſpecificatur de
ipſa:ſemper de prima deſcriptione intelligi debet.Porro cũ ſit,quia hic declaratur aro
matica, debet ipſa miua recipere ſpecies inibi aſſignatas.Arqui ſi quis dixerit,ꝙ hæc miua in S
grediens hoc electuariũ,cum ſit aromatica:habet ſuam ſpecierũ portionem:ex quo nõ ra
tione mellis:ſed per ſe poni debet in hac,uel ſimili compoſitione. Reſpondendum. Quod

A ſpecies ingrediẽtes quãcunq; miuã, nõ ingrediuntur cum tota corporali ſubſtãtia: in ipſam:
ut una ſimul cum ipſa miſceãtur: & in corporẽtur: ſed quaſi per modum infuſionis, ſuſpen-
ſæ: & ligatæ in pãno. Etiã & ſi ingrederẽtur cum tota corporali ſubſtãtia: non ſunt ſufficien-
B tes proportionatæ doctrinæ authoris noſtri, in confectione de muſco dulci aſſignatæ. ſ. ꝙ
pro qualibet libra mellis poni debent ſpecierum. ℥. iii. ut mox dicemus. In miua autem uix
pro unaquaq; libra mellis, uel zucchari, ſunt tres ſpecierum drachmæ ſuſpẽſæ, & ligatæ in
C pãno. Quamobrem non poſſunt dare ei aliquã corporeitatẽ: & per cõſequens electuarium
eſſet diſproportionatum. Ergo cõcludendum eſt, ꝙ miua debet poni ratione mellis: & non
aliter. Vide etiam de miua infra, in electuario de granis myrti: & in diſtinctione de ſyrupis. ſ.
D in propriis deſcriptionibus.

De Melle.

PLura nempæ de melle dicenda ſunt in confectione de muſco dulci. Sed quia hic dicit au
E thor indeterminate: confice cum melle deſpumato: propterea (ut in pluribus) hanc no
tatam habeas regulam, pro omnibus ſimilibus accidentibus. Vt uidelicet pro qualibet. ℥.
ſpecierum: ponatur mellis, uel zucchari, uel ſimilis. ℥. iii. ſ. ut in unaquaq; libra mellis, uel ſi
F milis, ponãtur ſpecierum. ℥. iii. Sed zucchari diximus, pro illis confectionibus: quæ cum ſo
lo zuccharo conficiuntur: non autẽ pro illis: quæ cõficiuntur melle: & recipiunt aliquid dè
zuccharo: ut iſtud electuarium, & ſimilia. Et hæc regula ſumitur a cõfectione de muſco dul-
G ci: ut ibi clarius dicemus. Quandoq; autem propter laſciuiam hominum, ſolent huiuſmodi
electuaria, & confectiones, parari cum ſolo zuccharo, in forma ſolida. Et tunc de cõmuni
conſuetudine (quia apud authores non reperitur) ponitur pro qualibet libra zucchari ſyru
H pizati, & perfecte decocti, ſpecierum uncia una. Quoniam tunc potius queritur oris dele-
ctatio: ꝗ corporis utilitas. Et de hoc uide melius infra, in Diarhodon deſcriptione cõmuni.

De Doſi.

I DOſis namq; (ut Sipontinus in cornu copia ſcribit) datio dicitur. A Pandectario autem
ſic diffinitur. Doſis, græce: donum: datum. i. datio: uel tributio. Et proprie in medicina
denotat illud, quod poteſt dari infirmo, de illa medicina, cui adhæret, ſine nocumento. De
K cæteris autem ſimplicibus hic prætermiſſis: quere infra.

De contritione ſpecierum præſentis electuarii & ſimilium.

SPecies equidem præſentis electuarii, & omnium cõſimilium electuariorum, & cõfectio-
L num expellentium uẽtoſitatẽ: &c. nõ ſunt multum ſubriliter pulueriſandæ: ſed medio-
criter: & quaſi more ſolutiuorum. Quapropter lege de hoc in cõfectione de galanga: & in
Diacimino ſecundo. Præterea aiaduertendum eſt, ꝙ omnia ſimplicia ex quibus electuaria,
M & cæteræ cõfectiones parãtur: nõ ſunt ſimul terenda: ſed quælibet ſimplex medicina, per ſe
pulueriſanda, & cribrellãda eſt: ſi fieri oportet. Et ratio eſt: quia omnia nõ ſunt eiuſdẽ com-
plexionis: & ſubſtantiæ. Si quidẽ quædã ſuſtinent multũ de cõtritione: & quædã parum: &
N quædã mediocriter: ut ipſe author noſter, in canone triturationũ refert. Qua propter ut ex
contritione uirtus eorum nõ deperdatur: quodlibet ſimplex cõterendum: per ſe, debet cõ-
teri: & pulueriſari. Ac poſt cribrellationẽ quodlibet ſimplex per ſe eſt ponderandum: & nõ
O antea, ut multi faciunt: & non recte faciunt. Et hoc totum notatum habeas.

¶ Electuarium de gemmis: &c. III.

P

MVlta nempe eſſent in hoc electuario de gẽmis perſcrutãda: breuitatis tamẽ
cauſa: aliqua magis neceſſaria notabimus: reliqua autẽ curioſis lectoribus
Q perquirẽda dimittemus. Vocatur igitur hoc electuariũ, de gẽmis: a lapidi-
bus precioſis quos recipit. Quoniã quilibet lapillus precioſus. etiã & mar
garita: atq; coralliũ: necnõ & quoddã ſal: ſub hoc generali uocabulo. ſ. gẽ
R ma, cõpræhenditur. Verũtamen, cum dicit electuariũ de gẽmis nõ de om-
nibus gẽmis. ſ. non de omnibus lapidibus precioſis: qui pœne inumeri ſunt: qm̃ nec omnes
competunt huic confectioni: ſed de illis dũtaxat gemmis intelligit: quas poſtea ſpeciatim
S enumerat. Præterea ſciendum, ꝙ pauciſſimæ deſcripriones compoſitionum ſunt per im-
preſſos libros, in præſenti antidotario: quæ aut in ſimplicibus: aut in ponderibus: &c non
ſint a librariis aliquo modo uitiatæ: pro quibus emendandis, nos laborem non minimum
ſumpſimus:

ſumpſimus:percurrendo quotquot exemplaria habere potuimus:ac etiam conferendo cũ A
aliis authoribus:ut ipſæ deſcriptiones,pro uiribus noſtris ſint ad amuſſim emendatæ:ad cō-
munem,tam uiuentium ꝙ uenturorum utilitatem.Eas autem deſcriptiones,in calce noſtra-
rum annotationum,pro ut potuimus inuenire : omni errore purgatas:in unum, quaſi ſub B
compendio:ad legentium commoditatem,reſtringemus.Ipſi tamen errores,& mēdæ:ubi-
cunq; fuerint:paſſim in noſtris lucubratiunculis cōnotabuntur. Vnde in præſenti deſcri-
ptione mendoſæ per omnes excuſiones legitur.Albarum margaritarum.ʒ.ii.lege rectius.ʒ C
iii.ut cuncta exemplaria manuſcripta,ex his quæ uidimus,habent.Nam potius credendum
eſt,tot exemplaribus uetuſtis:uariis manibus,& temporibus deſcriptis: ꝙ paucis mendoſis
impreſſionibus:quæ uel a falſo exemplari:uel librariorum incuria:innumeris ſcatent men- D
dis.Et nouæ impreſſiones,antiquis ſunt mendoſiores:& nouiſſimæ ſunt omnibus peiores.
Quoniam imprimūtur ſine correctore,ſcilicet bono.Vnde in imprimendo,non ſolum, nō
corriguntur priores.ſed ſæpius alii noui committuntur errores.Non obſtante ꝙ etiam ali- E
qua exemplaria reperiantur mendoſa.Et ideo plura quæſiuimus quia in paucis non confi-
debamus.Minutiores autem mendæ : ut ſunt aliquæ literæ,uel grammaticæ,uel orthogra-
phiæ deprauationes:& ſimilia parui momenti.quæ ad compoſitiones nullum poſſunt de- F
trimentum inferre : abſq; annotatione aliqua : in propriis deſcriptionibus correctæ erunt:
ut legenti,& cum aliis codicibus conferenti,liquido patebit.Eſt etiam alius error notandus
in præſenti deſcriptione per quaſdam impreſſiones. Videlicet ubi in ipſis legitur. Confice G
cum ſucco emblicorum:&c.Lege rectius.Confice cum melle emblicorum:&c.Ioānes Ma-
nardus autem ignorans errorem:& ſciens ſuccum ab emblicis non poſſe excipi:declarauit
macerandos eſſe emblicos uino,uel aqua,& exprimendos. Quod omnino non eſt facien- H
dum.Quoniam author dicit cum melle emblicorum.Cum quo melle etiam confectionem
de xylo aloes:& electuarium ſarboteng:& alia plura cōficit:& ita eſt in libris correctis.Suc-
cum autem emblicorum:aut alterius generis myrobalanorum, nuſꝙ reperies:niſi hic : ubi I
(ut diximus) mendoſe impreſſum fuit : & nō in omnibus:ſed in aliquibus dūtaxat impreſ-
ſionibus.De melle emblicorum autem mox dicemus.

De Margaritis. K

Margarita,ſiue margaritum ſcilicet unio: quæ uulgo perla, uel perna dicitur : Arabice
autem.Hager albato,ſeu albaro,in genere lapidum præcioſorum, ſiue gemmarum,
connumeratur:quoniam & ipſa lapillus exiſtimatur.Margaritæ autem ſiue uniones,notiſ- L
ſimæ ſunt:in oſtreis,quas uulgo matripernas nominant, reperiuntur. Quanto lucidiores,
rotundiores,groſſiores,albiores,recentioreſq; ſunt:tanto efficaciores: & præcioſiores ab
omnibus comprobantur.Cum e conchis extrahuntur:integræ ſunt,& non perforatæ: ar- M
tæ etiam perforantur:ut filo inſertæ,melius ad monilia,& dextrocheria:c&.Huiuſmodi cō-
ponenda aptentur.In uſu tamen medico,præſtantiores ſunt non perforatæ:& de ipſis intel-
ligitur cum abſolute ſcribuntur.in aceto poſitæ(ut ait Albertus magnus.24.libro de ani- N
malibus)reſoluuntur:& molleſcunt. Et iſdem Albertus teſtatur orientales eſſe meliores.
Hoc porro,quod ſequitur,propter fraudulоſos ſiue fraudulētos mallemus tacere,ꝙ dicere
ne auaritia potius,ꝙ neceſſitate compulſi:permutent medicinas alicuius compoſiti.Tamen. O
pro timentibus deum:ut ſi forte in aliquo loco,uel caſu,acciderit,ꝙ margaritæ integræ nō
poſſint haberi:nec etiam perforatæ:ſciant quod poſſint æquiualens ſubminiſtrare.Qui au-
tem habent,uel poſſunt habere proprium ſimplex:& ponunt aliud in eius loco: non rectæ P
agunt:& cum hoc grauiter peccant:atq; puniendi ſunt,ſi conuincantur. Et tanto maius eſt
malum:quanto ſimplex permutatum declinat a bonitate,& æquiualentia proprii ſimplicis.
Igitur namq; teſte Serapione in fine capituli de margaritis:loco margaritarum, poteſt poni Q
pōdus ipſarum cum dimidio,de ſuo cōchilio:quod matriperna dicitur.Sic enim ait.Pro eis
uero(ſupple margaritis)ponitur pōdus earum:& medietas pōderis,ex cōchiliis ſuis magnis
ſplendidis:& fulgidis.Hæc Serapio.Sed cum dixit ſplendidis,& fulgidis ſpecificauit interio- R
rem partem ipſius cōchilii ſcilicet matripernæ(quæ eſt ſplendidiſſima: & margaritis proxi-
ma)eſſe ponendā:& nō exteriorē,quæ eſt nigra.Etiam margarita eſt nomen cuiuſdā floris.

De Fragmentis S

Fragmenta ſcilicet præcioſa,ſecundum cōmunem opinionem, ſunt quinq;. Videlicet
iſta,quæ ab authore noſtro in hoc electuario ſunt ſpecificata.Et de iſtis.v.ſemper intelli-

A gitur, cum abſolute fragmenta ſcribuntur. Verũtamen ſecundum alios (ut in fine. 13. capi-
tuli ſui antidotarii Antonius Guainerius refert) ſunt. 7. quia cum iſtis quinq́;, etiam cõnume
rant & margaritas: & corallia. Quæ ſimiliter præſens electuarium ingrediuntur. igitur, ſi ſe-
B ptem fragmenta petuntur: iſta duo, ſcilicet margarita, & corallium, cum quinq́; præfatis, in
telliguntur. Porro quodlibet iſtorum fragmẽtorum: ſiue quilibet iſtorum lapidum precio-
ſorum, & ſimilium: molendus eſt per ſe, in mortario porphyrino: uel alterius lapidis eiuſdẽ
C duriciei: & cum piſtillo ſimiliter lapideo eiuſdem generis: ſuperinfundendo aquam roſaceã
donec ſine tactu fiat: uel ſi immittatur de eo in os: nihil dentibus ſentiatur arenoſum: &c. At
ſi mortarioſum tale non habetur: molitur ſuper laminam porphyrinam: uel ſimilem: ſicut
D ſolent pictores colores ſuos molere. Et omnino cauendum eſt ab æneo mortario.

De Saphyro.

AD bene cognoſcendum quippe lapides precioſos: potius proficit habere ſcientiam
E practicam: q̃ theoricam: Sed ſi quis utrãq; habuerit. hic erit unicus. Quoniam reperiun
tur multis modis: atq; arte effinguntur falſi lapilli precioſi: qui a ueris uix diſcerni poſſunt.
Etenim multoties periti, & practici, in ipſa cognoſcendi arte iam decepti ſunt. Quod etiam
F teſtatur Plinius, in calce. 12. capituli. 37. libri. Vnde nemo confidat in ſe ipſo de huiuſmodi
cognitione: ſed per plures in ipſa arte cõſummatos, & practicos, faciat eos ſubtiliſſime per-
ſcrutari: ne decipiatur. Sapphyrus igitur rectius, q̃ Zapphyrus dicitur: ut ſcribit Plinius cap.
G 9. libri. 37. dicens: Sapphyrus aureis punctis. Ceruleæ & Sapphyri raroq́; cum purpura:
optime apud Medos: nuſq̃ tamen perlucidæ: &c. Iſidorus autem cap. 9. libri. 16. etymolo-
giarum: Eſt ceruleus cũ purpura, habens pulueres aureos ſparſos: optimus apud Medos:
H nuſq̃ tamen perlucidus. Albertus magnus, in libro ſecretorum (Si uere ipſius Alberti eſt: is
qui circunfertur) dicit: ꝙ ab oriente & India exportantur ſapphyrini lapides. Scribũt enim
Dioſcorides: & Paulus: potum hunc lapidem ualere aduerſus ſcorpionum ictus. Attamen
I raro ab aromatariis ueri lapides precioſi adminiſtrantur.

De Hyacintho.

HYacinthi genera, ſecundum Albertum magnum, duo ſunt, ſcilicet aquaticum & ſap-
K phyrinum. De ſapphyrino autem hyacintho ſcribit Plinius: libro. 37. cap. 9. Sed ſecũ-
dum Serapionem, tria ſunt genera: ſcilicet rubeum: & citrinum: & tertium, quod dicit eſſe
coloris chahali, & coloris antimonii. Et addit ꝙ rubeus hyacinthus eſt aliis melior. Alber-
L tus uero dicit, ꝙ multorum eſt colorum: Sed uiridis, habens uenas rubeas, eſt aliis præſtan-
tior. Nos aliquando uidimus hyacinthos pulcherrimos: qui proprie uidebantur ſimiles fa-
ſianorum oculis. Eſt quoq́; eiuſdem nominis flos: de quo fabulantur multa poetæ.

M De Sardonyche.

SArdonyx: ſeu ſardonychis, gemma eſt: cuius nomen, ex duobus gemmarũ nominibus,
eſt compoſitum. Vt Plinius: Iſidorus: & alii plures teſtantur, ſcilicet ex ſarda, & onyche
N gemmis. Quoniam miſtas habet uenas: quaſi de utraq; participans, ſardonix dicitur. Lumi-
nare maius quidem, nõ bene percepit Iſidori dicta. Vnde ipſe bonus uir, pro uno & eodem
intellexit ſardam, ſiue ſardium lapidem: onychem: & ſardonychem: ut ex ſua confuſa atte-
O ſtatione depræhenditur. Etenim in hac compoſitione, nõ quærit author fragmenta ſardii la-
pidis, ſiue ſardæ gemmæ (ut quidam ex iunioribus tenent) neq; fragmenta onychis: ſed frag
menta ſardonychis. Et legendum eſt in recepta Sardonychis: ſiue ſardonycis: & nõ ſardinis;
P ut male omnes impreſſiones habẽt. Sarda igitur gemma, ſeu ſardius lapis, rubeus eſt. Onyx
uero unguis humani candorem imitatur: unde & nomẽ accepit. Onyx enim græce: unguis
latine dicitur. Sarda autem dicitur: quia in Sardis primum reperta. Legitote apud Plinium &
Q cæteros probos authores. Reperitur etiam, & onyx nigra cum albis uenis. Eſt quoq́; & Ala-
baſtrites lapis, dictus onyx: &c. Sunt namq; eius genera quinq́;. Etiam & ſardæ quinq́; ſunt
genera. Conſimiliter & ſardonyx quinq́; genera habet. Vnde de ſardonyche, ſic Iſidorus ſcri
R bit. Sardonix ex duum nominum ſocietate uocata eſt. Eſt enim ex onycis, ſiue onychis can-
dore: & ſardo. Conſtat autem tribus coloribus: ſubterius nigro: medio cãdido: ſuperius mi-
nio. Hæc ſola in ſignãdo: nihil ceræ auellit. Reperitur autem apud Indos, & Arabes detecta
S torrentibus. Genera eius quinq́;. Hæc Iſidorus. Manardus autem pro ſardinis interpretatus
eſt ſardium lapidem: & eum putat eſſe qui nunc Cornelius dicitur. Vulgo autem corneola
uel corniola: quod quidem pluribus nõ placet.

De Granatis.

De Granatis. A

TAli nomine apud antiquos, non inuenimus hos lapides: ſed in generibus carbuncu-
lorum connumerantur. Hodie quaſi uulgares habentur granati lapides: & uili emun-
tur: nõ obſtante ꝙ ſæpius ma igni homines, ſimplicioribus & minus peritis aromatariis, ui- B
tri rubei fragmenta, pro granatis uendãt. Nobiliores autem iudicamus illos, qui granis gra-
natorum ſimilantur: q̃ illos, qui cytini (ut iuniores dicunt) imitantur aſpectum: ſed eos nũq̃
uidimus.

De Feruzegi, ſiue ſmaragdo. C

POſſet ſiquidem dubitari, quid ſit feruzegi (q̃uis in præſenti deſcriptione uel ab interpre
te uel ab alio, ſit declaratum pro ſmaragdo) quoniam apud Simonem Ianuenſem in li-
tera, f, legitur. Feruzegi, Arabice, ſtãnum, metallũ. Et in litera, l, Lapis feruzegi, Arabice, ſe- D
cũdum Alhaui eſt lapis topaceus. Si dicis ferzegi, idem eſt. Et in interpretationibus Andreæ
Bellunenſis. Alferuzegi eſt lapis: apud latinos Thurchois appellatur. Tamen ſecundum ue
ritatem in iſto electuario, quod eſt cordiale, non conuenit ſtãnum: neq; topaceus: ſiue topa- E
tion: uel topatiũ, neq; thurchois. Vnde pro ſmaragdo hoc in loco feruzegi interpretari de-
bet. Et ſic interpretatus eſt pãdectarius. De ſmaragdo autem in Serapione capitulum incipit,
Zabarged. Sed in pãdectario pro zabarged in pluribus locis legitur, tabarzet: quod puta- F
mus non recte. quoniam tabarzet (ut infra dicemus) ad aliud refertur. Et ſmaragdus nõ ſmi
raldus, nec ſmaraldus legi debet. At Luminare maius dicit: ꝙ in quinto cañ. Auicẽnæ in ſim
plicibus, exponitur feruzegi, ꝙ eſt ſmaragdus. Sed ubi ſit hæc ſimplicium expoſitio in quin- G
to cañ. Auicennæ: ab ipſo querendum eſt: quia nos neſcimus. Porro ſuſpicati ſumus eſſe mẽ
dam in codice. & legendum eſſe in ſecundo cañ. & non in quinto. Sed neq; in ſecundo, in-
uenimus. Neq; eſt in de ægritudinibus cordis: inter medicinas cordiales. Bene quidem legi- H
tur alferuzegi in tertio cañ. Videlicet in fine primi tractatus. xi. fen. ſcilicet in capitulo de me
dicinis cordialibus. Vbi a Bellunenſi pro alferuzegi reſcriptum eſt Alfaruzegi. Sed ibi nihil
exponitur. Verũtamẽ ſmaragdus eſt lapis uiridiſſimus: & cordialis: & multum competit hu- I
ic electuario. Et ſecundum Plinium, Iſidorum, Vincentium Beluacẽſem, & alios plures: ſma
ragdi. xii. genera ſunt. Sed genus quod ex Scythia eſt. præſtãtius omnibus habetur. Plurimi
tamen inexperti emunt fragmenta iaſpidis & uitri uiridis, pro ſmaragdo. Diuites enim & gẽ K
marii potius, q̃ aromatarii, habent peritiam ſecernendi gemmas: & lapides precioſos, ue-
ros, & bonos: a non ueris, & malis.

De Zedoaria & Zurumbet. L

ZEdoaria & Zurumbet apud Arabes ſunt ita cõfuſa: ꝙ impoſſibile nobis uidetur, ad ple
num ipſa declarare. Attamen quod ex eis colligere potuimus deſcribemus. Igitur ſciẽ
dum primo, ꝙ capitulum de zedoaria: & capitulum de Zeduar Auicẽnæ: & capitulũ. 172. M
de Zurumbeth, Serapionis quod incipit. Zurumbeth ideſt zedoaria, ſunt unum, & idem.
Et capitulum de zarnabo Auicennæ. & capitulum. 271. de zurumbet Serapionis: & Arna-
bo Pauli Aeginetæ: ſunt unum, & idem. Vt legenti: & capitula ad inuicem cõferenti, expreſ- N
ſe patet. Et ꝙ zedoaria, & zeduar Auicennæ, ſint unum, & idem: iuxta Bellunenſis emena-
dationem, non eſt occultum. Item Auicẽna habet aliud capitulum: quod inſcribitur: De zu-
rumbet. Et ſecundum Bellunenſem: de zurumbad: quod quidem, cum nullo præfatorum O
capitulorum concordat: ſcilicet ꝙ nec eſt zedoaria: nec eſt zurumbet Serapionis: quia zu-
rumbet Serapionis (ut diximus) eſt zarnabum ipſius Auicennæ. Ergo eſt diuerſum ſimplex.
Et ꝙ ſit diuerſum a zarnabo: quod eſt zurumbet Serapionis: non ſolum eſt clarum in ſuis P
lectionibus: ſed etiam probatur per Raſim: qui in. 34. capitulo tertii ad Almanſorem, ſepa-
ratim de utroq; deſcripſit, ſcilicet de zurumbet: & de zarnabo. Et ꝙ ſit diuerſum a zedoaria:
clare percipitur cum legitur in ipſo capitulo: Confert mordicationi uenenoſorum uermiũ. Q
ualde: ita ut propinqua ſit zedoariæ. Et ſimiliter probatur per præſentis electuarii deſcriptio
nem: in qua utrunq; recipitur, ſcilicet zedoaria, & zurumbet. Ex quibus omnibus igitur col
ligere poſſumus ꝙ illa radix, quæ pro zedoaria in officinis habetur; non eſt zedoaria Auicẽ- R
næ: nec Serapionis. quoniam ipſi dicunt zedoariam habere radices rotundas, ſimiles ariſto
lochiæ rotundæ. Iſta autem radix præfata, nullam habet ſimilitudinem cum ariſtolochia ro
tunda. Nec eſt zurumbet Serapionis: ſcilicet zarnabum Auicennæ: quoniam ipſi dicunt: ꝙ S
Zurumbet: ſiue Zarnabum, eſt arbor magna: &c. & ꝙ adminiſtrantur folia: quæ ſunt ſicut
folia ſalicis: ſubcitrina, habentia odorem citri: & cætera. Sed illud quod communiter hodie

A adminiſtratur pro zedoaria,eſt radix herbæ:& non folium arboris:& per conſequens non
eſt zurumber ſiue zarnabum.Et q̃uis Bèllunenſis in calce ſuarũ interpretationũ dicat, ꝙ zu-
rumbad eſt illa radix:quã aromatarii ueneti appellant zedoariã:hoc tamen non poteſt eſſe:
B quoniã zurũbad.ſ.zurũber Auicẽnæ(ut in proprio capitulo legitur)eſt herba ſimilis cype-
ro:Sed eſt maior:& minus odorifera:&c. Si autẽ herba ſiue planta ipſius zurũbad ſit ſimilis
plantæ cyperi:neſcimus:quia ipſam nõdum ipſi uidimus:neq; ab aliquo potuimus ediſcere
C qualiter facta ſit.Sed cum dicit Auicẽna minus odorifera:dat intelligi, ꝙ ipſe nõ de culmo:
ſed de radice pertractat.Nam planta cyperi.ſ.herba nullum habet odorem:præter cõmunẽ
.ſ.herbaceum & iſta radix quæ pro zedoaria uenditur,ſpirat magnum odorem:ita ꝙ odo-
D ratior ſit radicibus ipſius cyperi:qm̃ radices cyperi niſi maſticẽtur,nõ multum effundunt ſu-
um odorem.Nec zedoaria officinarum,in forma,eſt ſimilis radicibus cyperi.ſ. ꝙ nec rotũ-
do cypero aſſimilatur:nec longo.Ergo nõ eſt ipſa.Sed quare longum & rotundum ſpecifi-
E canimus:infra in trochiſcis de cyperis,deo cõcedente dicetur.Præterea fortaſſe Auicẽna in
telligit de cypero indo:cuius Dioſcorides in fine capituli de cypero meminit:quod genus
dicit eſſe zinziberis effigie:quodq; manducatum,croci uim reddit:&c. Quem quidẽ cype-
F rum nõnulli putant eſſe curcumam uſualem:quoniã hæc zedoaria uſualis, habet nõ paruã
ſimilitudinem,cum zinzibere.Et forſan cum illo cypero indo maiorem habeat.Vnde & Bel
lunenſis,quaſi clare uidetur hoc comprobare:cum in ſuis interpretationibus dicit. Zedoa
G ria apud arabes quoſdam appellantur cyperi indi:quia naſcitur in india & ſimilatur cypero.
Hæc ille.Et ſi ſic eſt,certum eſt,ꝙ hæc radix qua pro zedoaria utuntur omnes:eſt uerum zu
rumbet ſiue zurumbad Auicẽnæ.Et per cõſequens atteſtatio prædicta Bellunẽſis(.ſ.ꝙ zurũ
H bad eſt radix illa quam aromatarii ueneti appellant zedoariam)eſt uera.Sed animaduerten-
dum,ꝙ Serapio ſub nomine zurumbeth,habet & zedoariam:Sed in hoc tantum differunt,
uidelicet:ꝙ zurumbeth zedoaria,ſcribitur aſpirate in fine:alterum uero zurumber,ſine aſpi
I ratione.Aetius autem cap̃.xiii.ſermonis undecimi habet in uno pharmaco.Zador.i.zedoa
ria.Quid autem ſit propriæ zedoaria:neſcimus.Manardus quidem hanc uſualem, credidit
eſſe ueram zedoariam.Sed allucinatus eſt.Et quid ſit zurumbet Serapionis.ſ.Arnabo Paulii
k & zarnabum Auicẽnæ:ignoramus.Et ſi zurumbet Auicennæ nõ erit(ut diximus)hæc radix
quæ pro zedoaria in officinis habetur:ſimiliter nobis incognitum erit.iuniores quippe plu
rimos,ut Simonem ianuenſem,pandectarium,&c.non citauimus:quoniam in hoc ipſi po-
L tius confundunt,q̃ illuminant mentem legentis.Igitur pro concluſione:quia zedoaria non
habetur:ſaluo ſemper meliori iudicio,nobis uidetur loco eius poſſe adminiſtrari zinziber.
Quoniam ſi eſt(ut ait Serapio)in ſapore & colore zinziberis:putamus etiam, & in uirtute,
M ei propinquum eſſe.In pandectis nouis autem in litera Buzaram,ſiue Buzaharam, quod ibi
interpretatur zedoaria:abſolute legitur,poſſe adminiſtrari zinziber pro zedoaria.Item ſe-
cundum Auicennam poteſt poni doronici. Item ipſe Auicenna in fine proprii capituli de
N zedoaria,ſecundum Bellunenſis emendationem,dicit. Ponitur in theriaca pro ea triplum
ponderis zurumbet.Nam in aliis æditionibus,non recte ibi legitur.Permutatio:triplum põ
deris zurumber pro uno theriacæ.Quoniam talis circũloquutio,nihil pro zedoaria facit.
O At pro zurumber Auicennæ:cui non placuerit ponere radicem præfatam falſo zedoariam
nuncupatam:quæ(ut diximus)eſt ipſummet zurumbet Auicennæ:poterit ponere doroni-
cum.& cætera,quæ notat ipſe Auicenna in permutatione.in fine proprii capituli de zurũ-
P bet.Porro pro zurumbet Serapionis:ſiue zarnabo Auicennæ,ut legitur apud ipſos,in pro
priis capitulis:poteſt poni caſia lignea:uel cubeba.ſ.carpeſium:uel cinnamomum: uel nux
muſcata.Poſtremo ſciẽdum, ꝙ ubi Serapio in cap̃.de zurumbet ſcripſit:Et dixit Conſodo-
Q nius:ſi nõ habes cinnamomum:pone pro eo zurumbet:Apud Paulum autem ,nõ Conſo-
donius:ſed Poſidonius legitur.Sic nempe,in fine de arnabo habetur.Vnde Poſidonius.ubi
cinnamomi copia non datur : hoc utendum eſſe cenſet. Antonius muſa Braſaulus quidem
R in hac atteſtatione : reprehendit Serapionis interpretem : aſſerens per oppoſitum in Paulo
legi:ſcilicet ꝙ non zurumber pro cinnamomo,ut in Serapione:ſed cinnamomum pro zu-
rumbet ſit ponendum:Si Paulus autem apud ipſum ſit alteriuſmodi neſcimus:in noſtro ta-
S men non per contrarium:ſed recte:ut poſuimus,legitur.Etiam ſi eſſet , ut ipſe Braſaulus di-
cit,nihil facit ad rem:quoniam conuertuntur ad inuicem iſta. Videlicet ꝙ ſi pro cinnamo-
mo licet adminiſtrari zurumbet:e contra & pro zurumbet cõpenſabitur cinamomũ.

De alfeleniemiſch:& omni ozimo. A

ALfeleniemiſch,uel alfelengiemiſch,ſeu felēgiemiſch,uel alfelēgemiſce,&c.eſt ozimum
gariofilatū,ut omnes declarāt:uel ozimū muſcatū,ut aliqui opinantur.Nam miſch,ſeu
meſch,arabice:muſcus eſt latine:& alfelēgie,baſilicū.ſ.ozimū ſignificat.Bellunēſis autē in ſu B
is interpretationibus dicit:Alfelange,eſt herba ſimilis ozimo.Et pandectarius:Alfelengia.i.
baſilicon:alfelēgiemiſc.i.ozimū gariofilatū:alfelingemiſchich.i.ſpica celtica. Et in litera.f.
felememiki,felemenichi.i.ozimū gariofilatū:felengemich,eſt genus quoddā baſiliconis.Et C
alia plura.Simō ianuēſis autē in litera felemenuſch: & quāplurimi ex iunioribus: multa, &
alia cōſimilia barbara uocabula ſcribunt.Verūtamen omnes fere in unū concordant.ſ.ꝙ ſi-
gnificant ozimū:uel ozimū gariofilatū:exceptis aliquibus ut eſt.Alfelingemiſchich:&c.In D
Auicēna autē eſt capitulū de ozimo gariofilato: quod incipit:falamamiſki. Pro quo Bellu-
nenſis reſcripſit:felengiemeſch.In Serapione uero,capitulum de ozimo gariofilato incipit.
Berēgemiſch.i.ozimū gariofilatū.Et quaſi ſimile legitur in primo cap.xi.tractatus primi libri E
Abumeron:ſiue Abumaruan Auēzoar.hoc eſt.cum ſucco de berengemeſcha.i.Baſiliconis
gariofilati:poſtea Serapio facit aliud capitulū de ozimo nō gariofilato:quod eſt ozimū cō-
mune:quod capitulū incipit Berēdarog.Eſt quoq; apud ipſum Serapionē,aliud capitulū de F
ozimo carmeno:& eſt.73.ubi malus interpres confuſe poſuit titulū huiuſmodi. De baſili-
con gariofilato:& eſt ozimū carmenū.Hinc ſubſcripſit.Scexabrā.i.ozimū carmenū:uel ba-
ſilicon gariofilatū.Eſt preterea apud Serapionē & aliud capitulum de ozimo:& proprie eſt G
175.quod incipit:Hameim.i.amechi:nominatur apud Romanos Selichi.Vbi ſequitur au-
thoritate iſaac eben Amrā:eſt ozimū domeſticū habens lata folia:& nominatur in ſeni:ozi-
mum nabati:habet ramulos uirides quadrāgulatos:& color floris eius eſt albus:&c.Et licet H
hic nihil tāgat de odore:tamē per alias notas coniectamus ipſum eſſe ozimū citratū:de quo
infra.Etiā in quinto colliget Auerois legitur halhalbat.i.baſilicō:Et hinc pertractat de baſi-
licone gariofilato.Vnde eſt ꝙ Hiſpani,barbare uſq; hodie uulgo,baſilicū,halbahacā nomi- I
nant.Latine autē,& græce,rectius ocimū,ꝙ̄ ozimū dicitur.Ocimū aūt,ſiue(ut mauis)ozimū
& baſilicon,ſiue baſilicū:ſunt nomina generalia,ad omnes ſpecies ſui generis.Vnde ex ſpe-
ciebus ozimi:aliud eſt cōmune notū:quod habet folia ampla.Et hoc uocat Raſis ozimū ma K
ius:ut legitur in nono ad Almāſorē,cap.de melācolia.ſ.in electuario lætificāte.Eſt aliud ba-
ſilicum,ſiue ozimū letophyllon:quod uulgo baſilicū minutū appellāt:quodq; multi tenent
eſſe baſilicon gariofilatū:ex eo,quod Serapio in cap.156.de ozimo gariofilato dicit.Et fo- L
lia eius ſunt parua:&c. Sed hi errant qm̄ hoc baſilicū minutū nō habet ſtipitē quadrāgulatū:
ut inibi ipſe Serapio dicit:Sed potius eſt ozimū carmenū ſupradictū:quoniā etiam ibi aſſerit
authoritate iſaac eben Amrā: ꝙ ozimū carmenū eſt paruū. Eſt & aliud quod dicitur ozimū M
citratū:ſiue baſilicū citratū:cuius meminimus:quod quidē hodie perpaucis eſt notū:de quo
lege infra in cōfectione de muſco dulci:Eſt etiā ozimū fluuiale:quod ſcribēs pādectarius di-
cit eſſe meliſſam:& ſimiliter Simon ianuēſis tenet idē in litera ozimū:qm̄ etiā ibi tenet,ꝙ ozi- N
mum citratū ſit turungen:quod eſt meliſſa:quod eſt falſum. Eſt præterea aliud quod dicitur
ozimū ſiue baſilicon gariofilatū:pro quo nunc ſermo protēditur:quod certe noſtris tēpo-
ribus extra regnū Apuliæ quaſi omnibus erat incognitū:ex quo omnes aromatarii:&c.acci O
piebant præfatū baſilicū minutū:pro gariofilato.Et nos quidē primū,hac uidelicet tēpeſtate
Romā attulimus ſemen gariofilati:ſimul & citrati:ſicut & alia plura.Vnde nūc Romæ a plu-
ribus,tā medicis & aromatariis:ꝙ̄ etiā aliis hominibus,utrunq; cognoſcitur:quū paucis an- P
te annis,neutrū ipſorū cognoſcebatur.At omnes quotquot uident: hauddubie cōfitentur,
atq; teſtātur utrunq; uerū eſſe.ſ.alterū gariofilatū:& alterū citratū ozimum. Eſt igitur planta
ocimi gariofilati huiuſmodi uidelicet:foliis meliſſæ,lōgioribus tamen:per ora lente ſerratis Q
caule ſeſquipedali,& aliquādo ampliori:quadrato ſed nō anguloſo:piloſo, nō tamē hiſpi-
do,ramoſo,uiridiq;,proprie foliorū colore:quæ folia etiā piloſa ſunt:& plana:peciolis lō-
gis:& inter folia,& folia,eſt ſpatiū trium digitorū,uel circa:flos ei,& ſpica ſeminis,ut cæteris R
ozimis.Verūtā quælibet ſpica habet quoſdā alios,quaſi adnatos ſpicarū ramulos.Semē eius
eſt minutius aliis:& rotūdius:ſubruffum,trahēs ad nigrū &c.Tota.n.plāta præter radicē:ha
bet odorē,nec nō & ſaporē acutiſſimū gariofilorū:ita ꝙ folia eius uellicāt linguā,proprie ut S
gariofilus facit.Et q̄to magis ſeneſcit plāta,tāto magis folia eius ſūt odoratiora & acutiora.
Vñ nō eſt dubiū in eo qui ipſum ſit ozimū gariofilatū depictū a Serapione.Nō obſtāte, ꝙ ibi

A legatur, ꝙ folia eius ſint parua: qm̃ fortaſſe eſt error interpretis: qui tenens (ut alii plures)
baſilicũ minutũ, pro baſilico gariofilato: poſuerit folia minuta: ut ipſe ſciebat. Suſpicamur
autẽ hoc baſilicũ gariofilatum eſſe ocimaſtrũ Dioſcoridis: quod tertio libro ſcribit: quodq;
B acinos: ſiue aconos: & ſylueſtre baſilicũ ab aliis dicitur. Diximus autẽ, ꝙ eſt in tertio libro:
qm̃ in quarto libro ipſe Dioſcorides aliud ocimaſtrũ ſcribit: quod eſt alterius herbæ genus:
quod quidẽ nõnulli (ut ipſe refert) uocãt ocymoidẽ: & echiõ: & ſcorpiurõ: & amarãtida: &c.

C De Corallio, uel Corallo.

COralliũ, ſiue corallion, rectius, q̃ corallũ, uel corallus dicitur. Dioſcorides quidem: Pli-
nius: & Serapio duo tantũ corallii genera ſcribunt. ſ. rubrũ & nigrũ. Auicẽna autẽ ipſis
D iunior, tria poſuit: unde cũ illis, & albũ cõmemorauit. Nigrũ. n. a Dioſcoride, Antipathes co
gnominatur: quod raro habetur. Attamẽ eſt notũ: Sed albũ eſt notius: & rubrũ notiſſimum:
quod omnibus preſtãtius eſt. Vnde quandocũq; abſolute, coralliũ deſcribitur: Semp de ru-
E bro intelligitur. Reperitur quãndoq; coralliũ ſubrubrũ. ſ. ꝙ non eſt ueræ rubedinis: quaſi ſit
minus maturũ: tamẽ pro rubro cõputatur. A Plinio nõ coralliũ: ſed curaliũ dicitur. De quo
in cap. ſecundo libri. 32. non parũ ſcribit: ubi & teſtatur coralliũ ferre baccas albas: & mol-
F les. ſub aquis: quæ exemptæ, confeſtim durãtur: & rubeſcunt: quaſi corna ſatiua: ſpecie atq;
magnitudine. Nam certũ eſt: ꝙ eſt frutex, ſiue arbuſtũ marinũ: quod creſcens, uitã habet ue-
getatiuã: ut terreſtres plantæ: &c. Igitur cũ ſit plãta: non eſt mirũ ſi fructũ producat: Etenim
G cum eſt ſub aquis tenella plãta eſt: ſed cũ aerẽ perſentit: ita mox dureſcit: ꝙ a lapidibus du-
rioribus, mollicie non differt: unde a nõnullis inter lapides precioſos connumeratur. Et a
Plinio. 37: libro, inter gẽmas deſcribitur: & ex eo ꝙ cito in lapidẽ cõuertitur: gorgoniã gẽ-
H mam nominat. Sed corallo a chates: & corallis minio, ab ipſo inibi ſimiliter deſcriptæ: aliæ
gẽmæ ſunt. Quodlibet autẽ corallii genus: q̃to magis in ſuo colore uiget: tanto melius, atq;
precioſius. Hoc eſt. ut rubicundũ, q̃to rubicũdius: nigrũ, q̃to nigrius: & albũ, q̃to albius: tã-
I to melius. Etiam q̃to durius, ſincerius, purius, atq; politius: tanto nobilius. Etenim poroſũ:
corticoſum: atq; lapidibus aliis commiſtum, in re medica, non eſt bonum.

De Ebore.

k EBur, uel Ebor, communiter in libris medicinæ, pro elephanti dẽte exponitur. Et ſic eſt.
Quãuis non de omni dẽte ſit intelligendũ: Sed de illis duobus magnis dũtaxat: quos nõ
nulli, cornua elephãti uocauere. Vt Plinius. viii. libro refert: & hoc eſt notiſſimũ. Eſt & ebur
L foſſile lapidis genus: de quo etiã Plinius cap. 18. 36. libri loquitur. Vñ & in cãticis cãticorũ
Turris eburnea, de tali lapide dicitur: & nõ de dente elephãti: ex quo nõ ædificantur turres:
Sed in medicina, pro dicto dente accipitur.

De Folio.

M FOlium abſolute, de folio indo: ſeu malabatro (quod idẽ eſt) intelligitur. Malabatrũ autẽ:
ſeu malobatrũ: ſiue foliũ: ſecundũ Pliniũ duplex eſt: ũnũ uidelicet, arboreũ conuolutũ:
ex quibuſdã Syriæ arboribus: alterũ uero, quod magis cõmẽdat, dicit ex India afferri: quod
N tradunt ibi in paludibus, lentis aquæ modo gigni: &c. Dioſcorides. n. de hoc indico tantum
pertractat. De quo quidẽ amplius nõ exportatur. De forma autẽ ipſius, nemo eſt qui ſcribat.
Nunq̃ tale uidimus. Sed neq; Simon Ianuenſis (ut ipſe teſtatur) uidit: nec audiuit aliquẽ citra
O mare uidiſſe. Dicunt tamen omnes, ꝙ æmulatur nardũ, & odore, & uirtute. Vnde falſo aliqui
putauere ipſum nardi indicæ foliũ eſſe. Nec quidẽ Plinius arborem malobatri Syriaci. ſ. folii
Syriæ depinxit. Ex quo neſcimus: an hoc foliũ, quo cõmuniter utuntur aromatarii: ſit ipſum
P foliũ Syriacũ: an aliud. Hoc tamen foliũ uſuale pluries guſtauimus: & quandoq; inuenimus
ipſum habere odorẽ & ſaporẽ gariofili: & qñq; ſaporẽ, necnõ & odorẽ cinamomi uſualis. ſ.
cãnellæ aromaticæ, quã nos uerã caſiã ligneã eſſe nõ dubitamus: ut infra, i cõfectione de ci-
Q namomo dicetur. In pediculo quidẽ ipſius folii uſualis, magis probatur ſapor: q̃ in ipſo fo-
lio, ut quilibet experiri poteſt. Nunq̃. n. aliquid certi habuimus de hoc folio uſuali, quid ſit.
Ex quo igitur, quia caremus uero folio ido: & foliũ Syriacũ ignoramus: minus malũ eſſe iu-
R dicamus ut loco ueri folii ubi neceſſe fuerit, cõpenſetur ſpica inda: uel, ſecundũ Auicennã,
põdus ipſius de mace: uel, ſecundũ Paulũ, caſiã. ſ. cãnellã uſualẽ: q̃ hoc foliũ plãtæ nobis in-
cognitæ.

De Foliis auri & argenti.

S FOlia auri, uel argenti, dicuntur: non ꝙ ipſa metalla tanq̃ uegetabilia creſcant in foliis,
& ſtipitibus, & cæteris. Sed quia malleationis arte, huiuſmodi metalla, & ſimilia plura,
deducuntur: & conformantur in laminas tenuiſſimas: quæ a ſimilitudine foliorum: folia

nuncupantur. Vt exẽpli gratia: ſicut chartæ librorũ & ſimilia: quia ſunt ſubtilia, folia dicun- A
tur: ſic etiã & ex metallis: laminæ tenuiſſimæ folia appellãtur. Poſuit autẽ author folia auri,
& argenti: ſiue aurũ, & argentũ foliatũ: ob id, quia nulla meliori arte poſſunt ſubtilius cõteri
& puluerizari huiuſmodi metalla (Sed neq; per limã) ſicut fit per infoliationẽ quo quidem B
modo, ſubtilius, q̃ oleum extenditur. Ita ꝙ habita eſt huiuſcemodi experientia: uidelicet. ꝙ
ſumptis æqualibus portionibus. quouis modo. ſ. menſuræ uel ponderis ex auro: & ex oleo
claro: & ſubtiliſſime perũctũ utrũ: uel aliud ſimile: q̃tum fieri potuit: ad ſolẽ: uel prope ignẽ; C
ex ipſo oleo: & poſtea ſeorſum extenſum eſt aurũ foliatũ ſuper tabulã: Et maius ſpatiũ tectũ
eſt auro: q̃ quod fuit perũctũ oleo. Hinc cõſiderate ingenii humani nobilitatẽ. Sed animad-
uertendũ eſt, ut ipſa folia ſint puriſſima. ſ. ex auro puro & probatiſſimo: & ex argẽto puriſſi- D
mo: abſq; alicuius alchimiæ admiſtione: Simili quoq; arte foliãtur una aurũ, & argentum:
quod uocãt aurũ, ſiue argentũ de medietate. ſ. ꝙ ex uno latere eſt aurũ & ex altero argentũ.
Quod quidẽ in præſenti electuario & ſimilibus: in quibus ambo requirũtur: licite poteſt ad- E
miniſtrari: Multiplicato tñ põdere pro utroq;. ſ. ut tã aurũ, q̃ argẽtũ, habeat ſui põderis por-
tionẽ.

De melle emblicorum.

DE hoc melle emblicorũ, quã plurimi authores uarie deſcribunt. Et cũ ſit ꝙ ipſi addu- F
cunt authoritatẽ Raſis, ex nono ad Almãſorem: cap̃. de melãcolia. ſ. in electuario læti-
ficante: attamẽ ipſum nõ ſequũtur: Sed q̃ maxime deuiãt ab eius intẽtione: & unuſquiſq; agit
ſecundũ propriũ ſenſum. Verũtamẽ ſalua ſemper ueritate, intentionẽ authoris melius decla- G
rabimus. Clarũ quippe eſt, ꝙ ex nono Ad almãſorẽ; cap̃. & electuario præallegatis ſumitur
regula faciẽdi huiuſmodi mel: ſed authoris intẽtio (ut diximus) nõ bene percepta eſt. igitur
ita in textu legitur. Sumãtur chebuli. xx. & emblici. xxx. & terãtur: & in tribus libris aquæ co- H
quantur: donec ad unã redeãt: & colentur. In colatura uero mittatur mellis, libra. i. Deinde
bulliãt, donec aqua cõſumpta ſit. Poſt, hoc melle cõficiãtur ſpecies: &c. Quod quidẽ mel nõ
poteſt uocari ſimpliciter, mel emblicorũ: ſed mel emblicorũ, ſimul & chebulorũ. Vnde ſi uo- I
lumus facere uerũ mel emblicorũ: debemus accipere limitatã omniũ quãtitatẽ. ſ. quinqua-
ginta emblicos: uidelicet permutãdo chebulos in emblicos: hoc. ſ. modo. ℞. emblicorum
quinquaginta: & terãtur. ſ. groſſo modo: ac nucleis oſſeis purgẽtur: & coquãtur in tribus li- K
bris aquæ, donec ad unã redeãt: & c. ſicut ſupra. Et huiuſmodi eſt uerũ mel emblicorũ. Simili
modo poteſt de ſingulis ſimpliciter fieri mel. ſ. chebulorũ: uel mel citrinorũ: &c. Sicut exẽ-
pli grã. Author noſter in practica. cap̃. de cura maniæ: & melãcoliæ ſanguineæ. ſ. in electua- L
rio lætificãte: quod ſcribit authoritate filii Zachariæ, petit mel bellericorũ: & mel emblico-
rum. Cõſimiliter etiã poteſt fieri mel cõmune ipſorũ. ſ. emblicorũ: bellericorũ: chebulorum
ſimul & cæterorũ: accipiẽdo ex quolibet decẽ: uel plus de uno, q̃ de alio: & ex duabus: ſeu tri- M
bus, uel quatuor myrobalanorũ ſpeciebus: ſicut cõpetens erit medicinæ dũmodo nõ plus,
nec minus: q̃ quinquaginta de myrobalanis pro quibuſlibet tribus libris aquæ, ad unã uſq;
decoquẽdis apponãtur. Et hoc ſemper eſt intelligendũ cũ ſale diſcretionis. ſ. de mediocri- N
bus. Hoc eſt: ſecundũ magnitudinẽ & paruitatẽ ipſorũ. quia ſi ſunt multũ parui uel multum
magni: addendũ eſt, uel minuendũ ex ipſis. Etiã animaduertendũ, ꝙ emblici, ut plurimũ ex-
portantur cõfracti in fruſta: quia naturaliter cũ maturãtur, ſcindũtur in quatuor, uel plures O
partes. Et multoties integri plurimi inter cõfractos reperiuntur. Vnde ad ipſorũ proportio-
nem, fruſta emblicorũ ſumẽda ſunt. Videlicet quatuor, uel quinq;, uel circa, pro uno embli-
co: Et illi emblici ſunt meliores. quorũ fruſta (ut ait author noſter in proprio cap̃.) ſunt groſ- P
ſiora: & denſa: & grauia: &c. De myrobalanis oĩbus autẽ, lege infra in cõfectione Hamech.
ſecunda.

De Geleniabin.

VT habetur in quinto canone Auicẽnæ: & in decimo practicæ Hali filii Abbas: cap̃. de Q
cõditis: & alibi: Geleniabin: quod alio nomine, muraba, dicitur: & chalẽgebinũ (ut in
Hali p̃fato legitur) nil aliud eſt, q̃ zuccharũ: aut mel cũ quo aliqua, ut roſæ, uel uiolæ, uel flo-
res borraginis, & ſimilia, ſint cõdita: Tanq̃ ſi diceres: Geleniabin eſt nomẽ æquiuocũ: ſeu cõ- R
mune: & generale, ad omnẽ huiuſmodi cõditurã: ſiue cũ melle: ſiue cũ zuccharo fiat. Vnde
geleniabi abſolute, ĩtelligitur tã de zuccharo roſato: q̃ de melle roſato: tã de zuccharo uio-
lato: q̃ de melle uiolato. Et ſic de ſingulis: q̃uis de aliis floribus nõ legatur ſpeciati: ſicut legi- S
tur de roſis: & de uiolis. Verũtñ, ſicut dicimus zuccharũ roſatũ: uel mel roſatũ: & intelligitur
geleniabi de roſis: & ſicut dicimus zuccharũ uiolatũ: uel mel uiolatũ: & ĩtelligitur geleniabi

A deuiolis:ſic etiã dicẽdo,mel,uel zuccharũ bugloſſatum:uel borraginatum,uel alchilil,&c.
intelligitur geleniabin de bugloſſa,uel de borragine,uel de alchilil &c.Author autẽ in præ-
ſenti deſcriptione ſpecificauit de roſis:ad differentiã aliorũ.ſ.de uiolis &c.Sed nõ diſtinxit,
B inter mel,& zuccharum:quaſi dimittẽs illud ad libitum cõficiẽtis:uel potius medici ordinã-
tis.Vnde hic,& in ſimilibus,ſemp eſt bonum cõſulere medicum.Itẽ ſpeciati dixit author,ut
ſit colatura ipſius geleniabin.Vbi intelligitur,ꝙ illud tale ſit exprimendum : & ex illo quod
C exierit:ſiue mel:ſiue zuccharum liquatum tãq̃ mel:erit acciplẽdum pro cõficiendo hoc,uel
ſimili electuario:ſed illud mel roſatum,eſt faciẽdum cum ipſis roſis:ſicut ſit zuccharum ro-
ſatum.Attamẽ pro præfata colatura geleniabin de roſis:libere poſſumus pouere ſyrupum
D de ſucco roſarum:quod ſemp eſt cum zuccharo faciẽdum:uel mel roſatum colatum:quod
hodie habetur in uſu:& nõ erit cõtra authoris intentionẽ.Pandectarius autem, & plures ex
junioribus,ſuper hoc non declarant:ſed potius pturbant.Legitote apud ipſos:& uidebitis.

E

ℂ Confectio alchermes,&c. IIII.

F A Conficiendo quippe cõfectio dicitur.Quod nomen tã electuariis:q̃ quibuſ-
cunq; aliis pharmacorũ,ſeu antidotorũ cõpoſitionibus:quæ ex uariis rebus
cõponuntur:& in unũ cõficiuntur,recte applicari poteſt.Al autẽ apud Ara-
G bes,modo articulũ:modo præpoſitionẽ,de,uel,ex,uel,ſimile ſignificat.Vn-
de alchermes:ſiue alkermes.i.de,uel,ex chermes : & cætera : ut alfelengie-
miſch,alhaſcei:& ſimilia multa.Chermes autẽ,uel kermes,ſunt grana tinctorũ : ſed non illa
H quæ multi putant:ut mox patebit.Cõfectio alchermes igitur.i.de granis tinctorũ. Quod q-
dem etiã interpres,in ipſius cõfectionis exordio,ſimiliter declarauit.Et ſciendũ ꝙ hæc con-
fectio,eſt de inuentione ipſius authoris filii Meſue:quã.ſ.hanc eandẽ ſub alio nomine(Hoc
I eſt.cõfectio lapidis lazuli)deſcripſit in cap̃.de lapide ſtellato:ubi declarat illud,dicens:Cõ-
fectio lapidis lazuli,ex inuẽtione noſtra:&c.Sed animaduertendũ,ꝙ in præſentis antidota-
rii deſcriptione,uniuerſaliter per omnes impreſſiones eſt unus nõ paruus error.Videlicet,
K ꝙ ubi legitur:lapidis lazuli loti,& præparati.ʒ.ii.legendũ eſt.ʒ.xii.Nã errore librariorũ de-
ſunt ibi.x.ʒ.ut pluribus modis euidentius probari poteſt.Et primo quia in oĩbus exẽplari-
bus manuſcriptis legitur aperte & clare.ʒ.xii.Secundo.quia non ſolũ cuncta exẽplaria p̃-
L fata:Sed & ipſe impreſſiones oẽs,nulloq; uolumine diſcrepãte,in deſcriptione predicti ca-
pituli de lapide ſtellato:& cõſimiliter pãdectarius in ipſomet cap̃.uniformiter habent:lapi-
dis lazuli loti,& præparati.ʒ.xii.Sed dicet aliquis forſan quia doctori placuit ſic uariare:uñ
M etiã & noĩa uariauit:& illi quã appellauit de lapide lazuli:tribuit maiorẽ ipſius lapidis por-
tionẽ.ſ.ʒ.xii.iſtã autẽ,ob id,quia dedit ei de lapide lazuli minimã portionem.ſ.ʒ.ii.noluit ex
ipſo lapide inſcribere:ſed ex chermes:ex quo igitur tectius ſtat lapidis lazuli.ʒ.ii.q̃.ʒ.xii.
N Ad quod reſpõdendũ.ꝙ hoc non poteſt eſſe:quia ſi eſſet:ſequeretur corollariũ,ꝙ tot anti-
qua exẽplaria,uariis tẽporibus & notariis deſcripta:quæ(ut diximus)cõcorditer habent.ʒ.
xii.p̃dicti lapidis in p̃nti deſcriptione:oĩa eſſent mẽdoſa:tãq̃ ſi ab uno exẽplari mẽdoſo,cũ-
O cta fuiſſent trãſumpta:quod abſurdũ eſt credere:quinimo rationabilius eſt tenere ipſas im-
preſſiones,uel a malo exẽplari:uel a malis librariis(quod ſæpe accidit)uitiatas eſſe. Et ob id
quia uariauit nomẽ,nihil refert.Sunt eteñ & aliæ multæ cõpoſitiones:quæ habent plura,&
P uaria noĩa:& tamẽ ipſæ in nullo ſunt differẽtes.Vt exẽpli grã.Eſt electuariũ de pſyllio:quod
dicit author uocari ab Hamech,electuariũ trochiſcorũ.& ſimilia. Tertio,patet legẽti:ꝙ iſte
lapis p ſe,ſolus ualet fere ad oẽs paſſiones:pro qbus hæc cõfectio ordinata eſt.Et hoc quidẽ
Q potiſſimũ eſt.ſ.ꝙ doctores ponunt ut plurimũ ſimplices medicinas,in cõpoſitionibus,plus
uel minus,de una,q̃ de alia:ſecũdũ ipſarũ uirtutes,magis,uel minus cõpetẽtes,ad illas paſ-
ſiones:pro qbus ordinãtur ipſæ cõpoſitiones.Et hoc ĩtelligitur proportionabiliter,ſecũdũ
R doſim uniuſcuiuſq; rei:ut exẽpli grã:intrãt cõfectionẽ unã:muſci.ʒ.ii.& cinamomi.ʒ.iiii.re-
ſpectu q̃litatis ipſorũ plus ĩtrat de muſco,q̃ đ cinamomo:&c.nõ obſtãte,ꝙ aliq̃ q̃nq; ad alte-
riuſmodi ĩtẽtionẽ ponũtur,ĩ ipſis cõpoſitionibus:ui puta,q̃ ad corrigẽdũ quorũdã malicias:
S &c.Sed ſi ſic ẽ:qđ ad oĩa,ad q̃ ordinata ẽ iſta cõfectio:magis ualet iſte lapis q̃ qđlibet cætero-
rũ ſimpliciũ:ergo nõ ẽ credẽdũ,tã parũ ĩ ea poſuiſſe authorẽ, de ipſo lapide.Quarto.Nõ ẽ iſte
lapis tã pniciosus:ut nõ poſſit de eo propiari:niſi ĩ minia q̃titate:q̃a teſte:ipſo authore ĩ ca-

pitulo proprio:doſis eius eſt,a.ʒ.i.uſq; ad.ʒ.i÷.& ſecundũ alios codices uſq; ad.ʒ.ii÷.er- A
go in tota iſta cõfectione ſatis parũ ſunt.xii.ʒ.Quinto.Ait ipſe author in dicto cap.ꝙ quidã
ex ſapiẽtibus,poſuerunt ipſum lapidẽ in cõfectioĩbus letitiæ:& propriæ.ʒ.viii.ex eo:ad li-
bram unã,ex cõfectione.Nam ut in exordio ipſius deſcriptionis patet:iſta cõfectio eſt multũ B
lætificans:ergo ſi in una libra poſſunt poni.ʒ.viii.in iſta aũt,quæ cõpoſita eſt prope libras.ii.
ponendo.ʒ.xii.nõ cadunt niſi ſex.ʒ.in librã unã cõfectionis:& per cõſequens,non eſt mul-
tum.Sexto.Cõſuetudo generalis ẽ multorũ,& præcipue arabũ:ꝙ ſi in una quauis cõpoſi- C
tione,plura ſimplicia,immediate unũ poſt aliud,eiuſdẽ ponderis,uel menſuræ,recipiũtur:
ſemper uno ana oĩa illa cõcluduntur.Igitur cum ſit,ꝙ ĩmediate poſt lapidis lazuli locatio-
nem,ſequitur,margaritarũ.ʒ.ii.Si ergo fuiſſet ipſius lapidis.ʒ.ii.poſuiſſet author ambo (ut D
in aliis cõſueuit facere)ĩ uno ana.ſic uidelicet.Lapidis lazuli loti,& præparati:margaritarũ:
ana.ʒ.ii.& non quodlibet ipſorũ per ſe,cum ſuo pondere.Ergo ſecũdũ ueritatẽ dict: lapi-
dis.xii.ʒ.ſunt:& non.ii.Et ex hoc ultimo,unũ generale notãdũ ſeqtur.Hoc eſt.Quod ubi- E
cunq; in deſcriptionibus iſtius antidotarii,inuenietis per libros,duo pondera medicinarũ
uel plura,ſimilia: uel cum ana:uel ſine ana:immediate unũ poſt aliud:ſcitote ſine dubio er-
rorem eſſe in aliquo ipſorũ:niſi ſit diuerſimode poſitũ:uel cũ aliqua operatione ĩtermedia. F
Exemplũ de primo eſt,in emplaſtro de meliloto:ubi legitur: ſtoracis.ʒ.v.bdelii tantũdẽ.
Item aliud exemplũ,ĩ oleo de euphorbio:ubi eſt:olei de cheiri.℥.v.uini odoriferi tãtundẽ.
Et ſimilia.Exemplũ de ſecundo eſt,ĩ emplaſtro ſinapiſmo:uide ibi.Præterea animaduertẽ- G
dum,ꝙ in deſcriptione præſentis cõfectionis,quæ eſt in præfato capitulo de lapide ſtella-
to:per libros impreſſos:imprudẽtia librariorũ,duo pondera medicinarũ ſunt tranſpoſita:
uidelicet ubi in ipſis legitur.Et proiice in eo calido,ambræ crudæ fruſtati ĩciſæ.ʒ.vi.& acci- H
pe ligni aloes crudi:& darſeni:ana.ʒ.iiii.legẽdũ eſt per contrariũ.ſ.Et proiice in eo calido,
ambræ crudæ fruſtati ĩciſæ.ʒ.iiii.ligni aloes crudi:& darſeni.aã.ʒ.vi.ut ĩ pluribus exẽplari-
bus correctis habetur:& in cunctis libris,eſt in deſcriptione antidotarii.De ipſo autẽ lapi- I
de,ſatis clare loquitur author noſter,in proprio capitulo:quod eſt de lapide ſtellato:q̃ ſi
uult,ꝙ lapis lazuli ſit de generibus lapidis ſtellati:propterea lege ibi.Et ſcias ꝙ lapis ſtellatus
habet multa alia genera,præter duo,ab authore deſcripta:ut legitur apud alios.Sed cũ di- K
cit ipſe author in præſenti deſcriptione,lapidis lazuli loti,& præparati:ĩſurgit nobis dubi-
tatio.An præparatio eius ſit diſtincta:atq; diuerſa,ab ipſius lapidis lotione:quã uidelicet ꝑ-
parationẽ nuſq̃ apud authores legimus.Igitur ſciendũ,ꝙ illa cõiunctio:ſiue illud,&,multi- L
mode ponitur in oratione:ac plures etiã habet ſignificationes:ex quibus aliquas,quæ ma-
gis uidetur cõpetere huic declarationi adducemus.Prima ẽ,ꝙ illud,&,aliquãdo nõ poni-
tur copulatiue:ſed expoſitiue:pro,ſcilicet,uel ideſt.Et ſic poteſt ſtare in hac deſcriptione: M
quia lauatio ipſius,poteſt etiã præparatio dici.Et ſic,loti ideſt ꝑparati:Secũda:poteſt ſignifi-
care illud,&,ſermonis corroborationẽ:unde tunc loti,& ꝑparati:ſic intelligere poſſumus:
uidelicet ꝙ ipſe lapis taliter ſit lotus:ꝙ ſit præparatus:Etiã poſſumus accipere illã circũlo- N
quutionẽ,in hunc modũ ſcilicet ꝙ lauando,trituretur ipſe lapis:cuius trituratio,eſt ipſius
præparatio:Et tũc loti,& ꝑparati:ideſt loti,& triturati:ſiue per triturationẽ,& lotionẽ,ꝑpa-
rati:Etiã poteſt ſic intelligi:uidelicet quia duplici modo lauatur ipſe lapis:primo,cum ſim- O
plici aqua:& talis ablutio eſt,ad remouendũ ab eo nocumẽta,quæ habet:& ad purificandũ
eum.Secundo,lauatur decies cũ aqua roſacea:Et hæc ablutio,non eſt ad remouendũ ab eo
aliquod impurum.ſeu nocumentum:ſed ad meliorandum eum:quæ lotio ſecũnda,poteſt P
dici præparatio.Et ſic loti.ſ.per primam ablutionem:& præparati per ſecundam.

De chermes:ſiue alchermes:&c.

Chermes,uel Kermes,uel charmes,uel charmas,&c.Idẽ ẽ.Et ab omnibus exponitur,ꝙ Q
eſt granũ tinctorũ.Verũtamen plura ſunt grana.q̃bus infectores & fullones utuntur:
ſed duo tantũ ſunt pricipaliora grana:quorũ alterũ abſolute,& quaſi antonomaſtice dicitur
granũ tinctorũ:quod aliter coccũ:ſeu coccũ baphicũ:ſiue coccus baphica:& ſecũdũ Sera- R
pionẽ,charmẽ dicitur.Alterum autem granũ:non abſolute granum:ſed granum chermes:
uel ſimpliciter chermes(ut proprie uulgus uocat)dicitur.Et hoc granũ eſt,de quo author
intelligit in pñti deſcriptione:& aliis pluribus locis.Quo uidelicet grano,utuntur tincto- S
res ſolũmodo,ad tingendũ ſetã:q̃ poſtea,a chermes,uel charmes:chermeſina,aut charme-
ſina cognominatur.Et reperitur hoc granũ ad radices quarundam herbarũ:ſed abundãtius

A ad pimpinellæ radices,et proprie ad illas,quæ ſunt annoſæ,& craſſæ:quaſi ĩ ſuperficie ter-
ræ.Ruſtici quidē in pluribus Italiæ locis colligunt:& præcipue mōtanis,& aſperis. Vtrūq;
.n.ſ.tā coccū:q̃ chermes:apud tinctores notiſſimū eſt . Nōnulli tñ ignorātes chermes:coc-
B cum intelligunt:ob id,quia ĩ exordio præſentis deſcriptionis legitur declaratū,ꝙ ſūt gra-
na tinctorū.Sed hi decipiuntur:qm̄ chermes eſt aliud,a cocco:& hoc multis eſt clarū. Vn-
de aliqua res tincta in cocco : coccinea dicitur:quæ autē in chermes,chermeſina (ut dixi-
C mus)uocatur.Modus autē tingēdi ſetā ĩ chermes,apud ipſos ĩfectores,& alios plures, no-
tiſſimus eſt.Nec expedit quidē ſcribere ipſum:qm̄ aromatarii nō habent exercere tingendi
artē:ſed quādo uolunt huiuſmodi cōfectiones parare,in quibus ingreditur ipſa ſeta tincta
D in chermes:ab ipſis tinctoribus poſſunt eā emere.Et aduertendū,ꝙ ipſa ſeta debet eſſe recē-
ter tincta:quod clare author notauit:cū dixit.Et proprie,ſuper cuius tinctura nō præteriit
ſpatiū extēſum &c.Hoc autē diximus:quia ſcimus ꝙ plurimi,cū inueniunt in receptis ſetā
E tinctā in chermes:accipiunt ſciſſuras,ſeu quiſquilias pannorum ſericorū charmeſinorum:
quas proiiciunt ſarctores,tanq̃ non amplius aptas,ad ueſtimentorū uſus: ſuper quarū tin-
ctura,tranſierunt plures anni:non aduertentes,ꝙ dicit author:fac modicū bullire : donec
F aqua rubeat.Ex præfatis autē ſciſſuris:ſeu fruſtulis:ſiue per modicā,ſiue per multam deco-
ctionem:nunq̃ aqua rubebit:& per cōſequens,nullā poſſunt tribuere medicinæ uirtutem.
Igitur(ut diximus)neceſſe eſt,ut ſit recenter tincta.Non tamē recētiſſime:ſicut extrahitur ab
G infectionis uaſe:ut adhuc pmadeſcat:ſed poſt primā uel ſecundā ſuæ exiccatiōis diē:& in-
de inter ſpatium,octo,uel decē dierū:fiat operatio ſubmerſionis eius, in ſucco pomorum
dulciū:& aqua roſata &c.Præterea nō ignorandū,quod hoc noīe.ſ.chermes,uel charmes:
H uocatur etiā tinctura rubri coloris , cuiuſdā generis lacchæ:ſiue(ut mauis)laccæ:ut legitur
apud Serapionē,in capitulo de laccha.Itē animaduertendū,ꝙ in pluribus locis huius anti-
dotarii:& alibi,per mēdoſas impreſſiōes:pro chermes:eſt poſitū cheſmes: unde inibi legi-
I tur mēdoſe.Seta tincta in cheſmes.Et quandoq; per contrariū,in aliquibus locis:in quibus
legendū eſt cheſmes:legitur chermes.De quibus oībus,locis ſuis dicetur. Cheſmes autem
ſunt paſſulæ.ſ.uuæ paſſæ,ſine arillis.Pro quibus lege infra,in lohoc ad caliditatē.Et de ſeta,
k uide in confectione de muſco dulci.

De ambra.

Ambra quidē declarabimus in Diābra.Sed quia author dicit in præſenti cōfectiōe: am-
L bræ crudæ:inſurgit dubiū.Quare dixerit ambræ crudæ:cū ſit,ꝙ ambra non coquitur:
quia nō ſuſtinet aliquid de decoctione?Dicendū,ꝙ author notauit hoc:ne aliquis liquefa-
ceret illā in aliquo calido liquore:& poſtea cōmiſceret in iſtā confectionē.Quod quidē fo-
M ret,præter ſuā intētionem.Et ideo ad maiorē expreſſionē ſubiunxit:minutati inciſæ. Quaſi
dicat:nō prius liquefiat:ſed ſicuti eſt,incidatur minutati: & ponatur in confectionē calidā;
nō tamen bullientē:ſed habeat tantū caloris:ꝙ ipſa ambræ fruſtula,poſſint liquefieri.Et hac
N de cauſa,noluit ambrā incidi:ut ad liquefaciendū eam,ſufficiat parua caliditas: quæ nō ſuffi-
ceret,ſi integra poneretur .Quia q̃to pars maior eſt:tanto maiori calore(ut bene liqueſcat)
indigere uidetur.Qui quidē multus calor,non eſſet de authoris intentione.

O

¶ Confectio de xylo aloes.&c. V.

P PRæſens confectio,ab ipſo xylo aloes:quod eſt lignū aloes:nomē accepit.
Et licet nō ſit multū in uſu:uerūtamen eſt optima cōpoſitio.Sed ſciendū, ꝙ
per oēs impreſſiones,in ipſius lectione,eſt una circūloquutio: in qua pmu-
Q tata eſt una dictio:pro qua,licet peritus aromatarius potius pcipiat ſenſum
authoris:q̃ ſenſum literæ:tamē ſimplex; & nouus:ac cōpetenter literatus
aromatarius:ſenſum literæ ſequens:de facili poteſt errare. Qm̄ cū ibi lega-
R tur:foliorū citri:& corticū eius:ſecundū literā,intelliguntur folia arboris: & cortices etiam
arboris:quia illud relatiuū.ſ.eius,de natura ſui ſemp refertur ad ſuum antecedens: nō ob-
ſtante,ꝙ q̃nque pro antecedenti ponatur ſequens.Si autē antecedēs accipitur pro arbore:
S ergo & ſuū relatiuū.Et nō eſt dicēdū:ꝙ antecedēs deber intelligi de fructu:quia arbores tm̄,
& plantæ,producunt folia.Ergo ſecūdū literā accipiendæ ſunt cortices arboris:& nō fru-
ctus.Quod quidē eſt falſum.Porro huiuſmodi error(ut ſæpe contingit) ab imperitia libra-

riorū

riorum ortum habuit. Nam in multis antiquis libris, ſic ſcriptum eſt. Videlicet foliorum ci- A
tri: & corticum citri: uel citrii: in hoc ſecundo: ut in uno correctiſſimo exemplari legitur. Et
quidem rectius: quia abſq; relatiuo, ad utrūq; refertur: primū ui delicet ad arborem: ſecūdū
autem ad fructum: quia utriuſq; genitiuus, ſimili uoce profertur. ſ. citri. Scriptoribus autem B
modernis, & impreſſoribus, uiſum eſt elegātius dici cum relatiuo: q̃ replicare dictum uoca-
bulum. Et potius ſuæ ignauiæ: q̃ doctotis peritiæ attēdētes: ueritatem uoluminis corrupe-
runt. Quapropter rectius legēdum eſt. Foliorū citri (.i. arboris) & corticum citri. ſ. fructus. C
Auicēna quidem in quinto canone, tractatu tertio primæ ſummæ, habet duo electuaria de
xylo aloes. Sed ipſorum deſcriptiones multum differunt ab iſta. Raſis etiam in antidotario
diuiſionum, cap̄. de medicinis cordis, habet cōfectionem de xylo aloes, ſimiliter differētē. D

De Xylo aloes.

XYlum aloes: ſiue (ut mauis) xylo aloes. i. lignum aloes. Xylo enim græce: lignū latine
dicitur. Agalochum, uel agallochū a Dioſcoride & Paulo uocatur: agalochon. n. græ- E
ce ſcribitur: quod in Serapione, agaloyan ſemibarbare: & ſimiliter in Auicena agalugin uel
agalugē legitur. De quo ipſe Auicēna in ſecūdo cañ. cap̄. facit. Vbi probatur eius error. ſ. ꝙ
tamq̃ diuerſum, ſcripſit aliud capitulū de xylo aloes. Sed maiori errore culpādus eſt Chriſto F
phorus de honeſtis: qui in cōfectione de muſco dulci, dicit Auicēnam nō pertractaſſe in ſe-
cundo cañ. de ligno aloes: cum ſit, ꝙ (ut diximus) duo capitula fecerit. Signum eſt, ꝙ neutrū
ipſorū, ipſe Chriſtophorus legit. Etiā nō ſine culpa eſt ioānes Michael Sauonarola: qui in qn G
to ſuæ practicæ, ubi de lignis (quibus in medicinis utimur) pertractat: deceptus, quaſi lignū
aloes: & xylo aloes fuiſſent diuerſa. utrūq; ſcripſit. Alt. n. De lignis. Lignū aloes: lignum tama
riſci: xylo aloes: &c. A quibuſdā aliis agalugi, agaloſia, & agaluſini. i. lignū aloes ſcribitur. A H
Serapione autē. Hoad uocatur. Etiam abſolute deſcriptum, lignū indum, eſt lignū aloes: ut
probatur per ipſum Serapionē in proprio cap̄. & per Auicēnam in cap. agalugin: & cap̄. xy-
lo aloes. Porro ſecūdum prædictos multa ſunt genera & ſpecies ligni aloes: & diuerſis naſcū I
tur regionibus: ut in India: & Arabia, &c. Sed omnibus melius eſt idum (aduerte tamē ꝙ nō
itelligimus per lignū idum hic notatum, illud. quod uulgo lignum ſanctū, & lignū guaicum
nomināt.) & proprie illud, quod abſolute, lignū indum uocatur. Sed qualiter ſint ipſius ar- K
bor, folia, fructus, &c. nullus depingit. A Dioſcotide tātum dicitur ꝙ eſt lignū, quod ex In-
dia: atq; Arabia importatur, thyino: ſiue thyiæ, uel thuiæ ligno ſimile. maculatū: odoratum
guſtu aſtrigēs, cum quadam amaritudine: & ꝙ cute uerius, q̃ cortice ueſtitur: &c. Serapio au L
tem & Auicēna dicunt, ꝙ melius eſt indum: nigrum, trahēs ad uarium colorē: habēs multā
aqueitatē, graue, durū, groſſum: in quo nulla eſt albedo: & quod remanet multū ſuper ignē:
& quod magis ſubmergitur in aqua: natās uero, eſt priuatū uita, & ſpiritu: & eſt malū: &c. So M
phiſticatur autē lignum aloes multis modis: ut cum lignis cōſimilibus: & præcipue cum li-
gnis radicū ſylueſtris oliuæ: & chamælææ, atq; Thymelææ: &c. Et quādoq; bulliūt ipſum li-
gnum bonū: & accepta decoctione, deſiccāt illud: atq; uēdūt. Vnde rariſſime ab aromatariis N
purum emitur. Qui autē uolūt cognoſcere, atq; ſecernere bonum, a malo: accipiāt fruſtum
ipſius: & ponāt ſuper carbonēs uiuos, ſed nō flāmātes: & ſi cū uritur, ſpirat bonum odorē:
& liqueſcit bulliēs tāquam incēſum, aut bitumē, bonū eſt: quod autē nō eſt huiuſmodi, pro- O
licite: quia uel nō eſt ipſum: uel eſt nō bonū: ut eſt mortuū: & prius bullitū aqua, &c. Per ſapo
rem autem, & ſubmerſionē in aqua, nō ſunt bonæ probationes: qm̄ plura ligna ſunt (ut dixi
mus) ligno aloes ſimilia, amara: & quæ in aquis ſubmergūtur: &c. Quod autē dicitur a pāde P
ctario, & nōnullis aliis ex iunioribus, de paradiſo terreſtri: &c. noſtris tēporibus: per Luſita-
norū nauigationes: probatū eſt eſſe fabuloſum: qm̄ (ut audiuimus) hi ingētes ſyluas inuenerūt
pluriū generū ligni aloes. Attamē adhuc a nemine potuimus addiſcere foliū eius: &c. Dici- Q
tur autē lignū aloes (ut Ruellius, in de natura ſtirpiū: ex Aetio refert) a quadā coloris ſimili
tudine: quā habet, cū aloes herbæ ſucco. Et fortaſſe etiam ab amaritudine: licet ipſum lignū,
nō ſit ita amarum: ut ſuccus herbæ aloes. Aliter autem, multum differt alterum, ab altero. R

De Siſymbrio.

SIſymbrium. n. duplex eſt. Alterū uidelicet genus mētæ: quā nōnulli balſamitam, & mē-
tam aquaticā appellitāt: & alii (ut Braſaulus ſcribit) mētam florētinam nomināt. Verūta- S
men multi pro mēta florētina, intelligūt mētam communem. i. hortulanam. Alii autē, teſte
Dioſcoride, hoc ſiſymbrium, uocant ſerpillum: & herbam uenetiam, uel uenereā. Arabice

A autem dicitur,nemam:ſeu nemem:uel nemen:quo nomine, etiam & ſerpillum uocãt Ara-
bes.Et hoc genus ſiſymbrii dicitur terreſtre,uel campeſtre :quoniã in terrenis & campis na-
ſcitur:q̃uis etiam iuxta riuos aquarum plurimum reperiatur. Vnde & mẽta aquatica nomi-
B natur.Et dicitur etiam terreſtre,ſeu cãpeſtre ad differẽtiam alterius ſiſymbri:quod eſt aqua-
ticum: quoniã ſemper in aquis oritur:de quo mox pertractabimus.Siſymbrium autem ter-
reſtre.ſ.balſamita,ab omnibus cognoſcitur.De quo facit Auicẽna cap̃. ſub nomine nemem
C uel nemam,ſecũdum Bellunẽſem.Vnde ualde mirati ſumus de Simone Ianuẽſi:& Ioãne Ia-
cobo mãlio.&c.iunioribus:qui culpãt Auicẽnæ interpretem:ꝙ male interpretatus ſit. Ne-
mem.i.ſiſymbrium.in quo,ipſi potius culpãdi ſunt. Nam rectiſſime interp̃tes Auicẽnæ hoc
D expoſuit:quoniã(ut legẽti & cõferẽti ad inuicem patet)nõ eſt principaliter capitulum de ſer
pillo Dioſcoridis: ut ipſe Simõ dicit:ſed potius eſt ipſummet capitulum de ſiſymbrio,bal-
ſamita uulgo dicta.Porro ut uideri poteſt:in Dioſcoride,multa de ſiſymbrio dicuntur:quæ
E etiam Serpillo cõueniũt. Vnde putamus hoc ſiſymbrium(ut ipſe Dioſcorides ſcribit)ſerpil
lum dici.Et licet Auicẽna,aliqua in ſuo cap̃.(quod incipit Nemẽ)de ſerpillo cõmiſceat:uerũ
tamẽ habet in eo omnia fere ad literam:quæ Dioſcorides de hoc ſiſymbrio poſuit : q̃uis nõ
F ſic ordinate.Ait enim Dioſcorides.Cõtra ſtillicidia urinæ:calculoſoq; : ſemẽ ex uino bibi-
tur.Auicẽna autem,quãdo bibitur cum uino prohibet diſtillationem urinæ:& extrahit lapi
dem.Item Dioſcorides.Tormina & ſingultus ſedat.Auicẽna.Et cõfert dolori uentris pũgi-
G tiuo cum uino:etiam cõfert ſingultui:cum ex eo bibitur cum uino:& ſemen eius eſt fortius.
Item Dioſcorides.Folia in capitis dolore,frõti aut temporibus illinũtur.Auicẽna.Et fit em-
plaſtrum ex foliis ſylueſtris ſuper caput & frõtem,& ſuper tempora,ad ſoda,& cõfert,Dio-
H ſcorides.Item cõtra ueſparum,apũq; ictus.Auicenna.Et ex eo fit emplaſtrum puncturæ ue
ſpæ:&c.Quis igitur legens hæc,audebit dicere hoc cap̃.Auicennæ de Nemem,nõ eſſe de ſi-
ſymbrio?Sed reuera ipſe Auicenna accipiens ex Serapione,cõfudit ſiſymbrium cum ſerpil
I lo.Nam hoc nomen.ſ.Nemem:ſiue nemen,apud Arabes,eſt æquiuocum ad ſiſymbrium,&
ad ſerpilium.Vnde Serapio ſub uno cap̃.quod eſt.299.quod incipit Nemen, duo capitula
Dioſcoridis cõcluſit.Videlicet capitulum de Serpillo:& capitulum de ſiſymbrio terreſtri: ſi
K ue agreſti:ut ipſe ſcribit.Et primum deſcripſit cap̃.de duobus generibus ſerpilli poſtea ſub-
iunxit cap̃.de ſiſymbrio:quod barbare & corrupte,ſiſnabariõ nominat:ut legenti , & Dio-
ſcoridi cõferenti,nõ eſt dubium.Ex quo titulus dicti capituli Serapionis,nõ debet ſtare ab-
L ſolute de ſerpillo:ſed de ſerpillo & ſiſymbrio.Et ſimiliter capitulum Auicennæ,de Nemem
nõ eſt de ſiſymbrio tantum:ſed de ſiſymbrio & ſerpillo miſtum:atq; cõfuſe æditum.Et ſcias,
ꝙ per ſiſymbrium abſolute deſcriptum:hoc ſemper intelligitur:quod licet aliquando(ut in
M locis ſiccioribus)tranſeat in formam nepitæ:ut uix dignoſcatur,a nepita:illa uidelicet:quæ
uulgo mentucia dicitur:tamen odore,ſemper cognoſcitur:qm̃ mutando formam:nõ mu-
tat odorem.Alterum autem ſiſymbrium a Dioſcoride deſcriptum:quod eſt aquaticum: eſt
N illud proprie:quod uulgo creſionem,uel creſcionem:& naſturtium aquaticum nominãt:
ex eo,ꝙ ſapore maxime emulatur naſturtium.Vnde aliqui cardaminam,quaſi naſturtianam
uocant.Nam cardamum græce.naſturtium eſt latine.Nõnulli etiam hoc ſiſymbrium aqua-
O ticum(ut Dioſcorides tradit)ſiõ appellant. Nõ ꝙ ſit proprie ſiõ: Sed quia horitur in riguis,
ut ſion : atq; ut plurimum,ſimul cum eo creſcit:unde cõiectamus ex eo eſſe ꝙ uulgo dica-
tur,creſiõ ſiue creſciõ:tanq̃ ſi diceretur,creſcens cum ſio.Nõ eſt dubiũ in eo,quin ſit ipſum:
P qm̃ ad unguem cõuenit Dioſcoridis deſcriptioni.Auicenna uero uocat iſtud pupillam ocu
li,& erucam aquæ,& apium aquæ,& facit de eo cap̃.quod eſt de pupilla oculi.Sed exiſtima-
uit idem eſſe cum ſio:quia fecit aliud cap̃.quod barbare inſcribitur:de ſumio. Vbi Bellunen
Q ſis pro ſumio,uertit ſium:& pro pupilla oculi,uertit charealhayn. Vnde in capitulo de ſu-
mio legitur.Sumium quid eſt,eſt curati albani,pro quo Bellunenſis uertit Charealhayn ,ut
ſupra:quod eſt pupilla oculi.Et ſequitur.Exiſtẽs in aquis ſtantibus:& in ipſo eſt bonus odor
R & dicetur in capitulo de caſ:&c.in cap̃.de caſ,autem erat ſcribendum,charealhayn præfa-
tum:quod eſt pupilla oculi.Ergo ipſa duo capitula,ſunt unum & idem,ut legenti nõ eſt du
bium.Sion autem proprie eſt illa herba,quæ uulgari uocabulo Romæ,Channæa dicitur.Et
S ipſum eſt uere lauer.Non obſtante ꝙ nonnulli abutantur his uocabulis: uocando lauer,&
creſcionem:qui unam,& qui aliam herbam.Vnde eſt,ꝙ a quibuſdam hoc ſiſymbrium aqua
ticum,falſo lauer dicitur:ac etiam eſt quædam herba naſcẽs in aquis: quæ in acetariis ſimul

cũ prædictis

cum prædictis comeditur,& non eſt ingrati ſaporis:quæ a quibuſdam ſimiliter, lauer ſalſo A
appellatur:quamq́ alii etiam falſo creſcionem uocare nõ deſinunt.Cuius quidem herbæ ſa
temur nos uerum ignorare nomẽ.Porro hi nõ aiaduertũt:ꝙ ſiſymbrium aquaticum: & illa
herba(cuius proprium nomẽ ignoramus)nõ habẽt odorem:cum uerum lauer.ſ.ſion,uel ſi B
um,dicat Dioſcorides habere folia odorata.Igitur chãnæa præfata,eſt uerum lauer:quia ha
bet(ut Dioſcorides ſcribit)folia oluſatro ſimilia:quæ ſunt odorata:&c. Vt quilibet experiri
poteſt:qm̃ cum cõfricuerit digitis ſolium eius:perſentiet ſuum bonum odorem . Hæc ſane C
ſunt,ſecũdum Dioſcoridis ueritatem.Quæ autem ab aliis,tam antiquis,q̃ iunioribus,de ſio
dicũtur:tum breuitatis cauſa(cui ſemper ſtudebimus) tum etiam qm̃ ſunt in ipſis plura cõ-
rradictoria,quæ nõ parum cõturbant legentium mẽtes,libẽter omiſimus.Curioſus uero le- D
ctor,quærat per ſe ipſum:ubi etiam inter alios plures,inueniet errorem Simonis Ianuenſis,
& pãdectarii,ſcribẽtium creſcionem eſſe Dioſcoridis ſenetionem:&c.
E

¶ Deſcriptio electuarii ſarbothẽg:& eſt lætificãs:deſcriptiõe Hamech filii Zacharie:&c.VI.

Declaratur in præſentis electuarii exordio ,quid ſarbotheng ſignificat:hoc ẽ
lætificãs.Vnde electuarium ſarbothẽg.i.electuarium lætificãs.Et ponit au- F
thor hoc electuarium,authoritate Hamech filii Zachariæ:& eiuſdẽ autho-
ritate,ponit aliũ modũ electuarii lætificãtis,In practica.ſ.in cap̃.de cura ma
niæ:& melãcoliæ ſanguineæ.Filius Zacharie autẽ,qui eſt Raſis,in pluribus G
ſuis libris,ut in nono ad Almãſorẽ:& in cõtinẽte:&c.Habet plura, uariaq́
electuaria lætificãtia. Etiã in antidotario Nicolai eſt electuariũ lætificans.Iuniorũ quoq́ plu
rimi,ut Bartholomæus de mõtagnana:Cõſiliator:&c.ponunt electuaria lætificãtia: quære ite H
apud ipſos.De gallia muſcata,quæ eſt cõpoſitio:quære In diſtictione de trociſcis.Simplicia
autem alibi declarantur. Sed ubi dicit:fiat omniũ triturario bona: intelligatur ſubtiliſſima.
I

¶ Modus electuarii de citro ex inuentione noſtra:&c. VII.

Vm dicit author:ex iuuẽtione noſtra:declarat ipſum apud alios nõ ẽe quæ-
rendũ.Verũtamẽ in præſenti deſcriptione,pro oĩbus cõſimilibus, declarã- K
dus eſt unus peſſimus error:qui uitio librariorũ , paſſim per impreſſiones,
in pluribus cõpoſitionibus legitur.Igitur aiaduertẽdum ꝙ ſicut in iſto ele-
ctuario,ita & in multis aliis pharmacorũ deſcriptionibus: pluries per ipſas L
impreſſiones reperitur poſitum unũ quinq́:uel.ʒ.uel.℥. uel alterius gene-
ris põderum:pro uno ſemis.Sed huiuſmodi erroris cauſam cõlectauimus: atq́ inuenimus:
Nã ut legẽtibus exẽplaria manuſcripta patet:ſæpe ſcriptores antiqui utebãtur abbreuiatio- M
nibus,in trãſcribẽdo libros:& præcipue illarũ dictionũ:quarũ frequẽtia nõ minima erat in li
bris:arbitrãtes illas(ob ſui frequẽtiam)ſine difficultate a lectoribus poſſe intelligi:nolẽtes in
minus neceſſariis,cõſumere tẽpus:& chartas.Hinc fuit,ꝙ in pluribus medicinalibus libris: N
pro uno ſemis frequẽtabãt ſcribere primã literã tantũ ipſius dictionis:cum pũcto ſic ſ.uel ſic
ſ.Vt exẽpli gr̃a.In præſentis electuarii deſcriptione,ſcripſerunt:muſci.ʒ.ſ.& doſis eius eſt.
℥.ſ.&c.Vel ſic:muſci.ʒ.ſ.doſis eius eſt.℥.ſ.&c.ſcriptorũ ſequentiũ poſtea nõnulli illud.ſ. lõ O
gum,& extẽſum cõuerterũt in.s.paruũ & retortũ:ſcribẽtes ſic: muſci.ʒ.s.doſis eius eſt ℥.s.
Hinc ĩpreſſores,& artis medicæ ĩperitiores,putãtes illud s.paruũ,atq́ retortũ,eſſe characte
rem abachiſtarũ:quẽ ſimili figura in ſuis characteriis numerationibus,pro quinq́ deſcribũt: P
aliqui ipſorũ cum dicto abachiſtarũ ſigno,quinq́ ſignificãte,& ſcripſerunt:& impreſſerunt.
Nõnulli autẽ peius,magnificantes errorẽ,loco eius ſigni poſuerũt.v.quod more antiquorũ
latinorũ,uſq́ in præſentẽ diẽ,pro quinq́ numeratur.Hinc eſt,ꝙ in præſenti deſcriptione, p Q
plurimas excuſiones,legitur mẽdoſe:muſci.ʒ.v.& doſis eius eſt.℥.v.quibus in locis,legẽdũ
eſt uerius muſci.ʒ ÷.doſis eius eſt.℥ ÷.ut in exẽplaribus & libris correctis habetur.Eteni ſi fu
iſſent quinq́ muſci.ʒ.potius:eſſet inſcribẽdũ de muſco,hoc electuariũ:q̃ cõfectio ſequẽs:i quã R
duo tãtũ muſci.ʒ.igrediũtur.Igitur nos uolẽtes hmõi erroribus obuiare:ne de nouo , ſimiles
ab ĩperitis librariis cõmittãtur errores(ut ĩ electuario ď aromatibus ſignauimus)p lineã trãſ
uerſam utrinq́ pũctis ſignatã decreuimus ſemp notar̃ medietatẽ alicuius rei uel p literas i- S
pſas:quod certe fuiſſet melius,nõ ſolũ ĩ hoc;ſed ĩ oĩbus aliis,& põderibus,& mẽſuris:&c.Ve
rũm qa gaudẽt breuitate moderni:ut dictũ eſt:quaſi ubiq́ ſcribemus.Cõſimiles autẽ errores
quocũq́ fuerit,locis ſuis cõnotabũtur.

NVlli dubium eſt, ꝙ a muſco præſens cõfectio denominationẽ accepit. Dul-
B cis autem dicitur, ad differentiã amaræ: quæ poſt ipſam, imediate ſequitur.
Auicẽna quippe in quinto cañ. ſ. in primæ ſummæ tractatu primo, habet 6
cõfectiones de muſco: & una tantũ ex ipſis cognominatur dulcis: & tracta
C tu tertio, habet etiam unum electuarium de muſco. Filius Serapionis autẽ
in: vii. ſui breuiarii, habet tres deſcriptiones: quarum prima dicitur dulcis:
ſecunda, Diamuſcũ amarũ. Tertia, nec dulcis, nec amara titulatur. Hali abbas etiã in. x. pra-
D cticæ habet medicamẽ de muſco dulce: nec nõ & amarum: ac etiã præter hæc, unum electua
rium muſci. Raſis quoq; in nono ad Almãſorem, cap. de tremore cordis, habet unũ electua-
rium: quod uocat Diamuſcum precioſum. Et in antidotario diuiſionum, cap. de medicinis
E cordis, habet unã aliã cõfectionem de muſco. Et Bartholomæus de Mõtagnana in ſuo anti-
dotario, habet Cõfectionem diamuſci matricalis. Diamuſcũ autem idem eſt, quod cõpoſi-
tio, ſeu electuariũ, ſeu cõfectio de muſco. Omnibus autẽ uſitatiores ſunt iſtæ filii Meſue. Ani
F maduertendum autem, ꝙ in præſenti deſcriptione de muſco dulci, per omnes impreſſio-
nes, eſt unum mẽdum. Videlicet ubi legitur: galliæ, ozimi citrati, omnium añ. ℥. ii ÷. Legendũ
eſt rectius: galliæ, ozimi citrati: añ. ℥. i ÷. ut eſt in cunctis exemplaribus correctis.

G De Seta.

VVlgaris notitiæ hodie ſeta eſt. Sed rectius dicẽdum ſericum, uel ſera: a ſeris uermiculis:
qui aliter bombices dicuntur. At cum legatur: ſetæ crudæ aduſtæ: uidetur eſſe cõtradi
H ctorium in lectione: qm̃ crudum & aduſtum ſunt cõtraria. Nõ enim poteſt eſſe crudũ, quod
eſt aduſtum. Bene tamẽ poteſt aduri, quod eſt crudũ. Ad quod dicẽdum. ꝙ author, non ſine
ratione, hoc dixit. Et ratio hæc eſt. Videlicet ꝙ ſciens ipſe ſericum in bulliẽti aqua, ubiq; ex-
I trahi a ſuis folliculis: & ꝙ ſericũ ſic extractũ, poteſt aliquo modo dici coctum: ideo author
poſuit crudum: quia nõ querit hoc ſic extractũ. Sed uult, ut accipiãtur folliculi recẽtes: quos
omnino nõ tetigit aqua. Qui forficibus diſſecti: & pelliculis intrinſecis: ac uermiculis uiuis,
K uel mortuis, optime purgari, incidãtur in fruſta, & aſſentur: &c. Modus uero aſſandi ipſam
ſetam, pro diamuſci compoſitione ponitur ab Bulchaſi, in libro ſeruitoris. Lege ibi.

De Ozimo citrato.

L SVpra tñq;. ſ. in electuario de gemmis, de omni ozimo mẽtionem fecimus: hic autem ozi
mum citratum tãtum eſt elucidãdum. Omnes etenim iuniores, ut Simõ Iauuẽſis, Chri-
ſtophorus de honeſtis, Luminare maius, lumẽ apothecariorũ, theſaurus aromatariorũ, &c.
M in hoc ozimo citrato allucinati ſunt. Et qui meliſſam: & qui ozimum gariofilatũ: & qui unũ
& qui duo ſimplicia eſſe putãtes: plurimas ſcripſere fatuitates. Enimuero ozimũ citratũ non
eſt meliſſa: ſed eſt ſpecies baſiliconis, per ſe diſtincta ab aliis: & ſimiliter a meliſſa. Plãtam eni
N eius Venetiis primũ uidimus: & inde ſemẽ collectũ, paucis ante annis Romã attulimus. Vn-
de nunc Romæ a multis cognoſcitur. Folia enim eius ſunt latiora, & lõgiora oĩbus ſpecie-
bus ozimi. Sunt etenim tamquã folia citri. Et odor ipſius ozimi eſt, ut perfectiſſimus odor ci
O tri. Quæ folia, ſi nõ fuiſſent molliora foliis citri: multi deciperẽtur in ipſis: credẽtes, nõ ozimi
ſed citri folia eſſe. Et his tãtum notis diſtinguitur a cõmuni baſilico. Et hoc uere (ut ſupra di-
ximus) putamus eſſe, quod ſcribit Serapio capitulo. 175. qm̃ nulla reclamat nota. Nõ ob-
P ſtante, ꝙ ibi nihil de ſuo citrio odore legatur. Qm̃ forſan uel ab authore, uel ab interprete i-
prudenter omiſſum ſit. Semẽ quidem ut cõmune baſilicũ habet: nigrũ, & oblõgum: flores al
bos: &c. Nõ habemus in eo dubiũ. Porro ſiquidẽ poteſt eſſe, ꝙ eiuſdẽ uirtutis ſit cum meliſ-
Q ſa: qm̃ ſi cõmunẽ habẽt odorẽ: nõ eſt impoſſibile, ut eaſdẽ habeãt uires. Quod ſi habent, lici-
te poſſumus altero pro altero uti: quod quidẽ ſapiẽtioribus iudicãdum relinquimus.

De Been: & Ben.

R DE hoc Behen, uel been, uel beem, poteramus facere declarationem ſupra in electuario
de gẽmis: & in cõfectione de xylo aloes: in quibus etiã recipitur. Sed quia hæc cõfectio
de muſco dulcis, eſt in frequentiori uſu: & plurimi ex iunioribus, in cõfectione iſta cõſueue
S runt illud declarare: ideo & nos uoluimus cõcordare cum illis: faciendo declarationem de
ipſo, in pſenti cõfectione. Et licet Ben nõ ingrediatur in iſtã confectionem: hac de cauſa ta-
men: ut aliqui non decipiantur in eo, propter conſimilem prolationem, quam quaſi habet
cum been:

cum been:aliqua de eo neceſſaria ſubſcribemus. De been igitur inter doctores mira uarie- A
ras in ſcribẽdo probatur. Vnde alii ſine aſpiratione been: alii autem cum aſpiratione behen
ſcribunt. Verũtamẽ omnes in unũ cõcordant.ſ.ꝙ ſint radices albæ:& rubeæ quæ ex Arme-
nia deferuntur. Quorum authoritates pro maiori parte, ob eius clariorem declarationem, B
adducemus. Igitur Auicẽna in ſecũdo cañ. ſcribẽs ſine aſpiratione ait: Been quid eſt: fruſta aſ-
pera, uel lignea, quæ ſunt radices ex ſiccitate cõtractæ, carnoſæ: ſeu habentes rugas, uel li-
neationes: & ſunt duarũ ſpecierũ: quarũ una eſt alba: & altera rubea: &c. Vbi Bellunenſis pro C
been, reſcripſit bhemen. Cum Auicẽna autẽ tenet Simon Ianuẽſis dicẽs: Been eſt radix quæ
de Armenia defertur: & eſt de eo album, & rubeũ: &c. Cõcordat cum iſtis & Theſaurus aro
matariorum: affirmãs ꝙ debet ſcribi per duplex ee, ſine h. Serapio autem deſcribit aſpirate, D
ſic. leuden.i. behen. Abenmeſuai: ſpecies eius ſunt duæ.ſ. rubeæ & albæ: & ſunt ambæ uenæ
in magnitudine radicis paſtinacæ paruæ: &c. cum quo cõuenit Lumẽ apothecariorum di-
cens: Behen ſcriptũ duplici ee, & cum h, idem eſt, quod radix alba & rubea: quæ ambæ por- E
tantur de partibus Armeniæ: &c. Luminare maius autem, reprehendens lumẽ apothecario
rum, ſic ait: Hic etiam dicit ꝙ been cordiale debet ſcribi per h, quod apud probos authores
nõ reperitur. Nam Serapio eſt author nõ ſolũ probus: & fide dignus. ſed plurima laude di- F
gniſſimus: qui ſcribit cum h behen. At ipſe bonus uir in electuario de gẽmis: in huius decla-
ratione adducit authoritatẽ Serapionis: amoto illo h authoritate ſua. Matthæus Syluaticus
autem.ſ. pãdectarius, e cõtra ſcribit: quia cõcordans ſe cum Serapione: ad authoritatẽ Aui- G
cennæ, quã ipſe adduxit: addit h: quod quidem Auicẽna nõ habet. Porro Chriſtophorus de
honeſtis ſcribit prius ſine h been, & dicit ꝙ eſt radix alba & rubea: & Paulo poſt deſcribit cũ
h, & dicit ꝙ illud idem eſt. Inſuper nos autẽ dicimus. ꝙ uel cum h: uel ſine eo ſcribatur: nihil H
refert: & idem eſt, quod radix alba, & radix rubea: &c. Attamen ipſæ radices ex Armenia ad
nos amplius nõ aduehuntur: & quæ apud noſtrates colligũtur, nõ ſunt radices been: ſed al-
terius herbæ: qm̃ radices been ſunt paruæ: ut radices paſtinacæ erraticæ: & ſunt bene odo- I
ratæ: ut probatur per doctorum deſcriptiones. Radices autem huius uſualis adulterini beẽ,
ſunt groſſæ: & ſine bono odore: & præcipue radix rubea. Etiã affirmãt doctores radices beẽ
habere uiſcoſitatẽ quãdam: quã iſtæ uſuales minime habent: ergo nõ ſunt: &c. Poteſt autem K
poni loco eius, teſte Auicẽna in dicto capitulo de been: quãtitas põderis eius tuderi: & me-
dietas ipſius linguæ auis. Sed ſecũdum Haliabbatẽ: qui (ſi nõ eſt additio interpretis) aſſerit ab
ſolute been eſſe paſtinacam ſylueſtrem: poteſt poni ipſa paſtinaca ſylueſtris. Ait.n. in ſecũdo L
practicæ: cap̃. 43. Beem quoq; duæ ſunt ſpecies: eſt.n. rubeũ & album: & eſt paſtinaca ſylue-
ſtris: &c. Ben uero per ſimplex e, & ſine h, eſt fructus cuiuſdam arboris, ſimilis myricæ i teſte
Dioſcoride: a quo Balanus myrepſica.ſ. glans unguẽtaria appellatur: ut patet, cõferẽdo cap̃. M
Serapionis de ben: quod incipit Habben.i. granum ben: cum capitulo ipſius Dioſcoridis de
glãde unguẽtaria. Ait nãq; Dioſcorides: Glans unguẽtaria, fructus ẽ arboris myricæ ſimilis;
magnitudine auellanæ nucis: Cuius nucleus græcarũ nucũ.ſ. amigdalarum more tritus: hu N
morem reddit: quo ad precioſa unguẽta, pro oleo utũtur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto,
Arabia, & Petra oppido Iudeæ. Præfertur plena, recẽs, cãdida: quæ facile delibretur. &c. Idẽ
dicit Simõ Ianuẽſis: & addit ꝙ hoc granũ eſt album, triãgulatum, ſimile carthamo: ſed maius O
nec ita oblõgum: a quo exprimitur oleum muſcellinũ: quod Dioſcorides uocat oleum ba-
laninum: &c. Et nos affirmamus, ꝙ uerum dicit: qm̃ pluries Romæ habuimus ex illis a quo-
dam mercatore, Franciſco Macza nomine: qui illa uẽdebat: Et proprie uulgariter grana illa P
uocabat, fructo de bene: quaſi dicat fructum de ben. Eſt.n. granum triãgulatum, album, ma-
gnitudine paruæ nucis auellanæ: trahens aliquãtulum ad formã piſtaciorũ: intus habẽs ſub-
ſtantiam unctuoſiſſimã: quæ digitis cõpreſſa reddit oleum abundãter. Et omnes authores cõ Q
ueniunt in hoc: præter Chriſtophorũ de honeſtis: & Quiricũ de auguſtis de Terthona, dictũ
Lumen apothecariorum: qui ualde allucinati ſunt, tenentes ben eſſe ſemen catapuciæ: ſcili-
cet Keruæ. Non enim aduerterunt, ꝙ author noſter, in ſuo de ſimplicibus, facit cap̃. de ben: R
& diſtincte capitulũ de Albemeſuch: quod eſt cherua. Et in hoc antidotario docet fieri oleũ
de ben: & per ſe, oleum de cherua: ideſt de cataputia. Opinamur eos in affinitate uocabulo-
rum deceptos eſſe: intelligendo pro Almeſus: quod eſt granum ben: Albemeſuch: quod eſt S
cherua. Quia de utroq; eſt magnum, & paruum: & cætera. Miramur etiam de peritiſſimo ui-
ro Antonio muſa braſaulo: qui in ſuo ſimplicium examine, deceptus eſt: intelligendo ſub

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A hoc nomine been: & ben fructum. Nam been nõ eſt fructus: ſed radix armeniaca: & cætera.
Bellunenſis quidem in Auicenna pro ben, reſcripſit ban.

De Spica in generali.

B EST namq; animaduertendum de Spica: ꝙ quandocunq; eſt abſolute deſcriptũ: ſpica: uel
ſpica nardi, aut nardus ſimpliciter, uel nardi ſpica: ſemper intelligitur, & idem eſt, quod
ſpica inda: & ſpica aromatica. Vocatur ſpica: attamen eſt radix: teſte Galeno, primo de anti-
C dotis qui ait· ſpicam nardi appellamus: licet radix exiſtat: a ſimilitudine (ſuppie ſic uocatur)
quam cum ſpicatis obtinet. Hæc Galenus. Similiter quandocũq; inuenitur: ſpica nardi aro-
matica: ſeu nardus aromatica idem eſt, quod ſpica indica: ſeu nardus indica. Item ſi reperi-
D tur, ſpica nardi indicæ: ſeu ſpica nardi aromaticæ: idem eſt: & clarius intelligitur. Quum au-
tem inuenitur, ſpica celtica: ſeu nardus celtica: idem eſt quod ſpica romana: nardus roma-
na ſpica gallica: & nardus gallica. Et econuerſo: ſi reperitur nardus romana: ſeu ſpica roma
E na: &c. idem enim ſunt ſpica celtica: ſpica gallica: & ſpica romana: & nardus celtica: nardus
gallica: & nardus romana. Si autem inueniatur, ſpica nardi celticæ. ſeu romanæ: ſeu gallicæ:
apertius habebitur. Sub nardi quidem nomine, intelligitur tam ſpica aromatica: ideſt inda:
F ꝗ̃ ſpica celtica: ſed quia ſpica aromatica eſt nobilior, & præſtantior celtica ideo quando ab-
ſolute legitur, ſpica: ſeu nardus: de nobiliori ſemper eſt intelligendum. De ſpeciebus autem
nardi indicæ & nardi celticæ: non oportet facere declarationem quoniam ſatis clare ſcri-
G ptum eſt de eis a Dioſcoride: & cæteris fidedignis authoribus. Sed aduertendum, ꝙ aliquã
do inuenitur ſcriptum per libros: nardus mõtana: uel nardum ſylueſtre: uel nardum ruſticũ
&c. & ſunt aliæ res: ut patet per Dioſcoridem qui primi libri capitulis: uidelicet. 8. 9. &. 10.
H ſecundum Hermolai trãſlationem particulariter de ipſis loquitur. Quære ibi. Hoc tamẽ nõ
omittẽdum: ꝙ plurimi putãt idem eſſe nardum celticam, & ſaliuncam: ſed reuera ſunt duo
ab inuicem diſtĩcta: ꝗ̃uis odore, & uirtute nõ differãt. Vnde ſub nomine ſpicæ nardi celticæ:
I & pro ipſa ſpica celtica. hodie plurimi ſaliuncam emunt. Poteſt tamen indifferẽter alterum
pro altero adminiſtrari. Eſt enim ſaliunca tam breuis: ꝙ raro, pollicarem altitudinem tran-
ſcendit. Vnde a Plinio ſcribitur, ꝙ necti nõ poteſt. Portãt eam herbarii in ſacculis: & hoc eſt
K notum. Spica celtica autem illa eſt: quæ in manipulos redacta, atq; ligata: cum foliis oblõ-
gis: &c. uenditur. Plinius quidem de utraq; loquitur.

De Muſco.

L MVſcus enim duplex eſt: uel (ut melius dicatur) muſcus eſt nomen cõmune, ad duo ſim-
plicia. Igitur, eſt muſcus, res naſcens ſuper arbores: & lapides: &c. Et hoc brion dici-
tur græce: arabice autem uſnee: uel aſne: uel axneeh. Facit enim Dioſcorides de huiuſmodi
generibus duo capitula: uidelicet unum de muſco arborum in primo libro: & alterum de
M muſco marino: in quarto libro. Serapio autem facit cap̃. de uſnee: quod quaſi ad literam, eſt
capitulum Dioſcoridis de muſco arboreo. Auicenna uero de his, confuſe in duobus capi-
tulis pertractauit. Quorum alterum intitulatur de muſcho. ubi Bellunenſis pro muſcho re-
N ſcripſit thaleb. In quo cap̃. tãgit muſcum fluuialem, aqueum, & terreum, & marinum, atq;
petroſum: &c. Alterum autẽ inſcribitur de uſnee: in quo dicit: ꝙ uſnee ſunt cortices tenues,
ſubtiles, circunuolutæ ſuper arborem ferentem glandes, & pinum, & nucem: &c. Et de hu-
O iuſmodi muſci generibus non intelligitur: cum abſolute muſcus deſcribitur. Et præcipue
in his: & ſimilibus cordialibus cõfectionibus. Sed eſt alter muſcus: ſcilicet illa res ualde odo
rata: quam uulgo muſcum, & muſcatum uocant. De quo apud græcorum, & latinorum an-
P tiquos: nulla fit mentio. A iunioribus autem græcis, licet de eo non pertractent: ut eſt Ae-
tius, Paulus, Actuarius: &c. in ſuis compoſitis pharmacis: quandoq; receptũ legimus: & mo-
ſchum uocant. Arabice autem meſch: uel miſch: & almiſch dicitur. Serapio enim facit de
Q eo cap̃. Sed in ipſo, arabum authoritates tantum adducit. Quia (ut diximus) a ueteribus græ-
corum & latinorum nõ ſcribitur. Similiter & Auicẽna in ſecũdo cañ. habet capitulũ de hoc
muſco: & in de uiribus cordis, etiam illius meminit. Scribũt etiam de muſco hoc odorato,
R & alii Arabes: ut Raſis, in tertio ad Almãſorẽ: & Aueroys, in quinto colliget: &c. Magis diſ-
fuſe autẽ Serap̃. & Auicẽna. Quibus aſſerẽtibus: ꝙ excipitur ex quodã animali: quod Gazel-
la nũcupatur: cũ in partibus nr̃is nõ reperiatur: oportet nos (uelimus, nolimus) credere. Iu-
S niores autẽ, fere oẽs, de hoc muſco ptractãt. Sed oĩbus clarius Braſaulus: in ſuo ſyruporum
examine. Legitõte ergo apud ipſos. Hoc tñ nõ ignorãdũ: ꝙ muſcus in modica quãtitate, eſt
magnæ operationis: & ideo ſufficit parũ de eo, in medicinis apponere. Nec debet cõteri: ſed:

diſſoluẽdus

diſſoluēdus eſt, in aqua roſarum: uel alio cōueniętiori modo aptādus: ut optime cōmiſcea- A
tur, cum aliis medicinis. Præterea animaduertēdum: ꝙ muſcus facillime adulteratur: unde
multoties, ſtercus murium: & plura cōſimilia deluſoria, pro muſco uēdūtur. Neq; cōfidēdū,
quia ſolliculi uidētur integri: quoniam nō deſunt impoſtores: qui eos effingunt ſimillimos: B
atq; uariis implent rebus: & ponunt inter uerum muſcum: uſq; dum recipiant eius odorem:
poſtea extrahunt, & uēdunt mulierculis, & nō peritis uiris: &c.

De Melle. C

Plura etenim ſunt mellis genera. Sed quādo abſolute ſcribitur: de melle apum, optimo,
dulci, tenacis ſubſtātiæ: ſcilicet nō multum aquoſo: colore flauo, trahēti ad albedinem:
& proprie colore palearum (ut author noſter, in ſermone de aqua mellis ſcribit) odorato. ſ. D
bene olēte: digito adhærēte, puro: &c. intelligitur. Mel apum diximus: ad differētiam mellis
alterius rei: alteriuſue animalis. Quoniam ſunt quædā animalia, apibus multo maiora, atq;
ferociora: quæ ut plurimū, in cauernis arborum mellificāt: & uulgo crabrones, ſiue calabro- E
nes appellātur. Quorum mel, multi colligūt: & comedūt: &c. Dulce autem poſuimus: ad dif-
ferentiam amari: quoniam in Sardinia, teſte Dioſcoride, reperitur mel amarum: ob id: quia
inibi abſinthio ueſcātur apes. Cætera nō ſunt dubia. Præterea cum ſit, ꝙ author dicat: præ- F
ſenti deſcriptione: Cōfice cum melle crudo: quod ſit quadruplum pōderis omnium: Inſur-
gunt nobis duo queſita: primum ē. An mel omnino crudum ſit adminiſtrādum? Quoniam
ut aiunt Dioſcorides, & Serapio, capitulo de melle: Dioſcorides. Mel crudum inflat: aluum G
& tuſſim proritat: ob quam cauſam deſpumato uti oportet. Serapio autē authoritate ipſius
Dioſcoridis: illud idem ſcribit. Inquit enim. Et mel, cuius ſpuma nō eſt ablata, facit tuſſim: &
laxat uētrem: quare neceſſe eſt, ꝙ nō adminiſtretur, ante ꝗ auferatur ſpuma eius. igitur: &c. H
Secūdum eſt. An debemus ſemper ſumere quadruplum pōderis omnium ſpecierum, de ipō
melle: ut ipſe author dicit: & nunꝗ triplum: ut Auicēna, Haliabbas &c. precipiunt? Ad pri-
mum dicēdum, ꝙ Dioſcorides, & Serapio illo in loco. intelligūt mel crudum per ſe ſolum, I
nō eſſe adminiſtrandum ægris: miſtum autem cum aliis medicinis (ut in præſenti confectio-
ne) bene poteſt adminiſtrari. Et hoc: ſcilicet ꝙ poſſit adminiſtrari: non ſolum probatur per
præſentem authoris noſtri cōfectionem: ſed & per alios probos authores. Vnde filius Sera- K
pionis in ſeptimo breuiarii (ſcilicet in ſui diamuſci dulcis cōfectione) ait: conficiantur cum
melle nō decocto. Et Auicēna, in quinto canone: ſcilicet in prima, & penultima deſcriptiōe
confectionum de muſco, dicit: Confice cum melle crudo. Sed ad hæc poterit quiſpiam ob- L
licere: dicens, ꝙ licet dicant iſti, cum melle crudo: uel nō decocto: tamen nō per hoc, decla-
rant illud non eſſe deſpumandum: quoniam mel in ſua prima bullitione, poteſt deſpumari:
& per illam, non intelligitur coctum: ſed deſpumatum tantum. Ergo deſpumandum eſt. Ad M
hanc quidem obiectionem, plures habemus authoritates contrarium probantes: uidelicet
ꝙ omnino ipſum mel, pro huiuſmodi confectionibus, nō debet igni appropinquari. Vnde
Auicēna in ſua cōfectione de muſco dulci: clare ait: Cōfice cum melle: quod eſt ſicut extra- N
hitur de fauis: quod non inuenit ignis: crudū: ad unum tria: &c. Item Haliabbas in decimo
practicæ ſimiliter, in ſua confectione de muſco dulci, dicit. Et cum faui fluentis melle: quod
ignem non attigit, diſtemperabis: &c. Et in hieræ picræ deſcriptione: ait: Dabis cū melle di- O
ſtemperatas crudo: quod ignis non attigerit. Igitur cum ſpecificatur mel crudum nō eſt de-
ſpumandum. Vnde mel iſtius cōfectionis, & ſimilium, oportet ut ſit optimum, & puriſſimū:
quod nō indigeat deſpumatione: quon ā ī quinto cañ (.ſ. in modo ſyrupi acetoſi Galeni: ſe- P
cundum Bellunēſis traductionē) ſic ait Auicēna. In bono melle nō eleuatur ſpuma: quapro-
pter nō eſt neceſſarium, ut decoquatur multum. Et Gentilis ſuper quintum ipſius Auicēnæ:
ſcilicet ſuper confectione de muſco dulci præfata, dicit: Mel cum eſt purum, nō indiget de- Q
ſpumari: deſpumari autem expoſtulat, ipſius impuritas. Ergo omnino ſicut extrahitur de fa-
uis eſt adminiſtrādum in præſenti cōfectione. Etenim ratio, qua authores moti ſunt. ut cum
melle crudo cōficiātur huiuſmodi electuaria: hæc eſt. Videlicet ꝙ cōſiderātes ipſas cōfectio- R
nes, capitis ægritudinibus debere cōferre: melius uiſum eſt eis eſſe, ſi cōficiātur cū melle cru-
do: ꝗ cum melle cocto: qm̄ mel crudū (ut dicit Dioſcorides) inflat: habēs quādam uētoſitatē:
qua mediāte facilius uapores huiuſmodi cōfectionum aſcēdūt ad caput: ad cōfortādum ce- S
rebrū: &c. Reliqua autē mellis crudi nocumēta: ſpecies, & cætera quæ cū eo miſcētur, aufe-
runt: ſiue cōprimūt: ex quo poſtea, nec tuſſim cōmouet: nec aluū laceſſit. Et p cōſequēs bene.

A Ad ſecũdum autẽ dicimus:ꝙ generaliter in oibus cõpoſitionibus:&c.ſemp obſeruãdi ſunt
canones:& regulæ illius authoris:de cuius libro, ipſarũ cõpoſitionũ deſcriptioẽs ſumũtur.
Verbi grã.in præſenti antidotario filii Meſue:ſua obſeruãda ſunt præcepta.Et in libris Aui-
B cennæ, & Haliabbatis:ſemper ipſorũ obſeruãdæ ſunt regulæ.Et ſic de ſingulis aliis authori
bus.Igitur ſi de mẽte filii Meſue,parabitis cõfectiones:& electuaria:&c.ubi alia non aſſigna-
tur regula:ad iſtã ſemper eſt recurrẽdum.Et ſic cuilibet ſpecierũ põderi:quatuor mellis da-
C bitis põdera.Et eadẽ regula obſeruetur etiã,in oibus cõpoſitionibus,quæ cum ſolo rob:aut
zuccharo:aut ſimili:in forma electuarii cõficiũtur.Illis autẽ,quæ in tabulis:ſeu rotulis:in for
ma ſolida,ex zuccharo parãtur:alia infra aſſignabitur regula.Aduerte quoq;:ꝙ ubicunq; de
D melle nõ ſpecificatur crudũ,aut coctũ:ſemper de deſpumato eſt intelligendum.

ℂ Confectio de Muſco amara:&c. IX.

E

AD ſupraſcriptam cõfectionem:quæ uocatur de muſco dulcis:ſi addãtur hæc
pauca ſimplicia:amplius nõ erit dulcis:qm̃ amaritudo quorũdam iſtorũ:ſu-
F perat illius dulcedinẽ:ex quo poſtea rationabiliter dicetur Cõfectio de mu-
ſco amara.Sed ſciẽdum,ꝙ per impreſſiones:in iſta deſcriptione:ſunt aliqua,
nõ recte poſita.Videlicet ubi in ipſis legitur.Cinamomi.ʒ.i÷.lege rectius.Cin
G namomi.ʒ.ii÷.cõfice ut ſupra:&c. Qm̃ ſic eſt,ĩ omnibus exẽplaribus manuſcriptis.& ĩ illo,
de uulgari excuſione.Et ſic habẽt Lumen apothecariorũ:& Paulus Suardus:qui aliter,The-
ſaurus aromatariorũ dicitur:& Nicolaus præpoſitus.Luminare maius autẽ mendoſe habet:
H ut impreſſiones.itẽ,in fine iſtius deſcriptionis,per plurimas impreſſiones:neſcimus,ad quid
ſit additum iterum aloes.ʒ.i÷.alias.ʒ.ii÷.Caſſetur qm̃ fruſtra eſt ibi:nec legitur in libris cor
rectis:&c.De aloe autem,& eius lotione quære infra in pilulis alephanginis.

I

ℂ Modus cõfectionis teſticuli uulpis:& eſt Satyrion:&c. X.

k VOcatur nempe iſta compoſitio Confectio teſticulorũ uulpis:ab ipſis teſticulis
quos recipit. Et non intelliguntur de uulpe animali:ſed ſunt radices cuiuſdã
herbæ,ſic uocatæ:quæ aliter ſatyrion dicitur. Vnde interpres in eius exordio
L declarauit dicens:& eſt ſatyrion. Poteſt & iſta nempe,ut ſequens, uocari Dia
ſatyrion.immo rectius:quia maiorem quantitatem recipit de ipſis teſticulis:
& eſt minor compoſitio:q̃ ſequens.Etenim idem ſignificat:confectio teſticulorum uulpis:
M quod Diaſatyrion.Veruntamen quia authori placuit ſic uocare eas, ut cognoſcatur altera,
ab altera:fiat ut ipſe ſtatuit.Et iſta uocatur: Confectio teſticulorum uulpis. Sequens autem
ſpecialiter: Diaſatyrion. Sed ſciendum, ꝙ in præſenti deſcriptione:ſunt per impreſſos li-
N bros,quinq; ſimplicia:quæ in exemplaribus antiquis non leguntur:nec in libro de uulgari
impreſſione uidelicet.Dragagãti,gũmi arabici,alfelẽgiemiſch,cubebæ,& macis. In duobus
tm̃ libris de recẽtioribus manuſcriptis inuenimus:& inibi erant cũ linea in inferiori parte ſi-
O gnata tanq̃ ſemicaſſa:ex quo aperte nobis patuit:illa eſſe quorũdam additiones:quæ poſtea
a librariis textui inſerta fuere.Deleãtur igitur de textu:nec in cõfectione ĩmiſceãtur: niſi de
uolũtate alicuius medici(pro ſuis ĩfirmis dũtaxat)ordinatũ fuerit.Qm̃ cuilibet medico,pro
P ſuis infirmãtibus,licitũ eſt:& quoq; expediens:ſecũdum neceſſitates.nõ ſolũ pmutare aliqua,
in cõfectionibus:&c.ſed addere,& minuere. Immo & alia,de ſua inuẽtione,pharmaca ordi
nare.Veruntm̃(ut diximus)pro ſuis ægris tm̃. Eſt etiã in antidotario Nicolai, unũ aliud Dia-
Q ſatyriõ,diuerſum ab iſtis.

De Satyrione.

CVm ſit ꝙ author in præſenti deſcriptione dicat:Accipe ſatyrionĩi:qui abſcĩdũtur a pr̃e
ſuo(Et alia litera habet a pari ſuo:quæ falſa eſt)multi errãt,in collectione ipſorũ: non
R intelligẽtes,quid ſit abſcindi,a pr̃e ſuo.Et hic eſt ſenſus.Ille abſciſſus eſt,a patre ſuo: qui ge-
neratus eſt,a patre ſuo.Nã hæc herba ſatyrion:ſiue ſatyriũ:& quælibet eius ſpecies ſimiliter:
talẽ habet naturã:ꝙ quolibet ãno generat,in fuſto radicis eius,unã radicẽ:in forma unius te
S ſticuli uulpis animalis:& ſic in primo ãno unã:& in ſecũdo ãno generat aliã ſimilẽ.Et ſecũda
tollit uirturẽ primæ:taliter ꝙ illa prima:quæ eſt tãq̃ pr̃:amiſſa ſua uirtute:debilitatur:molli-
ficatur,moritur,& exiccatur.Filius autẽ creſcit: impletur,magis uiget:&c.Et ita ĩ tertio an-

no,generat aliã:quæ noua,ſuſcipit uirtutẽ ueteris:ita ꝙ nõ amplius habet ſemper, q̃ duas ra A
dices,rotũdas:in forma teſticulorũ:& una ipſarũ eſt,tãq̃ pater:reliqua uero,loco filii.Qui fi-
lius,interfecto patre ſuo,generat ſibi filiũ:qui poſtea eſt interfector ipſius:&c.Et ĩ hoc digno
ſcitur pater,a filio:quia filius eſt tactu durus,ſiue firmus,ſuccoſus,plenus:& tener:pater ue- B
ro eſt mollis tactu:rugoſus,terroſus,nigrior,& ſemimortuus.Qm̃ ipſe pater amittẽdo ſub-
ſtantiã ſuã,debilitatur(ut diximus)exiccatur:& perditur.Quapp̃,filius.ſ.nouus teſticulus:ẽ
accipiẽdus:pro huiuſmodi cõfectionibus.Et ne decipiaris ĩ nomẽclaturis:qm̃ hæc plãta plu C
ra habet nõia.Vnde dicitur ſatyriõ,ab effectu:teſticulus uulpis,a forma:& ſimilitudine: nec
nõ & uirtute quia in re uenerea eſt tãq̃ teſticulus in animali:uocatur etiã ĩterfector patris ſui
a proprietate & natura:triphyllõ:ſiue trifoliũ,a numero foliorũ:quia nõ amplius,q̃ tria folia D
producit:&c.Et ne forte quis diceret,ꝙ ſatyriũ abſolute,nõ intelligatur teſticulus uulpis:au
thor noſter in iſtarũ duarũ cõfectionũ deſcriptionibus,declarauit apertiſſime: cum in prima
quã de teſticulis uulpis inſcripſit:dixit:Accipe ſatyrionũ,qui:&c.in ſecũda aũt,ecõtra:uoca- E
uit ipſam Diaſatyriõ:& poſtea dixit:Recipe teſticulorũ uulpis:&c.Et ſcias,ꝙ hoc eſt ſingu-
lare ſatyriũ:qm̃ ſatyriũ habet plures ſpecies,in ſuo genere:uerũtamẽ abſolute(ut dictũ eſt)de
hoc ſemper intelligitur.Etiã ſi nõ ſpecificatur de uete:i:ſemper radix noua ſumẽda eſt: & p̄- F
cipue ad uenerem excitãdam.Et ecõtra.ſ.ad libidinẽ coercendã:altera debemus uti:quoniã
omnes tradunt alteram alteri aduerſari:Et hoc,in omni ſuo genere intelligitur: q̃uis in Dio
ſcoride,nõ legatur:niſi in capitulo,de teſticulo canis qm̃ de utroq; teſticulo uulpis.ſ.nouo G
& ueteri,noſtris temporibus pluries experiẽtia habita eſt.ſ.ꝙ teſticulus uulpis nouus come
ſtus,maxime excitat libidinẽ.Et ecõtra ſi quis comederit ueterẽ radicẽ:per plures dies, uelut
puellulus:nihil perſentiet libidinis.Et ſic de ſingulis.Genera autẽ,ſiue ſpecies ſatyrionũ: Si- H
mon Ianuẽſis octo,ſe uidiſſe enumerat.Verũtamẽ palma Chriſti uulgo dicta,nõ eſt Buzeidẽ:
ut ipſe credidit de quo clarius mox dicemus.Dioſcorides quidẽ facit cap̃.de ſatyrio triphyl
lo:quod uere eſt teſticulus uulpis nũcupatus.Facit etiã cap̃.de altero ſatyrio:cui plura con- I
tribuit nomina.Item facit alia duo capitula:unũ uidelicet de teſticulo canis.Sic enim uoca-
tur apud nos:a græcis autẽ orchis:aut cynoſorchis dicitur.Et hic quoq; uulgaris notitiæ eſt.
Alterũ cap̃.eſt de teſticulo,qui ſerapias nuncupatur:& hi ambo ſpecies ſatyrionũ ſunt.Facit K
præterea,& duo alia capitula:uidelicet de Crategono:& de phyllo:quæ a quibuſdã etiã pu-
tantur eſſe ſatyrionũ genera:& præcipue phyllũ.Serapio autẽ capitulo.90.de teſticulo uul
pis:ſcribit utrunq; capitulum Dioſcoridis,de ſatyrio:per quod etiã probatur teſticulus uul L
pis idem eſſe:quod ſatyrium.Et capitulo.91.de teſticulo canis: ipſe Serapio deſcribit capi-
tula Dioſcoridis de teſticulo canis,& de teſticulo ſerapia:pro quo inibi barbare Sadachia le
gitur.Facit & aliud cap̃.Serapio de buzeiden:quod dicit eſſe ſpeciẽ ſatyrionis:& eſt.260.in M
quo capitulo nec Dioſcoridẽ:nec aliquẽ aliũ græcorũ citat.De quo Buzeiden:& Auicẽna ſi
militer in ſecũdo canone capitulũ facit.Quod buzeiden,uel buzeidan,uel buzidan(ut Bel-
lunenſis traduxit)Simon Ianuẽſis authoritate gloſſaroris librorũ Raſis,ad Almãſorẽ: decla N
rat eſſe illã ſatyrionũ ſpeciẽ:quæ uulgo dicitur palma Chriſti.Et hoc etiã dicit Luminare ma
ius,in triphera maiori Auicẽnæ.ubi & adducit authoritates Galeni:& Serapionis.Nobis au
tem nõ clare cõſtat hoc eſſe uerũ:qm̃ cõtradicit Serapioni & Auicennæ: qui dicunt buzeidẽ O
eſſe radices duras,lignoſas,albas,rugoſas,& aſperas,ſimiles behen albo:&c. Palma Chriſti
autẽ(ut quaſi quotidie uidemus)habet radices teneras,lenes,ſine rugis,ſubcitrinas, & abſq;
ulla lignoſitate:ergo nõ poteſt eſſe buzeiden.Bellunẽſis autẽ in ſuis interpretationibus:in li P
tera Allhabe:dicit,ꝙ hæc radix Damaſci ẽ nota:& ſimilatur raphano paruo, oblongo:& ꝙ
quidã dicũt eſſe ſpeciẽ hermodactilorum:& apud Arabes,appellatur allhabe: & buzeiden.
Quapropter,quæ nam ſit iſta ſpecies ſatyrionis lignoſa,dicta allhabe,& buzeidẽ: adhuc in Q
compertum habemus.Omnes enim ſpecies ſatyrionis,quas cognoſcimus,ſunt carnoſæ:&
abſq; lignoſitate aliqua.Hermolaus Barbarus ĩ ſuis corollariis,pro buzeidẽ ſcripſit buchei-
den:& ſimiliter Ruellius in ſuo de ſtirpibus.Braſaulus autem,in ſuo ſimplicium examine:te R
net firmiter,ꝙ bucheiden ſit palma Chriſti:& addit,ꝙ Auicẽna ſcribit de ea in ſecundo cañ.
ſub nomine digiti citrini:&c.Ergo ſecundum ipſum:Auicenna facit duo capitula de palma
Chriſti:ſcilicet capitulum de buzeiden:& cap̃. de digitis citrinis.Sed reuera neutrum ipſo- S
rum eſt de palma Chriſti.Porro ꝙ palma Chriſti non ſit buzeidẽ: iam probauimus. Ve-
runtamen ſi palma Chriſti ſit digiti citrini Auicẽnæ:lectoribus cõiectãdum dimittimus.Hoc

A autem dicimus: ꝙ ſi palma Chriſti (ut omnes credūt) eſt genus: ſiue ſpecies ſatyrionis: clare
patet, ꝙ nō eſt digiti citrini: quoniā Auicēna in ipſo capitulo de digitis citrinis: nihil de pro-
prietate uenerea commemorauit: quæ proprietas, in omni ſatyrionum genere, ſpecialius: &
B efficacius uiget: neque in permutatione ipſius, poſuit loco eius aliquod genus ſatyrionis:
ſed hezeriaſcen: ſiue hazaraſen: & ſod. Vel ut Bellunēſis uertit: hezargieſan: & ſhad. De heze-
riaſcen autem ipſe Auicēna facit caꝑ. in ſecūdo cañ. in quo cum dicit. Loquemur de eo, in ca
C pitulo de feſire. ſ. feſſera: uel feſcera: declarat aperte, hezeriaſcē eſſe feſceram. ſ. bryoniā: quæ
& uitis alba dicitur. Quod cōfirmat Bellunēſis in ſuis interpretationibus. Et in capitulo de fe
ſire ipſe Auicēna ait. Feſire quid eſt: eſt alhazaraſen: & eſt uitis alba: &c. Sod autem ſeu ſhad,
D ut ipſe Bellunēſis etiam interpretatus eſt: eſt cyperus. Neutrum quippe iſtorum ualet ad exci
tandam uenerem. igitur ex dictis patet ꝙ digiti citrini nō ſunt ſpecies ſatyrionis: & per con-
ſequens, non eſt palma Chtiſti: quoniam palma Chriſti, tam in radicibus: q̃ in foliis: q̃ etiā
E in cæteris notis: probatur eſſe ex ſpeciebus ſatyrionis. Præterea ſcribit Ruellius ꝙ ſatyrium
triphyllum: galliarum Rura, teſticulum ſacerdotis nominant. Apud nos autem Rura, pro
teſticulo ſacerdotis: intelligunt chelidonium minus: quod non eſt ſatyrii genus. Etiam pan
F dectarius facit capitulum de teſticulo ſacerdotis: quod ad unguem eſt de chelidonio mino
ri: ex quo pro teſticulo ſacerdotis ſemper intelligendum eſt chelidonium minus: & non ſa-
tyrium trifolium. Sunt præterea & alia plura genera ſatyrionū: quæ ſine aliquo ſpeciali no-
G mine: uiſu tantum cognoſcimus: quæ quidem indifferēter ſatyria & teſticulos nominamus
& inter ipſos, qualis ſit teſticulus leporis: a quibuſdam deſcriptus, neſcimus ſecernere. At in
ter tot genera quæ uidimus: hæc tantum præciſe cognoſcimus & diſtincte, uidelicet. Satyriū
H triphyllum: ſcilicet teſticulum uulpis: & teſticulum canis: & palmā Ghriſti: cuius folia ſunt
maculata, maculis nigris: & radix eius eſt tanq̃ manus pueri: unde & palma Chriſti dicta eſt:
In reliquis autem aliqualiter dubitamus.

De Lacte ouino.

I NOta, ꝙ dicit author in præſenti deſcriptione: ut coquantur ſatyriones, cum lactæ oui-
no dulci: &c. Non enim inuenitur lac ouile amarum: pro cuius differentia, dicatur lac
ouile dulce: Sed poſuit dulce: ad differentiam acetoſi: & non recentis. Lac quidem recēs, eſt
K dulciſſimum: qua propter pro dulci, intelligitur recētiſſime emulſum ab ouilibus mammis:
quia lac non diu permanet in ſua dulcedine. Tempore enim æſtiuo, ſæpe ante duodecimā
horam, a ſua emulſione aceſcit. Et ideo cum lacte ouili dulci: ideſt recenti. item nota, ꝙ ubi
L dicit. Et poſtea funde ſuper totum, ſyrupum: cuius modus eſt: Accipe: & cætera quæ ſequū-
tur. Eſt intelligendum, quod debes prius de illis ſuccis, & zuccharo formare ſyrupū: & poſt
ipſius perfectam decoctionem: fundere talem ſyrupum, ſuper totum. ſ. illud ſupradictum. i.
M ſuper ſatyriones in lacte decoctos: &c. item nota, ꝙ ubi author in pluribus locis, præcipit
ſumi ſuccos coctos, & deſpumatos: intelligitur, ꝙ ſucci ipſi tandiu coquendi ſunt: uſq; dum
perfecte poſſint deſpumari: & defecari: atq; clarificari: &c. Aliter autem erit intelligendum:
N ſi dixerit: deſpumatos, & coctos: quia tunc, poſt deſpumationem: eſſent decoquendi: uſq;
ad medietatem: uel ſaltem, uſq; ad tertiam partem.

O ¶ Cōfectio alia teſticulorum uulpis: & eſt Diaſatyrion: &c. XI.

IN præſenti deſcriptione, per oēs impreſſiones, eſt unus error: uidelicet ubi
P in ipſis legitur ſeminis napi: lege ſinapis: uel, ſeminis ſinapis: quod rectius:
& clarius. Vtroq; n. modo legitur i exēplaribus antiquis. In nullo quidē pe-
nitus, inuenimus ſcriptū: ſeminis napi: ut eſt in impreſſis libris. Igitur emen-
Q dandus eſt locus.

De Secacul.

DE Secacul nēpe iter doctores, & præcipue iuniores, diſcordes habētur opiniones. Vū
R ſunt qui declarāt ipm, eſſe irigū. ſ. centū capita. Alii uero affirmāt eſſe fraxinulā: ſiue fra-
xinellā. ſ. ſigillū ſanctæ Mariæ: q̃ herba uulgo hodie: geniculus uocatur. Et ꝙ neutrū ipſorū
ſit: mox oſtēdemus. Nō. n. eſt iringus: qm̄ Serapio diuerſum, atq; ſeparatim, de utroq; ſcripſit
S capitulū. Et ſecacul poſuit, inter medicinas calidas, & humidas: iringū autem, īter medicinas
frigidas, & ſiccas. Ergo Secacul nō eſt iringus. Et ꝙ nō ſit fraxinella: quæ uulgo dicitur ſigillū
ſanctæ Mariæ, & geniculus: patet expreſſe, per eundem Serapionem, in capitulo proprio

de ſecacul declarantem, folium ſecacul eſſe ſimile folio iulben. iulben autem ſiue iulbere A
ut Simon ianuenſis: & pandectarius exponunt, eſt legumen: quod latine uocatur piſum.
Porro piſum nõ habet foliũ ſimile fraxinellæ. Et ſequitur ipſe Serapio, ꝙ ſecacul habet radi-
ces, in groſſitudine pollicis: & in lõgitudine indicis: fraxinella autẽ, habet radices lõgas, per B
palmũ, & dimidiũ. & qñq; amplius. Et ſequitur author: ꝙ ſecacul habet flores, in colore uio
larum, ſed maiores: fraxinella autẽ, habet flores albos minores q̃ uiola. itẽ in cõdito de ſeca-
cul, tam præſentis antidotarii: q̃ filii Serapionis: q̃ etiã aliorũ: habetur, ꝙ ſecacul habet radi- C
ces, ex parte exteriori cinericias: quæ intus, habẽt uenas duras. quibus amotis, ſecacul effici-
tur arũdinoſum. in quibus uacuitatibus arũdinoſis, cum conditur: ponitur fruſtũ zinziberis
humectari: & gariofilus. Fraxinella autẽ, habet radices intus & foris albiſſimas, teneras, abſq; D
uenis interioribus: quæ poſſint amoueri: &c. Ergo ſecacul nõ eſt fraxinella. Etiã Serapio di-
cit, ꝙ ſecacul ſunt radices cõtextæ: ſicut ſcel: fraxinella autẽ habet unicã radicẽ tñ. Itẽ dictus
filius Serapionis in ingiba ſecacul, dicit: ſcias, ꝙ ſecacul ſunt radices, ſicut zinziber: & expor E
tantur, ex India: & fit ex eo ingiba, cum eſt recẽs. Et quia apud ipſum nõ inueniebatur recẽs:
docuit nos modũ cõficiẽdi de ſicco. Etiã Auicẽna teſtatur, ꝙ radices ſecacul exportãtur ex
India. Et nemo ſcribit ipſas, extra Indiã inueniri. Fraxinella autẽ ubiq;, in locis umbroſis, & F
humectis inuenitur. Author nouarũ additionũ in hoc antidotario, etiã dicit hoc idẽ: & ꝙ in
partibus nr̃is nõ inuenitur ſecacul. Et licet in ſemine nõ uideatur diſcrepari fraxinella, a ſe-
cacul attamẽ in aliis notis. ualde differũt inter ſe. iringus uero, in nullo penitus cõcordat, G
cum ſecacul: dũmodo cap̃. Serapionis de ſecacul, ſit uera deſcriptio ipſius ſecacul: qm̃ aliqui
uolũt, ꝙ interpres ipſius Serapionis nõ rectæ traduxerit illud cap̃. quod nec ipſi probãt. igi-
tur ex ſupradictis, expreſſe patet: ꝙ ſecacul nõ eſt iringus: neq; fraxinella. Porro quia in par- H
tibus noſtris nõ inuenitur: & ex india amplius nõ exportatur. poſſumus loco eius apponere
radices bauciæ: quoniã dicit author noſter, ĩ cõdito de bauciis: ꝙ ualet ſicut cõditum de ſe-
cacul: & fit eodẽ modo. Etiã Auicẽna ĩ ſecũdo cañ. cap̃. de ſecacul, teſtatur hoc, dicẽs: ꝙ uir- I
tus eius eſt, ſicut uirtus bauciæ. item in defectu ſecacul, poteſt ſubminiſtrari buzeiden: ut ipſe
Auicẽna, in præfato cap̃. de ſecacul declarauit, dicens: Loco eius ponitur buzeidẽ. Sed quid
proprie ſit buzeidẽ ignoramus. Lege de eo ſupra: ſcilicet in declaratione de ſatyrione. Præ- K
terea animaduertendũ, ꝙ in modernis Serapionis impreſſionibus, ad titulum cap̃. de ſeca-
cul: eſt additum & iringis. Sic enim legitur. De ſecacul: & iringis. Et illud, & iringis: ab igno-
rantia correctorum illarum impreſſionum: eſt ſuperadditum. Sed falſo: & male. In libris enĩ L
de prima impreſſione, non legitur. Ad quid ergo in titulo dicitur, & iringis: cum poſtea, in
toto capituli proceſſu, omnino non legatur iringus? Ex hac enim cauſa, uere ſcimus dictum
correctorẽ eſſe in numero eorũ, qui falſo dicũt ſecacul eſſe iringum. Et quia detinebatur in M
eodem errore: ut erat ipſe cæcus: nitebatur obcæcare, & mentes legentium ipſum capitulũ
de ſecacul: corrũpendo titulũ eius: cum additione: & iringis. Caſſetur igitur: & legatur ſim-
pliciter. De ſecacul. De iringis autẽ quære infra. Demũ ſciẽdum, ꝙ author præcipit, ut pri- N
ma aqua cicerũ abiiciatur: & in ſecũda, elixẽtur radices ſecacul. Pro illa prima aqua autẽ, in-
telligitur prima ipſorũ ebullitio. ſ. ꝙ poſt q̃ bullierint prima uice: cõtinuo abiiciatur illa de-
coctio, primæ ebullitionis: & cũ alia aqua bulliant, uſq; ad perfectã ipſorum decoctionem. O
Et ſit q̃titas cicerũ, ad aquã, proportionaliter: ſicut fieri ſolet, cum coquũtur, ut comedãtur:
&c. Sed quare uult author, ut abiiciatur prima bullitio: hæc eſt ratio. Quia in ciceribus exi-
ſtunt duæ proprietates: quarũ una eſt in ſuperficie corticũ expãſa. ſ. humiditas baurachia: cũ P
quadã ſubtili caliditate: quæ quidẽ eſt præter huius cõfectionis intẽtionem: & hæc tollitur,
ſola bullitione. Eſt autem & altera proprietas: quæ ſedet in toto corpore eorum: ſcilicet hu
miditas ſubtilis: dulcis: & nutribilis: uerũtamen inflatiua: & portatiua aliarum medicinarũ, Q
ad alia membra: quam non dimittunt, in aquam: niſi optime decoquantur. Et hæc ualde cõ
petit huic confectioni. Et ideo præcæpit author, ut in ſecũda aqua, elixẽtur radices ſecacul.

De Raphano. R

RAphanus quippe ſecundum ueritatem, eſt illa herba domeſtica: quæ per antonomaſiã
radix appellatur: qua communiter ueſcimur. Et quia clarum ſcriptum eſt de eo, a Dioſ-
coride: & cæteris fidedignis authoribus: ideo nolumus adducere tot ipſorũ authoritates: S
quia inter eos non uidetur eſſe aliqua diſcrepantia: cauſa breuitatis ſtudioſis relinquimus: ut
& ipſi legant. Veruntamen hodie plurimi imperiti aromatarii: potius ad ea (quæ ad lu-

A crum faciunt)attendẽtes:errãt,accipiẽtes pro raphano,qui unã:& qui aliam rem:nõ legẽtes
aliter,quid ſit raphanus.Vnde multi ſumunt pro raphano:ac raphanum uocant quandam
herbam:quam Vngari(qui eam in embãmaribus libenter comedũt)turmam appellant:quæ
B quidem herba habet folia,magno lapatho ſimilia:quæ in primo eorum ortu,ſunt ualde la-
ciniata:& ſciſſa.Et ſimiliter,quæ in autumno naſcũtur.Reliqua autem ſunt integra,longa,&
ampla,ut rumicis.Radices habet albas,longas,digitali craſſitudine,acuto ſapore,uellican-
C tes linguam,ut piper.Caulem emittit cubitalem:ſuper quem ſunt flores albi,parui:&c. Sed
quid proprie ſit hæc herba,incõpertum habemus.Et alii pro raphano,aliis diuerſis utuntur
herbis.Inſuper autem dicimus:ꝙ inuenitur etiam in pluribus locis(ſed abũdãtius in regno
D apuliæ)quædam raphanorum ſpecies:qui ab incolis illarum partiũ,proprio & uulgari uo-
cabulo,uocãtur raphani.Qui quidem ab his(quas radices uocamus)nõ differunt,in aliquo
præter q̃,in forma radicis ſuæ:quia iſta,quam radicem dicimus(ut ſcitur) habet ſuam radicẽ
E lõgam:& illi raphani,habẽt radicem rotũdam.ſimillimã rapis hortẽſibus. In reliquis autem
notis nulla eſt differẽtia inter eos:paritérq; ſerũtur:& multoties olitores,ſemen utriuſq;,ſe-
minant cõmiſte quibus natis:nõ dignoſcitur alter,ab altero:niſi e terra prius euellatur.Et de
F utroq; reperitur radix alba,& nigra exterius:interius uero uterq; eſt albus.Quãobrem iu-
dicio noſtro poſſumus hoc rotundo uti libere,ſicut & lõgo:nõ obſtãte,ꝙ,de rotundo,au-
thores nullam faciant mẽtionem.Vel fortaſſe nõ habuerunt de eo notitiam:uel proprietas
G loci,& aeris(quod magis credẽdum eſt)ſuam permutauit formã:& ſic non eſt diuerſum.ſed
idem genus.Vnde(ut dictum eſt)poſſumus eo uti. Eſt præterea & raphanus ſylueſtris:quẽ
Dioſcorides aſſerit,a romanis armoraciam uocari:unde uſq; hodie,uulgo Romæ quaſi per
H idem uocabulum:primis tantum literis inuerſis:ramoraciam dicunt.Sed de iſta non intel-
ligitur:cum abſolute raphanus ſcribitur.

De Luf.

I Lvf etenim eſt genus ſerpentariæ.& author addit planum,ad differentiam criſpi.Lege de
ipſis infra,in hiera hermetis.

De Cæpa.

Dicitur hoc cæpe:& hæc cæpa:res quidem notiſſima:& plurium generum eſt:Sed quan
K do abſolute deſcribitur:de cõmuni intelligitur. Et q̃uis Aſcalonia habeatur ab omni-
bus,pro laudatiori:uerũtamen abſolute(ut diximus)& pro cõmuni:intelligimus uſitatiorẽ
cæpam:quæ habet magnum caput:unde & cæpa dicitur:quaſi cæpha. Porro & inter bul-
L bos,cõnumerantur omnia cæparum genera:ſed cum ſimpliciter ſcribitur bulbus: intelligi-
tur comeſtorius.ſ.aſcalonia.Specificauit autem author de humida:hoc eſt,de recenti.Et ex
capite tantum exprimendus eſt ſuccus:non autem ex foliis,uel barbis eius. Nicolaus quidẽ
M in ſuo antidotario non ſuccum cæpe:ſed ſemen bulbi habet in huiuſmodi confectione.

De Stinco.

SCincus ſane rectius,q̃ ſtincus dicitur.A Marcello Virgilio florentino autem,ſcingus di-
N ctus eſt.Nam hoc uocabulum.ſ.ſtincus:in libris plurimis,ab interpretibus,& authori-
bus,æquiuocatur.Et tam ſchinum.ſ.lentiſcum:q̃ ſcincum:uocant ſtincum.Et utrunq; cor-
rupte,& barbare.Vnde eſt oleum de ſtinco,in præſenti antidotario:de quo infra.De ſcinco
O igitur,Dioſcorides ſecundo libro:Plinius.8.&.28.libris.Aetius ſecundo libro: & Paulus
Aegineta.7.libro,pertractant.Eſt nãq;(ut iſti aiunt)terreſtris crocodili proprium genus.Eſt
enim animal in aquis degens:lacertæ ſimile:ſed uentroſius:& caudam latam,ut anguilla ha
P bens:ad natandum aptam.Serapio quidem cap̃.450.renes uocat:& dicit,ꝙ ſunt ſtinci. Et
hac de cauſa putamus uocaſſe renes,quoniam quotquot de hoc pertractant:ſcribũt de pro
prietate partium eius,quæ renes amplectuntur:quarum ſola drachma,ad excitandam uene
rem,potenter operatur.Auicenna autem in tribus cap̃.loquutus eſt de hoc animali:& for-
Q taſſe in quinq;:quod barbare,guaril nominauit.In primo autem cap̃.quod de guaril intitu-
latur:nihil de uenerea ipſius poteſtate ptractauit:præter q̃,quod caro eius ſit multũ calida.
Solũmodo proprietates ſtercoris eius enumerauit:tãgẽs primũ illud:quod Dioſcorides.2.
R libro in calce capituli de fimo,ſcripſit.De quo Hermolaus particulare cap̃.fecit.Quod q-
dem ſtercus a græcis crocodilea uocatur.Reliqua duo capitula Auicẽnæ,intitulãtur de ſtin
co:in quibus error ipſius cõprobatur:q nnũ,& idẽ,pluries capitulauit.Præterea ipſe Auicẽna
S facit & quartũ cap̃.quod ẽ de tiſa:uel tẽpſa aiali:quod aĩal,ſecũdũ Simonẽ ianueſem,ẽ cro-
codilus:ſed an terreſtris:uel fluuiatilis:ab eo nõ declaratur.Q̃m ſi ẽ terreſtris:ẽ idẽ, ꝙ guaril

ſcilicet ſcincus. Ad qđ credēdū inclinatur aius, ab eo, qđ in ipſo cap̄. de tinſa legitur. Hoc ē: ꝙ A
ſtercus eius ualet albugini oculi. Quod ſimiliter, ī cap̄. de Guaril legitur. itē facit & quītū cap̄.
quod eſt, de lacerto: ubi illud idē dicit. ſ. quod ſtercus eius ualet albugini oculi. Pādectarius
autem capitulo Rhule: declarat ꝙ hoc animal eſt ſimile lacertæ: ſed ꝙ nō habet caudā ro- B
tundam, ut lacerta: ſed lateraliter preſſam: &c. Et quod eſt uētroſum animal. Et ita nos plu-
ries circa Romā in aquis ſtātibus uidimus. Vnde ſcinci ſiue (ut mauis) ſtinci, qui uēdūtur ſic-
ci cum duabus caudis. probantur nō eſſe ueri. Platearius enim dicit, ꝙ inueniuntur ſtinci, in C
Apulia: ſed ultramarini ſunt efficaciores. Vocatur nēpe ſcincus Terreſtris crocodilus ut Pli
nius refert: quia ſimillimus eſt crocodilo. Præcipua tamē differētia, cognoſcitur a crocodi-
lo: ſquāmarum ſeta, a cauda, ad caput uerſa. Ex quo ridiculum nobis uiſum eſt: quod ſcribit D
Bellunēſis in ſuis interpretationibus, in litera Cocodrillus. Ait enim. Cocodrillus ſecundū
Arabes: ſi parit oua in aquis: tunc generatur alius Cocodrillus: ſi uero in cāpis, iuxta aquas:
tunc naſcitur ſtincus. Et propterea dicitur, ꝙ ſtincus ſit de ſemine cocodrilli. Hæc ille. Nam E
circa Romā & in Apulia nūq̄ uidimus crocodilos ſiue (ut mauis barbare) cocodrillos: ſcin-
cos autem ſæpius. In defectu autem ſcinci: teſte Paulo, in fine. 7. ſatyrion ponitur. Et intelli-
ge pro ſatyrione abſolute deſcripto, teſticulum nouum quoniam alıer in huiuſmodi con- F
fectionibus, & ſimilibus, eſſet expreſſe contrarius.

De Eruca.

ERuca nempe eſt nomē cōmune, ad uermiculos: qui in oleribus oriuntur: qui per aliud G
nomē, campæ uocātur: & ad quædā herbarū genera. Sed cum author ſpecificauit de ſe-
mine: clare oſtendit, ꝙ ipſe nō quærit cāpas. Erucæ herbæ autē plura ſunt genera: abſolute
autem intelligitur de cōmuni, & ſatiua, ſiue uſuali: quā Romani ruchectā uocāt: in partibus H
Apuliæ autem, erucā: ſiue rucā ſaracenicam appellāt. Sed neq; a Dioſcoride: neq; a quouis
aliorum, eruca depingitur. Probatur tamē, ꝙ ſit hæc ſatiua, qua utimur: per ſimilitudinem:
quam ipſe Dioſcorides notauit in cap̄. de altero ſiſymbrio. ſ. ꝙ illius ſiſymbrii aquatici folia I
cum ſunt adulta: erucæ foliis ſimillima ſciſſa ſunt. Et (ut ipſe Dioſcorides author eſt) tam her
ba, q̄ ſemē erucæ, maxime ualet ad cōcitādam libidinē. Ex quo author noſter poſuit ipſum
ſemē, in præſenti cōfectione. Præterea Dioſcorides in fine cap̄. de eruca, deſcribit erucā ſyl- K
ueſtrem: quā aſſerit in Iberia. ſ. Hiſpania, quæ occidētem ſpectat, copioſe naſci: unde nōnulli
hodie erucā Hiſpanicā nominant. Plinius autē iſtam, pro tertio ſinapis genere, intellexit. Et
hæc proprie eſt illa, quæ naſcitur in cāpis incultis: & in uineis: & iuxta oppida: quam aliqui L
erucā nobilem: & alii erucā lōgam nomināt: quoniā folia lōga habet: & interdū fibrata, raris
tamē fibris: flore luteo: ſemine in corniculis minuto: radice alba, & lignoſa: &c. quæ quidē
multis nō eſt incognita. Sed hanc etenim Ruellius eryſimū eſſe credidit. Verūtamē allucina M
tus eſt: quoniam eryſimū alia plāta eſt huic ſimillima: quæ minori tamē folio: & altiori cre-
ſcit caule: tactuq; aſperior eſt. Quæ quidē ſemper iuxta urbes, & domicilia: ſecus uias naſci-
tur: & rariſſime in campis. Vnde intus Romā, ubertim habetur. Dioſcorides enī cap̄. de ery- N
ſimo dicit, ꝙ eryſimum habet folia ut eruca ſylueſtris: quinimo & flores, & ſemē: &c. quaſi
omnia ſimilia habet. Atq; maiori munitur acrimonia. Vtrāq; enī diſtincte cognoſcimus. Sed
(ut diximus) Ruellius non cognouit eryſimū. Sed nec Hermolaus uidit: quoniā ſuo corol- O
lario. 391. dicit. Eryſimon noſtri herbarii ſignificāt: quæ uulgo nobilis eruca dicitur: quam
& erucæ ueræ præferunt: &c. Nam uerum eſt, ꝙ hodie multi liberius comedūt erucam nobi
lem. ſ. longam præfatā: q̄ erucā cōmunem uerā: attamē eryſimū a nemine comeditur: niſi in P
medicinis neceſſe fuerit. Et hoc uerū eryſimum, noſtra tempeſtate, pluribus tam medicis: q̄
herbariis: Romæ præſertim, notū eſt. Quodq; eſſe genus erucæ, nullus negare poteſt. Vnde
ſimiliter ut pādectarius, nōnulli plures erucam gerarinā uocant. Porro ſi eruca nobilis præ Q
fata. ſ. longa, ſecūdum ipſos erit eryſimon: quæ nam igitur erit ſylueſtris eruca, a dioſcoride
deſcripta? Quam & ipſi nō declarauerūt: quia neſcierunt eā. Eſt etiā & eruca aquæ: quā carda
minā: & creſcionē uocamus: de qua Auicēna facit cap̄. ſub titulo pupilla oculi. Lege ſupra. R

De Lingua auis.

SVnt nanq; quorundam opiniones neotericorum aſſerentium, ꝙ Linga auis non ſit ſe-
men fraxini. ſed uolūt ipſi, ꝙ ſit quædā herba: q̄ uulgo dicitur ligua paſſerina: & corrigio S
la: græce autē polygonia: q̄ latine centūnodia dicta eſt. Et hāc adducūt rōnē. ſ. ꝙ paſſer ē auis:
ideo ligua paſſerina, eſt ligua auis: &c. Et alii uolūt, ꝙ ſit aliud. Sed reuera hi errāt: quia ligua

A auis,uere eſt ſemen fraxini:ut probari poteſt,per Auicennam:& Serapionem: & Simonem
Ianuenſem:& alios plures probos authorea.Et ſic eſt.Eo maxime ꝙ dictus Serapio, pluriū
authoritate probat,ꝙ ſemen fraxini augmentat ſperma:quæ rea multum conuenit inten-
B tioni huius confectionis:& econtra,polygonia carens tali proprietate:nihil confert ei:ſed
potius nocet:quia habet aliquas proprietates,huiuſmodi confectionis intentioni omnino
contrarias.Igitur concludendum eſt,ꝙ eſt ſemen fraxini:& non centumnodia. De fraxino
C autem,in oleo de fraxino dicemus.

De Baucia.

BAucia quidem licet a nonnullis uarie exponatur:attamen ſecundum Dioſcoridem,Se
D rapionem,& q̈ plurimos authores: immo ſecūdum ueritatem:eſt paſtinaca ſylueſtris.
Et eſt etiam carui agreſte,ſiue ſylueſtre.Quoniam tria hæc, ſcilicet baucia, paſtinaca ſylue-
ſtris:& carui agreſte,ſunt unum,& idem:ut melius probabimus infra,in deſcriptione uide-
E licet trochiſcorum de ligno aloes.Et hic ingreditur ſemen:& non radix. Et ſimiliter in aliis
compoſitionibus:niſi ſpeciatim ſcribatur radix:ſemper intelligitur ſemen.In condito uero
de bauciis radicea ingrediuntur.Vide etiam de Baucia infra,in triſphera muſcata.

De radicum infuſione.

F DIcit author in præſenti deſcriptione.Terantur(ſcilicet radices præfatæ) & infundan-
tur ſuper ea,lactis uaccini:aut ouini q̈ritas:quæ ſuperemineat radicibus,duobus digi-
G tis:olei ſiſamini:&c.Vbi ſciēdum, ꝙ hinc ſumitur regula generaliter obſeruanda,in omni-
bus compoſitionibus:in quibus omnea,uel pro parte,ſunt infundendæ medicinæ, in ali-
quo liquore; ſeu aqua carente quantitatis determinatione:ut in confectione Hamechi in
H qua author dicit : hæc omnia infundantur,in aquæ caſei quantitate ſufficienti. Et ſic de ſin-
gulis.Sed nota ꝙ hæc ſupradicta regula, non intelligitur pro minimis rebus; utputa, pro
rheubarbaro infundendo,cauſa propinandi medicinam infirmo:&c.Quia cum infunditur
I rheubarbarum,uel agaricum,uel ſimile:debet aromatarius animaduertere; ut cum aliqua
diſcretione fiat talis infuſio:uidelicet,ut non ſit tam modica quantitas liquoria:ꝙ res infuſa
remaneat ſine conuenienti imbibitione:nec ſit ita ſuperabūdans:ꝙ ſtomachetur infirmus,
k in ſorbendo medicinam:cum tanta liquoris quantitate.Et ſi non omnia poſſunt ſcribi:tene
tur tamen aromatarius omnia bene,& diligenti diſcretione ponderare. At pro meliori de-
claratione huius regulæ:lege infra,in confectione de mezereon.

L

❡ Confectio de Galanga:&c. XII.

M AB ipſa Galanga,quam recipit,ſumpſiſſe nomen præſentem cōfectionē:nul-
lus inficiabitur.Sed quare non potius,a ligno aloes:quod in eadem quātita
te intrat:& eſt dignius illa? Reſpondetur; quia ad effectus,ad quos ordinata
N eſt iſta cōfectio:magis ualet galanga:q̈ lignū aloes. Et ideo ab effectu ipſiua
galangæ:quæ & baſis eius eſt:rationabiliter denominatur Cōfectio de gala-
ga:&c.Auicenna in quito cañ.ſcilicet in ſumma ſecunda:tractatu ſexto:habet electuarium
O de galanga:quod in multis,conuenit cum præſenti deſcriptione. Arnaldus de Villanoua
etiam,in ſuo antidotario,habet unum electuarium:quod intitulatur Diagalanga: ſed mul-
tum differt ab iſta confectione.

De Galanga.

P SErapio etenim ſcribens de galanga:nullam græcorum adduxit authoritatē:quaſi aper-
te declarans ipſam græcis fuiſſe incognitam.Apud nos etiam(ut uolunt aliqui: & præ-
cipue Antonius muſa Braſaulus)non reperitur.Hæc autem radix:quæ pro galanga habe-
tur in uſu(teſte ipſo Antonio)acorus eſt.Et illud:quo pro acoro cōmuniter utuntur aroma
Q rarii:aliud eſt:ut infra patebit.Immo uerius ſecundum alios,radix:qua utimur pro galanga:
eſt radix ſquinanti:& non acori:qua propter lege in Diamoruſia.Pro galanga autem, quia
non habetur:teſte Auicenna,in capitulo de galanga:ponitur cherſe gariofilatum; ſi haberi
R poteſt.quod eſt cortex arboris gariofilorum:ut interpretatus eſt Andreas Bellunenſis:& in
fra cōmemorabitur in cōfectione de cinamomo. Vel pro galāga pōt poni pōdus ipſius de
gariofilis:ut dictus Andreas,in capitulo de galāga reſcripſit. Et ſcias, ꝙ Auicenna facit duo
S capitula de galāga:unū uidelicet ſub proprio titulo de galāga:aliud uero ſub titulo de caſu-
rudar:ſiue,chaſerudar.Lege apud ipm.

De Carui.

SI de carui quidem uellemus controuerſias iuniorum:& ſeniorum authorum,in unum A
concordare:fuiſſet nobis tamquam cum parua cymba,magnum atq; procelloſum in=
trare pelagum:in quo expoſiti poſtea,potius eſſet de ſubmerſione:q̃ de ſalute ſperandum.
Intelligenti pauca.Vnde minus malum eſt tacere:q̃ male loqui.Verũtamen quod de eo ſen B
timus:ſuccincte notabimus.Nam clarum eſt,ꝙ Serapio in ſuo cap̃. de carui:quod incipit:
Caruia:deſcribit per ſententias,totum cap̃.Dioſcoridis,de caro:ex quo expreſſe patet,idẽ
eſſe apud Dioſcoridem carum:ſiue caros:quod apud Serapionem carui:ſiue caruia.Caros C
enim a Dioſcoride non depingitur:ſed tantum dicit:ꝙ eſt ſemen notũ: ubi a Marcello Vir=
gilio additur exiguum:quod nec in Hermolao:nec in Ruellio:nec in antiqua tranſlatione
neq; in Serapione:in authoritate quam adducit.legitur.At re uera,ut omnes firmiter tenẽt: D
nil aliud eſt caros:q̃ carota:ſeu cariota:quaſi caruiota,uulgo dicta.Porro ſi bene cõſidera=
bimus capitulum Serapionis de carui:inueniemus ipſum Serapionem,nõ de uno ſolo ge=
nere:ſeu de una ſola ipſius ſpecie loqui.Quia cum dicit authoritate Aben meſual:eſt groſ= E
ſius q̃ cyminũ: declarat aliud carui genus:quod genus hodie,ab Hiſpanis habetur in uſu:&
ab ipſis uulgo,quaſi caruia:carouela:ſiue caroela:ſiue alcarauea uocatur.Et noſtris tempo
ribus,ipſum ſemen a mercatoribus Romam delatum eſt:quod quidem eſt ita cymino ſimil= F
limum:ꝙ pro cymino uendebatur.Nos uero rem bene perſcrutantes: inuenimus non eſſe
cyminũ:ſed Hiſpanorum alcarauea.Et hoc putamus eſſe in Dioſcoride,tertiũ genus dauci
quod dicitur habere ſemen cymino ſimile: nõ obſtante ꝙ ab ipſo Serapione,bis ſcribatur: G
quia in cap̃.de dauco,ipſe Serapio ſimiliter authoritate Dioſcoridis,ſcribit tertiũ dauci ge=
nus:quod habet ſemen cymino ſimile:quoniam poteſt eſſe,ꝙ ſit genus dauci:& genus car=
ui:quoniam horum plantæ,ſcilicet dauci,baucię,carui,& ſimilium:habent multam inter ſe H
affinitatem. Vnde ſaluo ſemper meliori iudicio:putamus,ꝙ indifferenter poteſt unum pro
alio adminiſtrari:& ſpecialiter pro carui,poſſumus tam Dioſcoridis caro:q̃ alcarauea præ=
fata libere uti.Etiam pro cari,ſiue carui ſemine:recte ponitur aniſi ſemen:quoniam Dioſco I
rides,Serapio,Auicenna:&c.omnes:quaſi uno ore dicunt:hoc ſemen ualere in omnibus,
uti aniſi ſemen.Et aduerte,ꝙ præfata duo carui genera:intelliguntur ſatiua: ſiue domeſtica.
Carui agreſte autem,ſiue ſylueſtre:ſine dubio,eſt baucia:ſcilicet paſtinaca ſylueſtris: & non K
eſt cordumeni:&c.De quo lege ſupra:& infra,in trochiſcis de ligno aloes.

De Zuccharo poneudo in cõpoſitionibus.

LIcet ſupra,in electuario de aromatibus,ãnotauerimus de hoc zuccharo:quomodo de= L
bet poni in cõfectionibus:utputa,in illa,& iſta,& ſimilibus:tamen quia in hanc cõfectio
nem,maior quantitas ingreditur:ideo cum aliqua ratione,magis quieſcemus legentiũ men
tes.Nam(ut ibi diximus)zuccharum ponitur tantum in cõpoſitionibus, ad inueſcandũ me= M
dicinas:& ad ingroſſandum cõfectionem,in qua ponitur.Porro huiuſmodi cõfectiones o=
mnes, cũ melle cõficiuntur.Et hac de cauſa:quia mel eſt magis carminatiuum : q̃ zuccharũ:
utpatet in electuario de aromatibus:& in Diacymino:& in Dianiſo:& in Benedicta Nicolai: N
& in q̃plurimis aliis ſimilibus cõpoſitionibus:quæ quidem, cum ſint inuentæ , ut expellant
uentoſitatem:omnes cum melle cõficiuntur:& nõ cum zuccharo.Et ideo ſi zuccharum ra=
tione mellis poneretur: ſatis modicum de melle dicta cõpoſitio reciperet:ex quo nõ poſſet O
cõſequi effectum expellendæ uentoſitatis:ad quem ipſa ordinata fuit.Neceſſe eſt ergo:ut nõ
ponatur zuccharum,ratione mellis.Et temeritas magna eſt dicere,ꝙ ſit ponendum ratione
ſpecierum.Quamobrem,ut dictum eſt,per ſe in puluerem redactum,ponatur ultimo loco P.
in cõpoſitione:ubi ingreditur.Vt exẽplum habemus, in Triphera ſaracenica Nicolai.Et idẽ
teſtatur Platearius,in Benedicta Nicolai.

De cõtritione ſpecierũ.

QVamuis ſit generaiis regula , ꝙ ſpecies omniũ electuariorum ſolutiuorum , debeant Q
cõmuniter groſſo modo puluerizari:& nõ ſolutiuorũ ſubtiliter: tamen non eſt re=
gula:quæ nõ habeat aliquam exceptionem. Quamobrem ſciendum,ꝙ ſpecies huius cõfe=
ctionis galangæ(licet nõ ſit cõfectio ſolutiua)debent teri groſſo modo:nõ tamen groſſiſſi= R
me:ſed ſecundum uſum ſolutiuorum.Et ratio eſt:quia hæc cõfectio habet principaliter ex=
pellere uentoſitatẽ groſſam:qm̃ ſi ſpecies eſſent ſubtiliſſime cõtritæ:nõ pmanerẽt diu, in ſto
macho:& nõ pmanẽdo:nõ habẽt tãtũ uigorẽ in operãdo.Quapp oportet,ut ſpẽs huius cõ= S
fectionis,& ſimiliũ:nõ triturẽtur ſubtiliter:ſed more ſolutiuorũ:ut dictum eſt . Lege de hoc
etiam,in Diacymino ſecundo.

A ¶ Diarhodon deſcriptione cõmuni:&c.

Roſis Diarhodõ dicitur:deſcriptione cõmuni autem addit author:quia cõ-
B muniter ab omnibus habebatur in uſu:& ad differẽtiam aliorum quæ ſequã-
tur:quæ ſunt aromatica roſata:quæ fortaſſe,nõ erãt in cõmuni uſu:qm̃ om-
ne aromaticum roſatũ,poteſt nũcupari Diarhodõ.Immo omnis cõpoſitio:
C quæ ex roſis denominatur:Diarhodon dicitur.Vnde trochiſci diarhodon.i.
trochiſci de roſis:&c.A Nicolao quidẽ in ſuo antidotario,ponitur una alia deſcriptio: quæ
ab ipſo intitulatur:Diarhodõ abbatis.Porro in antidotario magno uniuerſali:unde ipſe Ni-
D colaus excerpſit ſuum antidotarium:in tali deſcriptione:neq; abbas:neq; abbatiſſa legitur.
Sunt etenim in præfato antidotario uniuerſali:ſiue magno:tres ſub hoc titulo, Diarhodõ,
deſcriptiones.Quarum prima dicitur.Diarhodõ Iulii.Et ſecũda.Diarhodõ magnũ.Et hæc ẽ
E deſcriptio quam accæpit ipſe Nicolaius.Tertia autẽ intitulatur.Diarhodõ Galeni:& hæc eſt
deſcriptio præſentis antidotarii filii Meſue.Arnaldus quidem de Villanoua,habet in ſuo an-
tidotario duas deſcriptiones,ſub hoc titulo:ſed primã:quam Diarhodõ abbatis intitulauit:
F a Nicolao accæpit.Sed ſciẽdum,ꝙ per impreſſiones,ſunt in præſenti deſcriptione plura mẽ-
da.Et primũ.Videlicet ubi legitur.Accipe foliorũ roſarũ rubearũ.ʒ.xxx.Lege.ʒ.xx.Item an-
te gariofilorum notationẽ: deeſt cinamomũ.Lege igitur ſic.Cinamomi,gariofilorum,gal-
G liæ muſcatæ:&c.Item in quibuſdam ex ipſis impreſſionibus: bis poſita ſunt duo ſimplicia.ſ.
dragagãtum:& gummi arabicũ.Caſſentur priora quæ ſunt ante ligni aloes deſcriptionem.
Item eo in loco.ſ.ubi ſunt illa duo præfata ſimplicia caſſanda.in aliquibus,& præſertim no-
H tis excuſionibus,deeſt Berberi.Lege rectius ſic,maſticis,berberi,ligni aloes:&c.Item ubi le-
gitur:camphoræ.ʒ.i.÷.lege uerius.ʒ.÷.Item ubi legitur:cõfice cum ſyrupo de roſis:& aqua
roſarum.Lege correctius.cõfice cum ſyrupo de roſis:ex aqua roſata:uel roſarum:Qm̃ ita ſe
I habẽt hæc omnia,in cũctis antiquis exẽplaribus:& correctis libris. Et ſcias, ꝙ author dixit:
cum ſyrupo de roſis:ex aqua roſata(.ſ.ex infuſione roſarũ:quã uocat aquã)ad differẽtiam ſy
rupi roſati:ex ſucco roſarũ.Cõſimile mẽdum eſt,in Diambra:quo in loco antiquorum exẽ-
k plarium aliqua,habẽt cum ſyrupo roſato:ex aqua roſarũ:& aliqua,cum ſyrupo roſato:ſim-
pliciter:per quẽ,ſemper intelligitur ſyrupus roſatus,ex infuſione roſarũ.Cum quo ſyrupo,
multa aromatica:& plura electuaria ſequẽtia cõficit.Per quod declaratur præfatum mẽdũ.
L Probatur etiã,ꝙ debet eſſe ſyrupus ex infuſione roſarum:per Luminare maius:in operatio
ne infuſionis roſatum:ubi declarãs,ꝙ cum ſyrupo facto ex illa infuſione, cõficiũtur multa:
aſſignauit per exemplum,præſens Diarhodõ deſcriptione cõmuni. Et ſimiliter Theſaurus
M aromatariorum,in Diambra dicit:Cõfice cum ſyrupo roſato,facto ex aqua infuſionis roſa-
rum:&c.Vnde emẽdẽtur loca.Præterea aiaduertẽdum,ꝙ ſunt nõnulli aromatarii:qui diſpẽ
ſantes præſentem compoſirionẽ.Filii Meſue:ponũt in ea trociſcos diarhodõ Nicolai: & nõ
N trociſcos diarhodõ ipſius filii Meſue.Etenim nõ recte faciũt:quia licet utriq;,inter ſe,parum
differãt:attamẽ quãdo hæc cõpoſitio paratur ſecũdum authorẽ noſtrũ:ponẽdi ſunt in ea tro
ciſci ab eo ordinati.Et quãdo fit ſecũdum Nicolaũ.in omnibus obſeruãda eſt regula ab ipſo
O tradita.Et ſic de ſingulis:uidelicet quãdo aliqua cõpoſitio diſpẽſatur:illius authoris accipiẽ-
da ſunt ſimplicia:& cætera ſi habet.cuius diſpẽſandæ cõpoſitionis,deſcriptio eſt. Quæ autẽ
apud ipſum nõ ſunt:ab aliis fide dignis,ſumenda cẽſemus. Qm̃ multoties, per idem nomẽ,
p (ut mox de ſpodio dicemus)apud diuerſos authores:diuerſa notãtur,& ſimplicia,& com-
poſita.

De Spodio.

Q Vid de ſpodio dicemus?Quomodo tot differẽtes authorũ opiniones concordabi-
Q mus?Enimuero ſupra uires noſtras onus aſſumimus.Tãdẽ cõfidimus in deo noſtro
Ieſu Chriſto:ꝙ ipſe qui eſt ſumma ueritas: oſtendet nobis pauperculis, lumine gratiæ ſuæ,
quam quærimus ueritatẽ.Sciẽdum igitur,ꝙ græcorũ ſpodiũ,nõ eſt idẽ, cũ ſpodio Arabum.
R Nam ſpodiũ græcorum,ut uideri poteſt in quinto Dioſcoridis libro:& apud alios græcos:
ac etiam latinos græcos imitãtes:ſpecies thutiæ.ſ.põpholygis eſt:quia idem eſt thutia:quod
põpholyx.Ait.n.Dioſcorides.Põpholyx,ſpecie ſola,nõ genere,a ſpodio diſtat.immo thu-
S tia eſt melior pars illius materiæ:quia ſpodium cadẽs in pauimẽtum fornacis,imiſcet ſe car-
bonibus:& pilis:& aliis immũdiciis.Quod ſpodium græcorum,a Serapione, in capitulo de
thutia deſcribitur:pro deteriori thutiæ ſpecie.Et hoc quidẽ græcorũ ſpodiũ,per os non ſu-

mitur

mitur:quia nuſq̃ adhuc,tam apud Galenũ:q̃ apud alios græcos:legimus ipſum intrinſecus A
propinatũ: præter apud Actuariũ nouiſſimũ fere græcorum:in medicinis,quas ab arabibus
ſumpſit. Sed neq; thutiam. Extrinſecus autem in unguentis:&c.paſſim lectitamus admotũ:
quod etiã teſtatur Manardus ſuper trociſcis de ſpodio.Spodium autem arabum,ut plurimũ B
adminiſtratur per os, in confectionibus:& electuariis cordialibus:&c. Vnde neceſſe eſt, ut
ſit diuerſum a ſpodio græcorũ.Igitur ſecũdum Auicẽnam, ſpodium ſunt radices cannarum
aduſtarũ:&c.Idem dicit Aueroys,in quinto colliget:& quidẽ clarius.Spodium(inquit)car= C
bo eſt nodorum arundinũ Indiæ aduſtarũ:&c.Vnde multi hodie,ſpodium de cãna uocant:
q̃uis nullus illud habeat.Bellunenſis autem in capitulo Auicẽnæ de ſpodio:pro cannarum
reſcripſit alcanna.Et in ſuis interpretationibus,declarat alcanna,dicens:Alcanna: ſeu alco D
na:ſunt arbores ſubtiles,longæ, habentes nodos,ſicut canna:Sed differunt,eo huiuſmodi
alcanna non habent cõcauitatem:& Arabes utuntur eis,loco lancearum.Et ex eis reperiũ=
tur arbores groſſæ:ex quibus cõficiuntur naſa magna:utilia:ſiue utenſilia:Et ſpodiũ ſit ma= E
xime ex radicibus arborum prædictarũ ſubtilium,cõbuſtis.Hæc ille. Vnde ſecundũ ipſum,
hoc nomen.ſ.alcanna:ad plura refertur.Quoniã Auicenna,& Serapio:&c.habent aliud ca
pitulum de alcanna:quæ eſt cyprus arbuſcula:de qua infra,in oleo de alcanna. De ſpodio F
autem,Serapio facit capitulum:ſed non declarat ipſum:tamen cõferendo cũ capitulo Aui=
cennæ:in pluribus probatur,ꝙ idem eſt.Ex quo cõiectamus Auicennã, ex ipſo Serapione
ſumpſiſſe.Ergo ex prædictis,cõcluditur,ꝙ in cõpoſitionibus arabum:quibus ut plurimum G
utimur:& præcipue,quæ per os ſumuntur.per ſpodium,nõ eſt intelligendũ ſpodium græ=
corum:ut nõnulli ex iunioribus declarauerunt. Etiam & ſi græci cõceſſiſſent: ſuum ſpodiũ
per os,poſſe ſumi nihilominus in arabum cõpoſitionibus:arabum ſpodiũ neceſſario admi H
niſtrare debemus:& nõ græcorum: Manardus quidem tenet,ꝙ hoc ſpodiũ factum, ex ra=
dicibus cannarum aduſtis.ſit quaſi unum ex antiſpodiis Dioſcoridis.Ergo ſi eſt antiſpodiũ:
quare præcipit,ut nõ admittatur in compoſitionibus? Præterea,neſcimus:qua authoritate I
muniatur Platearius:ut dicat:ꝙ optimum ſpodium ſit ex oſſibus elephantis combuſtis. Et
addit,ꝙ elephas habet oſſa ſolida:ut ſunt dentes:& illa nõ cõburuntur:quæ medullam ha=
bent:illa cõburuntur:& illa dicuntur ſpodium:&c.tanq̃ ſi dentes elephantorũ,careant me= K
dulla:quod eſt falſum.Vnde hodie aromatarii ipſum ſequuntur.ubiq; utentes pro ſpodio,
tam græcorum:q̃ arabum: oſſibus cõbuſtis.Et ſi ſunt elephantis:deus ſcit. Nos enim ſuſpi=
camur.illa,eſſe oſſa alterius animalis : q̃ oſſa elephantis: ut pura bouis:uel arietis:uel canis: L
&c.q̃m cum ſint cõbuſta:& in fruſtula:& puluerẽ redacta:quibus notis poſſumus amplius
cognoſcere illa,eſſe elephantis potius:q̃ alterius animalis? Nam uelle hodie negociatori=
bus credere:periculoſum eſt:q̃m generaliter periit ab eis fides.Etiã ſi ſint(ut aiunt)uera ele= M
phantis oſſa,hæc quæ pro ſpodio cõbuſta uẽduntur : & ſi poſſunt admitti in medicinis cor
dialibus,in ſpodii arabum uice:nec approbamus:nec reprobamus.Potius enim eſt medico
rum,q̃ noſtrum,hoc perſcrutari.Tamen ſaluo ſemper meliori iudicio:quia ſpodium cãna= N
rum Indiæ nõ habetur:minus malum nobis uidetur eſſe,ſi pro dicto cannarũ Indiæ ſpodio:
utamur radicibus cannarum noſtrarũ,artificioſe aduſtis.Eo omnino nullus præſumat pone
re in medicinis,ore ſumendis,ſpodium græcorũ:nec ipſorũ antiſpodia: neq; pompholygẽ O
.ſ.thutiam dictã:quamuis præſtantior ſit,nõ ſolum antiſpodiis omnibus:ſed & ipſo ſpodio
ſupple græcorum.Teſte Galeno:qui ait:numq̃ ſe uſum fuiſſe ſpodio : q̃m numq̃ defuit illi
põpholyx:q̃m huiuſmodi(ut diximus).ſ.antiſpodiis,ſpodio,põpholyge,& ſimilibus:nõ in P
trinſecus propinando.ſed extrinſecus admouendo dũtaxat,græci utebantur.Quapropter
mirati ſumus de quibuſdam iunioribus,uiris admodũ peritis: ut ſunt Manardus,Braſauolus:
&c.qui præcipiunt indifferenter adminiſtrari põpholygem:uel antiſpodia græcorum:ubi= Q
cunq; ſpodium deſideratur:nõ excipientes cõpoſitiones illas arabum: quæ ore ſumuntur.
Eo maxime ꝙ ipſi teſtantur:Galenum nõ uſum fuiſſe huiuſmodi:niſi per exteriora admo=
uendo:quomodo ergo audent dicere:ut in trociſcis,& electuariis,ore aſſumendis,ponan= R
tur? immo iudicio noſtro melius eſt:uel(ut rectius loquamur)minus malum eſt:demere ab
huiuſcemodi arabũ deſcriptionibus ipſum ſpodium:q̃ loco eius thutiam:uel ſimile ſubmi=
niſtrare.In cõpoſitionibus autẽ tam græcorũ,q̃ arabum : quæ ore nõ recipiuntur:nõ nega= S
mus poſſe adminiſtrari:& græcorũ ſpodiũ:& antiſpodiũ quodcunq;:& põpholygem:& alia
plura.Hæc equidẽ ſunt,quæ de ſpodio collegimus:in quibus nõ citauimus alios iuniores:

A ut Simonem Ianuenſem:& cæteros:ne ipſorum controuerſie eſſent in noſtro libello cauſa
confuſionis. Qui uult igitur,apud ipſos(ſi placet)legat. Et de modo faciendi græcorum ſpo
dium,antiſpodia,& pompholygem:legito te apud Dioſcoridem:&c.

B De modo cōficiendi.

INſuper ſciendum,ꝙ hodierni medici uolunt,ꝙ ſpecies præſentis confectionis:& ſimiliū
plurium:conficiantur cum zuccharo:in forma ſolida:quod quidem,apud nullum anti-
C quorum legitur,eiuſmodi actum eſſe. Sed omnes(ut patet)in forma electuarii fieri debere
ſcriptitarunt:quorum factionem,magis cōmendamus: & ita debet fieri:quia ipſi authores
omnia cum debita proportione:& experimentorum probatione:deſcripſerunt. Nunc au-
D tem ſecundum modernos,non poteſt talis cōpoſitio in forma ſolida,habere ſuam debitam
proportionem:quia ponitur minus quantitatis ſpecierum:q̃ poneretur:ſi in forma electua
rii fieret. Quia nō amplius,q̃ unam ſpecierum unciam,pro qualibet libra zucchari, ſubmini
E ſtrant. Etiam quia dictæ ſpecies nō poſſunt habere ſuam fermentationem,in tali forma:ut ha
berēt in forma electuarii. Etiam quia uirtus electuarii,facilius tranſit ad loca:ſiue membra re
mota:q̃ cōfectionis ſolidæ. Quapropter infirmus nō cōſequitur effectum operationis:ſecū-
F dum intentionem authoris ipſius. Item non poſſunt præfatæ ſpecies omnes inſimul conſer
uari:quia inibi ſemina poſita,breui temporis ſpatio,rancerent:& corrumperēt reliquas ſpe-
cies. Vnde oportet,ut abſq; ſeminibus,ipſæ ſpecies cribellatæ aſſeruentur:ut cōmodius, &
G expeditius,ad iuſſum medici cōtinuo cōficiantur. Et ſi bene:deus ſcit. Attamen aromatarius
parans hoc electuarium:& ſimilia:ſecundum uoluntatem medici præcipientis: nō peccat.
Quia medici eſt ordinare,& præcipere:aromatarii autem diſpenſare,& conficere. Et magis
H debet aliquando aromatarius obedire intentioni,q̃ deſcriptioni:quoniam quandoq; medi
cus,in ſcribendo receptas,errat:nō dicimus abſolute ignorans,uel mala intentione,ſed ca-
lamo,imprudenter ſcribendo. ʒ. pro uncia:uel econtra. ℥. pro drachma. Vt quidam medi-
I cus ordinans medicinam,pro uno fratre noſtro ualetudinario,ſcripſit aperte & clare: Dia-
phinicōnis: ℥. iiii. Cum intentio ipſius erat ſcribere. ʒ. iiii. Nos autem intentionem potius, q̃
lectionem obſeruantes. iiii. ʒ. poſuimus, ex quo medicus poſtea,laudauit nos,bene ſic feciſ-
k ſe. Qua in re autem conſulimus aromatariis,ꝙ ſi forte inuenerint in aliqua recepta aliquid,
quod credatur eſſe errore deſcriptum,tutius eſt(ſi fieri poteſt)accerſire medicum,q̃ intētio-
nem ipſius interpretari.

L ℭ Aromaticum roſatum ſtomachum:&c. XIIII.

SVb hoc nempe titulo. ſ. Aromaticum roſatum,ponit author in præſenti an-
M tidotario,tres deſcriptiones:ſed in hac prima,per impreſſos libros, ſunt ali-
qua emendanda. Et primo. Vbi legitur: Accipe foliorum roſarum rubearum
℥. i ÷. Lege rectius. ℥. i ÷. Secundo. Vbi legitur: Trociſcorum Diarhodon: gal-
N liæ muſcatæ. ana. ʒ. ii ÷. lege ana. ʒ. ii. Item ubi legitur: Zinziberis: nucis muſca
tæ ana. ʒ. ii ÷. lege uerius ana. ʒ. I ÷. ut eſt in omnibus correctis exemplaribus:&c. Pro ſyru-
O po roſato: Intellige ſyrupum factum,ex aqua infuſionis roſarum. Simplicia alibi declarātur.

ℭ Aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis:&c. XV.

PRæſens enim aromaticum roſatum Gabrielis, ab omnibus fere habetur, in
P frequenti uſu. Et licet quidam dicat(cuius opinio nō eſt imitanda)ꝙ plurima
rum deſcriptionū eiuſdem tituli,quando abſolute ſcribitur: ſemper de prima
debet intelligi. Vt exempli grā. In præſenti antidotario,ſunt plura aromati-
Q ca roſata:ſecundū ipſum autē:quando ſimpliciter petitur aromaticū roſatū:
de prima deſcriptione eſt intelligendum:quod eſt falſum. Et probatur contrariū, in multis
pharmacorū deſcriptionibus:ut in iſtis:& in cōfectionibus de ſatyriōe:& in trociſcis de ſpo
R dio:& ſimilibus pluribus:ex quibus primæ deſcriptiones cōmuniter nō habētur in uſu. Nos
autē dicimus,ꝙ omnes deſcriptiones poſitæ a quocūq; authore:apud ipſum authorem erāt
uſuales. Medici autē ſubſequētes frequētantes aliquas:& aliquas dimittētes:ob frequētiorē
S quarundā uſum,uenit:ꝙ a quibuſdā ſcriptoribus,in ſucceſſu tēporum,illæ notatæ fuerunt
ſigno alicuius additionis:uidelicet habetur in uſu:uel utitur:&c. Quapropter ſciendū,ꝙ il-
læ clauſulæ,ſi forte reperiantur: nō ſunt authoris:ſed ſcriptoris:ſeu impreſſoris. Et licet oēs
deſcriptiones

deſcriptiones huiuſmodi aromaticorũ, hic poſitæ, ſint bonæ: attamẽ iſta, quæ dicitur deſcri A
ptione Gabrielis: tãq̃ omniũ optima, maxime ab omnibus laudatur: & ubiq; paratur. ſ. ĩ for
ma ſolida dũtaxat: & nõ ſecundũ authoris nr̃i doctrinã. Sed auertendũ, ꝙ per impreſſiones,
præſens deſcriptio nõ eſt ſine mẽdis. Vnde ubi in ipſis legitur. Spicæ. ʒ. ii. Antiqua exẽplaria B
autem pro maiori parte habent. ℈. ii. & aliqua ſic. Spicæ. ʒ. unius partes duas: quod idem eſt.
Item nonnulla habent ſic. Spicæ ambræ ana. ℈. ii. poſtea muſci. ℈. i. & ſic fortaſſe rectius: ta-
men dimiſimus, ut in pluribus inuenimus. C

De machazari: uel mazahari: uel aliter: & aliter.

NOn poſſumus, nõ admirari, in præſenti deſcriptione: & ſequẽti: & in aromatico gario-
filato: & in ſuch albarif: & in cõfectione ramich: & in caꝑ. de tamarindis & in caꝑ. de ſo D
da: & ſimilibus: ſuper uno barbaro uocabulo: illo uidelicet: quod poſt ſandalũ, imediate ſe-
quitur: hoc eſt Machazari: uel mazahari: uel macozir: &c. De ſandalo autẽ, nõ dubitamus:
ꝙ debet intelligi, de ſandalo citrino: quia ſemper (ut plurimi teſtãtur) quãdo reperitur ſanda E
lus abſolute: citrinus intelligitur: quia eſt magis aromaticus: & laudabilior cæteris: ut pro-
batur per Serapionẽ dicẽtem. Et melius ex ſandalo eſt citrinũ: &c. Sed illud uocabulũ, quod
ſequitur: ſi refertur ad ſandalũ: ut ſit cognomẽ ipſius: uel ſi ſit aliud ab eo: adhuc nõ clare ha F.
bemus. Multi nẽpe ex iunioribus uolunt, ꝙ referatur ad ſandalũ: unde & pro citrino, ſiue lu
teo, exponunt. Quod cõfirmauit Simõ Ianuẽſis, cũ loquẽs de citrino dixit: Hoc uocat Aben
Meſue. mazahari. Ad quod credendũ, inclinatur animus, ab eo: quod eſt: quia nuſq̃ ſolũ le- G
gitur. ſed ſemp poſt ſandalũ. Nõ obſtãte, ꝙ in quibuſdam libris, iter ſandalũ: & ipſum uoca-
bulum: medietur punctus: qm̃ ab imperitis librariis maiora his, cõmittuntur menda. Porro
nõ ualemus inuenire ueritatẽ, ſignificati ipſius dictionis: quia puritatẽ ueri uocabuli ignora H.
mus. Etenim ultra. 70. barbaras uariationes: huius barbari uocabuli, per uarios codices,
in uariis deſcriptionibus, repperimus: quas omnes deſcribere, ridiculũ fore nõ dubitamus.
Vnde exẽpli gr̃a tantum: ſunt qui ſic: & ſunt q ſic: & ſunt qui aliter habent. Machazari, maza- I.
hari, macoziri matafari, mazazir: &c. Et nõnulli, nihil horũ habẽt, ſed in eis ſimpliciter legi-
tur ſandali. Et aliqui de recẽtioribus, habẽt ſcriptũ ſandali citrini. Quapropter ex tot, & tã-
tis barbaris, & uariatis dictionibus (ut diximus) nõ ualemus ſincere cõprehẽdere. quæ nã ſit K.
illa: quæ ſignificat illud: de quo author intẽdit. Præterea ſciendũ, ꝙ in quibuſdã antiquis exẽ
plaribus: & in priori excuſione librorũ nr̃i authoris: & proprie inter ſimplicia: ſunt quædã
ſynonyma: in quibus legitur: Machazir. i. odoriferi. Quæ quidẽ expoſitio, bene cõuenit ſan L.
dalo citrino. Sandalus. n. citrinus (ut ſupra notauimus) odoratior eſt aliis. Qua de re, ſi ita eſt,
nõ male agunt: qui citrinũ exponũt: qm̃ idẽ eſt, ſandalus citrinus: & ſandalus odoriferus. Et
ſic, illud uocabulũ ad ſandalũ referri debet. Nos autẽ tanq̃ nihil, reputamus illud uocabulũ, M
ibi deſcriptũ: qm̃ ſandalus ſimpliciter, & abſolute (ut diximus: & omnes cõmuniter tenẽt) in
telligitur ſandalus citrinus: & ipſum ponimus in hoc: & in cæteris locis: ubi expetitur. Ve-
runtamen tam hoc: q̃ cætera dubia: iudicio prudentiorum cõmittimus perſcrutanda: ſimul N.
& diffinienda. De ſandalis autem quære infra, in trochiſcis de ſandalis.

¶ Aromaticum roſatum minus: &c. XVI. O

HOc præſens aromaticũ roſatũ: quod eſt tertiũ in ordine: uocatur minus: ad
differentiã ſupradictorũ: quæ ſunt maiora: nõ quia habent maius ſpecierum
pondus: ſed quia recipiunt maiorẽ, ſimpliciũ medicinarũ numerũ: & uarieta P.
tem. Quãuis, & ea cauſa etiã, poſſunt ſupradicta dici maiora: quia ſtãdo una-
quæq; deſcriptio in ſuo eſſe: q̃dlibet ipſorũ duorũ præfatorũ aromaticorũ
habet maiorẽ q̃titatẽ ſpecierũ: q̃ iſtud. quod uocatur minus. Etiã uocatur minus: quia mino Q
res habet uirtutes: ut ĩ ſui exordio clare probatur.

¶ Aromaticũ muſcatũ: &c. XVII.

Dicitur muſcatum: ob id quia recipit maiorem muſci quantitatem: q̃ quodlibet R.
præſcriptorum: de ſimplicibus ipſius quære alibi.

¶ Aromaticũ gariofilatũ: &c. XVIII. S

NVlli dubium eſt, a gariofilis: quos recipit: ſumpſiſſe nomẽ præſens aromaticũ. Q̃d
quidem a pluribus habetur in frequenti uſu. ſ. in forma ſolida: ut cætera.

A De Gariofilis.

GAriofilus quidē.ſ.aromaticus:ut per deſcriptionē Serapionis uideri poteſt:nō eſt du-
bium quin ſit ipſe:quo in officinis utimur.Et hic,ſecundū Auicennā,eſt gariofilus fœ-
B mina:quia ſecundū ipſum,triplex eſt gariofilus.ſ.maſculus:fœmina:& hortulanus. Vnde ſe-
cundū ipſum Auicennā,optimus eſt:qui fœmina cognominatur.Et maſculus eſt ille:qui uē
ditur inter gariofilorū ramulos:qui eſt groſſus:oblōgus,ut olea:nigerq;.Vt teſtatur ipſe Aui
C cenna in proprio capitulo,dicens:Et qui maſculus eſt:eſt ſicut nucleus oliuæ:ſed lōgior:&
uehementius niger &c.Qui quidem a nonnullis Antofilus dicitur.Nam maſculus non po-
nitur,niſi ad fœminæ differentiam. Vnde quāuis expreſſe (cum loquitur de altero gariofilo
D dicens:ille qui eſt melior:eſt ſimilis nucleo ſicco:&c.)non ſpecificet,ꝙ ſit fœmina : tamen
tacite ſub intelligitur.Et eu! quod in.2.cañ.ſubticuit:in quinto cañ.poſtea declarauit. Cū in
uno electuario:quod uocat Alcalchatarahan magnū:utrūq;.ſ.maſculū:& fœminā:diſtincte
E & ſpecificate poſuit.Sed qn̄ abſolute ſcribitur gariofilus:ſemp fœmina intelligitur.Gariofi
lus autē hortulanus etiā:q̄uis ab ipſo Auicēna,in.2.cañ.nō ſcribatur:nihilominus in quinto
cañ.in pluribus deſcriptionibus deſcripſit.Vt eſt,in electuario de cāphora ſecūdo:& in oleo
F de ierbuet:&c.Et hic gariofilus hortulanus eſt(ut putamus)hic flos pulcherrimus:qui in ua
ſis fictilibus:ſuper domorū feneſtras,ubiq; ad decorē tenetur. Qui quidem odore , maxime
emulatur gariofilū aromaticū:& forma etiā,nō multū elōgatur ab eo:licet ſit maior.Et ꝙ ſit
G hortulanus:eſt ita oībus notū ꝙ nō indiget alia probatione.Et hunc florē Luminare maius
ſcribit uocari Tunici:ſecundū Manfredū de mōte imperiali:Tamē tunici, uel tuneci:in addi
tionibus pādectarū,legitur eſſe herba turca:quæ eſt cardo ſanctus uulgo dictus:q̄uia ibi ma-
H le legatur:cardo benedictus:pro cardo ſancto:qm̄ cardo benedictus,alia herba eſt.Hūc etiā
gariofilū hortulanū,Leonardus Fuchſius cōſtituit bettonicæ ſpeciem,in ſuo de ſtirpibus: &
multas ibi ponit bettonicas.Sed qua ratione hic gariofilus poſſit bettonica dici:nō agnoſci-
I mus.Porro huiuſmodi gariofili hortulani,ſunt plures ſpecies:ſed differētia in ipſis eſt color
floris:quia alius eſt coccineus.ſ.rubicūdus:& alius eſt coloris ſubrubri:qui uulgo dicitur ga
riofilus incarnatus:& alius eſt albiſſimus:& alius eſt uarius:hoc eſt,diuerſi coloris: uidelicet
K albi,& rubri:& ex quolibet iſtorū reperitur alius:cuius calix cū floret,ſcinditur ex uno late-
re:& alius qui nō ſciditur.Itē reperitur alia ſpēs:cuius flos eſt maximus omniū:i cuius medio
naſcitur alius flos:ita ꝙ eſt flos,in flore:& poſt apertionem primi : ſeptimo , uel octauo die,
L aperitur ſecūdus.Vñ quidā igenioſi:ut efficiatur maior:nō pmittūt creſcere:niſi ſingulos i ſin
gulis ſurculis.Et cū aperitur primus flos:dextre forficibus,circūcidunt pelliculā calicis:uſq;
poſt mediū:ut folia ipſius floris hincide expādātur & dilatētur:& poſt apertionē ſecūdi:de-
M xtre etiā pelliculā ſui calicis,e medio:extrahūt.Et ſic,ita efficitur magnus:ꝙ aliquādo utraq;
manu concludi non poteſt.Vt propriis oculis ſæpius uidimus.Et hmōi gariofili genus,fre-
quentius habetur in partibus Apuliæ:quē incolæ loci gariofilū bariſanū uocāt: a Baro ciui-
N tate Apuliæ:ubi copioſius habetur.Sunt præterea , & aliæ ſpecies ſylueſtris huiuſmodi ga-
riofili.Vnde quædam ex eis,eſt in mōtibus:qui gariofili ſunt rubri,minimi, & quaſi inodori:
quinq; tātū folia habētes:&c.quos gariofilos mōtanos nominamus.Et quædā ſpecies:quam
O pluries uidimus:naſcitur ſupra parietes turriū:& domorū:cuius plāta in oībus eſt ſimilis hor-
tulano gariofilo:niſi quia folia ipſius plātæ ſunt ſtrictiora:& ſtipites ſubtiliores:& flores mi-
nores,ſubrubri:qui nō amplius q̄ quinq; folia habēt:ut præfati mōtani:ſed ſunt ualde odo-
P rati:ut hortulani.&c.Omnes.n.hæ ſpecies,tā hortulanorū,q̄ ſylueſtriū gariofilorū:notæ ſūt
in italia.Et tā plāta,q̄ flos,gariofilus dicitur.Nō ſeritur ſemine gariofilus:ſed germinis trāſplā
tatione:Octobri mēſe:ac februario.Romæ autē neſcimus:an ſuperſtitioſe:an deuotionis cā
Q in feſto ſancti Frāciſci ſemp,ab omnibus,fit ipſorū trāſplātatio. Omnes.n.ſpecies porraceis
cōſtant foliis:multo tamē breuioribus:& ſtrictioribus:&c.Sed mirū quippe eſt:ꝙ apud an-
tiquos,tā pulcherrimi floris nulla habeatur mētio.Et ſi(ut diximus)nō eſt gariofilus hortu-
R lanus Auicēnæ:fatemur nos ignorare ipſum apud authores.ſ.priſcos: quid ſit . Ex iuniori-
bus autē nōnulli,quaſi diuinādo:uel potius ſomniādo:de eo pertractāt.Credimus tamen,ꝙ
tā pulcher flos,plures habeat pulcherrimas uirtutes:atq; proprietates:ſed quia hodierni me
S dici potius ad lucrū(ut plurimū)q̄ ad inueſtigandū rerū naturas attendunt:multa ſunt apud
nos:tāq̄ ſi non fuiſſent:quia præter decorē aſpectus:& ſimilia uana:nullus amplius eſt ipſo-
rum uſus.Pro ſyrupo citrino autem intellige ſyrupum de corticibus citri.

¶ Aromaticum

¶ Aromaticnm nardinum:&c. XIX. A

NArdinnm dicitur,a nardo indica quā recipit in bona q̄titate:quæ ſnb nomi-
ne ſpicæ indæ,hic deſcribitur.In quibuſdā.n.locis, habetur in uſn hoc aro- B
maticum:ſed in forma ſolida:ut cætera.Notandū tamen,ꝙ in præſentē con
fectionē,& alias plures,non intrat cinamomum:ſed cinnamū : ut probatur
per cuncta correcta exemplaria:in quibus clare legitur.Cinnami. Cinnamū C
autem(ut infra declarabimus)eſt una,ex ſpeciebus cinnamomi:non tamen nobilior : quia
nobilior,per cinnamomū abſolute,& antonomaſtice intelligitur:qnoniam plures ſunt cin
namomi ſpecies:ſen genera.ſed bene poteſt poni cinnamomum(ſi habetur) pro cinnamo. D
Pro quibns,lege in cōfectioue de cinamomo.Item in hoc aromatico,recipitur gallia ſebel-
lia:& non gallia muſcata:ut aliquæ impreſſiones mendoſe habent.De gallis antem, quære
in diſtinctione de trochiſcis. E.

¶ Dia Cyminum bonum:&c. XX.

HOc nanq; Diacyminū,eſt magis uſuale:q̄ illnd quod infra deſcribitur: licet ali F
qui magis utantur Diacymino Nicolai.ſed quodlibet ipſorum,paratur a mo
dernis,in forma ſolida.Sciendum uero,ꝙ per impreſſos libros,legitur men-
doſe,in præſenti deſcriptione:muſci.℈.i.legendum enim eſt.℈.÷.nt eſt in oī- G
bns antiquis exemplaribus(qnæ uidimus,ſemper ſnbintelligito) ac etiam in
uulgari excuſione.Auicenna in quinto cañ.tractatu tertio,primæ ſummæ: habet quatnor,
quaſi conſimiles Diacymini deſcriptiones . Filius Serapionis in ſeptimo ſui breuiarii: cap̄. H
xx.habet duas deſcriptiones,ſimiles duabus Auicennæ:Raſis quidem in nono ad Almanſo
rem:cap̄.de his,qnæ confortant ſtomachum:habet unum electuarium diacyminum . Et in
antidotario diuiſionum:cap̄.de medicinis ſtomachi:habet etiam confectionem diacymini. I
Arnaldus de uilla noua autem,in ſuo antidotario,habet diacyminum:& ut intuenti patet:a
Nicolao,ad literam accæpit.Quapropter miramur de tanto uiro:qni pro karea myriſtica .ſ.
nnce muſcata:qnæ eſt,in deſcriptione Nicolai:intellexit maſtichem:& ſic poſuit in ſua de- K
ſcriptione.De cymino autem,quære infra:in alia Diacymini deſcriptione:& ſimiliter de cō
tritione ſpecierum huius confectionis,lege ibi:& in confectione de galanga.
L

¶ Dlaniſum:&c. XXI.

CLarum eſt,ꝙ ab aniſo: dicitur Dlaniſum,præſens confectlo:quia maior quan-
titas de eo recipitur.Intrat in præſens quippe Dianiſum pyrethrum:pro qno M
animaduertendum:ꝙ hoc,quod colligitur in Italia:quo pro pyrethro utūtur
aromatarij:nō eſt pyrethrum.Lege de eo,in philonio perſico.Et de Aniſo,ui-
de i trochiſcis de aniſo.Paratur & hoc a modernis,in forma ſolida.Arnaldns N
uero de uilla noua:in ſuo antidotario,habet hanc deſcriptionem:in paucis tamen uariatā.
Species autem huius confectionis,non ſunt ſubtiliter pulnerizandæ:ſed ſicut ſpecies Diacy
mini : & ſimilium uentoſitatem expellentium:& cætera. O

¶ Diambra:&c. XXII.

AB ipſa ambra tanq̄ ab excellentiori medicina:præſens confectio Diambra di P
citur. Rectius tm̄, Dia Ambra:& ſimiliter Dia Aniſum, eſſet ſcribendum: &
pronunciandum. Sed euphoniæ.ſ.bonæ ſonoritatis gratia: expungitur unū
a,e medio: ut in multis aliis conſimiliter factum , paſſim legitur. Cōmuniter Q
paratnr hæc confectio: ſed in forma ſolida:&c. Adnerte tamē, ꝙ ubi legitur,
in præſenti deſcriptiōe,per impreſſos libros:Cōfice cū ſyrupo roſato:& aqua roſata:Legē-
dum eſt rectius:Cōfice cū ſyrupo,ex aqua roſata.Quāobrē lege ſupra, in Diarhodō deſcri- R
ptione cōmuni.Itē in fine præſentis deſcriptionis per ipſos impreſſos libros , legitur: doſis
eius eſt.ʒ.iii.uel.iiii.Caſſetur illud uel.iiii.& legatur ſimpliciter:Doſis eius eſt.ʒ.iii.ut eſt i cū-
ctis exemplaribus:& in uulgari æditione. Filius quidem Serapionis in ſeptimo habet duo S
electuaria de ambra:diuerſa tamen ab iſta compoſitione.Sed Auicenna in quinto cañ. tra-
ctatu tertio primæ ſummæ:habet Electuarium AlKeſin,dictum electuarium ambræ.

A De Ambra.

AMbra quidē ab antiquioribus,& præcipue græcis,nō deſcribitur. Apud arabes autem
& apud recētiores quoſdā tantū,ipſam legimus:ſed non poſſumus de ea,certā habere
B notitiā. Tum,quia in partibus noſtris nō colligitur:tum etiā,quia authores nō ſatis clare,de
ipſa pertractant. Sed putant omnes,ſic eſſe:uel ſic fuiſſe: & audita narrant. Omnibus autem
ipſorum dictis bene diſcuſſis:potius Serapioni:q̄ cæteris credimus.ſ.ꝙ(ut ipſe refert)naſca-
C tur in fundo maris:tāq̄ fungus in terra:& nō,ꝙ ſit ſperma ceti:uel alia res:ut plurimi fabulā-
tur. Ipſam etenim ſæpiſſime,præ manibus habemus. quid autē proprie ſit,neſcimus. Virtutes
tamen eius,pro maiori parte,experti ſumus:& meliorē,q̄ putabamus,inuenimus. Sed ſcien-
D dum,ꝙ melior ambra eſt illa:quæ eſt griſia:& poſt ipſam,eſt illa:quæ trahit ad quandā citri-
nitatem. Nigra uero,& alba,ſunt malæ:quapropter, in medicinis non ſunt adminiſtrandæ.
Quare autē ab ignauis dicatur Ambracani. lege infra,in gallia muſcata. Eſt etiam & alia res:
E quæ ambra,uel ambrū,uel ambar,ſiue ampar caninū,dicitur: quod tenetur eſſe genus ele-
ctri:quodq; Hermolaus,corollario. 119. ſuccinū oriētale nominat: & pro charabe quidē,
a nōnullis accipitur. Lege de hoc in trochiſcis de charabe. Eſt quoq; aliud genus lapidis ni-
F gerrimi,quē ambrū nigrū uulgo uocāt. Supradictū aūt. ambrū giallū.i.citrinū nomināt. Et de
his generibus,indices,quæ coronæ dicūtur,ad perſoluendum deo Chriſto ſeruatori nr̄o:&
uirgini Mariæ matri eius laudes, & grates,parātur. Et huiuſmodi indicū genera, mulieribus
G maxime placēt.

¶ Confectio de cinnamomo:&c. XXIII.

H QVare dicatur de cinnamomo præſens cōfectio:haud eſt qui ignoret. Sed ſcien-
dum,ꝙ in ipſius deſcriptione,per oēs excuſiones: ſunt duo errores. Primus
uidelicet. Vbi legitur. Darſeni:cymini:legendū eſt rectius:Darſeni cinnami. Et:
I eſt una res tantū:ut mox declarabimus. Alius error eſt:ubi legitur:Gariofilo-
rum:piperis lōgi. &c.aā.ʒ.iii.legendū eſt uerius.aā.ʒ.ii.quia ſic eſt,ſecundū ue-
ritatē,in cunctis exēplaribus antiquis:& correctis libris:Auicēna quidē in quinto cañ.habet
k unum electuarium,de cinnamomo:quod differt ab iſta confectione.

De Cinnamomo, Darſeni, Cinnamo, Caſia, & Caſia fiſtula.

CLarum quippe eſt apud Serapionē,ꝙ cinamomū eſt darſeni: & darſeni eſt cinamomū.
L Inquit enim Serapio. Darſeni.i.cinamomū. Et ſequitur,cū authoritate Dioſcoridis: ꝙ
uarie nominatur:a uarietate linguarū:& locorū,ubi reperitur:& non curat nunc illud uno:
nunc alio nomine uocare.ſ.nunc darſeni & nunc cinamomū. Et loquēs de una & eadē ſpe-
M cie:primū uocat eā darſeni,dicēs:Et darſeni quidē multæ ſunt ſpecies: & denominatur: &c.
Hinc ſequens,dicit:Et melius cinamomū,ex iſta ſpecie:eſt illud:&c. Quāobrē patet,ꝙ darſe-
ni eſt cinamomū:& cinamomū,ē darſeni. Et nō eſt dicendū,ꝙ pro cinnamomo,intelligitur
N optimum:& electū;& pro darſeni, eſt accipiēda una ex deterioribus ſpeciebus eius: ut nō-
nulli,ex iunioribus dixerunt:quia de quo intelligitur unū:intelligitur & aliud; cum abſolu-
te quodlibet ipſorū reperitur ſcriptū. Et cinamomū ſæpius:darſeni autē raro: ut eſt in confe-
O ctione alchermes:&c.ubi intelligitur cinamomū electū. Et ꝙ intelligitur electū:ſpecificatur
ab authore noſtro:in aromatico muſcato:& aliis pluribus pharmacis:in q̄bus legitur dar-
ſeni electi:ergo nō eſt cinamomū groſſum. Itē:Aueroys in quinto colliget ait:Darſeni.i.cā-
P nella ſubtilis,dulcis,aromatica:calida eſt & ſicca in tertio gradu:& eſt ſupremū,in oībus me-
dicinis aromaticis:&c. Et in antidotario Abumeronis Auēzoar.ſ.in electuario:quod cōfert
ſtomacho,legitur:Darſeni:& eſt cinamomū nigrū:& odoriferū ualde. Vnde etiā legitur paſ-
Q ſim Caſia nigra:quæ eſt caſia mauſolites,ſimilis cinamomo mauſolitidi:&c. Item Andreas
Bellunēſis,in ſuis interpretationibus arabicorū nominū,dicit:Cherſe, uel Kerſe: apud ara-
bes,eſt nomē cōmune ad omnē corticē:ſed abſolute dictū, accipitur pro cortice cinnamo-
R mi,maxime groſſo. Darſini uero apud arabes eſt cinamomū magis aromaticū. Kerſe igitur
differt a darſini:ſicut cortex magis aromatica:& cortex minus aromatica:& per cinnamum
apud latinos,intelligendū eſt cinnamomū groſſum,non multū aromaticū:& per cinnamo-
S mum,intelligere debemus corticem ſubtilem cinnamomi magis aromaticam. Cherſe uero
gariofilatum:eſt cortex aromatica,habens odorem gariofilorum:quæ extrahitur ab arbore
ipſorum. Hæc Bellunenſis. Ergo darſeni,ſiue darſini,ſiue darſenum:quæ idem ſunt:non dif-

fert a

ferq a cinamomo:Quãdo autẽ,alterũ ipſorũ ſcribitur,cũ congnomine alicuius ſpeciei:tunc A
clarius habetur.Vt exempli grã:per cinamomũ:ſiue per darſenũ:uel darſeni abſolute ſcri-
ptum:intelligitur electũ:per cinnamomũ maſoliticũ:ſeu mauſoliticũ:ſiue per darſeni maſo
liticum:idem.ſ.electũ:quia cognomẽ ſibi adhærens:intelligitur de electiori ſpecie.Per cin- B
namomũ cinnamũ:uel per darſenũ cinamũ:de alia inferiori ſpecie intelligitur.Quoniã no-
lens author electũ:declarat ſpeciẽ minus electã:quã uult.Et quandoq; etiã nolẽs electũ:ſcri-
bit inferiores ſpecies,ſimpliciter,per cognomina tantũ:uidelicet:cinnamũ:uel cherſe : &c. C
Et ꝙ per cinamũ:uel cherſe:uel ſimile,abſolute deſcriptũ:non intelligatur electũ:probatur:
& per ſupradictã Bellunẽſis authoritatẽ:nec nõ & per Raſim:qui in tertio ad Almãſorẽ cap.
de ſpeciebus coquinæ:ait:Cinnamũ,cĩnamomo uicinũ exiſtit:licet eo ſit debilius.Et cap̃.de D
litera caph(ut eſt in noſtro antiquiſſimo exẽplari)kerſe.i.cĩnamomũ groſſum:calidũ eſt:&c.
Et ſic de ſingulis reliquis ſpeciebus.Vnde nũq̃ ſine errore eſt: cũ reperitur utrunq;.ſ. cinna-
momum:& darſeni:ſimpliciter & abſolute deſcriptũ:in una,& eadẽ cõpoſitione: ut infra,in E
cõfectione de cytoniis bona : ubi mẽdoſe,utrũq; abſolute impreſſum legitur.Vide ibi.Quæ
res quidẽ,dedit pluribus anſam errãdi.Vnde Luminare maius nõ recte,in ſucahal ertiſ,repre
hendit Lumen apothecariorũ:de darſeni.Et Manardus in aromatico muſcato: per darſeni: F
intellexit darſiſahan:quod eſt aſpalathũ.Et in præſenti deſcriptione hac ratione,quia utrũq;
ſcribitur,approbauit nõ eſſe cinnamomũ:ſed darſiſahan.Enimuero ipſe peritiſſimus uir , in
hoc allucinatus eſt:& codicis mẽda,roborauit ſuã falſam opinionẽ.Vnde ſciẽdũ, ꝙ author G
noſter bene poſuit:quia nõ abſolute ſcripſit darſeni:ut uideri poteſt i oĩbus antiquis & cor
rectis exẽplaribus:in quibus oĩbus,aperte:& clare:in præſenti deſcriptione,eſt ſcriptũ:Dar
ſeni cinnami.Sed moderni librarii:ſeu librorũ excuſores:qui rectius debent dici cõfuſores: H
uel ignorãtia:uel quomodocũq; ſit:nõ intelligentes,quid ſit cinnamũ:nõ ſolũ ſeparauerũt,
a darſeni:ſed pro cinnami impreſſerunt cymini. Etenim fecerunt duo mala. Vnũ uidelicet,
ꝙ confuderunt authoris deſcriptionẽ.Aliud eſt,ꝙ addiderũt,ad ipſam cõfectionẽ,unũ ſim- I
plex.ſ.cyminũ:quod nõ eſt de mente authoris.Cinnamũ autem,ſiue cinamũ(ut dictũ eſt) eſt
una ex ſpeciebus darſeni.ſ.cinamomi.Darſeni autẽ & cinnamomũ:ſunt nomina cõmunia:
ſiue generalia:omnibus ſpeciebus ipſius.Græce quidẽ,et latine,dicitur cinnamomũ:ſiue(ut K
manis)cinamomũ:arabice autẽ,darſen:ſiue darſeni:&c.Et nũq̃(ut diximus)ſimul in una cõ-
poſitione,ambo ſcribuntur ſimpliciter:quia unũ,& idẽ ſignificant.Cinnamũ autẽ(ut ſcripſi-
mus)cũ abſolute legitur:ut eſt ſupra,in aromatico nardino:& ĩfra,in cõfectione de cytoniis L
bona:& in electuario de perſicis:&c.non intelligitur cinnamomũ electũ: ut aliqui putaue-
runt:ſed ſpecies illa ſic cognominata:quæ eſt inferior cinamomo maſolitico.Quod quidẽ,
non ſolũ per ſupraſcriptas autboritates probatur:uerũ etiã patet clariſſime,per plurimas au M
thorũ deſcriptiones electuariorũ:& ſimiliũ:in quibus ambo habẽtur:uel imediate,unũ poſt
aliud,cũ copula:uel mediate,hinc inde,inter alia ſimplicia.Vt eſt in quinto can̄.Auicẽnæ: ui
delicet in electuario:quod inſcribitur Fangius aliud:& in electuario indo:& in electuario de N
cãphora deſcriptione alia:& in electuario de cãphora fortiori:& ſimilibus:in quibus imme
diate eſt cinnamomi : & cinnami : Mediate autem in dicto quinto can̄ . legitur in pluribus
deſcriptionibus.Vt eſt:cõfectio cognominata iperialis:& electuariũ alkeiſim : & electuariũ O
alſchereben:& Ars ſcoriæ decoctæ:& deſcriptio alia:de aniuden : & electuariũ de cãphora
primũ:& electuariũ de cinamomo:& ſuffuf Ariſtotelis &c.Itẽ i ſeptimo breuiarii filii Serap̃.
cap̃.xx.in pluribus electuariis,inueniũtur ambo.ſ.cinamomũ:& cinamũ:ingrediẽtia unã,& P
eãdẽ cõpoſitionẽ.Lege ibi.Et in quĩto dicti breuiarii.cap̃.iii.de baras,authoritate Gabrielis:
imediate,in uno medicamine legitur cinamomi:& cinami.Similiter & in decimo practicæ
Hali filii Abbas.ſ.in deſcriptione pilularũ aromaticarũ:& in diacymino:& in Diachẽzi:&c. Q
mediate,ambo leguntur:ergo non ſunt idem.Quãdo autẽ imediate & ſine copula,reperi-
tur.Sic uidelicet cinnamomi cinnami . Vt eſt in præfato decimo practicæ Hali uidelicet in
luereſenũ Diacamphoreũ:& ſimilibus:uel darſeni cinami:ut eſt in præſenti cõfectione de ci- R
namomo:ſpecificatius habetur:& idẽ ſignificat:quod cinamum ſimpliciter.Et ſic de ſingu-
lis.Vt ſi forte reperiatur.Cinnamomi kerſe:uel Darſeni kerſe:&c.Illa autem dictio:cymini:
quæ poſt darſeni,immediate legitur per omnes impreſſiones,in præſenti deſcriptione:de- S
leatur:& eo in loco:abſq; punto intermedio,ſcribatur cinnami.Vt poſtea legatur recte: &
de mente authoris.Accipe Cinnamomi ſubtilis,& electi.℥.xv.darſeni cinnami:enulæ ana.

A 3.iiii.&c.Reſtat nunc uidere,quid ſit cinnamomũ.Verũ itaq; cinnamomũ,in rei ueritate,no
ſtris t.poribus,ut ſciamus:non eſt uiſum in Italia.Quo enim pro cinamomo utimur: caſiæ
ſpecies eſt.quæ uulgo cânella dicitur:quã quidẽ,in duas differẽtias diuidũt omnes.ſ.ingroſ
B ſam:& ſubtilẽ,uel ſinã.de quibus poſtea dicemus.Nam ut ex lectionibus Dioſcoridis, Gale
ni,Plinii,Serapionis,Auicennæ,& aliorũ pluriũ probatur(Qui omnes in unũ cõcordãt,dicẽ
tes:q cinnamomũ debet habere,inter alias,has cõditiones,ſiue notas.uidelicet,ut ſit nodo
C ſum:habens multos ramulos,frequẽtibus nodis cinctos.& cũ ſuo bono odore,trahens ad
odorẽ rutæ:& cordumeni.ſ.cardamomi.& cum ſua acuitate,habens parũ ſalſedinis: & qũ
frãguntur rami eius,eleuatur puluis,oĩa uincens odoris ſuauitate:&c.quarũ nulla in cânel
D la hac uidetur eſſe)cõſtat ipſam cannellã non eſſe cinnamomũ. Et ad cognoſcendũ cinna
momũ,qualiter ſit ramoſum: ſimilitudinẽ dedit nobis Dioſcorides,in capitulo de corallio
dicens,q corallũ eſt ramoſiſſimũ:ut cinamomũ.Apud Serap.autẽ legitur corallũ ſimile ca
E ſiæ ligneæ in figura ſua.habẽs multos ramos:ſed hic fuit error interpretis:qui uertit caſiam
ligneã,ubi debuit uertere cinamomũ. Præterea nõ eſt uериſimile:q ſi antiqui habebãt maxi
mam penuriã de cinamomo:nos habeamus ex eo maximã abundantiã:Et q antiqui tã græ
F ci,q̃ arabes habebant penuriã de cinamomo:& per Galenũ,& per Serapione,necnõ & alios
plures:facillime probatur.Qui uidetes,q ob eius carentiã:ubiq; nõ poſſet haberi cinamo
mum:pluribus in locis declarant:in ipſius defectu:quid ſit pro eo ſubſtituendũ. Vnde Gale
G nus paſſim,de hoc pertractat:ſed ne lector,in perquirendo uagetur:aliqua aſſignabimus lo
ca.Igitur primo de antidotis:ubi multa in præparatione theriaces de cinnamomo ſcripſit:
ait:loco cinamomi,ponendã eſſe optimã caſiã duplicatã & exẽpla in contrarium, de pane
H optimo:& furfuraceo:& de uino falerno:& cæteris:cõcluſit,contra hoc nõ ualere, ubi &
ſubiunxit:q ipſi Galeno,nũq̃ defuit cinnamomũ:&c.Ibiq; etiã dicit:q Quĩtus famoſiſſimus
medicus,pro cinamomo ſumebat carpeſiũ.Item ſecũdo de antidotis,in præparatione Mi
I thrida:ii:ait metrice. Quidã carentes cinamomo,tãtum in uicẽ põdus locant: ex cardamo
mi ſemine.Item:quaſi hoc idem dicit tertio de medicamẽtorum cõpoſitione ſecundum lo
cos.Quod ſi etiã(inquit)cinnamomũ habeas:id quoq; indes:huius penuria caſiã,tum quæ
K gizerros:& motodes:item carpeſiũ:quod copioſiſſimũ in Syda pãphiliæ atq; idcirco uiliſſi
mo conſtat.Quintus autẽ,cũ cinnamomũ deſideraret:hoc illius loco,duplicatũ indebat.Si
cut nõnulli caſiam.Item.6.de ſanitate tuenda:poſt triplicẽ picræ deſcriptionẽ, ait: Minime
L uero latet:& q in penuria cinamomi:ponẽdum pro eo ſit:optimæ caſiæ duplũ:quã alias,ea
eſſe uirtute nõnulli putãt.ut nihil ab inualido cinamomo abſit:nã a generoſo etiã talis caſia
longe ſuperatur.Verũ ſicut in boni panis inopia,uel uiliſſimo ueſcimur:ſic in cinamomi pe
M nuria:exquiſita utemur caſia.Item quinto de ſanitate tuenda loquens de dia aloes dicit:Di
uites eam:quæ cum cinamomo cõficitur,accipiũt.Quaſi dicat, q pauperes nõ ualebãt eme
re cinamomũ:tam care uẽdebatur Et alibi pluries ab eo ſcribitur:q ipſe ſemp parauit opti
N ma medicamẽta:ob id,quia illi nũq̃ defuit cinamomũ:aperte innuẽs:q aliis aliquãdo deerat.
Similiter Serapio illud idẽ dicit,uñ cap.de caſia lignea,ſic ſcribit:Et caſia lignea ponitur lo
co cinamomi,in cõfectionibus:duplicato põdere,ex ea:& eſt utilis & iuuatina.Et cap.de zu
O rumbet.ait.Si nõ habes cinamomum:pone pro eo zurũbet.Et capitulo de ſauina: quod in
cipit,Abel:dicit ſauinã poni pro cinamomo,duplicato põdere:&c.Item Paulus de Arna
bo loqnẽs,dicit:Vnde Poſidonius.Vbi cinamomi copia nõ datur:hoc utẽdum eſſe cẽſet.Itẽ
P Ioãnes filius Serapionis,In ſeptimo uidelicet,in tractatu de hieris.ſ.in hiera aloes: ex Gale
no accipiẽs dixit.Et ſi nõ inuenimus cinamomũ proiiciamus in ipſam ex caſia lignea bona
in duplũ quod eſt:quia in caſia lignea eſt:quæ eſt melior,adeo donec in uirtute cinamomi ẽ
Q debilis:quod eſt;quia cinamomu bonũ quando cõparatur ad caſiã ligneã bonã:tunc uirtus
eius eſt diminuta ualde ab eo.Verum nos facimus:ſicut eſt actio eius:qui nõ inuenit panem
mũdum:& comedit illum qui eſt infra ipſum:ſimiliter nos adminiſtramus caſiã ligneã electã
R qñãdo nõ inuenimus cinamomũ.Etiã Auicẽna in cap.de cinamomo,ſcribit:loco eius po
nitur cortex caſiæ ligneæ ſtipticus:aut duplum ipſius de cubebis: aut duplum eius de abel.
Et in cap.de abel:quod eſt de ſauina:idem poſuit.Multa & alia cauſa breuitatis dimiſſimus.
S Satis enim hæc ſunt.Quapropter ſi apud ipſos fuiſſet ãbundantia ex cinnamomo:non eſſet
opus inſinuare,quid in defectu ipſius poni debet.Quia de illa re,cuius copia habetur: fru
ſtra eſt dicere:ſi non inuenis illam rem:pone in eius loco aliam. Vt exempli gratia: fuiſſet

tanq̃

tanq̄ ſi diceret. Si defuerit tibi aqua pura: appone pro ea, aquam roſaceam: uel uinum: & cæ A
tera. Et ex dictis, poteſt quiſpiam conſiderare: quanta uirtute dotatum ſit cinnamomum: ſi
locum eius uix impleat optimæ caſiæ ligneæ duplum. Moderni autem aromatarii, ut plu-
rimum, tenentes iſtam caſiam ligneam, ideſt cánellam uſualem: eſſe uerum cinnamomum: B
ponunt pro cinnamomo, in medicinis: ſimplici pondere: cum deberent ponere duplicato
pondere: unde non recte faciunt. Sed peſſime agunt illi: qui dimittentes ueram caſiam: acci
piunt cortices radicum cuiuſdam generis ſcoparum: uel geniſtarum: ſine odore: ſine ſapo- C
re: immo ſine uirtute: qua poſſint in medicinis, loco ueræ caſiæ adminiſtrari: quæ & Romæ
in ruinis ædificiorū uetuſtorū, plurimū habētur. Cuiuſmodi. n. plāta a Simone Ianuēſi, in li-
tera Mirica depigitur. Et falſiſſime oēs uocāt eā caſiā ligneā: nō legētes aliter cōditiones, & D
proprietates ueræ caſiæ ligneæ: & ubi naſcatur: qm̄ (ut aiūt Dioſcorides, Serapio: &c.) Caſia
lignea naſcitur in partibus arabū: ubi naſcūtur aliæ ſpēs aromaticæ: &c. Caſia autē ſimplici-
ter: ſemp intelligitur caſia lignea. Etiā qñq; reperitur ſcriptū: ſiue īpreſſum caſia fiſtula: & de- E
bet intelligi caſia lignea. Vt exēpli grā, eſt in antidorario Nicolai. ſ. in electuario quod intitu
latur Antidorū emagogum: &c. quoniam plures ſunt ſpecies caſiæ ligneæ. Vnde Galenus
primo de antidotis: multas enumerat. Et præciſe illā: quæ fiſtula cognominatur: clarius te- F
tigit: meliorem tamen approbans illam: cui barbarum cognomen gizi eſt. Simon quoq; Ia
nuenſis teſtatur, ꝙ caſia fiſtula antiquorum: eſt caſia lignea. Vnde i antiqua Dioſcoridis trāſ-
latione: cap̄. de caſia, incipit: caſia fiſtula: & cetera. Dicit quoq; Serapio, ꝙ ex ſpeciebus ca- G
ſiæ ligneæ: duæ tantū ſunt utiles in medicina: aliæ uero non ſunt adminiſtrandæ. Et hæ duæ
ſpecies, ſunt iſtæ: quas habemus: quaſq; (licet falſo) cinnamomum ſubtile: ſiue cinnamomū
finum: & cinnamomum groſſum: uel cannellam ſubtilem: ſiue finam: & cánellam groſſam H
uulgo nominamus: tamen fina, ipſa eſt caſia maſolites: quæ eſt proxima cinnamomo. Nā
omnes notæ a Dioſcoride: Serap̄: & cæteris: authoribus deſcriptæ, d caſia lignea: de quibus
poſſumus habere aliqualiter certam experientiam: & cognitionem: uidemus ꝙ cōueniunt I
his ſpeciebus: quibus pro cinnamomo utimur. Etenim non ſcribitur de caſia ꝙ habeat no-
dos: ſicut cinnamomum: & iſtæ ſpecies ſunt lenes: & planæ. Et cum ſcribunt caſiam eſſe ru-
bram: corallio proximam: hoc equidem de recenti intelligendum eſt: quoniam (ut audiui- K
mus) cum caſia eſt recens: eſt ualde rubra. Vnde nunc pluribus annis ſiccata (ut uidemus) eſt
ſubrubra. Etenim quaſi omnes plantæ, cum ſiccantur: perdunt maximam ſui uiui, & ueri co
loris, partem. Etiam ſcribitur, ꝙ caſia trahit ad odorem roſæ: participanſq; aliquid odoris ui L
ni. Qui odores, a diligenti perſcrutatore: faciliime percipiuntur, in iſto uſuali cinnamomo.
At de ſua acuitate, aromaticitate, linguæ mordicatione, &c. non eſt dubium, quin ſint in iſta
cannella: & maxime bona. Vnde uериſſime eſt caſia: & non cinnamomum. Etiam ſciendum, M
ꝙ hæc caſia groſſa: quæ uulgo dicitur cannella groſſa: quandoq; dicitur xylocaſia. i. caſia li-
gnoſa: quaſi lignum caſiæ: quãuis uerum lignum caſiæ, ſit meditullium ipſius. Et rectius ſcri
bitur caſia, per ſimplex ſ, q̄ per duplex, tamen (ut in ſuperioribus diximus) per duplex ſſ. caſ- N
ſia idē intelligitur: nihil refert quomodocunq; ſcribatur. Vocatur autē arabice Selicha: uel
ſeliche: uel ſeliacha. Caſia autē fiſtula uulgaris: ſeu nota: qua cōmuniter utimur, ad aluū lu-
brificandā: nō eſt eiuſdē generis cum caſia lignea: nec antiquis græcis (ut ſciamus) cognita O
fuit. Ab arabibus autem. ſ. Serapione, Auicenna, &c. Bene deſcribitur. Vnde Serapio cap̄. de
caſia fiſtula: ſolūmodo arabes citat. Et uocatur arabice: Ejarxamber. uel chaiarſandar. Vnde
caſia, & caſia fiſtula: ſunt nomina æquiuoca: &c. His deniq; uiſis: concludendum eſt ꝙ care- P
mus uero cinamomo: ſed loco eius (ut ex ſupradictis colligi poteſt) ponitur duplum pōde
ris eius, ex optima caſia lignea: uel ex ſauina: uel de carpeſio. ſ. d̄ cubebis: uel æquale pōdus
de optimo cardamomo: uel de Zurūbet: &c. Et pro cinamo etiā poteſt cōpenſari optima cā Q
ſia: ſed ſimplici dūtaxat pōdere: quia cinamū nō eſt de electioribus ſpeciebus ipſius cinamo
mi: ut ſupra iā probauimus. Alia plura de cinamomo: & caſia: &c. breuitatis cā dimiſimus.

De Zuccharo ponendo in compoſitionibus. R

SVpra etenī uidelicet i electuario de aromatibus: & i cōfectiōe de galāga: iā declarauimus
qualiter zuccharū i hmōi cōfectionibus ſit ponendū. Verūtñ, qa hic author ſubſcribit, ꝙ
quandoq; ponitur in eo duplum ponderis medicinarum, de zuccharo puluerizato: ſine S
melle, & accipitur ſicut ſuffuf: ſciendum: ꝙ illud zuccharum: quod prius ponebatur in con
fectione: quæ melle conficiebatur: nō eſt intelligendū, in ipſa deſcriptione: ſed reliquis me-

A dicinarum pulueribus pôderatis:addatur duplum de optimo zucchard, etiam puluerizas
to.Et poſt q̃ totum peroptime cum ſpeciebus,commiſtum fuerit:quiuis uti poterit eo,ad li
bitum,in dapibus:&c.Suffuſ autem idem ſignificat:quod puluis.Quære de eo,infra in diſti
B ctione propria de ſuffuſet.

¶ Electuariũ de grania myrti:&c. XXIIII.

Filius Serapionis quidem in ſeptimo ſui breuiarii:cap.xx.habet unum electua
C rium,de granis myrti:quod differt ab iſto.Sed dicit author in præſenti deſcri
ptione:ꝙ modus cõpoſitionis eius eſt.Vt in electuario de aromatibus adiun
gatur,granorum myrti:&c.Vbi ſciendũ:ꝙ authoris intẽtio eſt: ut tu accipias
D tantũmodo ſpecies electuarii de aromatibus:quibus addas pulueres rerũ hic
deſcriptarum:& omnia inſimul cõmiſta:cõfice cum ſola miua aromatizata:abſq; melle de
ſcripto,in ipſo electuario de aromatibus.Siquidẽ,& alias,quaſi conſimiles compoſitiones:
E eiuſdem fere intentionis:habet author in præſenti antidotario:quæ omnes cum miua tan
tum conficiuntur.Vt eſt confectio electuarii ex inuentione noſtra: & electuarium confor
tans ſtomachum:& confectio Alcanzi: & ſimilia.Etiam & in antidotario filii Serapionis eſt
F electuarium quod ſtat loco alcanzi:quod ſimiliter eſt eiuſdem intentionis:unde conficitur
cum ſola miua:ergo & iſta,non eſt aliter conficienda.Sed ſciendum ꝙ ferein omnibus im
preſſionibus deeſt huic deſcriptioni unum ſimplex:quod eſt caſtoreum:quodq; locari de
G bet(ut eſt in cunctis exemplaribus antiquis: & in quibuſdam impreſſionibus minus malis)
in ana:ante Confice cum miua:&c.Sic enim recte legẽdum eſt.Carui,aniſi,cymini, ſeminis
apii,infuſorum in aceto uini:& exiccatorum:& caſtorei ana.ʒ.v.Confice:&c.

H De Myrobalanis.

PRæcipit author in præſenti deſcriptione,ꝙ bulliant myrobalani,in aqua cytoniorum:
& uino odorifero:bullitione una.Vbi uidẽdũ: quare uult author ꝙ bulliãt ipſi myroba
I lani:& qualiter fieri debet ipſa bullitio:ut ſit uirtuoſa.Ad primũ.Nam teſte ipſo authore, in
capitulo ſecundo primæ intentionis,de electione medicinarũ,dicente:aut educunt cõpri
mẽdo:ſua proprietate:& exprimẽdo:ſicut myrobalani:&c.uirtus myrobalanorũ duplex ẽ
k .ſ.ꝙ educũt.i.ſoluũt:& educẽdo cõprimũt.i.reſtrigũt.Et hoc ideo:qa ipſos duabus proprie
tatibus cõtrariis,natura magiſtra decorauit.Vñ prima ipſorũ proprietas ẽ:ꝙ ipſi habẽt par
tẽ aeream,calidam,& humidam:qua mediante ſoluunt.Secunda eſt:ꝙ habent partẽ terreã,
L frigidam,& ſiccam:& ideo reſtringunt.Sed quia author intendit auferre ab eis partem: qua
mediante ſoluunt:quæ quidẽ ſimplici feruore tollitur:hac de cauſa,præcipit:ut bulliãt bul
litione una.Etiã ipſe author intendit augere partẽ:ob quã reſtringunt: & ut ſint magis cõfor
M tatiui:ideo uult ut fiat ipſorũ bullitio:in aqua cytoniorũ:& uino odorifero:quia aqua cyto
niorum adiuuat eos,in ſtipticãdo:& uinũ dat eis uigorẽ,in cõfortãdo. Vnde bene eſt ut fiat
talis bullitio.Ad ſecundũ autẽ.ſ.qualiter debet fieri ipſorũ bullitio: ut ſit de mẽte authoris.ſ.
N ꝙ ſubſtãtia aliqua ipſorũ bona huic cõfectioni cõpetens: nõ diffundatur in aquã:& uinum:
propter illã bullitionẽ:et ꝙ pars eorũ ſolutiua penitus deſtruatur:ſiue amoueatur ab ipſis.
Nã clarũ eſt,ꝙ ſi merſi myrobalani in illa aqua:& illo uino exiſtẽtibus actu frigidis:apponã
O tur ad ignẽ,donec bulliant bullitione una:in tali nõ parua mora:nõ ſolũ dimittũt partẽ ſo
lutiuã:ſed etiã multũ de ſubſtãtia eorũ ſtiptica:& cõfortatiua poſſunt diffundere:& de facto
diffundunt:quia una quæq; res,in primo inſtãti quãdo infunditur:incipit attrahere ſibi de li
P quore,in quo infunditur:nõ dimittẽdo aliquid de ſua ſubſtãtia:ſeu uirtute:ſed poſtq̃ eſt ſa
tis imbibita de ipſo liquore:incipit diffundere uirtutẽ ſubſtãtiæ ſuæ in ipſum: & q̃to plus tra
hit morã in illo:tãto magis,effundẽdo,minuitur de ſuis uirtutibus.Quapp ut ipſi myroba
Q lani nõ derelinquãt de ſua ſubſtãtia cõfortatiua aliquid:eſt ualde curandum:quia aliter eſſet
præter authoris intentionẽ.Ad quod igitur faciendũ,dicimus:ꝙ prius ponendũ eſt uas, cũ
aqua cytoniorũ:& uino odorifero ad ignẽ:& cũ incipit feruere,ſupermittẽdi ſunt myroba
R lani,groſſo modo cõtriti:& enucleati.Hinc peracta bullitione una,cõtinuo extrahantur ab
ipſa aqua:& uino:& exiccẽtur:&c.Et ſic faciẽdo : nihil penitus præter partẽ ſolutiuã in ipſa
aqua,& uino,relinquũt.Et hæc eſt ueriſſima authoris intẽtio.Et talis modus teneatur in ipſo
S rum bullitionibus,infra in cõfectione Alcãzi:quia ſi aliter fieri in illis duabus bullitionibus:
nihil,aut parũ,remanebit ipſis myrobalanis de ſubſtãtia ipſorũ bona:ad talẽ,uel ſimilẽ com
poſitionẽ,pertinẽte.Et abſq; uirtute medicina,nõ eſt antidotis admiſcenda.

De Aqua cytoniorum.

NOtandum, ꝙ in pluribus receptis: & deſcriptionibus: ut in iſta: & ſimilibus: eſt ſcriptũ: A
ſiue impreſſum aqua cytoniorũ: & ſemper in rei ueritate, intelligitur ſuccus cytoniorũ.
Quod pluribus modis probari poteſt: & primo: per ioannẽ Serapionis filiũ, in ſuo antidota B
rio. ſ. in deſcriptione electuarii Galeni, cũ aqua de cytoniis. Vbi docet modum faciẽdi ipſam
aquã. Accipe (inquit) cytonia magna muza: & mũda ea a granis ſuis: & ſuis corticibus: & cõ-
tere ea: & extrahe ex ſucco eorũ duo Kiſt: &c. Etiã ĩ cõfectione Alcãzi: quæ eſt cõſimilis intẽ C
tionis: & in aliis ꝗ plurimis: ipſe author noſter ſpeciari ſcribit. bulliãr in ſucco cytoniorũ: er-
go eſt ſuccus, & non aqua. Vbi notandũ, ꝙ generaliter qñ reperitur in libris antiquorũ aqua
alicuius rei: ſemper intelligitur, aut ſuccus. aut decoctio. uel ſaltẽ infuſio. Solũmodo aquam D
roſaceã: & aquã abſinthii legimus, aliquãdo per ſublimationẽ factã. Et hoc apud authorẽ no
ſtrũ. At nõ mirũ ſi apud ipſum: quia iã ſuo tẽpore, cœperat corruptela aquarũ ſublimatarũ.
Exẽpla enĩ de aquis: per quas intelligẽdi ſunt ſucci, aut decoctiones, paſſim habẽtur. Aliqua E
tñ ipſorũ ãnotabimus: pro illis, qui nõ poſſunt uacare multorũ librorũ lectionibus. Vñ au-
thor noſter in ſermone de aqua cicerũ. habet ſyrupũ cõferentẽ pleureſi. in quo, primũ dicit
recipe aquæ cucurbitæ: &c. poſtea declarat eã in fine eſſe ſuccũ: dicẽs, infundantur oĩa per F
diẽ & noctẽ in ſucco prædicto calido: &c. itẽ in cap̃. de Rbeubarbaro: dicit: Et ſimiliter ma-
gnificatur infuſio eius, in aqua endiuiæ: & apii: prius bullitis & colatis: &c. cũ autẽ dixit bul-
litis & colatis: nõ intellexit aquas ſublimatas: ſed ſuccos: nã aquæ diſtillatæ, nõ ſunt bullien G
dæ & colãdæ Etenĩ hic probatur iuniorũ medicorũ error: qui præcipiũt, ut ĩfundatur rbeu-
barbarũ in aqua endiuiæ diſtillata: &c. cũ potius deberet infundi in ſucco. Itẽ infra in ſepti-
ma diſtinctione de decoctionibus: & infuſionibus: habet decoctionẽ fructuũ: quam uocat H
aquã. Et alia exẽpla multa dimittimus apud authorẽ nr̃m: ne ſimus prolixi. itẽ ex aliis autho
ribus, poſſunt ſumi exẽpla ut eſt apud filiũ Serapionis ĩ ſeptimo ſui breuiarii: lohoc de aqua
fœniculi: ubi in fine aperte declarat ipſam aquã, eſſe ſuccũ fœniculi. Itẽ apud Haly filiũ Ab- I
bas in ſecũdo practicæ cap̃. 34. numero. 79. Legitur. Aut bibatur cũ aqua roſata quæ expri-
mitur de recentibus roſis: &c. Lege etiã in cõfectione de mezereon.

De Miua. K

NVnc uidendũ eſt ſi præſens miua debet parari cũ melle: uel cũ zuccharo. Etenim ſaluo
ſemper meliori iudicio nos tenemus cũ zuccharo cõſtruendã eſſe: quia licet author in
propria deſcriptione ſcripſerit cũ melle: tamẽ in fine addit: ꝙ ſunt qui loco mellis ponunt L
zuccharũ: & proprie qñ oportet. In iſta nẽpe cõpoſitione granorũ myrti ſatis oportere no-
bis uidetur: qui ut teſtatur Chriſtophorus de honeſtis, in cõdito de cytoniis: quod eſt miua,
mel eſt magis abſterſiuũ: ꝗ zuccharũ. Et in hoc electuario granorũ myrti, non quærit author M
abſterſionem: ſed potius ſedationem: & confortationem: & ideo præparãda eſt iſta miua cũ
zuccharo: & nõ cũ melle. Et ſi author in hoc electuario granorũ myrti nõ ſpecificauit de ipſa
cũ quo ſit præparãda, uerũtamẽ in deſcriptione ipſius miuæ: cũ ſcripſit fieri cũ zuccharo, qñ N
oportet: dimiſit nobis cõſiderandũ, in oĩbus cõpoſitionibus: ubi ingreditur miua: ſi ipſa mi-
ua ſit cõficiẽda cũ melle: uel cũ zuccharo. Et cũ illo quod eſt magis cõpetens illi cõpoſitioni
debemus cõficere miuã: In iſto aũt electuario granorũ myrti magis cõpetit zuccharũ: ꝗ mel: O
igitur cõficiẽda eſt cũ zuccharo, & nõ cũ melle. Similiter & de ſpeciebus, debemus habere cõ
ſiderationẽ: quia in pluribus cõpoſitionibus legitur: cõfice cũ miua: & nõ ſpecificatur ſi de-
bet eſſe aromatica. ſ. cũ ſpẽbus: uel ſine ipſis: nec ſi cũ miua ſimplici: uel acetoſa: &c. Qñ autẽ P
ſcribitur: cõfice cũ miua aromatica: ſiue aromatizata: ſicut in iſto electuario & ſimilibus: tũc
nõ eſt dubium, ꝙ debet habere ſpecies: tñ quia oẽs poſſunt recipere ſpecies: ideo de qualibet
poteſt intelligi. In illis autẽ in quibus nõ præciſe ſcribitur miua aromatica: ut in confectione Q
Alcãzi: & ſimilibus: eſt cõſiderãdũ: utrũ ſpecies cõpetant illi cõpoſitioni: an nõ: Et ſicut me-
lius uidebitur peritis uiris: ita fieri debet. Et nõ eſt dicendũ: ꝙ ſi ſimpliciter eſt ſcriptũ: confice
cũ miua: debet intelligi, cũ ſimplici miua: quia ſicut ſcripſit author de melle: & zuccharo: ita R
& de ſpeciebus: quando oportet. Et illic dedit nobis regulã: pro omnibus miuis ſequẽtibus:
quia omnes, & ſingulæ, poſſunt cõfici cũ zuccharo, abſq; melle: & cũ melle, ſine zuccharo:
& quandoq; expedit cum utroq;: & cũ ſpeciebus: & ſine ſpeciebus: &c. Vnde notandum, ꝙ S
quandocunq; reperitur abſolute: cõfice cũ miua: ſemper intelligitur de prima miua. Sed (ut
dictum eſt) debemus, uel conſilio medici: uel aliquo bono modo ſcire: an illi confectioni

A conueniant ſpecies : & tunc cum prima miua aromatizata : eſt ipſa confectio conficienda.
Si autem dicit:Cõfice cum miua aromatica:tũc eſt magis clarũ:& intelligitur de prima,cum
ſpeciebus,Si autẽ dicit:Cõfice cum ſimplici miua:tunc intelligitur cũ ſecunda miua:quæ ab
B authore ĩtitulatur ſimplex.nõ obſtãte,ꝙ,ut aliæ,poteſt recipere ſpecies:&c.Si autẽ dicit:cũ
miua acetoſa:ut eſt in electuario cõfortante ſtomachũ:tunc intelligitur,cũ tertia,uel quarta
miua:Si uero cum miua facta ex ſucco fructuũ:tunc de ultima deſcriptione intelligitur. Et
C in qualibet ipſarũ eſt cõſiderandũ:ſi cum ſpeciebus:uel ſine:& ſi cum melle:uel zuccharo:ſit
primum paranda ipſa miua.Q̃m ſicut oportet:ita eſt faciendum.Nam pro uariis infirmitati-
bus:uaria ſunt adminiſtranda pharmaca : q̃m unum pharmacum,non conuenit omnibus
D infirmitatibus:nec omnia pharmaca,uni competunt infirmitati.

❡ Dia Calamentum deſcriptione Galeni:&c. XXV.

E
AVicenna quidẽ in quinto cañ.in primo tractatu primæ ſummæ, habet cõfe-
ctionem de calamento.in ponderibus:& quibuſdã paucis differentẽ,ab iſta.
F Sed ſalſo in ipſa Auicennæ legitur reuſini:eo in loco : in quo præſens habet
cheiſim.Etenim Bellunẽſis correxit:unde reſcripſit cheiſum: quod idem eſt:
quod cheiſim.Itẽ ipſe Auicẽna in tertio tractatu eiuſdẽ primæ ſummæ,autho
G ritate Galeni:habet electuariũ de calamẽto:quod eſt eadẽ cõfectio:q̃uis in quibuſdã paucis
differat.Filius Serapionis etiã in ſeptimo,cap.2 0.habet electuariũ ſelemeki: quod ſelemeki
ibi exponitur eſſe calamentum fluuiale:& habet electuarium diacalamentum: quæ duo ele
H ctuaria,habent multam ſimilitudinem cum iſta confectione.

De Calamento fluuiali:& montano.

DE hoc calamẽto fluuiali:ſiue aquatico:magna eſt diſceptatio,inter doctores antiquos
I & iuniores.Ita ꝙ mẽs legẽtis,& pſcrutantis eorũ ſcripta.potius cõfunditur:q̃ quieſcit.
Iuniores enim affirmãt ipſum eſſe mentaſtrũ.ideſt ſyluestris mẽta.Tamẽ Dioſcorides ſecun
dum omnes tranſlationes:facit capitula diuerſa de mẽta,mẽtaſtro,& calamẽto: ſed in capi
k tulo de calamẽto,notat tres ſpecies calamẽti:& dum loquitur de tertia ſpecie:dicit, ꝙ aſſi-
milatur mẽtaſtro:& naſcitur in aquoſis:& aliis locis.Reliquæ ſpecies,nõ ſcribũtur in aquo
ſis naſci.Ex quo igitur quia tertia ſpecies eſt: quæ prouenit in aquoſis:ideo illa accipiẽda eſt,
L pro calamẽto fluuiali,ſiue aquatico.Et cũ dicit ꝙ aſſimilatur mentaſtro: declarat nõ eſſe mẽ
taſtrum:ſed ſpeciẽ calamẽti mẽtaſtro ſimilẽ,longioribus tantũ foliis:per quæ dignoſcitur a
mẽtaſtro:Serapio etiã authoritate Dioſcoridis,illud idẽ dicit:& diuerſa cap.facit.Simõ Ia-
M nuẽnſis autẽ abſolutiſſime ſcribit:ꝙ calamentũ fluuiale eſt mentaſtrũ.Luminare maius con-
cordat cũ Simone:& citat Nicolaũ,& Petrũ de creſcẽtiis illudmet affirmãtes. Etiã cõcordãt
cum iſtis,author nouarũ additionũ in antidotariũ filii Meſue:& OTtho Brunfelſius.Itẽ ipſe
N Simon in litera ſeudenegi:dicit ꝙ uerũ ſeudenegi,eſt mentaſtrũ fluuiale.Attamen a Serapio
ne ſcribitur præciſe capitulũ de ſeudenegi : quod eſt de origano,pulegio,& diptamo.Men
taſtrum autẽ licet quoq; reperiatur in aquoſis,uerũtamẽ a nullo antiquorũ ſcribitur in aquis
O naſci.Enimuero uos pluribus in locis:& præſertim iuxta aquarũ ſemitas:uarias uidimus men
taſtri ſpecies:quarũ una lõgioribus foliis prouenit,alterius uero folia ad rotunditatẽ maxi-
me declinãt.Forſan,ꝙ illa quæ lõgioribus foliis creſcit:nõ ſit mentaſtrũ.ſed calamentũ flu-
P uiale.Et illa quæ habet folia rotũdiora:putamus eſſe uerũ mentaſtrũ.Q̃m cõſtat per Dioſco
ridẽ:& alios authores,calamentũ.ſ.fluuiale:habere folia lõgiora q̃ mentaſtrũ.Inſup autẽ di-
cimus,ꝙ uel ſit calamentũ fluuiale:uel ſit mẽtaſtrũ:nõ eſt magna difficultas,inter ipſa:& ſine
Q aliquo reſpectu,poteſt poni alterũ pro altero,in medicinis: Q̃m antiqui(ut plures teſtãtur:
& præcipue Matthæus ſyluaticus,in capitulo de calamẽto)nõ faciebãt differentiã,inter uir-
tutes iſtorũ generũ.ſ.mẽtæ,calamẽti,pulegii,& ſimiliũ.Calamẽtũ autẽ fluuiale(ut ſupra dixi
R mus)a filio Serapionis,ſelemeki uocatur.Vnde i præfato electuario ſelemeki dixit:& eſt ca
lamentũ fluuiale:& infra.Recipe calamẽti fluuialis:& calamẽti cãpeſtris:&c.Et infra Inibi di
cit:ꝙ due ſpecies calamenti,ſcilicet fluuialis,& mõtani(quod uocat cãpeſtre)debent eſſe ex
S Creta iſula.Ait.n.Et duæ ſpẽs calamẽti oportet,ꝙ ſint ex Creta:q; ſi nõ iuenis utrãq;:elige ex
eis:q̃ naſcũtur i locis altis,ſiccis:& ſimiliter alhaſce :&c.Calamẽtũ aũt mõtanũ ẽ nepita:uel ne
peta.Vtroq; mõ ſcribitur,apud authores.Et proprie illa:q̃ uulgo dĩ mentucia,& nepitella:

Q̃m eſt

Qm̄ eſt alia nepita: quæ alio noīe uocatur cataria, ſiue herba cataria: uulgo autē gattaria: non A
obſtātæ ꝙ aliæ herbæ plures ſimili uocētur noīe: ut ē ualeriana: &c. Hæc autē nepita cataria
habet folia ſimilia urticæ: uel potius meliſſæ: hirſutiora tamen: albiora: & maiora: Et,
habet haſtas plurimas, quadrāgulatas, rubētes: bicubitali altitudine aliquādo ſe extollētes. B
In ſapore autē, ſimillima eſt mētuciæ præfatæ: ſed in odore, potius emulatur pulegiū ꝗ men
tuciam: unde nō deſunt, qui uocāt iſtā ſylueſtre pulegiū. Cati eam ualde comedūt: & delectā-
tur in ipſa: quā obrē, catariæ nomē ſibi uſurpauit. Tamen hæc herba ab authore noſtro cala C
mentum ſylueſtre uocatur: unde lege infra, in ſyrupo de calamento primæ deſcriptionis.

De Seſeli ſiue (ut mauis) Seſeleos: ſeu Silere montano.

SEſeli, ſiue (ut aiunt) Seſeleos, uel ſiſeleos: uulgo ſiler montanū dicitur. Et licet ſiler mōta- D
num: quo utimur: nō bene in oībus uideatur cōuenire, cū deſcriptionibus Dioſcoridis
de ſeſeli: tamē nō eſt cyminū ſylueſtre: ut aliqui putāt. Quia ſi, legis utraq; capitula. ſ. de ſeſeli:
& de cymino ſylueſtri: magis uidetur cōuenire cū ſeſeli: ꝗ cū deſcriptione de cymino ſylue- E
ſtri. Clarū quippe eſt, ꝙ utrūq; eſſe nō poteſt: cū ſit ꝙ omnes authores diuerſa de ipſis capitu
la faciāt. Inſuper ſunt nōnulli, qui exponūt cyminū carmenū eſſe ſeſeleos: quod quidē nobis
nō placet: pro quo uide infra, in Dyacymino. Verū ſi hoc ſiler montanū differat a ſeſeli, neſci F
mus: ſcimus autē pro certo, ꝙ nō eſt cyminū ſylueſtre: quia (ut in dicto Diacymino oſtende-
mus) aliud eſt: qm̄ pluries nos habuimus de ipſo uero ſylueſtri cymino. Attamē nō habere-
mus pro magno incōuenieti: ſi ſiler montanū pro utroq; cōpenſetur. ſ. pro ſeſeli: ſi forte nō G
ſit ipſum ſeſeli: & pro cymino ſylueſtri. Saluo tamē meliori iudicio: potius iudicamus appo
nendum eſſe pro ſeſeli: ꝗ pro ſylueſtri cymino. Et donec habuerimus meliorē de eo cogni-
tionem ſemper pro ſeſeli adminiſtrabimus. Pro cymino autē ſylueſtri: cui nō placuerit ſatis- H
uouti: hoc ponēdo nō putamus malū eſſe. Præterea, Antonius Muſa Braſaulus in ſuo ſimpli
cium examine, dicit: ꝙ hoc ſiler montanū cōuenit cū duabus Dioſcoridis deſcriptionibus,
de ſeſeli. Videlicet plāta cōuenit ſeſeli Maſſilieſi: & ſemen ſeſeli Aethiopico, propter amaritu I
dinem. Vnde illa acredo ſeminis: quam Dioſcorides ſeſeli maſſilieſi tribuit. po: eſt accipi pro
amaritudine ſeſeli æthiopici. Et ſic poteſt ſtare, ꝙ hoc ſiler montanū uſuale: ſit ſeſeli maſſiliē-
ſe, a Dioſcoride deſcriptū.

De Petroſelino. K

SEcundū Dioſcoridē: & fere omnes doctores: petroſelinum nō eſt iſtud: quod præ mani
bus habemus: & ī hortis ubiq; ſeritur: quod q; uulgi corruptela petroſeliuū ſalſo appel-
lat. Cū ſeparati omnes faciāt capitula: de petroſelino: & ſelino: & cæteris generibus, ſiue ſpe L
ciebus apii: quod quidē ſelinū eſt uere nr̄m uocatū petroſelinū. Et nota ꝙ in hac deſcriptio-
ne etiā, habetur apiū: quod eſt proprie ipſum ſelinū: de quo mox dicemus. Veriſſimū autē pe
troſelinū: licet dicatur a Dioſcoride in Macedonia naſci: tamē nos credimus in collibus Ita- M
liæ: & aliis regionibus aſperis, ꝗuis nō ſit cognitū, procreari. Quia nos propriis manibus, in
Rheatinis mōtibus: & ſupra Palūbariā: pluries collegimus quandā apii ſpeciē, inter petroſas
crepidines exorti: quā putamus eſſe uerū petroſelinū: ſiue apiū de petra: quam quidē herbā N
oſtēdimus iā pluribus peritiſſimis uiris: & medicis, & herbariis: qui omnes in unū aduotum
noſtrū cōueniūt. Eteni in oībus correſpōdet deſcriptioni Dioſcoridis, de petroſelino: Sed
quia nō ſumns bene certi de eo: magis uſi ſumus hoc noſtro petroſelino domeſtico: Immo O
uerius ſelino uſuali, & hortēſi: ꝗ ipſo: quia (ut multi teſtātur) parū aut nihil differt in uirtute
alterū, ab altero. ſ. ſelinū, a petroſelino.

De Apio.

APium ſimpliciter ſcriptū, ut in præſenti deſcriptione, ſemper (teſtātibus pluribus fidedi- P
gnis authoribus: ut Plinio cap: 11. 20. libri: &c.) de ſelino ē ītelligendū. ſ. de nr̄o uulgo
nūcupato petroſelino. Quæ quidē ſpecies, ſelinū uocata: a Dioſcoride āteponitur omnibus
aliis deſcriptionibus ſpecierū ſui generis. Etiā ſi ſcribatur apiū hortēſe, ſiue ſatiuū: illud idē in Q
telligitur. ſ. ſelinū: ſeu ut græce ſelinō. Quādo autē ſcribitur petroſelinū ſicut ſupra: eſt alia
ſpecies: & intelligitur apiū de petra: ꝗuis in defectu ipſius (ut dictū eſt) poſſit poni ſelinū. Qn̄
autē inuenitur ſcriptū apiū paluſtre, ſiue apiū aquati cū: accipiēda eſt iſta ſpecies: quæ ſimpli- R
citer apud uulgares uocatur apiū: quæ ſpecies, ut plurimū, in aquoſis prouenit: unde hydro
ſelinon græcæ dicitur. Quando autem apium macedonicum: quod græce hippoſelinon:
ideſt apium caballinum uocatur: eſt alia ſpecies: Et apium riſus, ſiue apium raninum: aliud S
genus eſt: &c. Et ſic eſt uidendum, de quo apio author intelligit: cum apium ſcribit. Vnde in
præſenti deſcriptiōe, duas apii ſpecies poſuit. ſ. apiū petreū: & apiū ſatiuū: quod ſatiuū pro-

A prie eſt noſtrũ uulgo petroſelinũ falſo nuncupatũ: quod libẽter ab omnibus in ciborũ cõ-
dimentis aſſumitur: uerũ petroſelinũ autẽ eſt (ut ſupra iam diximus) apiũ de petra: quod non
ſeritur in hortis: ſed ſponte in crepidinibus mõrium oritur. Et abundantius in Macedonia.

B De haſce: ſeu halaſce. uel haaſce: &c.

HAſce q̃uis ab authore nr̃o, etiã ſub capitulo de hyſopo ſeu hyſſopo, deſcribatur: tamẽ
ſecundũ ueritatẽ nõ eſt hyſopus: q̃m ſi eſſet hyſopus i ĩuiſſent tres hyſopi ſpecies ſecun
C dum ipſum: quia poſtea ĩmediate facit aliud capitulum de duabus ſpeciebus hyſopi. Omnes
.n. doctores, excepto ipſo authore nr̃o, cõcordãt in unũ, ſcribẽtes ꝙ ſunt tantũ duæ: & non
tres hyſopi ſpecies. Vnde magis credendũ eſt tot uiris: q̃ ipſi ſoli. Et licet etiam qui interpre-
D tatus eſt uocabula filii Serapionis dicat in Synonymis. haſce. i. hyſopus hortẽſis: nõ eſt tamẽ
tantæ authoritatis: ꝙ poſſit ei adhiberi fides: plus q̃ Dioſcoridi: &c. Credimus. n. fortaſſe (ſi
nõ eſt error interpretis) ꝙ author noſter, a ſimilitudine quã habet cũ hyſopo, deceptus: puta
E uit haſce eſſe hyſopi ſpeciẽ: & nominauit eã ſpeciẽ: duplici nomine: uidelicet haſce: & hyſo
pum: & ſcribendo particulariter eius differẽtias: & proprietates: dicit ꝙ eſt mater epithymi:
& infra abſolute ſcribit haſce. Etiã in ſuis canonibus ponit ĩ pluribus locis haſce: & hyſopũ:
F tanq̃ aliud ab hyſopo: ex quibus quidẽ credendũ eſt: ꝙ ipſe dubitabat, ſi uere eſſet ſpecies hy
ſopi: & ſine dubio dubitauit: ut ex ipſius uerbis cognoſcitur cũ ſcripſit. Dicunt quidam ꝙ eſt
hyſopus hortẽſis: & dicũt alii: ꝙ eſt una, ex ſpeciebus origani: &c. Haſce autẽ ſiue haaſce (ut
G omnes exponunt) eſt thymus: quod etiã patet concordando capitula authoris nr̃i de haſce:
& Serapionis de thymo: & Auicẽnæ de haaſce: cũ capitulis Dioſcoridis & aliorũ de thymo.
Etiã Simõ Ianuẽſis in litera thymus dicit: ꝙ thymus uocatur arabice haſce. Vñ Serapio capi-
H tulo de thymo: quod ĩcipit. Haſce. i. thymus: &c. ergo haud dubie haſce eſt thymus: At quia
author in præſenti deſcriptione poſuit alhaſce: nõ eſt dubitandũ. an ſit aliud, ab haſce: quia
illa ſyllaba, al, ut dictũ eſt ſupra, in cõfectione alchermes: aliquãdo additur dictionibus pro
I articulo, ſeu propoſitione: unde alhaſce. i. de haſce. Cum autem dicit, extremitates alhaſce:
dat intelligi ꝙ accipiendæ ſunt cimæ thymi: nõ autem epithymum: ut præſumunt nonnulli
inſipientes aromatarii. Quid autem ſit thymus: quære infra in ſyrupo de epithymo.

k ¶ Diatrion pipereon deſcriptione cõmuni: &c. XXVI.

NOmen accæpit hæc cõpoſitio, a tribus ſpeciebus piperũ quæ ĩ ipſam ingredi
L untur Auicẽna in quinto canone habet. Diapipereõ: cuius deſcriptio in mul
tis cũ iſta concordat. Filius Serapionis in ſeptimo habet duas deſcriptiones
quaſi ſimiles: & uocãtur. Electuaria dia piperẽõ: ſed prima quã ponit author
M tate Galeni: magis cõuenit cũ iſta. Sed ẽ aduertendũ, ꝙ per multas impreſſio-
nes, in præſenti deſcriptione, eſt error in doſi. Secundũ ueritatẽ: legendũ eſt: Doſis eius eſt, ab
ʒ. i. uſq; ad. ii. & nõ a. ℥. i. &c. etiã ĩ quibuſdã ĩpreſſionibus, deeſt ameos: quod debet eſſe poſt
N ſpicã. Omnia hæc ſic ſe habẽt, in antiquis exẽplaribus. Nã ſi legis filiũ Serapionis authoritate
Galeni: nõ ad. ℥. ſed ad coclearia exhibet hoc electuariũ: &c. De omni pipere.

PIper triplex in medicina quæritur. ſ. lõgum, albũ, & nigrũ. Nõ ꝙ ſint tres differentes plã-
O tæ: ex quibus procreentur tres uariæ ſpecies piperum: ſed quia cũ ſit unica plãta: fructus
ipſius, tribus uariis colligitur tẽporibus: q̃uis prima ipſius collectio, potius debet dici ger-
men, aut flos: q̃ fructus: q̃m in principio ſuæ germinationis: germinat quẽadmodũ auellanæ
P & ſimilia faciunt in partibus nr̃is: & de illo germine ante q̃ floreat colligitur: & uocatur pi-
per lõgum. Poſtea illud, quod nõ eſt collectũ, creſcẽdo floret: & facit fructũ in racemulis: de
quo, ante maturitatẽ ſumitur: & quia de natura ſui ĩmaturũ eſt albicãs: ideo ſic collectum: &
Q exiccatũ: piper albũ appellatur. Quod uero reſiduũ eſt in plãta: matureſcẽdo, nigrũ efficitur:
quãobrẽ piper nigrũ nũcupatur. Et ſic ex una & eadẽ arbore: oẽs tres piperũ ſpecies ab autho
ribus deſcriptæ colligũtur. Si quis uero his uerbis nõ uult preſtare aures: legat cap̃. Dioſco-
R ridis de pipere: legat Pliniũ: legat Serapionẽ: legat & oẽs probos authores, tã græcos, q̃ ara-
bes: necnõ & latinos, tã antiquos, q̃ recẽtiores: quos breuitatis cauſa dimittimus: qui omnes,
quaſi uno ore huius rei ueritatẽ teſtãtur. Præterea, quia piper albũ: uel nõ colligitur diuiſim:
S uel ſi colligitur, nõ defertur ad nos: ſicut piper nigrũ: & lõgũ: ideo ex ipſis granis nigri pipis,
legẽda ſunt grana albiora: ſeu ſubalbida: & pro pipe albo adminiſtrãda: quia ẽ cõſiderãdũ: ꝙ
in collectione ipſorũ granorũ, nõ omnia ſunt æqualiter matura: q̃m ut uidemus ĩ noſtris ar-

boribus:nõ omnes unius arboris fructus,uno die maturãtur:ſed ſucceſſiue,de die,in diẽ:& A
quãdo maior pars illorũ ad perfectionẽ ſuæ maturitatis perueneri:licet aliqui ſint imaturi:
ſimul colligũtur omnes:quapropter credendũ eſt: ꝙ piperis grana quãto ſunt nigriora:tã
to maturiora:& ecõtra,q̃to albiora:tãto acerbiora ſunt.Et ſaluo meliori iudicio:in defectu B
piperis albi:pro eo potius apponendũ eſſe cẽſemus piper lõgum:q̃ nigrũ:quia in ſtipticitate
& cõfortatione:magis cõueniunt inter ſe.Poteſt etiã & poni nigrũ:quia cũ albũ ſit in medio:
de utroq; ipſorũ participat.Si quidẽ ſecundũ philoſophũ:mediũ participat de extremis.Simi C
liter ſi caremus lõgo:potius debemus accipere albũ,q̃ nigrũ:quia albũ magis appropinquat
lõgo:quã nigrũ.Et e diuerſo,in defectu nigri ponendũ eſt albũ:quia propinquius eſt.Itẽ quã
docunq; duæ ipſorũ ſpecies deſunt:per reliquã ſupplendũ eſt.Sed quãdo ſimpliciter legitur D
piper:ſemper albũ intelligitur:ſecundũ aliquorũ opinionẽ:& ut probat Nicolaus præpoſi
tus in ſuis analogiis,& etiã quia(ut aiunt,Auicenna,& filius Serapionis,in diacymino: quod
ipſi ponunt authoritate Galeni)piper albũ cõfortat ſtomachũ pluſq̃ aliæ duæ ſpecies.Sed di E
ctus filius Serapionis habet in ſua deſcriptione:ꝙ loco piperis albi quando deeſt:debemus
uti helleboro nigro.Quod quidẽ eſſe ipſius filii Serapionis:haud facile credi poteſt.Sed po
tius nẽpe cõiectamus eſſe mendũ interpretis:uel(quod magis tenendũ)librarii.Nam in de- F
ſcriptione Galeni:quæ intitulatur:Dioſpoliticũ:quod eſt in quarto de ſanitate tuenda:nõ le
gitur:nec in deſcriptione Auicẽnæ:ſed rectius(ut putamus)ibi legendũ eſt.Quod ſi nõ inue
nitur piper albũ:utere loco eius nigro.Et illud ex helleboro:tollatur:qm̃ nõ bene exercita- G
tis uiris,illud legentibus,periculoſum fore nõ dubitamus.Quia nõ conuenit in tali deſcri-
ptione helleborũ.Immo eſt omnino cõtrariũ.Etiã quibuſcunq; locis,eſſet malũ:pro pipere
albo:uti helleboro nigro.Igitur emendandus eſt locus.item quãdo legitur macropiper:in H
telligitur lõgũ:quãdo autẽ leucopiper:illud eſt albũ:cũ autẽ melanopiper:intellige nigrum.
Et ſic eſt ſecundũ ueritatẽ.Lege etiã de pipere infra i Hiera diacoloquitidos inuẽtione Ruffi.

¶ Diacyminum ualens &c. XXVII. I

Diacyminũ,a cymino quod recipit.nomẽ ſibi uẽdicauit.Attamẽ mirati ſumus
de Chriſtophoro de honeſtis:qui in ſua cõmẽtatione aſſerit,uocari Diacina K
momum.Nam q̃uis cinamomũ in ipſam cõpoſitionẽ ingrediatur:tamẽ non
eſt tantæ q̃titatis:ſeu qualitatis:ꝙ prædominari cymino:&c.poſſit:atq; ex in
de ſibi nomẽ cõpoſitionis uſurpare.Diacyminũ igitur legẽdũ eſt:& nõ diacin L
namomum. De cymino carmenio & cymino in generali.

CYmini autẽ tres ſpecies:ſiue tria genera a Dioſcoride deſcribũtur.Et primo de ſatiuo
loquẽs:cõmẽdat ſuũ ſaporẽ in generali:ſ.de quacũq; regione:& in particulari,maxi- M
me laudat Aethiopicũ:quod quidẽ cyminũ ab Hippocrate:regiũ nuncupatũ eſt.Poſtea facit
deſcriptionẽ de ſylueſtri:quod diuidit in duas ſpecies:&c.in hac autẽ compoſitione,author
poſuit cyminũ carmenũ.Eſt igitur nunc uidendũ:an hoc cyminũ carmenũ,ſit una ex ſpecie- N
bus a Dioſcoride deſcriptis:an ſit alia diſtincta ab ipſis:Et quid eſt hoc cyminũ carmenũ:Cer
tum eſt ꝙ pãdectarius cõfunditur in ſuis deſcriptionibus:cũ cõfundit cymini ſpecies: dicẽs.
Cyminũ carmenũ.i.ſeſeleos:cyminũ albũ idẽ:cyminũ dulce idẽ;cyminũ ruſticorũ idẽ.Si autẽ O
eſt ſeſeleos:quomodo eſt dulce:Nõ.n.legitur apud quenq̃,ſeſeleos dulcedinẽ habere:&c.
Itẽ citat Serapionẽ ſcribentẽ authoritate Dioſcoridis:& dicentẽ.Et eſt quoddã boni ſaporis:
& proprie eſt carmenũ:& eius expoſitio eſt regale:&c.quæ cauſa tedii nõ ſcribimus.Diligẽs P
lector facillime omnia pcurret.Simõ Ianuẽſis autẽ credidit nõ bene expoſitũ eſſe Galenũ in
medicina:quã cõpoſuit Herodi ad ſtomachũ:ꝙ cyminũ carmenũ ſit ſiſeleos.Inferre uolens:
ꝙ ipſe ſit alterius opinionis.Et ſubſcribẽs authoritatẽ Serapionis dicit:ꝙ exponitur regale: Q
& eſt boni ſaporis:quaſi dicat:hanc deſcriptionẽ magis approbo.Serapionis autẽ hæc ſunt
uerba.Camũ ſiue camin.i.cyminũ:Raſis.Cyminũ carmenũ eſt agreſte.Quã Raſis authoritatẽ
putamus additã eſſe libro Serapionis:quia poſtea ſequitur authoritate Dioſcoridis dicẽs.Eſt R
quoddã boni ſaporis:& eſt proprie carmenũ:& eius expoſitio eſt regale:&c.Quæ quidẽ Se-
rapionis deſcriptio:& eadem a Simone citata:eſt ipſamet deſcriptio Dioſcoridis de Satiuo
cymino:& non de ſylueſtri:& ubi Dioſcorides dicit ab Hippocrate regium appellari:Sera- S
pio ſcribit regale exponi.Etiam quandoq; cyminum carmenum uocatur cyminum indum:
ut patet per filium ipſius Serapionis,in ſeptimo breuiarii.ſ.in confectione inda:ubi habet

A cymini indi:& eſt carmeni:&c.Carmenũ autem dictũ eſt a regione: unde Auicenna ſic ſcri-
bit.Ejus,aliud eſt Carmeniũ(quod idẽ eſt quod carmenũ)& aliud eſt Perſicum:& aliud Eni-
um:& aliud Nabathium:Carmenium uero nigri coloris ẽ:&c.Cum autem Dioſcorides lau-
B dat Aethiopicũ:poteſt eſſe ꝙ illa regio dicta Carmenia:uel rectius Carmania:quæ eſt in Aſia:
a qua nome accepiſſe creditur:ſit in Aethiopia:quia ſecundũ Ptolemæum:Plinium: & alios
coſmographos duæ ſunt Aethiopiæ:quarum altera ſituatur in partibus Aſiæ:altera uero i
C Aphrica.Et ſic carmenum,idem eſt:quod Aethiopicum.Siquidem & Galenus in tali deſcri-
ptione,ſpeciatim habet æthiopicum:per quod clarius probatur carmenum ſignificare idẽ
quod æthiopicum.Item Hali filius Abbas,in decimo practicæ:in diacymino:& aliis in locis:
D non carmeni:ſed carmanici habet:quod credimus rectius:ex quo probatur a regione dictũ.
Etiam poſſet dici,ꝙ a ſimilitudine dicatur æthiopicum:ut ſubintelligatur nigrum:tanq̃ pel-
lis æthiopum.Ad quod conſentit deſcriptio Auicennæ:qui dicit,cyminum carmenum eſſe
E nigri coloris:&c.His igitur bene diſcuſſis:colligitur,ꝙ cyminum carmenum non eſt ſeſe-
leos:ut uolunt Matthæus ſyluaticus: & cæteri ipſum ſequentes: nec eſt cyminum ſylueſtre:
ut aliqui credunt:neq; enim eſt alia ſpecies cymini a Dioſcoride nõ deſcripta.Sed eſt cymi-
F num carmenum idem:quod æthiopicum:domeſticum,ſeu ſatiuum,optimum,& electum,
boni ſaporis,necnon & optimi odoris,a Dioſcoride in primo loco,& pro ſatiuo deſcriptũ:
&c.Quapropter pro cymino carmeno,accipiendum eſt quod melius inueniri poteſt.ſ.ſati
G uum,recens,optimum:&c.Et ſic erit ſecundum ueritatem:& de mente authoris.Cyminum
ſiue cuminum:quod idem eſt.ſ.ſatiuum licet in Dioſcoride non legatur in Italia naſci:atta-
men in illa ora Italiæ,quæ olim Magna græcia,nunc uero Apulia dicitur, laudatiſſimum ha
H betur:ex quo abundantius:& recentius:per totam Italiam:& extra:exportatur. Et ideo lau
dabilius cæteris:quia cum ſit quod cyminum nõ poteſt diu aſſeruari:ante q̃ ex Aethiopia,&
aliis regionibus,ueniret ad nos:erit corruptum,ſeu propinquum ad corruptionẽ. Qua de
I re igitur non erit querendum in Carmania:uel in Aethiopia:ſeu aliis mundi prouinciis: cũ
poſſumus habere hoc Apulienſe:quod eſt optimum & uulgaris notitiæ: q̃obrem de eo nõ
eſt dubium declarãdum.Sylueſtre autem cyminum apud nos(quod ſciamus)nõ ſpõte pro-
K uenit:ſed ſatum(ut experti ſumus)naſcitur:& creſcit.Seſquipedali altitudine: foliis, qualia
Dioſcorides pingit:capitulis quatuor:aut quinq; : melanthio haud diſſimilibus, ſeminibus
albis plenis:ſatiui cymini odorẽ,& ſaporem imitantibus:&c.& proprie eſt illud ſemen:quo
L ut plurimum,noſtri temporis aromatarii abutuntur pro minori cardamomo: quodq; non
nulli(q̃uis male)uocant nigellam citrinam.Poſſumus tamen,ſaluo ſemper meliori iudicio,
pro cymino ſylueſtri:uti ſilere montano:uel ſemine ueri ammeos:uel carui: uel (ut melius
M dicamus)domeſtico:& uſuali cymino:ut dictũ eſt ſupra,in Diacalamenti deſcriptione.Cy-
minum dulce autem,ſecundũ Plateatium eſt aniſum:& non ſeſeleos:&c.Præterea ſciendũ,
quod author uult:ut pridie infundatur cyminum in aceto:hac de cauſa: uidelicet, ut illud
N acetum temperet caliditatẽ eius:& faciat operationem ſuam meliorem.Modum autem infu
ſionis eius:ac omnium medicinarum:quære infra,in confectione de mezereon:in generali
regula.Inſuper quæritur:quare author in prima Diacymini deſcriptione:poſuit ſimpliciter
O cyminum:& in iſta ſpecificauit carmenum?Dicendum,ꝙ ipſe author poſtq̃ fecit experien-
tiam de prima cõpoſitione: inuenit ꝙ uigor potentiæ eius nõ protendebatur ad ſedandum
dolorem ſtomachi generatum a groſſa uentoſitate:& flegmate groſſo:&c.Et ideo fortifica-
P uit illam,permutando,addendo,minuendoue ſuam deſcriptionem: & operationem.ſ.cõ-
ponendo iſtam.Tamen placuit ei etiam ſeruare primam deſcriptionem: ut ſi cui placuerit:
poſſit ea uti in paruis neceſſitatibus:Et propterea hic poſuit cyminum carmenum:quia teſte
Q Auicenna:in capitulo de cymino.Cyminum carmenũ eſt fortius omnibus aliis ſpeciebus.
Quamobrem fortiores habet uirtutes: & operationes in diſſoluendo groſſas uentoſitates:
& cætera:pro quibus,hæc compoſitio ordinata eſt.

R De ammio uel ammi:ſiue(ut mauis) per genitiuum minus recte ameos.

NOn eſt hodie ut ſciamus ĩ Italia,qui ameos certi uerã agnoſcat plantã.Vnde uarii phar-
macopolæ uariis pro eo utuntur plantarum ſeminibus.Certe uerum ammium,non eſt
S cognitũ in Italia:& quod peius eſt:nõ eſt qui quærat agnoſcere.Omnes enim accipiũt:quic-
quid ad manum uenit. Emũt & uendũt:ſed quid emant:quidue uendant:ignorant. O utinã
tantum iſte committeretur error,eſſet ſane tolerandus, Sed quia de ſimplicibus, medicinæ
neceſſariis:

neceſſariisnõ equidẽ decimæ partis ueritatẽ ſciunt:ideo cõtrarius effectus pluries ſequitur A
ex operationibus ſuis.Pro ammi autẽ cõfitemur nos ambigere:an uerũ ſit quo utimur.At
tamẽ ualde approximatur Dioſcoridis & aliorũ authorũ deſcriptionibus.Et mallemus(uſq
dum habeatur cognitio ueri ammeos)omnes uti eo:q̃ tot diuerſis herbarũ ſeminibus:nõ ſo B
lum ipſis:ſed etiã medicis peritioribus incognitis.Planta autẽ ſeminis quo utimur talis eſt.
Exilibus foliis: tenerrimo ac minimo fœniculo ſimilibus. Haſta recta:duobus palmis fere
extollitur:gracilibus ramulis plena:in quorũ ſummitatibus umbellulæ ſunt breues:dauco C
ſimiles:multo tamẽ minutiores:in quibus floſculi albi:& ſemina minutiſſima inſunt. Quo
rum odor cumino ſatiuo nõ abſimilis eſt.Sapor autẽ nõ(ut ait Dioſcorides)origani(ſi tamẽ
hoc quo utimur uerũ origanũ eſt)ſed dicti ſatiui cumini:acutior tamẽ:& quaſi ad piperis gu D
ſtum trahens.Sed plus de cumino:q̃ de pipere ſapit.Dictã autẽ plantã,cum ſemine,foliis, &
parua radice(quæ alba ẽ, & lignoſa) oſtẽdimus pluribus probatis medicis:ac eruditioribus
uiris:a quibus oĩbus ualde laudatũ eſt tale ſemẽ, pro ammi:in cõfectionibus admittendum. E
Quod quidẽ ex eis,plurimi credunt eſſe uerũ ammi:quodq quibuſcũq quotidie poſſumus
oſtẽdere.Q̃m circa Romã:& pluribus aliis locis prouenit:inculto ſolo:& iuxta uiarũ ſemitas.

De Foliis rutæ. F

IN hoc diacymino,& ſimilibus:in quibus ſcriptũ ẽ:foliorũ rutæ ſiccorũ:hoc notatũ habe
as.Quia dicit Galenus libro quarto de regimine ſanitatis:circa mediũ.(uidelicet in cõfe
ctione diacymini:quã ipſe uocat Dioſpoliticũ)ꝙ folia rutæ,ſint cõmenſurate præſiccata:qa G
ſi ſunt uehemẽter deſiccata:acria fiunt,& amara:& magis calida.Et ſi ſint ſicca minus,q̃ opor
tet:remanet in eis quædã humiditas ſuperflua indigeſta:qua mediante,fiunt uentoſa:& im
pediunt ultimationẽ digeſtionis:&c.De quo quidẽ,eſt ualde curandũ.Hoc idẽ etiã referunt, H
filius Serapionis:& Auicẽna i ſuis de antidotis.ſ.in diacymino authoritate Galeni deſcripto.
Galenus quidẽ ponit ut ſint deſiccata ad ignẽ:in uaſe fictili:perfecte tamẽ prius in fornace de
cocto.Peritus autẽ aromatarius,oĩa agat diligẽter:prudẽti diſcretionis menſura:q̃m hic,& ſi I
milibus:nõ poteſt aſſignari determinatus pũctus cognoſcẽdi q̃n folia rutæ,& ſimilia:ſint me
diocriter ſiccata.Hoc tñ dicimus:ut ita ſiccẽtur:ꝙ poſſint optime ꝑpluerizari. De ruta q̃re
infra.

De Baurach. K

BAurach.i.nitrũ.Et eius quidẽ ſunt multæ ſpecies:& ex uariis prouinciis: & ex uariis co
loribus:ut author noſter in proprio cap̃.ſcribit.Ab oĩbus autẽ laudatur habẽs rubedi
nem:& maxime illud:quod fit in Armenia. Et fortaſſe generatur in terris:in quibus eſt illud L
laudatiſſimũ lutũ:quod uocatur lutũ armenum: hoc ẽ,bolus armenus.Author.n.hic poſuit
Baurach rubei:quod eſt optimũ:ad differentiã albi:& cæterorũ:quæ nõ ſunt tãtæ bonitatis.
Nõnulli ſiquidẽ allucinãtur,putãtes baurach rubeũ:eſſe ſal ammoniacũ:quod nõ eſt.Sed cũ M
nos caremus baurach rubeo:atq armeno:ſaluo ſemper prudentiorũ nobis iudicio: poſſu
mus loco eius,ponere de optimo nitro albo.Et ſunt qui ponũt pro eo i cõpoſitionibus ſal
rubeũ:quod excauatur e mõtibus,in Italia:& Hiſpania:& aliis locis:quos credimus nõ ma N
le agere:quia illud ſal acutius ẽ marino:ſed nobis uidetur eſſe melius:ut apponatur pro eo
(ſicut diximus)ſal nitrũ albũ minerale:ſi haberi poteſt:ſin autẽ artificiale.Et nota ꝙ hæc com
poſitio diacymini præſens:eſt ordinata pro magnis neceſſitatibus.ſ.ad expellendũ groſſas O
uẽtoſitates:ut ſupra dictũ eſt:& ideo author poſuit in ea baurach:quia(ut teſtatur Auicẽna in
cap̃.de Baurach)Baurach nõ comeditur:niſi propter magnã cauſam.In paruis uero neceſſi
tatibus:Diacymino ſupraſcripto debemus uti:niſi alicui magis placuerit uti Diacymino, in P
antidotario Nicolai annotato.

De Cõtritione ſpecierũ.

INſuper notandũ,ꝙ licet hoc Diacyminũ nõ ſit ſolutiuũ cõtritio tñ ſpecierũ eius debet eſſe
groſſa:qa habet expellere uẽtoſitatẽ groſſam:&c.Et quare hoc: rationẽ reddũt Galenus: Q
& filius Serapionis:& Auicẽna authoritate ipſius Galeni:loquẽdo de diacymino locis ſuis:
quaſi uno ore:in his uerbis.Et oportet(aiũt)ut ſcias iterũ:ꝙ q̃n uis ut ſit eius euacuatio plus:
ſit cõtritio medicinarũ groſſa.Et illud ideo q̃m ſcio hominẽ qui cõtriuit hãc medicinã,cõtri R
tione ultima:q̃m nõ ſciuit illud:quod ego dixi:qua re,nõ reſoluit naturã oĩno.Immo pro
uocauit fortiter.Et uenit ad nos mirãs:& quærẽs de cauſa in hoc.Et illud ideo:q̃m ipſe exiſti
mabat,ꝙ in corpore illius uiri eſſet proprietas,quæ eſſet cauſa i hoc:quod accidit.Poſtq̃ er S
go feci ſcire eũ,ꝙ cauſa in illo,eſſet diſpoſitio cõpoſitionis eius:tunc cõpoſuit eã ſecũdo:ſi
cut præcepi ei:& cõpleta eſt eius operatio.Oportet ergo ut ſerues hãc determinationẽ,i cõ

A poſitione reliquarũ medicinarũ. Hæc illi. Hoc ẽt authoritate ipſius Galeni, breuiter tãgit ipſe
author noſter, ĩ capitulo de rectificatione medicinarũ: cũ modis triturationũ: ĩ exẽplo ſecũ-
di: quod eſt: ut medicinis aliqua proprietas acquiratur: dicẽs: inquit Galenus. Inſtiti ultime
B triturando, & puluerizãdo cyminũ: & cũ eſſet naturæ ſolutiuũ: factũ eſt urinæ prouocatiuũ:
&c. Quapp eſt aduertendũ in cõtritione aliquarũ cõpoſitionũ: quæ licet nõ habeãt ſoluere:
habẽt tñ expellere uẽtoſitatẽ: &c. Vt eſt Diagalãga: & hoc diacyminũ: & ſimilia. Spẽs. n. hmõi
C groſſiori mõ ſunt cõterẽdæ.

ℂ Cõfectio de ſeminibus: &c. XXVIII.

D IN pluribus antiquis exẽplaribus, nõ habetur hæc præſens cõfectio de ſemini-
bus. Tamẽ quia in aliquibus eſt: nõ iudicauimus ipſam amouẽdã eſſe de loco
ſuo. Cõfectio. n. de ſeminibus: & diaſpermatõ: idẽ ſignificãt. Sperma enĩ græ-
E ce: latine ſemẽ dicitur. Sed ſciendũ, ꝙ in ĩpreſſis libris magis mẽdoſis, ubi legi
tur: cardamomi, ſpicæ, gariofilorũ. añ. ℨ. iii. legendũ eſt. añ. ℨ. iiii. ut ẽ in exẽpla-
ribus illis: & in libris correctis. Spẽs nãq; iſtius cõfectionis, terẽdæ ſunt ſicut ſpẽs diacyminis
F & ſimiliũ: &c. Auicẽna in quinto cañ. habet unã cõfectionẽ de ſeminibus: quæ differt ab iſta.

De Amomo.

FRuſtra nẽpe eſſet in amomo prolõgare ſermonẽ. ſ. in deſcribẽdo antiquorũ, & iuniorũ
G cõtrouerſias, de huiuſmodi ſimplici. Quod. n. nũq̃ habuimus: nec uidimus: neq; per quã-
uis tertiã perſonã cognoſcere ualuimus: declarare nõ poſſumus. Hoc tñ nõ eſt ſilẽtio præ-
tereundũ. Videlicet, ꝙ hodierni aromatarii peſſime agunt: ſubſtituẽtes pro amomo quoddã
H ſemẽ inodorũ cuiuſdã uiliſſimæ herbæ: nõ legẽtes apud Dioſcoridẽ: ꝙ amomũ ẽ ualde odo-
ratũ: &c. Quod autẽ legitur in Serapione de pede colũbino: cõiectamus potius eſſe interpre-
tis, q̃ authoris: qm̃ pes colũbinus nõ eſt amomũ. Iuniores quidẽ conati ſunt hoc elucidare:
I ſed magis obtenebrarũt. Legitote apud ipſos. Vnũ demũ inſuper eſt dicendũ: hoc eſt: ꝙ care-
mus amomo: ſupple uero: quia nec ab Armenia: neq; a Medorũ regionibus: neq; e Põto: ue-
rum amplius ad nos exportatur amomũ. Sed pſeudo amomũ multiplex, & abũde: ubiq; col-
k ligunt nr̃i herbarii. Super quo: & aliis pluribus: nõ magis herbarii, & aromatarii, q̃ medici
(quorũ ẽ propriũ officiũ inueſtigare medicinas: & facere ut habeãtur ueræ) uituperãdi ſunt:
Nã quomodo poſſunt habere honorẽ ſuæ artis medicæ: ſi cõpoſita medicamẽta: nõ cõpo-
L nãtur ex ueris medicinis? At ſi quædã nõ poſſunt haberi uera ſimplicia: uel ſaltẽ ut ex æquiſ-
pollẽtibus cõpẽſentur. Et nõ ut unusquiſq; ad libitũ ponat, quicquid ad manũ uenit. Enim-
uero medici fugiẽtes laborẽ: cõmittũt ſuũ honorẽ: & uitã hominũ: etiã & ſuã: manibus igno-
M rantiũ aromatariorũ. Qm̃ ut plurimũ aromatarii hodierni ſunt idiotæ: & nec curãt ſtudere:
niſi his: e quibus magis lucrũ accipiũt. in quorũ officinis, libri (præter diurnale cõputorũ, da-
ti & accepti) nõ habẽt locũ. Et quod peius eſt: ſæpius cũ ignorãtia: cohabitat mala cõſciẽtia:
N &c. Sufficit. Intelligẽti pauca. Vnde quia nõ habetur amomũ: loco eius, ſecũdũ Galenũ: Ae-
tium, Paulũ, Serapionẽ, & alios plures: acoro uti debemus. Sed quia etiã caremus uero aco-
O ro: poſſumus uti aſaro: qm̃ (ſaluo meliori iudicio) inuenimus in noſtro Raſi antiquiſſimo
manuſcripto, ꝙ amomum, acorus, & aſarum: ad inuicem mutuantur unum pro alio.

ℂ Confectio de cytoniis bona: &c. XXIX.

P PRæſens cõfectio: & ſequẽs: & alia, quæ habetur in fine tertiæ diſtinctionis: ab
ipſis cytoniis denominationẽ ſumpſerũt. Etiã & oẽs minæ: ſi fiunt cũ ſpecie-
bus: poſſunt largo modo dici cõfectiones de cytoniis. Sed ſciendũ, ꝙ addi-
Q tiones, ſiue aliquæ, ſiue oẽs: quæ ſcribũtur in fine iſtius cõfectionis & ſimiliũ:
nõ ſunt in ipſas cõfectiones apponẽdæ ab aromatariis: niſi de mãdato medi-
ci cognoſcentis infirmi neceſſitatem: &c.

R De cinnamomo: & darſeni: & cinnamo.

SVpra nẽpe in cõfectione de cinamomo: diſputauimus de cinamomo: & darſeni: & cina-
mo: &c. Sed quia in præſenti deſcriptione eſt per impreſſos libros cinamomũ: & poſtea
S infra, in eadẽ deſcriptione legitur darſeni: & utrũq; ſimpliciter: ergo nõ ſunt idẽ: ergo cõtra
dicitur noſtræ ſupraſcriptæ declarationi: quia ſi per cinamomũ: & per darſeni: intelligeretur
unum & idẽ: author nõ poſuiſſet bis, ĩ ipſa deſcriptione: nõ obſtãte ꝙ ſit per uaria uocabula.

Ad quæ

Ad quæ reſpódemus:ꝙ ſi ita eſſet:ut in libris ipreſſis habetur:uere cõtradiceretur nr̃æ decla A
rationi de cinamomo:&c.Sed qa nos poſſumus probare per uiginti:& plura exẽplaria anti
qua,ex his quæ uidimus:oẽs ipreſſiones,in hoc,& multis aliis locis,eſſe mẽdoſas: ideo non
cõtradicitur nr̃æ deſcriptioni.Annotauimus quidẽ ſupra,uidelicet in dicta cõfectione de ci B
namomo:ꝙ qñcunq ambo.ſ.cinamomũ:& darſeni:inueniũtur ſimpliciter poſita in una,&
eadẽ cõpoſitione:ſemper eſt error in ipſa deſcriptione:& ita eſt.Eniuero libri antiqui & cor
recti nõ habent hic ſcriptũ cinamomi:ſed cinami.Et qui nolũt credere:accedãt,uideãt,legãt C
& ipſi:ueritatẽq perſcrutẽtur:&c.Nã in dicta cõfectione de cinamomo declarauimus,ꝙ ali
ud eſt cinamomũ:a cinamo.Lege ibi.Sed bene ſcimus huiuſmodi erroris originẽ:quẽ ad ma
iorẽ ueritatis certitudinẽ,ſuccincte deſcribemus.Siquidẽ(ut alias diximus)conati ſumus ha D
bere apud nos tot libros antiquos manuſcriptos:quos inuenire potuimus.Et nullo labore
aut precio perterriti:nõ ſolũ intra urbẽ:ſed & extra:habito aliquorũ indicio:omni diligẽtia
quæſiuimus:unde quoſdã emimus:quoſdã qui habebãt cõmodauerũt nobis:quoſdã uero E
gratis,amore dei,& eleemoſinæ cauſa,a nonnullis accæpimus.In illis igitur multa perſpici=
mus:quæ in ipreſſionibus ſunt uitiata.Vnde ex dictis libris aliqui hic,& aliis in locis habent
ſcriptũ in lõgum & ſine abbreuiatiõe ſic:Cinnami,uel Cinami.Aliqui autẽ cũ abbreuiatione F
habent quatuor uel quinq primas literas.ſ.cina:uel cinna:& ſuper ultimã ipſarũ,quod eſt.a.
eſt poſitũ.i.ſic cina[i]:uel cinna[i]:taliter,ꝙ quilibet poteſt dictam dictionem abbreuiatã:dupli
ci ſenſu intelligere.ſ.pro cinami:& pro cinamomi.Quapropter nõnulli intelligẽtes pro ci= G
namomi:ignorãtes quid ſit cinamũ:ſcripſerũt,atq impreſſerũt cinamomi.Quo errore plu
rimi allucinati:inuenietes i aliquibus deſcriptionibus(ut hic:& ſimilibus)cinamomi:& dar
ſeni:expoſuerũt darſenũ eſſe cinamomũ groſſum.Quorũ unus Chriſtophorus de honeſtis: H
in poſtillatione huius cõfectionis:i duplicẽ errorẽ delapſus ẽ:& cõtrariũ expreſſe expoſuit.
Primus igitur error ẽ:quia illa dictio cinamomi:quæ debet dici cinnami:per quod quidẽ ſi=
gnificatur cinamomũ groſſum:accæpit pro cinamomo electõ:& darſeni:quod uere eſt cin I
namomũ electũ:expoſuit pro cinamomo groſſo.Secũdus error eſt,ꝙ ubi author petiit unã
drachmã de cinamomo nõ electo:quod eſt cinamũ:& tres de electo:ipſe uero declarauit ap
ponendã eſſe unã de electo:& tres de groſſo.Igitur ſecundũ ueritatẽ:legendũ eſt:cinami i iſta K
deſcriptione:& nõ cinamomi:Quid autẽ ſit cinnamũ:quidue darſenũ:in cõfectione de cin=
namomo prænotata:late traditum eſt:propterea lege ibi.

Cõfectio de cytoniis facta cũ ſucco cytoniorũ:&c. XXX. L

Haec quidẽ cõfectio:quæ fit cũ ſucco cytoniorũ:poteſt cõnumerari iter minas
acetoſas.Quæ ſimiliter(ut oẽs minæ cõficiuntur)poteſt & ipſa cõfici cũ ſpecie M
bus:& ſine ſpeciebus:&c.ut textus declarat.Sed aduerte lector,ꝙ i aliquibus
ipreſſionibus,in præſenti deſcriptione,reperies duos errores.Primus igitur
eſt:ꝙ ubi legitur,piperis lõgi,zinziberis,cinamomi,aũ.ʒ.i.legendũ eſt.℥.i.po N
ſita eſt eni ibi mẽdoſe.℥.pro.ʒ.Secũdus error eſt:ꝙ poſitũ ẽ unũ quinq ſic.v.pro uno ſemis.
Videlicet ubi legitur:gariofilorũ,ligni aloes,aũ.℥.v.lege rectius.aũ.℥.÷.Cauſam aũt huiuſ=
modi erroris lege ſupra, in deſcriptione modi electuarii de citro,ex inuentione noſtra.Ibi O
enim uidebis,quanta cæcitate librarii:immo correctores librorum ducuntur.

Electuarium de pomis:&c. XXXI. P

Vnica regula:ſcilicet in præſenti deſcriptione,plura electuaria reſtrinxit au=
thor:ut in fine ipſius deſcriptionis clare patet:cum legitur:Hoc etiam modo
fit electuarium de pomis acetoſis:& electuarium de pomis paruis:& aroma= Q
ticis:& dulcibus:ſcilicet & electuarium de pomis aromaticis:& electuarium
de pomis dulcibus.

De Pomis,ſeu Malis.

Poma,& mala,idẽ ſunt.Pomorũ autẽ,ſeu malorũ,tã dulciũ,ꝗ acetoſorũ:tã redolentiũ,ꝗ R
odore carentiũ:tã domeſticorũ,ꝗ ſylueſtriũ:plura ſunt genera:ſiue ſpecies,& differẽtiæ.
Super oĩa autẽ laudabiliora ſunt illa:quæ cõmuniter ab Italis uocãtur apia:quia ſunt dome=
ſtica,dulcia,& optime olẽtia.Qm̃ quædã alia ſunt domeſtica,& dulcia:ſed nõ olẽtia:& quæ S
dam etiã ſunt domeſtica,& bene olẽtia.ſed nõ dulcia:& quædã ſunt domeſtica:ſed neq dul
cia,neq olẽtia.Et quædã ſunt dulcia,ſiue redolẽtia:ſed minime domeſtica.Et nota ꝙ quũq

A Eſt nobis neceſſe uti pomis, ſiue dulcibus, ſiue acetoſis, ſiue domeſticis, ſiue ſyluestribus: ſem
Per de magis redolẽtibus debemus accipere: quia meliora ſunt. Exẽpli gratia: quidã indiget
Pomis dulcibus: ſi nõ poteſt inuenire apia: ex aliis ſpeciebus dulcibus: quæ uidentur magis
B olere, ſumere debet. Et ita etiã intelligẽdũ eſt de acetoſis: &c. Et ſi duæ ſpecies pomorũ: æqua-
liter ſecundũ ſuũ propriũ odorẽ olent: illa ſunt eligẽda: quorũ ſapor magis uiget. Verbi gra-
tia: ſi ex dulcibus ſint duæ ſpecies: ſimili bono odore fragrãtes: quæ autẽ ipſorũ ſunt dulcio-
C ra: illa ſunt meliora. Et de acetoſis: quæ ſunt acetoſiora. Et ſic de ſingulis. Similiter poteſt di-
ci de piris: & perſicis: & cæteris fructibus: ex quibus multæ: & uariæ reperiuntur ſpecies. Le-
ge etiam de malis infra, in Diaſiracoſt.

D

ℂ Electuariũ de perſicis: &c. XXXII.

Animaduertendũ quidẽ, ꝙ in hoc electuario nõ intrat cinamomũ ſed cinamũ.
E Quid autẽ ſit cinuamũ: quære in confectione de cinnamomo.

De Perſicis.

PErſicorum quippe (ut in electuario de pomis iã diximus) plura ſunt genera, & ſpecies, &
F differentiæ. In quibus, licet author nõ determinauerit, de qua ſpecie ſint ſumẽda perſica
pro huiuſmodi electuario cõficiendo: quaſi affirmans, ad libitũ, de quocunq; poſſe ſumi: tñ
ſemper eligenda ſunt meliora: & laudabiliora. Præterea, dicit author in hac deſcriptione:
G Exerceas, in eis decoctiones, cum ſyrupo: ſicut diximus in cõfectione de cytoniis. Vbi notan-
dum, ꝙ perſica, cytonia, poma, & ſimilia, quãdo cõficiuntur: ſemper ſunt cõficienda cũ mel-
le, aut zuccharo ſyrupizato. Et ideo cũ dicit, cũ ſyrupo: intellige cũ zuccharo, aut melle ſy-
H rupizato: ſicut diximus in cõfectione de cytoniis: ubi intelligendũ eſt: ꝙ illud mel eſt prius
deſpumandũ: & ad formã ſyrupi reducendũ: & poſtea carnes cytoniorũ, in uino decoctæ,
ſunt in ipſo cõmiſcendæ. Et ſimiliter agendũ eſt cum zuccharo, in iſta cõpoſitione: & ſimili-
I bus. Et hæc ſit regula, pro oĩbus cõſimilibus electuariis, & cõfectionibus: in qbus nõ eſt no-
tatus modus cõficiendi: ut eſt electuariũ de pomis: & ſimilia. Etiã iſtud nõ eſt prætermitten-
dum: ꝙ ubi dicit author, in hac deſcriptione: Terantur perſica ſicut medulla: intelligitur, ꝙ
k perſica ſint cõterenda cõtritione ultima: quia ob ſuam aliqualem immaturationem: quam
ipſa perſica debent, ex authoris præcepto, habere: ſunt tenacia: & dura. Et hac de cauſa (ut
cõiectamus) uult ut bene terantur: ne aliquæ ipſorum particulæ integræ, granulorum mo-
L do remaneant: quæ poſſent ſenſui uiſus, uel guſtus recipientis, aliquod præbere faſtidium.
Vel etiam poteſt eſſe, ꝙ multa ipſorum contritio, acquirat eis aliquam proprietatem bonã:
& huic electuario cõpetentem, & neceſſariam. Forſan ut facilius digerantur: &c. Et ideo po-
M ſuit ſicut medullas: quia medulla eſt æqualiter in ſua pulpa pertractabilis. Quæ licet ſit palpa-
bilis: poteſt tamen dici ſine tactu: quoniam cõprimendo ipſam: nihil remanet inter digitos.
Et qualis eſt iſta: talis quidem debet eſſe perſicorum pulpa: poſt ſuam cõtritionem: &c.
N

ℂ Electuarium quo utuntur reges, & delicati: &c. XXXIII.

ℂ Electuarium ſecundum quo utuntur reges, &c. XXXIIII.

O In prima nempe iſtarũ deſcriptionũ, cõmuniter per modernos, & exenſos li-
bros, ſunt duo errores. Vnus uidelicet ubi legitur. Olei roſati amygdalæ recẽ-
tis: & dulcis: &c. Nuſq̃ legimus apud authores fieri oleũ roſaceũ admiſcendũ
P electuariis: & cõfectionibus: ex oleo amygdalino. Licet quis poſſet illud pa-
rare, ad aliquorũ laſciuiã: ſicut pigmẽtarii hodierni (uulgo dicti profumerii)
faciunt: ex uariis florũ generibus: tamen prædicta olea, non recipiuntur ad medicinæ uſus.
Q Enĩuero in nullo antiquorũ uoluminũ, eſt ita deſcriptũ. Sed oĩa habent ſimpliciter. olei amy-
gdalæ recẽtis, & dulcis: & ita uerius: deleatur igitur illud roſati. Alius error eſt, in titulo ipſi-
us: uidelicet ubi legitur. Reges, & prælati. In antiquis autẽ exemplaribus, non Reges & præ-
R lati: ſed Reges, & delicati habetur ſcriptum. Et ſic melius nobis uidetur. Quid facit prælatio
ad corporis diſpoſitionẽ? Multi quidẽ ſunt ad tẽpus prælati: ergo dũ funguntur prælationis
officio, cõceditur eis talis electuarii uſus: ſed poſtq̃ amoti fuerint: interdicetur eis: quia ſi nõ
S ſunt prælati: nõ poſſunt eo uti. Res etenim riſu digna. Igitur: reges & delicati rectius legen-
dum eſt. In ſecundo autem electuario: quod eſt eiuſdem tituli: licet dicat author: ꝙ ualet ſi-
cut primũ: tñ eſt minoris efficaciæ: & uirtutis. Neutrũ quippe nr̃is tẽporibus parari uidimus.

¶ Electuarium de fructibus:&c. XXXV. A

AVthor enim in præſenti deſcriptione:ut patet in exordio ipſius : principaliter
intendit reſtringere:& ſedare fluxum uentris:& ideo cōpoſuit hoc electuariū B
ex rebus ſtipticis,& cōfortatiuis. Cum autem legitur hic:pirorum pōticorum
nō intelligitur de Pōto:ſed immaturorum:& adſtringentis ſaporis:& malorū
acidorum.i.acetoſorum. Et nota,ꝙ omnes fructus huiuſmodi cōpoſitionum C
debent eſſe immaturi:nō tamen multum:ſed medium habeant,inter acerbitatem,& matu-
ritatē : quia nō ſolum habent ſtipticare:ſed etiā & cōfortare. Quodquidem probari poteſt
per plures deſcriptiones ipſius authoris. Et præcipue per electuarium de perſicis: ubi dicit. D
Accipe carnium perſicorum mediocrium inter maturitatem,& acerbitatem:&c. Et per ele-
ctuarium de ſorbis:ubi ait. Accipe carnium ſorborum immaturorum:uicinorum maturita
ti:&c. quis barbare legatur ſorbarum. Quoniam ſi fructus ſunt ualde acerbi:nō multum cō E
fortant. Et ſi ſunt ualde maturi habent paruam:aut nullam ſtipticitatem:de quo eſt maxime
curandum. Præterea eſt notandum,ꝙ nōnulli errant in conficiendo hoc electuarium: quia
accipiunt acetum infuſionis ſumach: & ſuccum acreſtæ: æquali pōdere,uel menſura:& inſi- F
mul in ipſis elixant ipſos fructus. Tamen de intentione authoris aliter ſe habet litera. Non
enim legitur: Accipe carnium cytoniorum: &c. quorum ſingulum elixatum fuerit in aceto
uini forti:in quo infuſum fuerit ſumach die ac nocte: & ſucco acreſtæ &c. ſed dicit:& ſucci G
acreſtæ:qui genitiuus.ſ.ſucci:copulatur genitiuis præfatorum fructuum: & cum illis in pri
mo ana includitur. Modus autem conficiendi præſens electuarium talis eſt. Accipe acetum
uini forte:& infunde in ipſum ſumach,per diem & noctem: poſtea in tali aceto elixa unum- H
quemq; prædictorum fructuum per ſe:& etiam in dicto aceto elixa ſorba per ſe. Poſt omni-
um autem, & ſingulorū elixationem:accipe ſucci acreſtæ,& carniū,ſeu pulparum ſingulo-
rum fructuum(demptis ſorbis)ana libram unam. Sorborum autem carnium.℥.v. zuccha- I
ri.lib.iiii. Liquefac zuccharum in dicta ſucci acreſtæ libra:& duc ad ignem : & poſt primam
bullitionem,appone carnes ſorborum,& aliorum fructuum: & cum mellis ſpiſſitudinē ha-
buerit, adde ſucci berberis.℥.ii.& dimitte ad ignem,uſq; ad eius cōſumptionem:quo cōſum K
pto,remoue ab igne:& ſuperadde puluerum ſpodii , & acetoſæ:ana.℥.i.& recondein uaſe
uitreo:& utere. Itē poteſt fieri hoc modo. Vniatur ſuccus berberis ſucco acreſtæ, & ī utroq;
ſimul miſto liquefiat zuccharum. Et iuxta noſtrum iudicium erit preſtantius:quia in maio- L
ri qtitate ſuccorum,citius,& melius,liqueſcit zuccharum. Et nō erit neceſſe, poſt primam
ad mellis ſpiſſitudinem coctionem,amplius in igne permanere. Cætera fiant ut dictum eſt,
Etiam nota,ꝙ ubi dicit:Succi acreſtæ,ſuper cuius trituratione elaborandum eſt,uſq; ad con M
ſumptionem ultimam granorum: intelligitur,ꝙ debemus tam diu cōtundere acreſtam: do
nec granula ipſius interiora,ſint ultimate contuſa: quia author etiam intendit tribuere huic
electuario uirtutē ſtipticā:quā ipſa granula habēt. Cæterū,de infuſione ſumach,& quæ qtitas N
ſit ponēda,qre i cōfectione de mezereō:ubi ponitur generalis regula infundēdi medicinas.

¶ Cōfectio alia Galeni:& eſt cōfectio de acetoſis:&c. XXXVI. O

COntendunt aliqui,& uolunt nō eſſe Galeni præſentē cōfectionem:ob id quia
ſandalos,& camphorā recipit. Sed de hoc ſatis diximus,in electuario de aro- P
matibus. Vnde uel ſit,uel nō ſit ipſius Galeni,parū facit:dūmodo ſit ipſa opti-
ma cōfectio. Dicit author,ꝙ eſt confectio de acetoſis,ſupple confectionibus.
Quaſi dicat. Hæc eſt una ex cōfectionibus acetoſis:quia cōficitur cū rob aceto Q
ſitatis citri,uel rob acreſtæ:&c. Notandū autē,ꝙ per multas impreſſiones,in præſenti deſcri
ptione, deſunt quatuor ſimplicia: uidelicet ſemen melonis: & ſemen acetoſæ,cū ſuo pōde-
re.ſ.ʒ.iiii.& ſemen portulacæ,& bugloſſæ ſemen,cū ſuis pōderibus.ſ.añ.ʒ.iii÷. In antidota- R
rio a nobis emendato,oīa locis ſuis locata,& ſuis ueris ponderibus reſtituta,reperies:quia
multoties aliqua , q̄ i paucis libris,puta in una īpreſſione,uel duabus,aut i uno,uel duobus,
uel tribus libris e manu:ſunt errata:dimittimus:& illa tantū notamus:quæ in libris,pro ma- S
iori parte,habētur minus correcta. In ipſo autē antidotario,oīa erunt ad amuſſim caſtigata:
& diligēti ſtudio pſcrutata:ac a peritiſſimis uiris examinata,& approbata:propterea q̄re ibi.

A De Cubebis.

PLurimos nēpe authores,pro cubebis declarandis, percucurrimus. Etenim legēdo tot
uarias opiniones:mēs quæ quieſcere deſiderat:in maioribus perplexitatibus,& dubiis,
B irretiri uidetur.Antonius muſa Braſaulus autē nō parum laborauit ſuper hoc:finaliter nec
ipſe nobis ad plenum ſatiſfecit.Nos uero ſine dubio dicimus,ꝙ ueris caremus cubebis:& p̄
ſertim ſi uolumus plateario credere.Nam ipſe ait,eligenda eſt,quæ acutū habet ſaporē,cum
C multa aromaticitate.iſtæ autē cubebæ,quibus cōmuniter pharmacopolæ utuntur, nō ſolū
nō habēt acutum ſaporem:ſed cum quadā pauca amaritudine inſipidæ ſunt,& nullam præ
bent aromaticitatem.Præterea,Pandectarius capitulo de kubebis,ſcribit authoritate Plinii;
D tres cubebarum ſpecies:uidelicet duas priores ſyluestres , quarum prima cōcordat deſcri-
ptioni Platearii,quaſi ad literam.In ipſa autem atteſtatione pādectarii nō ſignatur locus:ubi
Plinius hoc dicat.Nos autem nuſꝗ in Plinio ualuimus talem clauſulam inuenire. Vnde ali-
E quando dubitauimus uolumen pandectarii,uitio librariorū(ut ſæpe fit)in hoc eſſe deprauа-
tum:& Platearius,nō Plinius eſſe legendū.Sed reuera,hoc eſſe nō poteſt:quia in pandecta-
rio notantur tres ſpecies:& Platearius de una tantum loquitur.Si autē hæc Pandectarii de-
F ſcriptio fuiſſet uera;uere apud nos duæ cubebarū ſpecies inuenirentur.Videlicet prima:&
ultima:quia ultima quæ pro domeſtica ſcribitur:haud dubie eſſet iſta ſpecies cubebarū:qua
cōmuniter utūtur aromatarii.Et prima,cuius grana ſunt minora:& ſicut piper acuta:adhuc
G i noſtra officina habetur:& poſſumus oibus oſtēdere.Quas cubebas:& pro cubebis a quo-
dam mercatore ueneto habuimus.Veruntamen ſi ſunt Platearii cubebæ:neſcimus.Nobis
autem uidentur eſſe meliores his:quæ in officinis cōmuniter habentur.Libēter enim huius
H rei ueritatem ediſceremus.Cæterum,multi decipiuntur:credentes,myrtum agreſtē,eſſe cu-
bebas:inter quos Simō Ianuenſis,pandectarius,& Luminare maius:qui bonus uir in confe-
ctione anacardina,multa cōfundit:uolens,ꝙ myrtus alba,myrtus agreſtis(quæ alter bru-
I ſcus,& ruſcus,ſiue ruſcum dicitur)cubebe,burungi,abrungi,& alia plura:ſint unum,& idē.
Etenim myrtus alba,nō eſt myrtus agreſtis:qm Dioſcorides facit cap̄.de myrto ſatiua alba,
& nigra:& cap̄.ſeparati de ruſco.ſ.de myrto agreſti.Et ꝙ myrtus agreſtis nō ſit abrugi.pro-
K batur per Serapionē:qui facit cap̄.de myrto agreſti ſub titulo de cubebis:& per ſe,facit cap̄.
de abrugi:&c.Cubeba autē apud græcos,carpeſiū uocatur.Et hoc clarius in hiera piera Ga-
leni oſtendemus.Vnde miramur de fatuitate quorundā iſtorū iunioꝝ:qui conantur pro-
L bare myrtū ſylueſtrē,ſiue agreſtē:eſſe carpeſiū.ſ.cubebas.Nam carpeſiū eſt ſemen ualde odo
ratum,ſine nucleo oſſeo:& ita uirtuoſum:ꝙ(ut in cōfectione de cinnamomo iam diximus)
pro cinamomo ponitur in medicinis.Semen autē ruſci.ſ.myrti ſylueſtris;cum recens fran-
M gis:fœtere nō parum perſentis.Et alia plura ſunt:ex quibus probatur,myrtū agreſtē nō eſſe
carpeſiū:pro quo,lege Hermolaū in corollario de myrto ſylueſtri.Lege & Ruellium in primo
& tertio de natura ſtirpiū:ubi & aſſerit:ab Actuario doctore græco,barbaro utente uocabu
N lo,cubebas:uel cōbebas ſcribi.Quod autē,quia capitulū Serapionis de myrto agreſti,intitu
latur de cubebis:hoc a malo interprete eſſe factū:haud,qui rectū iudiciū habuerit,negabit.
Siquidē nō de cubebis:ſed de myrto agreſti:uel de ruſco,ſiue(ut mauis)de bruſco intitulā-
O dum erat.Etiā quæ in calce ipſius capituli leguntur:uidelicet.Ego poſtꝗ aggregaui:&c.non
Serapionis:ſed ipſius interpretis iudicantur eſſe uerba:illi capitulo addita. Qui interpres.ſ.
Simō Ianuēſis,etiā in ſua claui,in litera.Kubebe:eadē uerba ad literā(falſo tñ cū authoritate
P Serapionis)poſuit.Errāt etiā magnopere q pro cubebis,ſemē uiticis.ſ.agnicaſti accipiūt.Dif
fert.n.uitex a carpeſio:&c. De Fauſel.

Q FAuſel,ſiue fuſel ſecūdū Serapionē,& Auicēnā,eſt fructus ſimilis nuci muſcatæ:& eſt pro-
prie auellana indica:quæ habet uirtutes & proprietates ſandali rubei:uñ Raſis i.3.ad Al
manſorē etiā dicit;fauſel.i.auellana īdica.Sed quia āplius nō exportatur de ipſo fauſel:autho
ritate præfatorum authorum:loco eius:poſſumus uti ſandalo rubro.

R ℭ Confectio de prunis:&c. XXXVII.

S REperitur nēpe per oēs impreſſiones,& in præſenti deſcriptione error:uidelicet,ubi legitur.Zucchari albi.lib.i.aquæ uiolarū lib.ii.&c.Eteni antiqua exēplaria ſuper hoc:nō uniformiter ſe habēt.in nullo tñ eſt aquæ uiolarū lib.ii.ſicut impreſſiones habēt.Vnde ſciendū,ꝙ dictorū exēplariorū,quædā habēt ſic:uidelicet zucchari albi lib.i. uel.ii. Hic ſine aq.uiolarū ſeqtur:cōfice:&c.

Quædam

Quædam autem abſolute ſic:zucchari albi.lib.ii.Decoque:&c.Et quædam : zucchari albi. A
lib.ii.aquæ uiolarũ lib.i.Et quædam:zucchari albi.lib.i.alias.ii. aquæ uiolarũ. lib.i. Et quæ-
dam zucchari albi.lib.ii.aquæ mellis.lib.i.Et quædam zucchari albi.lib.i.aquæ uiolarũ lib.i.
Et quædã : zucchari albi lib.i.aquæ mellis.lib.i. Et quædã:zucchari albi lib.ii÷.aquæ uiola- B
rum lib.i.ita ꝙ in quálibet iſtarum uarietatũ,ſunt tres,uel quatuor,uel quinq; , aut ſex libri,
qui conueniunt:cõcordantes ſe ad inuicẽ.Nam certum eſt:ꝙ lib.i.zucchari:eſt parua quã-
titas:ad duas libras carnium prunorum.Vnde cõiectauimus rectius ſtare ſecundum illa exẽ Ç
plaria quæ habent.Zucchari lib.ii÷.Sed quia in exordio ipſius deſcriptionis legitur:ꝙ hæc
confectio ſoluit naturã:ideo hoc potentius faciet:ſi addatur ipſi cõfectioni lib.i.aquæ uio-
larum:ꝗ ſi ſine ipſa cõficiatur.Sed nota ꝙ pro aqua uiolarum.intelligitur infuſio uiolarum. D
Aqua mellis autem non ita cõuenit.Vnde ſaluo meliori iudicio:decreuimus legi.Zucchari
albi.lib.ii÷.aquæ(ſupple infuſionis)uiolarum.lib.i.

De Prunis. E

PRunorum nempe ſecundũ Dioſcoridẽ,damaſcena ſunt laudabiliora: & præſtãtiora. Et
omnes fere authores cõcordant cum eo:præter Auicennam qui magis laudat armena.
Author enim noſter capitulo proprio,utraq; cõmendat:ſed anteponit damaſcena. Et quia F
ipſe erat Damaſcenus:in præſenti deſcriptione noluit ſcribere : accipe pruna damaſcena.
Qm̃ exiſtens Damaſci: ipſa pruna ualde ſatis erãt nota oibus hominibus dictæ ciuitatis.Sed
quia in partibus Damaſci, ſicut & i partibus noſtris,uariæ ſunt prunorum ſpecies:ideo po- G
ſuit nigrorum,ad differentiã alborũ:ſcripſit oblõgorum,ad differentiã rotundorũ:& muzo
rum,ad differentiã acerborũ,& maturorũ:quia muzum dicitur omne illud quod eſt mediũ,
inter acerbum:& maturũ:& inter dulce:& acre.Lege etiam de hoc,in Diaſiracoſt:ubi de po H
mis agitur.Pruna autẽ,quæ apud nos uocantur Damaſcena:habent omnes conditiones:&
notas ab authore deſcriptas.Illa ergo ſunt accipiẽda pro tali,uel ſimili compoſitione.Præ-
terea,ad maiorem declarationem,ꝙ debent eſſe pruna Damaſcena.Nicolaus in ſuo Diapru I
nia ſpecificauit de Damaſcenis:ergo illa ſũt accipiẽda.in quorũ defectu: ex aliis melioribus
aliorũ generũ,ſupplẽdũ ẽ.

❡ Electuariũ de ſorbis:&c. XXXVIII. K

SVnt etenim & in præſenti deſcriptione,aliqua mẽda.Primũ uidelicet:ubi le-
gitur:In aqua:in qua roſæ prius decoctæ fuerint:& corticũ granatorũ:rectius L
nempe legendũ eſt:& cortices granatorũ.Hoc eni mendũ cõfundit ſentẽtiã;
qm̃ aliquis nouus & imperitus poteſt intelligere ſecundũ talẽ literã,ꝙ debe-
mus accipere carniũ ſorborũ(nõ ſorbarũ) ſimul & corticũ granatorũ tres li- M
bras(nõ quatuor)quod quidẽ falſum eſt,& male intellectũ.Et ex hoc error patet: quia non
poteſt quis ſcire,ꝗtum de uno:& ꝗtum de altero eſt ſumendum:uidelicet ſi æquali põdere:
uel plus de uno:ꝗ de altero:&c.Nam ſi poſt illã dictionẽ granatorũ eſſet ana : fuiſſet tantũ- N
modo error cõtra authoris intentionẽ:& lectio eſſet clara. Et quilibet de ſingulo acciperet
tres libras: ꝗuis male. Sed uerus textus(ut in exẽplaribus antiquis habetur)talis eſt.Accipe
carniũ ſorborũ,imaturorũ,uicinorũ maturitati:& elixatorũ in aqua:in qua roſæ prius deco O
ctæ fuerint,& cortices granatorũ:&c.Et eſt intelligendũ,ꝙ in aqua decoctionis corticũ gra
natorũ:& roſarũ:ſunt elixãda ſorba.Quãtitas autẽ corticũ granatorũ:& roſarũ(quia hic nõ
ſpecificatur)debet eſſe cũ oĩ diſcretione:ut nõ ſit nimis ſuperflua:neq; tã parua:ꝙ uirtus ele P
ctuarii debilitetur.De qua re hic:& in ſimilibus ſemp eſt curandũ. Aliud mendũ eſt ubi poſt
cortices granatorum ſequitur lib.iiii. rectius autẽ lib.iii. ut eſt in cunctis exẽplaribus corre-
ctis.Et ſic eſt ſecundũ ueritatẽ. Q

De Sorbis.

SOrba nãq; uulgaris notitiæ ſunt:plus,ꝗ ut declarari debeant.Sed miramur unũ tãta libro-
rum deturpatio,ſeu deprauatio:ꝙ ſcribatur barbare ſorba,bæ:& ſorbæ,ſorbarũ:per ſor
bum,bi:& ſorba ſorborũ.Nã apud oẽs grãmaticos:& linguæ latinæ peritos: nõ niſi neutro R
genere legimus.Vñ Plinius li.23.Siſtunt aluũ ſorba ſicca : nã recẽtia ſtomacho,& aluo citæ
proſunt.Martialis.Sorba ſumus molles nimiũ durantia uentres.Palladius.Sorba ſuos par-
tus merito maioris honeſtãt.Columella.Sorba manu lecta i urceolos picatos adiicito : &c. S
Arbor ipſius autem hæc ſorbus,bi,dicitur.

A **INCIPIT SECVNDA PARS DISTINCTIONIS PRIMAE:**
quæ eſt de antidotis amaris, magnis.

B ℭ Theriaca Diateſſaron: &c. XXXIX.

Q Vid proprie ſignificet theriaca: & quare hæc cõpoſitio uocetur theriaca: alias
C deo concedente declarabimus. Cognominatur autem præſens compoſitio
diateſſaron: ideſt de quatuor rebus. Teſſara enim græce, latine quatuor ligni-
ficar. Nam mei non connumeratur inter res couficiendas: quoniam mel, zuc
D charum, rob, & ſimilia non conficiuntur: ſed ſunt res, per quas: & in quibus
cætera cõfici poſſunt: & ſic de quatuor rebus: abſq; melle intelligitur. Parua etenim eſt hæc
compoſitio: ſed magnas habet uirtutes: ut in ſui exordio patet.

E De Gentiana.

CVm abſolute legitur gentiana: de radice ſemper intelligitur. Gentianæ radix autẽ, aro-
matariis notior eſt: q̃ ipſius planta: quoniam ipſi non colligunt herbas. Folia nuci iu-
F glandi, ſiue (ut mauis) plantagini proxima habet: &c. omnia ut Dioſcorides ſcribit. Sed ſciẽ-
dum, ꝙ ipſe Dioſcorides nihil de eius odore tetigit: unde plures allucinati ſunt, ſcribentes
gentianam nullum habere odorem: quod eſt falſum: quoniã gentianæ radix eſt ualde odo-
G rata: ſed cum eſt recens, ita parum ſentitur eius odor: ꝙ non bene exercitatis, inodora uidea-
tur. Sicca autem optimum, & non paruum ſpirat odorem: ut quilibet experiri poteſt. For-
ſan iſti qui negant gentianam eſſe odoratam: recentem & non ſiccã odorarunt. Nam in re-
H ueritate plura ſunt: quæ recentia minimum, aut nullum ſpirant odorem: ſed cum ſiccan-
tur, deocculrant odorem ſuum: quapropter, uide in pillulis de rheubarbaro.

I ℭ Triphera Saracenica magna: &c. XL.

TRiphera, uel trifera, ab aliquibus interpretatur delicata. i. plena deliciis: ſeu
K deliciis aſſueta: quia reddit hominem lætum: tenerum, ac hilarem tã q̃ ado-
leſcentem. A nõnullis uero interpretatur iuuenilis: ſiue iuueneſcere faciẽs,
ut teſtatur Nicolaus ĩ ſua triphera ſaracenica. Vtraq; interpretatio cõuenit.
L Quãobrẽ Auicẽna quarto cañ. fen. 7. tract. primo, capitulo. 16. de eis quæ
canitiẽ tardant: dicit, ſpecialiter eſſe tripheras factas ex myrobalanis: &c. Et ideo ad ea, quæ
faciunt ad prolõgationem uitæ: ingrediuntur tripheræ. Dicitur autẽ ſaracenica: quia a ſara
M cenis primũ excogitata fuit. In oĩbus quidẽ tripheris, tam anthoris nr̃i, q̃ aliorũ, recipiuntur
myrobalani: tanq̃ baſis, & fundamentũ totius cõpoſiti: quia ad effectũ huiuſmodi tripheræ
cõſequendum: ſunt magis cõuenientes myrobalani: q̃ aliæ res. Quod patet per dictũ Auicẽ-
N nam: ubi ſupra: qui ait. Maſticatio quotidiana myrobalanorũ kebulorũ: &c. tardat canitiẽ: &
forraſſe cõſeruabit adoleſcentiã: uſq; ad finẽ uitæ. Hæc ille. Et nota, ꝙ tripheræ ſunt ſumen-
dæ ieiuno ſtomacho: quod etiã, ubi ſupra: probat ipſe Auicẽna dicẽs: Amator adoleſcẽtiæ:
O ſumat ex huiuſmodi cõfectionibus adoleſcentiã facientibus, anno integro: ſuper quas, ex-
pectet uſq; ad meridiẽ: deinde comedat cibũ. Et hoc totum notatũ habeas pro omnibus tri-
pheris, & ſimilibus cõfectionibus. Sed aduerte, ꝙ hanc cõpoſitionem nõ intrat cinamomũ:
P ſed cinnamũ. Falſo etenim per impreſſiones legitur in hac deſcriptione: cinnamomum: ut
per exẽplaria cuncta probatur: quæ cinnamũ habent: Quid autẽ ſit cinnamũ: iã dictũ ẽ ſupra.

De Myrobalanis.

Q MVltum fuerat cõueniens facere declarationẽ de myrobalanis: in aliqua iſtarũ triphera-
rum: ſed melius uiſum eſt nobis fieri in cõfectione Hamech ſecunda: propter aliquam
cauſam, inibi neceſſario declarandam: propterea quære ibi.

R De Spica.

ANimaduertendum quippe, ꝙ in multis libris, & præcipue impreſſis, in præſenti deſcri-
ptione: bis eſt poſitum ſpicæ. Luminare maius quidem animaduertit errorem: ſed ſcri-
S pſit: ꝙ aliqui intelligũt unam, pro ſpica nardi indicæ: alteram uero, pro ſpica nardi celticæ:
& ꝙ ambæ debent ingredi compoſitionem iſtam. Si autem utraq; eſt ſimpliciter, & abſolute
deſcripta: quare potius prima accipienda eſt, pro nardo indica: q̃ ſecunda? Et ſi ſpica indica

eſt nobilior:

eſt, nobilior & melior celtica: quare minus eſt ſumendum de ſpica indica: q̃ de celtica? Non A
enim ſunt ponderatæ, uno met pondere. Etenim uolũt, ꝙ prima intelligatur pro indica: &
ſecunda pro celtica. Sed reuera eſt error in textu: quia in libris antiquis, non eſt, niſi ſemel:
uidelicet: in primo ana: immediate poſt ſolium. Certe author male, & confuſe ſcripſiſſet am B
bo ſine cognomine. Caſſetur igitur ſecunda deſcriptio ſpicæ: & pro prima, intelligatur ſpi-
ca nardi indicæ. De ſpica autem, lege in Diamuſco dulci.

De Seitaragi. C

NOn enim poſſumus, tot uarias doctorum opiniones, hic de ſeitaragi neceſſario declarã
das: breuibus reſtringere uerbis. Ideo parcendum eſt noſtræ prolixitati: Non ſit uobis D
cauſa tedii, uel ſaltem ſemel legere: quod nobis fuit non paruus labor: & colligere: & deſcri
bere. Igitur pro declaratione eius: quia non eſt uocabulum græcum: neq; latinum: ſed ara-
bicum: neceſſe eſt ab Arabibus icipere. Quid ergo dicit Serapio de ſeitaragi? Inquit enĩ. Sei- E
taragi. i. Hauſab. Et ſequitur authoritate Galeni. Virtus eius: & ſapor, & odor, ſũt ſimilia uir-
tuti, ſapori, & odori naſturtii: niſi quia eſt minus deſiccatiuum ipſo: & calefacit in quarto gra
du. Galenus autem, ſeptimo de ſimplicium medicamentorum facultatibus. ſub nomine le- F
pidii: eiſdem fere uerbis: Lepidium (inquit) ex quarto eſt ordine excalſacientium: ſimile na-
ſturtio: tum odore, tum guſtu, tum uiribus, ſed minus eo deſiccat. Deinde ipſe Serapio, au-
thoritate Dioſcoridis, quaſi ad literam dicit omnia: quæ Dioſcorides de lepidio: excepto, ꝙ G
Dioſcorides tradit in principio: lepidium a nonnullis gingidium uocari. Ergo clare conſtat
ſeitaragi eſſe lepidium. Paulus Aegineta autem, libro tertio cap. 77. quod eſt de iſchiade: ſci
licet, de coxarum morbis: dum loquitur de iberide: ait: Quam nõnulli lepidium: alii uero a- H
griocardamum: ſcilicet ſylueſtre cardamum, appellant. Quæ uero apud nos naſcitur: fruti-
coſa eſt: folia lauri comparia: & longe maiora poſſidens: &c. Et iſdem Paulus, libro ſeptimo
ſcribit: lepidium, quam & iberidam nũcupant: & reliqua omnia ſicut Galenus poſuit. Ex q- I
bus colligitur idem eſſe: ſeitaragi, hauſab, lepidium, gingidium, iberis, ſiue iberida: & agrio-
cardamum. Quod quidem eſſe falſum mox oſtendemus. Præterea, Auicenna ſecundo can.
cap. de ſeitaragi dicit. Ille, qui eſt indus: eſt fruſta ligni, parua, ſubtilia: & cortices, ſicut corti- K
ces gariofili. Et inde ſequitur. Et ille, qui eſt fructus: declinat ad rubedinem: & nigredinẽ: &c.
Quæ quidem Auicennæ deſcriptio: uſq; ad hunc locum: non conuenit cum ullo authorũ,
tam græcorum, q̃ latinorum, q̃ etiam arabum. Et ſubſequitur. Et alſeitaragi quidem, oritur i L
parietibus antiquis: & ubi non ningit: (quod uerius debet dici: ut correxit Andreas Bellunẽ
ſis: ubi nõ foditur: neq; aratur) & habet folia, ſicut ſunt folia naſturtii: &c. Et infra dicit. Et eſt
ſicut naſturtium: cuius ſapor, & odor, ſimilantur cordumeni (ubi rectius putamus eſſe legen M
dum cardaminæ: per quam herbam: naſturtium aquaticũ ſignificatur) Et folia eius ſunt ipſi
ſimilia (uel ſecundum Bellunenſem: uirtus eius eſt ipſi ſimilis) Et eſt calidus, & ſiccus, in fine
ſecundi. Hæc Auicenna. Qui autem bene conſiderabit capitulum ipſius Auicennæ, de ſeita- N
ragi: licet confuſe loquatur: inueniet, ꝙ ipſe non loquitur tantum de una ſola ſpecie: ſed plu
res differentes: immo plura genera, ſub hoc nomine tangit. Primum igitur ſeitaragi: ſiue pri
mus (ut ipſe ſcribit) quem ipſe cognominat indũ: nõ eſt herba: ut patet in litera: ſed eſt quæ- O
dam ſpecies caſiæ ligneæ. Quod quidem teſtatur dictus Andreas Bellunenſis in ſua interpre
tatione arabicorum nominum: ac etiam in quinto can. ipſius Auicennæ, in pluribus confe-
ctionibus, & electuariis: ubi legebatur caſiæ: uel caſiæ indæ: ipſe Andreas reſcripſit: ſytragi: P
uel ſytragi indi: quia ſic fatetur eſſe in arabicis exẽplaribus. Etiã patet, quia in pluribus cõfe-
ctionibus & electuariis filii Serapionis: in quibus legitur ſeitaragi: ſeu ſeitaragi indi: in eiſdẽ
Auicenna loco eius habet caſiæ, ſeu caſiæ indæ. Vt in electuario Alfangius: & aliis pluribus. Q
In nõnullis etiã cõfectionibus ipſius Auicẽnæ legitur caſiæ: quæ loca dictus Andreas non p-
mutauit: quĩ in illis locis nõ intelligitur ſeitaragi indus: ſed eſt alia caſiæ ſpecies. Et confirma-
tur etiã per Raſim in tertio ad Almanſorẽ: qui ait. Seraragi: ſeu ſetarach. i. caſſia. Etiã aduerte, R
ꝙ in quibuſdã cõpoſitionibus Auicẽnæ: & aliorũ: legitur Caſiæ perſicæ: & idẽ eſt quod ſeita-
ragi perſicũ: quoniam reperitur & ſeitaragi perſicum: ut in quinto breuiarii filii Serapionis:
capitulo tertio de baras: & aliis in locis habetur. Sed nota, ꝙ ſeitaragi, ſiue ſytragi, ſiue ſetra- S
gi, ſiue ſitarag, ſiue ſitaregi, & ſimilia: idem ſignificant: nihil refert quomodocunque ſcri-
batur. Errore quidem librariorum: & imperitia peregrinarum linguarum: multoties,

A uera uocabula uirlantur: ut patuit ſupra,in declaratione ſandali machazari. Etiam de hoc
ſeitaragi indico loquutus eſt Haii Abbas ſecundo practicæ capituio.42.quod eſt de
medicamiuibus quæ ſunt ligna:numero uidelicet.370.ubi dixit.Sitaregũ melius indicum:
B &c.ſecundum ſeitaragi autem quod ſcribit ipſe Auicẽna:eſt ſpecies cuiuſdã fructus:unde di
cit.Et ille qui eſt fructus:&c.Et de hoc.2.præter ipſum ex tot authoribus: nõ inuenimus ad
huc,aliquem loquentem.Deinde ſequitur de tertio, dicens. Et alſeitaragi quidem oritur in
C parietibus antiquis:& ubi nõ foditur: neq; aratur:&c.Quaſi dicat:& ex ſeitaragi quidem eſt:
qui oritur in parietibus:&c.Cuius deſcriptio cõuenit deſcriptioni Dioſcoridis,de iberide:
quæ eſt in primo libro:penultimo cap.Et deſcriptioni Plinii,de iberida.lib.25.cap.8.Et de
D ſcriptioni Pauli,de iberida:libro & cap.ſupradictis. Et deſcriptioni Aetii Amideni,de iberi-
de:ſiue cardamina cap.194.tertii libri:&cap.2.libri,ſiue ſermonis duodecimi.Etiã & deſcri
ptioni Vincẽtii Beluacenſis cap.88.libri decimi ſpeculi naturalis: necnõ & deſcriptionibus
E Simonis Ianuenſis:& pãdectarii,de iberida;&c.Et eadẽ deſcriptio,tertii ſeitaragi Auicennæ;
cõuenit etiã deſcriptionibus Galeni:& Pauli,de lepidio:& deſcriptioni Serapionis, de ſeita
ragi authoritate Galeni.Et deſcriptioni Pandectarii,de lepidio authoritate eiuſdem Galeni.
F Dioſcorides autẽ cap.de iberida,aſſerit eam uocari etiã cardamanticã. Ergo replicãdo quæ
ſupra memorauimus: clare idem uidentur eſſe:ſeitaragi,hauſab,lepidiũ,gingidium,iberida
agriocardamũ,cardamantica, & cardamina.Quod ſi nõ eſſent idem,eadẽ deſcriptio nõ cõ-
G ueniret oibus.Vt exẽpli gratia.Si ſeitaragi cõuenit deſcriptionibus præfatorũ authorum de
lepidio:& iberida:ergo illud idẽ:quod eſt ſeitaragi:eſt lepidiũ:& iberida.Et quod eſt lepidiũ:
idem eſt iberida:& ſeitaragi.Et ſic de ſingulis.Vbi ſciendũ,ꝙ ualde decipiũtur:qui ſimplici-
H ter credunt idem eſſe iberidam,lepidium,gingidium,ſeitaragi:&c.Cum ſit ꝙ poteſt probari
contrariũ.per Dioſcoridẽ,Plinium,& reliquos authores:qui diuerſa de ipſis capitula faciũt;
ſcilicet de lepidio,de iberida,de gĩgidio:&c.Præterea:deſcriptio Serapionis,de ſeitaragi au
I thoritate Dioſcoridis cõuenit(ut ſupra dictum eſt)deſcriptioni ipſius Dioſcoridis; de lepi-
dio:& in aliquibus conuenit deſcriptioni Plinii de eodem,ſcilicet lepidio.lib.19.cap.8.Et
deſcriptioni pandectarii ſimiliter de eodem: authoritate Stephani. Sed non conuenit cum
k dictis Auicennæ deſcriptionibus: excepto, ꝙ quædam operationes deſcriptæ in Sera-
pione:& eædem in Dioſcoride: conueniunt cum quibuſdam operationibus ipſius Aui-
cennæ:circa finem præfati cap.de ſeitaragi:licet ipſæ uirtutes, & proprietates in Auicenna
L deſcriptæ:poſſint etiã inueniri,in illis ſpeciebus ſeitaragi,ab ipſo poſitis. Vel etiam quia ipſe
Auicẽna(ut patet in litera)aliqua audita narrat.Et quod audiuit de iſta ſpecie ſeitaragi,poſita
a Serapione:ipſe cõtribuit ſuis ſpeciebus.Vnde illud quod habet Serapio,in fine(quod quis
M dem eſt Dioſcoridis),ſ.ꝙ radix ſeitaragi ſuſpenſa collo:ſedat dolorem dentium.In Auicẽna
autẽ(forſan a malo interprete)legitur:ſi ſeitaragi radix ſuſpendatur ſuper aurẽ:ſedat dolorẽ
ueſicæ.Abſurdũ nobis uidetur hoc dictũ.Sit autem quomodocũq;: parũ facit ad noſtrã de-
N ſcriptionem.Præterea,ſi aliquis dicat,ꝙ hec deſcriptio Serapionis:nõ ſit diſtincta ſpecies,ab
illis Auicẽnæ:probatur ꝙ ẽ:quia Serapio ponit ipſam in tractatu de calidis,& ſiccis in quar-
to: Auicẽna autẽ dicit:ꝙ in caliditate,& ſiccitate,nõ tranſcendit ſecundũ gradũ:ergo non eſt
O eadẽ ſpecies.Et ſic cõcludendũ eſt,ex ſupradictis:ꝙ ſunt quatuor ſpecies ſeitaragi ad minus:
quia etiã ultra hæc: eſt alia ſpecies ſeitaragi,ſeu caſiæ:quæ uocatur perſica.Quia ipſe Auicẽ
na in quinto cañ.uidelicet tractatu primo;i medicina quæ uocatur Donũ dei: habet caſiam
P indam:quod eſt ſeitaragi indum:& caſiam perſicam:quod eſt ſeitaragi perſicum.Quod qui-
dem,in eodem loco,probatur per dictum Andream Bellunenſem. Nõ obſtante ꝙ ipſe Aui
cenna in ſuo capitulo de ſeitaragi:nihil loquatur de ſeitaragi perſico:forſan eſt illud: quod
Q ſub nomine fructus:ſecundo loco deſcribitur.Vel concludendum eſt:ꝙ ſeitaragi eſt nomẽ
cõmune,ad quatuor,& plura,uaria ſimplicia. Vnde quandocunq; in aliqua compoſitionẽ
petitur ſeitaragi:eſt diligenter perſcrutandum:de quo ſeitaragi author intelligat.In iſta au-
R tem triphera,author noſter ſpeciatim poſuit,Seitaragi indi.Et dixit indi,ad differentiam ſei-
taragi perſici:& aliorum.Et intelligitur ſeitaragi poſitum ab Auicenna,in principio ſuæ de-
ſcriptionis de ſeitaragi.Et ſecundum ueritatem,eſt quædam ſpecies caſiæ, propinqua caſiæ
S ligneæ:quæ ab aliquibus(ut diximus)uocatur caſia inda:ab aliis autem ſeitaragi indum:ſiue
(ut mauis) indus: ut in multis deſcriptionibus antidotariorum Auicennæ, & filii Sera-
pionis clariſſime patet.Eſt enim res aromatica: quæ huic compoſitioni, magis ꝗ lepidiũ;

ſeu iberida competit: loco cuius in hac triphera: & ubiq; poteſt poni caſia lignea. Illis in lo= A
cis autem: in quibus, ſeitaragi eſt intelligendum pro lepidio: ſi non habetur ipſum lepidium:
recte loco eius poteſt adminiſtrari rubea: ut ex calce cap. Auicennæ: & ex Galeni medicamé=
tis inuicé alternátibus habetur: ac etiã naſturtiũ: quia ut dictũ eſt ſupra lepidium æqu poſſet B
naſturtio: tã uiribus: q̃ odore: q̃ guſtu. Etiã loco ſeitaragi lepidii poteſt poni iberida: qm̃ eaſ=
dem fere uirtutes habet. Nã teſte Dioſcoride, ambo coxẽdicis proſunt: &c. Attamẽ quia (ut
diximus) nõ ſunt idẽ lepidiũ, & iberida: probatur per capitula diuerſa: quæ de ipſis deſcribũ= C
tur a Dioſcoride, & cæteris authoribus. Sed quia cõmunes habebant operationes: cõmunia
fecerunt ipſorũ nomina. Vñ iberida, ab aliquibus uocatur lepidiũ: & ab aliis lepidiũ, noíatur
iberida: &c. Vt ſupra in authoritatibus Dioſcoridis & Pauli patuit. Et nõ eſt mirũ, cũ res ſint D
diuerſæ: ſi noía ſint cõmunia, & æquiuoca: qm̃ in pluribus rebus: etiã & herbis, cõſimilia ui=
demus eſſe facta: ut apud Dioſcoridẽ ẽ Sideritis, & Heraclea. &c. Etiã plurimi ex iunioribus
errant: ut Pãdectarius: &c. qui declarãt ſeitaragi lepidiũ, eſſe naſturtiũ agreſte: quia licet Pau= E
lus, & cæteri: iberidã, ſiue lepidiũ, dicãt a nõnullis uocari agriocardamũ: hoc tamẽ per ſimili=
tudinẽ: nõ per eſſentiã dicunt. Qm̃ (ut patet) oẽs loquũtur per ſimilitudinẽ: cũ dicunt. Et eſt
ſimile naſturtio: uel habet odorẽ, & saporẽ naſturtii. &c. Eteni huiuſmodi deſcriptiones ipſo= F
rum potius cõfundunt q̃ aliquid declarant. Vnde Simõ ianuenſis etiã in pluribus literis, plu=
ra cõfundit. Luminare maius quoq; allucinatus, in Dianaſturtio, tãq̃ alter Aeſculapius aut
Apollo: qui dubia ſolueret: iactãter ait. Et hoc apud me fuit ſecretũ. Certe ipſe bonus uir, in G
multis uilenter ſe præbuit: ſed in aliquibus: & præcipue his: peſſime deſcripſit. Vnde decla=
rationes quidẽ ipſius de ſeitaragi, lepidio, iberide, naſturtio, caſia, tapſia, ſenetione, & ſimili=
bus: ita cõfuſæ ſunt: q cuilibet legẽti: & bene perſcrutãti ſunt Chaos magnũ, & impenetrabile. H
Eteni ipſe uolẽs unũ declarare: circa duo de ſimplicia cõfudit. Nec per hoc clarũ factũ eſt il=
lud. Certum quippe eſt: q nõ oĩa poſſumus oẽs: fecit nãq; ipſe quod potuit: & ſi melius co=
gnouiſſet: quis dubitat quin rectius feciſſet? De ſeitaragi ergo ſatis diximus: ſed quia plures I
tactũ eſt, de lepidio, iberida: & licet iſta triphera nõ ingrediatur: tamẽ uiſum eſt nobis hic p
cõmode eſſe ipſorũ declarationẽ breuiter annectere. Et primũ de iberida. Iberis igitur, ſiue
iberida, ab ibero Hiſpaniæ fluuio (ut uolunt aliqui) nomẽ accepit: iuxta quẽ, maxima ipſius K
copia inuenitur. Sed pro ut potuimus in Dioſcoride, Plinio, ac aliis cõiectare: uere iberida e
illa herba: quæ uulgo uocatur uincitoxicũ. Herba quidẽ ipſa, præ manibus habetur. Eteni in=
tus, & extra urbẽ: ac etiã præſerti in platea capitolii: & in ruinis murorũ: plurimum naſcitur. L
Accipite ergo ipſam plantã: & cõſiderate doctorũ ſcripta: & aperte cognoſcetis ipſam eſſe.
Galenus autẽ, & Paulus, ſub noĩe lepidii ipſam deſcribunt: ratione qua ſupra. ſ. q æquiuo=
cant iſta nomina. Ipſe Paulus etiã memorato libro tertio, cap. de coxẽdicis quãdo loquitur M
de iberide: tacite tãgit eã: illud tñ rememorãdo, q a nõnullis lepidiũ: & agriocardamũ appel=
latur. Hinc ſubſequens declarat apud ipſos aliã ſpeciẽ iberidis eſſe: dicens. Quæ uero apud
nos naſcitur fruticoſa eſt. Folia lauri cõparia habẽs: Quæ plãta a Plinio, præcitato lib. 19. N
cap. 8. de lepidio loquẽte, uidetur tãgi cũ dicit: foliis laurinis: &c. Auicẽna quidẽ & Serapio
ſub noĩe ſeitaragi, ipſam Dioſcoridis iberidã depingunt. Sed Auicẽna ſub illis uerbis uideli=
cet. Et Alſeitaragi quidẽ oritur, in parietibus antiquis: &c. Serapio autẽ in principio capituli, O
authoritate Galeni, uerba iam ſupra allegata refert. Et hæc ſatis de iberida. Nunc igitur, ad le=
pidium redeamus. Iam diximus, q ſunt multorum opiniones: qui uolunt lepidium: & ibe=
ridam unum, & idem eſſe: & inter alias ipſorum probationes: aſſerunt textum Dioſcoridis. P
in multis eſſe deprauatum: & q primo libro ſunt addita duo capitula: ſcilicet ultimũ: quod
eſt de halicacabo: & penultimum quod eſt de iberide. Quia non bene uidetur ſtare deſcri=
ptio iſtarum duarum herbarum inter arborum deſcriptiones. Et q ad maiorem certitudi= Q
nem (ut teſtatur Marcellus Virgilius florentinus) in aliquibus græcis exemplaribus corre=
ctis, non reperiuntur. Nos ipſis certe dediſſemus fidem: ſi apud alios authores nõ inueniſſe=
mus, quod contrariari poſſit. Si igitur textus Dioſcoridis eſt deprauatus: quid dicendum de R
Plinio: qui iberidam. 25. libro: lepidium autem. 19. ſcribit? Et quid de Vincentio: & cæteris:
qui diuerſa de ipſis capitula faciunt? Et nec Dioſcorides: nec Plinius: neq; cæterorum ali=
quis dicit idem de lepidio: quod de iberida: ſed ut res diuerſæ ſunt: ita in diuerſis cap. diuer= S
ſa loquuntur. Dioſcorides enim dum loquitur de iberide: teſtatur ab aliquibus uo=
cari cardamanticam: & non lepidium. Et in cap. de lepidio ait: lepidium aliqui gingidium

A uocant.Et nec in cap̄.de Iberida,facit mentionē aliquam de lepidio:nec in cap̄. de lepidio,
aliquid de iberida loquitur.In cap̄.autē de gingidio,ſcribit ab aliquibus uocitari lepidiũ.Et
quis lepidiũ dicatur gingidiũ,& gingidiũ uocetur lepidiũ:nõ tamen probatur idē eſſe lepidi
B um,& gingidiũ:ſed bene diuerſum.Igitur ſicut lepidiũ & gingidiũ apud Dioſcoridē uocatur
alterũ pro altero,ita apud Paulũ & alios,iberis & lepidiũ erunt.Salua tñ ſemper ueritate, ac
prudētiori iudicio:nos certe tenemus,ꝙ Iberida ſit aliud diuerſum a lepidio.Et in hoc magis
C adhæremus Dioſcoridi & Plinio:q̃ Paulo & cæteris cõtrariũ aſſerētibus.Quid ſit igitur intel
ligendũ pro lepidio;iuxta nr̃m & q̃plurimorũ expertorũ ad hoc cõſultorũ iudiciũ, deo fauē
te,ſuccinte ut erit poſſibile,declarabimus.Dioſcorides.n.ſecundũ Ruellii traductionē.1 93
D cap̄.ſecundi libri,breuiter loquens de lepidio,dicit;Lepidiũ aliqui gingidiũ uocant,herbula
uulgo nota,muria cũ lacte ſeruatur:&c.Ex quibus habetur,ꝙ ipſius tēporibus erat ita oĩbus
notiſſima plãtula:ꝙ ſubticuit formã eius.Sed hodiernis tēporibus,apud noſtrates, etiã exer
E citatiſſimos latet.Vltra mare aũt.ſ.apud Aegyptios,& Syros,ut teſtatur Marcellus Virgilius:
& in Pãnonia,ut ſcribit Hermolaus barbarus:adhuc eſt in frequẽti uſu.Neuter tamē ipſorũ
aperte depinxit formã ipſius plãtulæ.Plinius autē aſſerit lepidiũ ſeri:& ꝙ in cubitalē altitudi
F nem extollitur,folia lauri habens.ſ.figura:tactu autē nõ dura,ut lauri folia arboris, ſed mol
lia,multarũ aliarũ herbarũ ſimilitudine.In fine autē,ut Dioſcorides,& ipſe ait:Vſus eius nõ ſi
ne lacte.Ex quibus Plinii uerbis colligitur forma foliorũ lepidii:& altitudo plãtæ:& ꝙ repe
G ritur ſatiua.Columella cap̄.8.ultimi libri de re ruſtica, oſtēdit duas eſſe lepidii ſpecies.ſ.ſyl
ueſtrem,& ſatiuã:& utriuſq; ſpeciei folia,muria,& lacte cõdiri.Quod etiã poſuit dictus Mar
cellus,in ſua annotatione.Hermolaus etiã in ſuis corrollariis ſcripſit,a Columella duplici
H ſpecie lepidiũ ſcribi.ſ.ſylueſtre,& ſatiuũ.Hinc addit,ut quidã accipiãt ſylueſtre, pro iberide:
& ſatiuũ,pro lepidio.Hoc etenĩ Hermolai iudiciũ,multũ nobis uidetur ueritati proximum:
cui ſcripta Pauli,& aliorũ,omni cõtradictione ſepoſita,bene cõuenire ualeãt.Quia ipſe Pau
I lus,lib.7.cum loquitur de lepidio,de ſylueſtri quidē intelligit.ſ.de iberide:quod clare patet
memorato libro.3.cap̄.de coxendicis:ubi de utroq; lepidio loquitur,ſub noĩe iberidis:q̃m
ut diximus,utroq; noĩe utrunq; appellat.Et primum de ſylueſtri loquẽs,dicit: ꝙ iſchiadicis
K prodeſt uſus herbæ iberidis,quã & lepidiũ:nõnulli uero agriocardamũ appellãt.Vñ quia ſyl
ueſtre lepidiũ eſt:recte putamus a nõnullis agriocardamũ.ſ.ſylueſtre,& nõ ſatiuũ cardamum
appellari.Hinc ſequitur de altera lepidii ſpecie.ſ.ſatiua:quã iberidã noĩat,dicens.Quæ uero
L apud nos naſcitur:&c.Nam ſemper iſta circũloquutio.ſ.apud nos,potius refertur ad res do
meſticas,q̃ ad ſylueſtres:& ideo dictũ Pauli ſic interpretari poteſt.Quæ uero,apud nos naſ
citur:id eſt,illa uero,quã ſerimus.Et ſequitur:fruticoſa eſt,folia lauri cõparia:&c.Et ſic nõ di
M ſcordat,a Plinii deſcriptione:qui dicit lepidiũ ſeri:& habere lauri folia:&c. Et concordat cũ
deſcriptione de ſcitaragi,authoritate Dioſcoridis:&c.His uiſis:reſtat adhuc cõcludendũ,&
declarãdũ,qd apud nos proprie ſit hoc lepidiũ:& quo noĩe, apud uulgares habeatur.Enim
N uero iudicio plurimorũ fidedignorũ,ac nr̃o,ut oẽs ſimul perſcrutati ſumus:aut eſt illa her
ba:quæ uulgo uocatur piperella,qa(ut Hermolaus ſcribit)herbarii hodierni eã nõ lepidiũ,
ſed raphanũ appellãt.Hæc herba quidē.ſ.piperella,habet odorē acutiſſimũ,nec nõ & ſapo
O rem mediũ,inter naſturtiũ,& raphanũ.Igitur nõ eſt multũ a ueritate alienũ,tenere hãc pipe
rellã,eſſe lepidiũ.Aut eſt illa:quæ uulgari uocabulo apud nos dicitur Crapinella,uel capri
nella.Quia dicit Simon Ianuenſis in litera ſceitaragi,ꝙ quidã ſceitaragi uocauerunt nucem
P uiduarũ,ſeu nucē captiuã.Et nos quidē paucis ante annis,propriis auribus,a quodam auri
fice de regno neapolitano oriundo(dum oſtendebamus ei dictã crapinellam, interrogãdo
de nomine & proprietate ipſius:quia ſciebamus ipſum curioſum;in cognoſcēdis herbis: et
Q ꝙ habebat multarũ herbarum cognitionem)audiuimus in patria ſua;nucem captiuam nũ
cupari.Etiam a quodam ſacerdote ſiculo,nomine Iordanus de caruba Meſſanenſis:habui
mus,ꝙ in Sicilia,pluribus in locis,tali nomine:ſcilicet nux captiua, appellatur dicta crapi
R nella. A quampluribus quoque aliis dictum eſt nobis , ꝙ in multis locis Italiæ,tali uocatur
nomine:ſcilicet nux captiua.Scimus etiam & in partibus Apuliæ,uiduas mulieres, nuncu
pari captiuas:unde nux captiua,quaſi idem ſignificat:quod nux uiduarum.Et licet ipſa cra
S pinella habeat paruum odorem,in comparatione naſturtii tamen in ſapore, eſt acutiſſima:
& cum mordicatione multa ulcerat, quamobrem poteſt & iſta etiam intelligi pro lepi
dio. Et tam iſta q̃ ſupradicta piperella in foliis , & fere omnibus aliis particularitatibus,

cōueniunt deſcriptionibus Dioſcoridis, Plinii, & aliorū, de dicto lepidio. Enimuero in hoc, A
ipſi authores ualde cōfuſe loquūtur: & uidetur in ipſorū deſcriptionibus modo una: modo
altera tangi. Pro certo autē tenemus: ꝙ altera ipſarū eſt lepidiū. Vtraq̧ eni eſt ulceratiua: q̄m
utriuſq̧ acrimonia maxime uiget. folia lauri ſimilia, & maiora ſunt: & præſertim piperellæ B
folia. Quæ piperella quidē, a nōnullis ſeritur: q̄m utuntur ea in embāmatibus. Caprinella au
tem ſpōte naſcitur: & intus, & extra urbē: inculto gaudet ſolo: &c. Neutrā tamē cū lacte unq̄
comedimus. Immo nullus eſt, qui audeat comedere crapinellā. Quæ autē ipſarū ſit intelligē C
da, pro lepidio: arbitrio prudentiorū dimittimus. Nobis autē potius placet, ſi pro dicto lepi
dio intelligatur crapinella: q̄ piperella: q̄nis hodie nō ſeratur crapinella, nec comedatur: at-
tamen qui uult, poteſt illā ſerere: atq̧ comedere: ſed cū lacte dūtaxat: q̄m nō ſine lacte ueſce D
bantur ea antiqui. Multa nēpe antiqui comedebāt: quæ hodierni reſpuūt: ac uilipēdunt. In-
ſuper ſiquis obiiciat, dicens: ꝙ crapinella nō poteſt eſſe lipidiū: quia Dioſcorides diminutiue
herbulā, ſiue plantulā ſcripſit. ſ. paruā herbā eſſe lepidiū: crapinella autē nō eſt parua planta: E
ergo nō eſt lepidiū. Ad hoc reſpōdemus: ꝙ ſi Dioſcorides dicit herbulā: Plinius autē aſſerit
in cubitalē altitudinē extolli. Teſtatur etiā & Paulus, fruticoſam plātā eſſe. Crapinella qui-
dem rariſſime tranſcendit menſurā unius cubiti extēſi: ergo bene poteſt eſſe lepidiū. Præte- F
rea: uidemus per experientiā infinitas plantas: tā arborū, q̄ herbarū: in uno loco magis, q̄ in
alio, fruticare: & abundare in ſtipitibus, foliis: &c. Quapp quid mirū, ſi apud Dioſcoridem
erat parua planta illa: quæ apud Pliniū eleuabatur in cubiti altitudinē? Cū ex uarietate loco- G
rum: & cælo: ſæpe hoc accidit: Poſtremo ſciendū, ꝙ piperella apud Serapionē, capitulo de
ligno aloes, nō eſt herba: ſed fructus cuiuſdā generis ligni aloes: de quo nihil eſt dicendū, in
hoc loco. Multa, & alia (quæ ſi ſcripſiſſemus: fuiſſent lectu digna) cā breuitatis: tanq̄ minus H
neceſſaria dimiſimus. Hæc quidem ſatis.

De Rheubarbaro, ſeu Ruta.

EST animaduertendū, ꝙ deſcriptiones huius tripheræ per libros uarios, uariæ habētur: &
tā libri antiqui, q̄ impreſſi, nō cōueniunt inter ſeſe, ſuper uno ſimplici: uidelicet: ꝙ quidā I
libri impreſſi poſt lignū aloes, habent rheubarbarū. & quidā rutā: & cōſimiliter antiqua exē-
plaria: ſed maior pars impreſſorū habent rheubarbari ipreſſum: ecōtra autē maior pars exē-
plariū habēt rutæ deſcriptū. Verūtamē ſaluo ſemper meliori iudicio in tā optimā cōpoſitio- K
nem iudicamus potius eſſe admittendū rheubarbarū: q̄ rutā: quia, ut probatur per capitulū
Dioſcoridis: ruta habet multas operationes cōtrarias huic cōfectioni. Vt exēpli gr̄a: extiguit
geniturā. &c. Eteni hic error: ex abbreuiationibus ſcriptorum proceſſit: &c. L

De Origano perſico.

ORiganū perſicū, quod habet author in præſenti deſcriptione: & in triphera minori ex
arte Fenonis: & alibi: nil aliud eſt: q̄ origanū de illa regione pſica. Sæpe eni apud Sera- M
pionis filiū: & apud Auicennā: in ſuis antidotariis, habetur origanū perſicū. Etiā apud dictū
Auicennā in quinto cañ. tractatu primo: uidelicet in Scelite legitur & origanū perſicū: & ori
ganum alincū. Sed hæc origani genera: neq̧ a Dioſcoride: neq̧ a quoq̄ aliorū notātur, in ſu N
is de ſimplicibus. Quapp cuius uirtutis, & proprietatis ſit origanū perſicū, ſcirē nō ualemus.
Apud oēs fere authores, origanū heracleoticū laudabilius habetur. Si autē origanū perſicū
eſt idē, cū heracleotico: uel ſi eſt alia ſpecies inferior ſeu laudabilior eo: neſcimus. Siquidem O
certū eſt, ꝙ ſi hæc ſpēs origani. ſ. perſici: fuiſſet nobilior aliis ſui generis ſpēbus: Dioſcorides,
Plinius, & cæteri, ſilētio nō prætериiſſent. Et ſi hoc origanū perſicū eſt una, de inferioribus ſpe
ciebus: miramur quare author, ī tā nobiliori cōpoſitione uoluerit tale origanū. ſ. perſicū po P
tius: q̄ heracleoticū, ab oībus approbatū. Præterea: de origano quidē dicit Antonius muſa i
ſuo examine, ꝙ hoc origanū: quo cōiter utimur: ē illud quod Dioſcorides cognominat he
racleoticū: uerūtamē hoc nobis nō clare cōſtat. Nā Dioſcorides ait: ꝙ origanū heracleoticū Q
habet foliū nō diſſimile hyſopo. Foliū autē origani uſualis multū differt ab hyſopi folio. Vñ
uel hoc nō eſt origanū: uel illud nō eſt hyſopū. Dioſcorides enī folium hyſopi nō deſcribit.
Præfatus autē Antonius dū ptractat de hyſopo: probat hoc, quo utimur, nō eſſe hyſopū. Et R
ſic ſecundū ipm, habemus origanū: & caremus hyſopo: ſed ſi deſcriptionē ſimpliciū nr̄i au-
thoris obſeruabimus: certe hyſopum erit apud nos: & non origanū: quia (ut diximus) Dio-
ſcorides uult origanum habere folia ſimilia foliis hyſopi. Secundum authorem noſtrum S
autem, nos habemus hyſopum. Sed ſi eſt idem cum Dioſcoridis hyſopo: certum non ha-
bemus: quoniam hoc hyſopum authoris noi, non habet flores: & ſemina, in corym-

A bis:ut uult Dioſcorides. qui cap̃.de chryſocome ait: Comantibus corymbis figura hyſopi: &c. Si hyſopũ Dioſcoridis nõ cognoſcitur: minime poteſt cognoſci origanũ. Secundũ authorẽ noſtrũ autẽ, hyſopũ eſt ſimile thymo. Et quidẽ patet: ꝙ hoc hyſopũ, quo utimur, habet
B folia ſimilia thymo: licet maiora. Sed ſecundũ Serapionẽ, hyſopũ eſt ſimile maioranæ: multum.n. differt maiorana a thymo. Præterea dicit ipſe Serapio cap̃. de origano, authoritate Dioſcoridis: Eſt origanũ triũ ſpecierũ: una dicitur heracleotica, habens folia ſimilia foliis hy
C ſopi: & capita nõ rotũda: ſed uelut diuiſa: &c. Si ergo ſecũdũ ipſum Serapionẽ, hyſopũ aſſimilatur maioranæ: poteſt eſſe ꝙ hoc origanũ (ut uult dictus Antonius muſa) ſit illud heracleoticũ Dioſcoridis. Cõſtat.n. maioranã habere folia obrotunda: quibus percõmode poſ
D ſunt aſſimilari folia huius origani uſualis. Et ſic ſecundũ Serapionẽ habemus origanũ, & nõ hyſopũ: & ſecundũ authorẽ noſtrũ habemus hyſopũ: & nõ origanũ. Sed reuera, ſi hæc ĩ Dioſcoride repetamus: utrunq; ignorabimus. Dũ ergo nõ habuerimus meliorẽ notitiã de ipſis:
E & hoc pro origano ſiue perſico ſiue heracleotico: & illud pro hyſopo, ubicunq; opus erit ponendũ in cõpoſitionibus, nõ prohibemus. Etiã loco origani poteſt adminiſtrari haſce.ſ. thymus, teſte Auicenna qui in cap̃. de origano dicit, quod origanũ eſt in potẽtia ſicut haſce:
F & ſyrupus eius eſt, ſicut ſyrupus alhaſce.

De Muſco.

QVaſi ſemper in hoc ſimplici, codices ſunt uarii: uñ qui plus & qui minus, habent de ipſo ſimplici: ſcilicet in uno & eodẽ loco. Vera etenim litera de muſco, in præſenti
G triphera talis eſt: Et ſunt qui aromatizant, cum muſci drachmæ unius, quarta. Q̃m multa exẽplaria ſunt: quæ in hoc cõcordãt.

H ¶ Thriphera muſcata: quã fecit Alcãzi: &c. XLI.

PRæſens triphera cognominatur muſcata: a muſco ipſam ingrediẽte: tanq̃ a
I re nobiliori. Errores huius deſcriptionis: cum ſimplicibus declarabuntur.

De Caſia, quæ eſt inda.

MVltũ profecto uitio recẽtiorũ ſcriptorũ, & ĩpreſſorũ, mẽdoſi facti ſunt libri: & pcipue
k medicinales: ut ſũt antidotaria: & uolumina d̃ ſimplicibus, ſeu cõpoſitis medicinis, pertractãtia: parti ex ignorãtia uocabulorũ: parti uero ex parua ſimpliciũ cognitiõe: unuſq̃ſq; incõſulte ut ſibi uiſũ ẽ: nõ ſimpliciter ab exẽplaribus trãſſcribẽdo: ſed permutãdo, uitiãdo, puer
L ſe declarãdo, addẽdo, minuẽdoue, ſcripſit; ſiue impreſſit. Vnde legitur equidẽ in præſenti deſcriptione per omnes impreſſos, & incorrectos libros: caſiæ: & poſt caſiæ: imediate: ſpicæ indæ: &c. Et utraq; dictio.ſ. caſia & ſpica, a puritate, & rectitudinis ſenſu eſt amota. Et licet ad
M ſpicã nihil, aut parũ faciat ſi ſcribatur cũ cognomine illo: aut ſine: quia ſemp ſpica ſimpliciter ſcripta, intelligitur ſpica indica nardi.ſ. ſpica aromatica. Attamẽ aliter eſt, dicendũ de caſia: quia caſia: ſiue (ut mauis) caſſia abſolute deſcripta: nõ intelligitur inda: ſed lignea. Et quis
N caſia lignea, naſcatur in India: nõ tamẽ ſi ſcribitur caſia inda intelligitur lignea. Aliud eſt eñi caſia inda: & aliud caſia lignea: quia p caſiã ligneã abſolute, intelligitur caſia maſolites, propiqua cinamomo, uirtute & bonitate: &c. Caſia ĩda aũt, ẽ ſpẽs caſiæ ligneæ: ſed iferior ſupra
O dicta: quæ alio nomine uocatur ſeitaragi indum: de quo multa ſupra, in triphera ſaracenica. Sed dicet forſan aliquis. Si caſia lignea eſt maſolites: & eſt nobilior: quare nõ potius adminiſtratur ipſa ſemper: ubicũq; petitur caſia, uel inda, uel lignea? Ad hæc reſpõdemus: quia for
P taſſe author cognouit in caſia inda aliquã uirtutẽ: ſeu proprietatẽ: pro qua magis competit huic cõfectioni, caſia inda: q̃ caſia lignea. Et ſi ei ſic placuit: nõ eſt noſtrũ permutare: neq; addere, uel minuere: niſi neceſſitate cõpulſi, in defectu proprii ſimplicis: ſupplere per æquiua
Q lens. Et nunq̃ ſi habetur propriũ ſimplex eſt permutandũ in aliud: ſiue melius, ſiue peius: quia hoc facere: eſt potius boni medici: q̃ aromatarii. Vñ Auicẽna in quinto cañ. tractatu de theriacis circa, principiũ, ex Galeno accipiens, dicit. Et meũ quidẽ cõſiliũ eſt, ut nõ remoueãt ali
R quid: quod experimentũ iuuatiuũ inuenit: fortaſſe enim illa cõplexio: cũ illo põdere: &c. Author igitur noſter (ut per antiqua exemplaria clare conſtat) in præſenti deſcriptione non uult caſiam ligneam: ſed caſiam indam: quæ (ut dictum eſt) eſt ſeitaragi indum. Sic enim legi
S tur in omnibus præfatis antiquis, & correctis exemplaribus. Caſiæ indæ, ſpicæ: & cætera. Recentiores autem librarii (ut coniectamus) auferentes a caſia illa dictio indæ, contribuerũt ſpicæ: & dictionibus inuerſis impreſſerunt, ſic Caſiæ: ſpicæ indæ: & cætera. Et ubi

prius intelligebatut ſeitaragi indũ: modo intelligitur caſia lignea: Igitur ſcribatur rectæ ſic. A
Caſiæ indæ, ſpicæ: &c. Prærerea: inſuper poteſt quis obiicere dicẽs: ꝙ ſi idẽ eſt ſeitaragi indũ:
& caſia inda: quare author nõ ſcripſit in præſenti triphera, ſeitaragi indi: ſicut fecit in ſupradi
cta triphera ſaracenica: ſed ſcripſit caſiæ indæ? Reſpõdendũ: ꝙ author noſter nõ ſcripſit lati B
ne: ſed interpres cõſiderans ꝙ i dicta triphera ſaracenica, imediate ante ſeitaragi indũ, eſt po
ſita caſia: quæ eſt caſia lignea: noluit iterũ ſcribere caſiã: ne eſſet aliqua dubitatio in legendo:
ſed poſuit per uocabulũ arabicũ ſeitaragi: & addidit indi: ad differẽtiã aliarũ ſpecierũ ſeitara- C
gi. In præſenti autẽ triphera: quia nõ erat iterũ caſia. placuit ei (ſicut & in multis aliis cõfectio
nibus fecit) ſcribere caſiã indã. Et nõ ſolũ in hoc: uerũetiã, & in multis aliis ſimplicibus, inter
pres transferendo unum, & idem ſimplex: modo latinis, modo græcis, modo arabicis, ſiue D
chaldaicis uſus eſt uerbis. Vt patet per uarias huius operis deſcriptiones.

De Baucia, & dauco.

NOn deſunt, & præcipue recentiorũ: qui bauciã: & daucũ: unũ, & idẽ, eſſe affirmãt. Etenim E
Serapio de eis ſeparati capitula facit: & bauciã inter plãtas calidas in ſecũdo: daucũ ue-
ro inter calidas, & ſic cas in tertio, ſcribit: ergo non ſunt idẽ. Dioſcorides quidẽ ſub nomine
bauciæ cap̃. nõ habet: ſed ſub nomine ſtaphyllini, ſiue paſtinacæ erraticæ. quod idem eſt. Vt F
patet cõcordãdo cap̃. Serapionis de baucia: cũ capitulo præfato Dioſcoridis de ſtaphylino.
Et infra, ipſe Dioſcorides habet cap̃. de dauco: quod cõcordat cũ capitulo de dauco Sera-
pionis. Marcellus florẽtinus autẽ ſuper capitulo Dioſcoridis de paſtinaca erratica, multa di G
xit: ultimate cõcluſit idẽ eſſe daucũ: & paſtinacã erraticã. Et ꝙ Dioſcorides nõ a diuerſitate re
rum: ſed a uarietate locorũ: & uiriũ: uaria de eis ſcripſit capitula. Nos autẽ ſalua ſemp ueritã-
te: ſicut de eis, Dioſcorides, Plinius, Serapio, & alii fidedigni authores, diuerſa faciunt capi- H
tula: ita credimus: & abſq; dubio tenemus rea eſſe differẽtes. Præterea, nõnulli dicũt ꝙ dau-
cus eſt ſemẽ bauciæ: ſed ꝙ nõ ſit: facile probatur per Auicẽnã, in quinto cañ. uidelicet, in de-
ſcriptione quæ intitulatur Ars ſcoriæ decoctæ: & eſt prima deſcriptio: in qua habet ſemen I
bauciæ: & ſemen dauci: imediate unũ poſt alterũ. Si autẽ daucus eſt ſemẽ bauciæ: ad quid ite-
rum poſuit ſemẽ dauci? Nunquid reperitur ſemẽ de ſemine? Vt poſſit ſtare daucus, pro ſemi
ne bauciæ: & ſemẽ dauci, pro ſemine ſeminis bauciæ? Nõ obſtãte, ꝙ ipſe Auicẽna in deſcri- K
ptionibus ſuis de dauco, & baucia, ſeipſum cõfundat. Sed nota, ꝙ Auicẽna ſcribit cap̃. bau-
ciæ: in litera g. ſub noĩe gezar: quod quidẽ Luminare maius minime aĩaduertit: quia in Dia
curcuma magna, declarãs daucũ: aſſerit capitulũ bauciæ Auicẽnæ, nõ reperiri. Inſuper au- L
tem, multa fuiſſent tã q̃ neceſſaria interſerẽda, pro tot diuerſitatibus opinionũ doctorum de
dauco, & baucia, declarãdis: ſed ut ne lectionis prolixitate, legẽtis animus faſtidietur, curio-
ſis lectoribus oĩa perſcrutãda relinquimus. Hoc tñ nõ prætereundũ exiſtimamus. Quia cum M
ſint plures dauci: & bauciæ ſpecies: & inter ſe daucus. & baucia: ſiue paſtinaca, parũ differãt:
nõ pro multo incõueniẽti tenemus: adminiſtrari alterũ pro altero. Sed quia daucus creticus
ẽ cæteris laudabilior: ſi poteſt haberi: apponatur tã pro dauco: q̃ pro baucia. Apud nos qui- N
dem trea tantũ ſpẽs bauciæ: ſeu paſtinacæ. ſ. ſtaphyllini reperiũtur: duæ ſylueſtres: & una do
meſtica: carota, ſeu cariota uulgo nuncupata: quæ quidẽ (ut ſupra diximus) eſt genus carui.
Sylueſtriũ autẽ una eleuatur in cubitalẽ altitudinẽ: & aliquãdo plus: uel minus: ſecundũ lo- O
ca: quæ in medio umbellæ floridæ, & albæ: habet aliquid parũ cerulei, ſeu uiolacei coloris.
Quã equidẽ ſpeciẽ, pro baucia, ſiue erratica paſtinaca: ſiue carui agreſte, recipimus: quia Dio
ſcoridis deſcriptio, & aliorũ de paſtinaca erratica: & deſcriptio Serapionis: & cæterorũ, de P
baucia: magis cõueniunt huic: q̃ alteri. Specie autẽ altera (cuius planta, ultra palmum raro
aſſurgit: & locis aſperrimis, & mõtanis, ad meridiẽ expoſitis, ut plurimũ gignitur) loco ueri
dauci utimur: quia Dioſcorides cap̃. de dauco tria genera ſcribit: quorũ primum ad unguẽ Q
cõuenit huic plantæ: ut ueritas in re ipſa apertiſſime uideri poteſt. Et radix huius plantæ eſt
optima: ut i fine cap̃. ipſe Dioſcorides notat: quod genus, creticum nominat: quia in Creta
melius: & ſemen eius odoratius: & laudabilius uidetur omnibus. Sed cõmuniter aromatarii R
ſemine maioris plantæ, ſcilicet bauciæ: pro dauco utuntur. Secundum autem dauci genus
a Dioſcoride deſcriptũ: adhuc incõpertum habemus. Tertium autem genus, ſuſpicamur
eſſe ſpeciem carui: quam Serapio in cap̃. de carui, authoritate Aben meſuai, deſcribit: quæ S
ſpecies in Hiſpaniis eſt in frequenti uſu: & ab ipſis carouela, ſiue caraucia uulgo, & alcarauea
dicitur. De qua ſatis in ſuperioribus dictum eſt.

A De cinnamomo: quod eſt cinnamum.

IN præſentẽ tripheram, non intrat cinnamomum: ſed cinnamum: mendoſe enim legitur, per omnes impreſſiones: cinnamomi. Lege igitur rectius cinnami: ut eſt in cunctis antiqs
B exemplaribus correctis.

De Scoria.

IN fine deſcriptionis huius tripheræ, fere per omnes ĩpreſſiones, legitur mẽdoſe: Et quã doq; ponitur in ea ſcoriæ ferri nutritæ. ʒ.ii. Verius legendum eſt. ℥.ii. Errore enim libra
C riorum: poſita eſt ibi. ʒ. pro. ℥. Nam cuncta exemplaria antiqua & libri correcti concorditer habent. ℥.ii. & ita debet eſſe. Et ſi aliquis obiiciat: ꝙ tanta q̃titas ſcoriæ, ſit ſuperflua: reſpon debimus ei: ꝙ ſi in ſequenti triphera: quæ ponitur authoritate Galeni: & in deſcriptionibus
D quinti canonis Auicẽnæ: & ſeptimi breuiarii filii Serapionis, quæ uocantur de ſcoria: poteſt poni de ipſa ſcoria, ad pondus omniũ aliarum medicinarum: quare hic nõ poſſunt admitti ℥.ii. quarũ põdus nõ aſcendit, ad quartã partem põderis aliarum medicinarũ: Igitur ponen
E dæ ſunt. ℥.ii. Et ſic ẽ melius: & de mẽte authoris. Itẽ: ſi qs adhuc obiiciat, dicẽs: ꝙ illa additio eſt ad libitum: ideo poteſt quilibet ponere multũ, aut parũ: ſicut ſibi melius uidetur. Reſpon demus: ꝙ nullus debet facere, cõtra authoris determinationẽ. Quia ſi author determinaue
F rit alicuius ſimplicis ſummã põderis, in addendo: debemus addere illã ſummã tantum deter minatam: nec plus: nec minus. Vbi autẽ author non determinat, eſt cum omni diſcretione fa ciẽdum. Quia ſi indiſcrete agetur aliqua cõpoſitio: potius poteſt officere: q̃ proficere. Mo
G dum autẽ nutriendi: & præparãdi ſcoriã: quære in libro ſeruitoris. Sed nota ꝙ ſcoria, ſecũ dum Dioſcoridẽ, Plinium, & alios probos authores, eſt multiplex. ſ. ſcoria æris, ſcoria ferri ſcoria plumbi, ſcoria argenti: &c. Vnde author poſuit ſpeciatim ferri: ad differentiã aliarũ:
H Scoria autẽ, ſecũdũ dictũ Pliniũ, & antiquiores alios: nil aliud eſt q̃ fex, ſeu ſpurcitia: ſeu re crementũ cuiuſcunq; metalli. Hoc etiã teſtantur aliqui ex iunioribus: ut Simõ Ianuenſis: Bra ſaulus: &c. Pãdectarius autẽ, maxime cõfunditur in ſuis deſcriptionibus, de ſcoria, ſquãma,
I ærugine, & ſimilibus: & uult, ꝙ ſquãma: & ſcoria: ſit idẽ: quod eſt falſum. Nam & ipſe etiã cõ fitetur: ꝙ ſcoria eſt illud: quod fabri ferrarii, de ſuis fornacibus, globatim proiiciũt: & ꝙ uul go dicitur Cacca ferri: ergo ſi eſt cacca ferri: nõ eſt ſquãma: quia ſquãmæ ex malleorũ percuſ
K ſionibus, ab ipſo ferro ſeparãtur. Et ideo ſquãmæ dicũtur: quia aſſimilãtur ſquãmis piſcium: quas græci lepidas uocãt. Squãma etiã a nõnullis battitura nũcupatur. Vnde ſynonymantur hæc. ſ. ſquãma ferri: & battitura ferri: & ſquãma æris: & battitura æris: & ſimilia.

L

Triphera Galeni: &c. XLII.

M AFfirmant nõnulli & hanc tripherã, nõ eſſe Galeni: quis ab authore noſtro ſcri batur authoritate ipſius Galeni. Tum, quia in operibus Galeni, nõ reperiũtur tripheræ: tum etiam, quia in ipſa ſunt aliqua ſimplicia: quæ tã Galeno: q̃ cæ
N teris antiquis græcis (ut aiunt) fuerunt incognita. Sed miramur de hoc: quia cũ ſit triphera uocabulũ græcũ: quod latine interpretatur delicata: apud Gale num nõ reperiãtur tripheræ: eo maxime ꝙ fere omnes authores, ſub ipſo græco uocabulo
O ſuas deſcribunt tripheras. Sed rectius per. ph. q̃ per. f. Præterea ſi hæc triphera nõ eſſet Gale ni: neſcimus quã ob cauſam author uoluerit tribuere ipſi Galeno: quod ſuum nõ erat. Ete nim & in fine ipſius deſcriptionis: etiã author citat Galenũ: dicens: Et Galenus quidem quã
P doq; addit ſcoriã ferri: &c. Super quo nos tenemus: ꝙ proculdubio credẽdũ eſt, nõ omnia græca: neq; arabica: uſq; in præſens, latinitati eſſe donata. Quapropter (ut alias diximus) ſi aliquoties, apud quoſdã authores reperitur aliquid authoritate Galeni notatũ: quod in ope
Q ribus ipſius Galeni minime legitur: eſt cõſiderandũ ꝙ ſint alia ipſius Galeni opera (quibus nos caremus) ubi ab authoribus atteſtata legebantur. Et nõ eſt abſolute dicendum: hoc Ga lenus nõ dixit: uel, hoc falſo attribuitur Galeno. Et huiuſmodi ſimilia. Et quod de Galeno
R dictũ ẽ: de pluribus aliis doctoribus etiã dici poteſt. De myrobalanis: & cæteris ſimplicibus autem, priſcis græcis (ut aiunt) incognitis: dicendũ: ꝙ (ſicut ſupra notauimus) uel ipſa ſimpli cia, apud ipſos græcos, aliis uocabantur nominibus: uel fortaſſe ea addita ſunt ab arabibus
S huiuſmodi: & ſimilibus cõpoſitionibus: propter aliquã cauſam nobis ignotam. Quia & alia cõſimilia facta uidemus. Videlicet, ꝙ ad aliquas antiquorũ cõpoſitiones, ſucceſſores eorum addiderunt plura ſimplicia: ut de theriacis legitur: &c. Sunt nãq; per ĩpreſſiones in præſenti

deſcriptione

deſcriptione aliqui errores:uidelicet ubi legitur.Cinnamomi,gariofilorum ana.ℨ.vii.legē- A
dum eſt rectius.Cinnami,gariofilorũ ana.ℨ.vi.Item:ubi legitur:Been albi,& rubei:lege Tu-
deri albi,& rubei.Et quare? mox dicemus.Item:ubi legitur.muſci.ℨ.unius,partes.ii.lege ue
rius:muſci.ℨ.unius partes.iii.q̃m ſic habetur in cunctis exemplaribus correctis. B

De Myrobalanis.

QVia dicit author in præſenti deſcriptione:Recipe omnium myrobalanorum:pro-
pterea,ad ſciendum quot ſunt ſpecies ipſorum:& quæ ſunt:quære infra:ſcilicet in C
confectione Hamech ſecunda.Ibi enim ſatis de eis dicetur.

De Tuderi(& non been)albi,& rubei.

CVncta etenim antiqua exemplaria:exceptis quibuſdã paucis:habent ſcriptum in præ- D
ſenti triphera:Tuderi albi,& rubei:&c.In impreſſionibus autẽ,non tuderi: ſed been al
bi,& rubei,legitur:quod iudicauimus non recte.Illa uero pauca.ſ.quatuor dumtaxat exem
plaria mendoſa:quæ excæpimus:quædã quæ nouiſſime iudicantur ſcripta:habent ut ĩpreſ- E
ſiones abſolute:been albi,& rubei.Quædã uero.ſ.duo,& duo:habẽt ſic:tuderi albi,& rubei
ideſt been albi,& rubei.Et ex hac peruerſa interpretatione(ut putamus)error initiũ habuit.
Quia aliqui falſiſſime declarantes tuderi eſſe been:librarii autẽ poſtea ignorãtes quid ſit tu- F
deri:quidue been:putanteſq́,pro ſua gloſſatione falſa,idem eſſe:expungentes tuderi: ſcri-
pſerunt atq́ impreſſerunt been:tanq̃ magis clarũ.Sed reuera aliud eſt tuderi:& aliud eſt beẽ.
Vt clare per Auicennã probari poteſt:qui in ſecundo canone,ſeparatim de utroq́ capitulũ G
facit.Et in fine cap̃.de been dicit,ꝙ loco eius ponitur quantũ eſt ipſum de tuderi: & medie-
tas ponderis eius linguæ auis.Item ipſe Auicenna in quinto cañ.in Zehemirem magno:pri
mæ & ſecundæ deſcriptionis:& in Zehemirem paruo:& in confectione cognominata Im- H
perialis:& in cõfectione quæ inſcribitur:Ars ſcoriæ decoctæ:& in triphera maiori:& ſimili-
bus:in quibus omnibus & ſingulis:habet utrunq́.ſ.been album & rubeum:& tuderi album
& rubeum:ex quibus patet:ꝙ been:& Tuderi non ſunt idem.Igitur legendũ eſt:tuderi albi I
& rubei:ut correcta exemplaria:nec non & uulgares excuſiones habent: & ita eſt ſecundũ
ueritatẽ.Been autem quid ſit:ſupra in cõfectione de muſco dulci iam dictũ eſt. Tuderi uero
quid ſit:haud facile,ob ſcriptorũ uariationes,poſſumus declarare:uerũtamen, quod de eo K
ſentimus ſuccincte ſcribemus.Facit nãq́ de tuderi Auicenna capitulũ in ſecundo cañ.quod
ut legentem nõ latet:quaſi ad literã,eſt capitulũ Dioſcoridis de hormino.Latine autem(ut ĩ
Dioſcoride legitur)geminalis dicitur.Hac enim noſtra tẽpeſtate:licet ſint plurimi dantes o- L
peram ſimpliciũ cognitioni:tamen ad huc non inuenimus aliquem qui talem plantã nobis
ualeat oſtẽdere. Hali abbas enim in ſecundo practice ſcribit tuderi : inter ſemina.ſ.cap̃.35.
quod eſt de uirtutibus ſeminũ:ubi laudans croceum : nihil de rubeo:& albo meminit. Nec M
ab Auicẽna in dicto capitulo dicitur reperiri albũ & rubeũ:licet in ſuis deſcriptionibus qui-
ti canonis,legatur(ut dictũ eſt)tuderi albi:& rubei. Neq́ a Dioſcoride ſcribitur horminum
inueniri albũ & rubrũ.Et q̈uis planta ipſius reperiatur ſatiua & ſylueſtris:non tamẽ in colo- N
re:nec in forma aſſerunt alterã,ab altera diſcrepari.Semen tantũmodo ſcribitur a Dioſco-
ride duorum generũ eſſe.ſ.alterum fuſcum:alterũ uero nigrum.Ab Auicenna autẽ abſolu-
te notatur ſemen eſſe nigrũ.Finaliter a nullo tam antiquorũ, q̃ iuniorũ ſcribitur tuderi : ſiue O
horminũ,quod idem eſt:inueniri album,& rubeũ.Quãuis recentiores oẽs cõfuſe loquãtur:
q̃m(ut legenti patet)neſciunt quid eſt tuderi.Igitur ſi tuderi non diſtinguitur in albũ , & ru-
beum:miramur,quare author noſter:& Auicẽna:&c.in ſuis cõfectionum deſcriptionibus, P
poſuerunt tuderi albi,& rubei:& nõ potius nigri,& fuſci:uel longi,& rotundi:uel aliter ſe-
cundum ipſorum differentias? Vnde cõiectamus,ꝙ poteſt eſſe,ſicut teſtatur Nicolaus præ-
poſitus:ꝙ flos unius ſit albus:& alterius rubeus:& ꝙ ab ipſa florũ uarietate doctores uoca- Q
uerunt alterum albũ:& alterum rubeum:&c.Præterea ſciendũ:ꝙ Reuerẽdiſſimus dñs Car-
dinalis de Rhodulphis habet unũ uetuſtiſſimũ librũ Dioſcoridis totum græce, maiuſculis li
teris:& manu deſcriptũ:in mẽbranis pergamenis.In quo libro:oẽs herbarũ,arbuſtorũ, atq́ R
arborũ plantæ:cũ foliis,floribus,fructibus,ac radicibus ſuis,miro opere depictæ:propriiſq́
coloribus fucatæ:atq́ ſumma diligẽtia excultæ ſunt.Qui liber licet ob maximã uetuſtatem,
magnã literarũ,atq́ colorum amiſerit partẽ:attamẽ ad huc multa uiſu digna retinet.In eo au S
tem libro uidimus horminon depictũ:tali nãq́ aſpectu:uidelicet ramulis plurimis:foliis in-
ter meliſſam,& praſſium,nigricantibus ſuperius:inferius uero albicãtibus:corniculis lõgis:

A in quibus ſemen:ut corniculis faſeolorũ:ſingulis per ſingula folia:dependẽtibus,& ſpectã-
tibus uerſus radicẽ:quæ erat nigricans,longa,& ramoſa:&c. Huiuſmodi eni m plantã uiuã
nuſq̃uidimus.Inſuper etiã animaduertendũ:ꝙ illud,quod legitur apud Dioſcoridẽ:de hor
B mini caule.ſ.ꝙ horminũ habet caulẽ quadangulũ,ſemicubitalẽ. Apud Auicennã legitur de
radice:& male:quem Auicennæ errorẽ,a malo interprete proceſſiſſe,nõ dubitamus. Præte
rea Ruellius dicit:ꝙ horminũ ſatiuum eſt illa herba:quæ apud gallos,uulgo:Totabonai &
C Oruala(quaſi auro ualet)dicitur:& Romæ matriſaluia:& herba delmatrone uulgariter nũ-
cupatur.Si autẽ hæc herba ſit uere horminũ ſatiuum,nobis ægre conſtat.Nã plura ſunt:quæ
reclamant.Vt eſt altitudo plãtæ:quæ a Dioſcoride ſemicubitalis deſcribitur:in matriſaluia
D autẽ,bicubitalis:& quandoꝗ altior.Item folium eius eſt maximũ:& non recte marrubio cõ
parandum.Item folliculi ſeminis non uidentur ad radicẽ ſpectare:&c. Et cum his reclamat
pictura ſupradicta:q̃uis illã non tanti facimus:quia poteſt eſſe non uera:ſicut & uera. Item:
E dicit ipſe Ruellius:ꝙ hæc planta totabona non reperitur,niſi in hortis ſata.Nos autem plu
ries per montes:& loca ſylueſtria,& inculta inuenimus.Etiã & in Galliis:& particulariter in
Prouincia:non longe a ſancto Maximino,ubertim uidimus ſupra colles,& iuxta uias:&c.
F Igitur quid proprie ſit horminũ ſatiuum:hucuſꝗ neſcimus.Item ipſe Ruellius uult,hormi-
num ſylueſtræ eſſe centrũ galli.Si igitur horminũ ſylueſtre eſt centrũ galli:peristereon quid
erit:de quo Dioſcorides ſeparatim ab hormino,facit capitulũ?Nam ſecundum ipſum Ruel
G liũ: ut per ſua ſcripta probatur:horminũ ſylueſtre,centrũgalli,ſiue gallitricũ, & peristereõ,
ſiue uerbenaca,ſunt unũ & idem:quod non facile creditur.Fatemur enim nos utrunꝗ(ſup
ple uerum)Dioſcoridis horminũ ignorare.Et horminũ Plinii:quod eſt genus tritici:ſed huc
H non bene cognoſcimus.Pro hormino autem,ſcilicet tuderi,poteſt poni been:quia ſi tude-
ri(teſte Auicenna)ponitur pro been:econtra autem,loco tuderi poteſt adminiſtrari been.

De Fulfulmine.

I EST etiam in præſenti deſcriptione unum ſimplex,barbarico uocabulo deſcriptũ: quod
quidẽ per uarios libros:diuerſoſꝗ authores:uariatis notatur literis:uerũtamen omnes
declarant eſſe radicem piperis.Et reuera ſi codices uariãtur in ordine deſcriptionis:& q̃tita
K te literarũ:tamen in prolatione uocabuli taliter approximãtur:ꝙ bene percipitur idem eſ-
ſe: & ꝙ errore librariorũ ignorantiũ peregrinas linguas:& ſimplicitatẽ ueri uocabuli: ut in
multis aliis:ita & in hoc uolumina deprauata ſunt.Nihil enim facit ad rem,ſi reperiatur: ful
L fulmẽ,ſiue ſulfumẽ,ſiue fufulmẽ,ſiue alufulfumẽ:&c.ſiue ut in Auicenna.Fulfuminue:& cõ
ſimilia plura:idem ſunt:quod radix piperis,uel lignũ eius:ut omnes(ſicut dictũ ẽ) exponũt.
Vnde & Raſis in tertio ad Almanſorẽ etiam,ait:fulfelemie.i.radix piperis.Sed quia non ex-
M portatur:& de facili haberi nõ poteſt:multi uolunt ut loco eius ponatur piper nigrum.Ma
nardus autẽ dicit,ꝙ loco eius potes ſumere ozimum.Sed ſi recte neſcimus.Fortaſſe ipſe le-
gerit in quito cañ.Auicẽnæ.ſ.in tractatu de hieris:uidelicet in hiera Euſaracatis:ubi legitur:
N fulfulimon:& eſt ozimũ montanũ:& ex hoc putamus dixerit:potes ſumere ozimũ. Sed in
rei ueritate textus Auicẽnæ,in dicta hiera, eſt mendoſus: ut probatur per Belluuẽſis tradu-
ctionem:ꝙ illud,eſt,in illa circũloquutione,uacat:& ſunt duo ſimplicia: & non unum cum
O declaratione.Sic enim eſt uera litera:ſecundum Bellunenſem:fulfulmum:& ozimum mõ-
tanum.Et ſic patet,ꝙ fulfulmẽ non eſt ozimum.

P ℭ Triphera maior ex arte Fenonis:&c. XLIII.

IN omnibus fere exẽplaribus antiquis, præſens triphera non minori ſed ma-
ior intitulatur.Et iudicio aliquorũ rectius : quia reſpectu ſequentis triipheræ:
Q hæc bene poteſt dici maior:unde & ſequẽs minor inſcribitur. Sed ſi utraꝗ ſit
uniuis authoris neſcimus.Verũtamen parũ refert quomodocunꝗ dicatur:ſi-
ue maior:ſiue minor.Raſis autẽ in antidotario diuiſionũ: in capitulo de medi
R cinis ſtomachi,habet cõfectionẽ Fenonis,in multis huic tripheræ cõformẽ.Attamẽ aiaduer
tẽdum,ꝙ in præſenti deſcriptione per oẽs ĩpreſſiones eſt unus peſſimus error:uidelicet ubi
legitur naſturtii,aſſari:&c.Non enim præſentem tripheram ingreditur aſarum:rectius quip
S pe legendum eſt,naſturtii aſſati.In nullo penitus antiquorum, & emẽdatorum librorum eſt
ſcriptum aſſari:ſed in omnibus concorditer diſtincte,& clare legitur.Naſturtii aſſati.Conſi-
milemꝗ errorem in ſequenti reperies triphera.Lege ibi.

De naſturtio.

De Naſturtio. A

NAſturtii equidẽ plura ſunt genera:ut ſatiuũ,ſylueſtre,& aquaticũ,&c.ſatiuũ autẽ,in albũ
& nigrũ diuiditur:ut Plinio placet.Sed quando abſolute ſcribitur:ſicut in iſta triphera:
ſemper intelligitur ſatiuũ,& uſuale:ſiue albũ,ſiue nigrũ:quæ uirtute nõ differunt.Et hic ingre B
ditur ſemen:quod magis cõpetit medicinæ:q̃ herba.Domeſticũ,ſiue ſatiuũ,notius eſt:q̃ ſyl-
ueſtre.Cardamũ a græcis dicitur:& uulgo Romæ allegrectũ,uel agrectũ uocatur.Appuli au
tem dictionibus inuerſis,turtionaſum appellant.Præterea hoc in loco,notandũ nobis uiſũ C
eſt,de ſemine naſturtii aſſati:ꝙ qñ datur ad cõſtringendũ:nõ debet cõteri: quia in cõtritione
ipſius,deſtruitur pars eius cõſtrictiua.Et hoc refert author noſter in.2.cañ.tertii capituli,ter
tiæ intẽtionis:dicẽs.Et ex eis etiã quæ experta ſunt(.ſ.ad reſtringendũ)eſt: ut granorũ naſtur D
tii,a.ʒ.ii.uſq; in aureos.ii.torrefiãt: & impinguẽtur decoquẽdo cũ ſucco cytoniorũ:aut myr
torum:& propinetur:eſt enĩ ultimũ ad illud:& proprie ſi nõ cõteruntur:deſtruitur enim uiſ-
coſitas eorũ in cõtritione.Hæc ille.Quãobrẽ in præſenti triphera ipſum ſemen debet aſſari: E
ſed nõ cõteri:quia ipſa cõfectio,habet abſcindere fluxũ uẽtris:ut textus declarat.Hac etiã de
cauſa probatur aſarũ nõ cõuenire huic cõfectioni:quia eſt ſolutiuũ:& ſemẽ naſturtii eſt aſſan-
dum:ut ſit magis cõſtrictiuũ.Et aduerte,ꝙ aſarũ ſcribitur per ſimplex,ſ,& nõ per geminũ,ſſ, F
ut in multis libris legitur:quæ cauſa,fuit origo ſupradicti erroris:quia ob abuſionẽ deſcribẽ
di aſſari.pro aſari:librarii inueniẽtes in iſta triphera & aliis locis aſſati:facillime imprudenter
allucinati:reſcripſerunt,atque ĩpreſſerunt aſſari:pro aſſati.Et cõuertẽtes,t,in,r, fecerũt duo G
mala:unũ uidelicet,ꝙ abſtulerũt a naſturtio aſſationẽ neceſſariã:& alterũ, ꝙ addiderũt ſim-
plex incõueniens:imo directe cõtrariũ.Lege etiã de naſturtio infra.ſ.i pilulis de coloquĩtida.

De Olibano. H

REctius libanũ:q̃ olibanũ græce dicitur.Latine thus:& incẽſum:arabice autẽ, Rõder uo
catur.Diſtinguũt illud authores,in maſculinũ:& fœmininũ.Thus maſculũ dicũt illud:
quod eſt rotundũ,lucidũ,trahens ad albedinẽ:tãq̃ gutta,ſeu lachryma coagulata. Et hoc, p I
olibanũ abſolute,intelligũt.Quodq; nõ eſt huiuſmodi:fœmininũ eſſe nolunt. Purgamen
tum autẽ,ſiue furfur incẽſi:mãna thuris uocatur.Copioſe enim habetur thus: & uulgare eſt
apud oẽs:ſed arbor ipſius:quæ libanus,& libanotus dicitur:noſtratibus incognita eſt plus, K
q̃ dici poteſt.Libanotis uero,roſmarinũ,herba eſt:cuius radix thus redolet. Et libanotis etiã
poteſt uocari illa herba:quæ uulgo incẽſaria dicitur.Cuius folia odore per q̃ maxime emu-
lantur incẽſum.Herba quidẽ pluribus cognita.Semper autẽ cũ reperitur libanũ, ſiue oliba- L
num, ſiue thus,ſiue incenſum abſolute:maſculum intelligitur. Libanus quoq; mons eſt: in
quo ſunt ingentiſſimæ cedri arbores.Sed ſciendum,ꝙ libanus:pro thuris arbore: tam ma-
ſculino:q̃ fœminino genere legitur.Vnde Hieronymus.Quaſi libanus non inciſus.&c. M

De Charmezith.

CHarmezith,uel karmezik,uel charmazech:&c.ſecundũ Auicennã:eſt fructus tamari-
ſci.Quod cõfirmat Bellunẽſis,in ſuis interpretationibus dicẽs:Charmazech, ſeu cher N
mazech,eſt fructus arboris Athel:quæ eſt ſpẽs tamariſci:& eſt arbor magna,nota in Egypto
& fructus ſupradictus apud Aegyptios,& Syrios,appellatur hadebe:&c.Idem dicit,in litera
Alathel:ubi etiã addit:ꝙ folia Athel ſunt ſimilia foliis tamariſci.ſ.notæ. Et ꝙ tã fructus iſtius O
arboris:q̃ fructus tamariſci notæ:uocatur chermazech:&c.Hadebe autẽ uocatur fructus di
ctæ arboris Athel tãtũ:& nõ fructus tamariſci notæ. Vñ quilibet iſtorũ fructuũ poteſt intel-
ligi:& eſt bonus.Verũ ſecundũ Serapionẽ carmezit,eſt tota ipſa tamariſci arbor domeſtica: P
& proprie eſt illa quã Bellunẽſis uocat Athel.Sylueſtris autẽ:ut probatur per Dioſcoridẽ:&
ipſum Serapionẽ:eſt iſta nota.Nos autẽ potius laudamus in tali triphera poni fructũ,& præ
cipue domeſticæ arboris:quia fructus eſt ſtipticior plãta:teſte Auicẽna:qui in cap.de tama- Q
riſco ait:ſed ẽ fructus eius uehemẽtioris ſtipticitatis. Et maxime quia ipſa cõfectio,habet ſe-
dare uẽtris fluxũ:ut textus declarat.Vñ in oĩbus locis:in quibus legitur carmezit:&c.debet
intelligi fructus tamariſci.ſ.domeſticæ:quia particulariter de ipſa Serapio loquutus eſt: cũ R
carmezit ſcripſit.Nõ obſtãte ꝙ Bellunẽſis dicat fructũ ſylueſtris,ſimiliter nũcupari.Qñ aũt le
gitur fructus tamariſci:põt ĩtelligi de ſylueſtri potius:tãq̃ de notiori:q̃ de domeſtica,minus
nota:lege etiã in cõfectione Alcãzi.

De myrobalanorũ aſſatione. S

SCias,ꝙ aſſatio myrobalanorum,ab authore præcepta,iudicio quorundã eruditorũ,ut ſit
uirtuoſa, & bona:taliter fieri debet.Accipe myrobalanos enucleatos:& cultello incide,

A in paruas particulas,uidelicet ad granorũ piperis:aut parui ciceris modũ:nec pulueriżētur
omnino:ſtatim butyro bouino recenti,manibus fricando,lini eos : & in patella lento igne
aſſa:& confrige eos: ſpatula agitando ſemper : donec primus eorum color deperdatur : &
B quaſi incipiētes cremari:depone eos ab igne.Quos bene contritos:cum aliis rebus,ſecun-
dum regulam ab authore traditam,aromatiza cũ muſco:& confice cũ melle deſpumato.

ℂ Triphera minor deſcriptione cognita:&c. XLIIII.

C

LEgitur per omnes impreſſiones , In præſenti deſcriptione. Inuoluantur(.ſ.
myrobalani)butyro uaccino:& fricentur:&c. Melius eſt autē,in exemplari-
D bus manuſcriptis : ſic uidelicet . inuoluantur(ſupple myrobalani) butyro
uaccino : & frigantur:&c. Et ita rectius:qm̃ intentio authoris eſt: ut ſicut in
ſupraſcripta triphera:ita & in iſta:myrobalani friganturːſiue aſſentur,in ſar-
E tagine:cum butyro uaccino : & poſtea conficiantur. Modũ autem frixionis
eorum:in ſupranotata triphera(ſi placet)lege. Sunt nãq; & alii errores, in iſta deſcriptione.
Vnde ubi in præfatis mendoſis impreſſionibus legitur. Et in deſcriptione alia. Cyperi,oliba-
F ni,ſeminis apii,naſturtii,aſſari,ana ſextam partem. ℨ.unius:&c.ſunt ibi ad minus tria menda.
Primum eſt:ꝙ ſemen apii penitus non legitur,in exemplaribus antiquis:quapropter(ſaluo
ſemper meliori iudicio)opinamur nõ eſſe admittendũ. Secundũ mendum eſt,ſicut ſupra:de
G naſturtio,& aſaro.ſ.ꝙ ubi legitur,naſturtii,aſſari. Legendũ eſt:naſturtii aſſati:ut correcta exē
plaria,una cum Nicolao præpoſito:hic,& in ſupraſcripta triphera habent. Nam aſarũ omni
no non cõpetit huiuſmodi cõfectionibus:nec naſturtiũ non aſſatũ. Tertiũ mendũ eſt , ubi le
H gitur:ana ſextã partē. ℨ.unius. Legendũ eſt emendatius: ana ſextã partē unius.ſ.partis: & nõ
ℨ. Huiuſmodi enim error in iſto loco,& ſimilibus:per ſe eſt manifeſtiſſimus. Nam ſi reliquæ
medicinæ accipiendæ ſunt per partes:plus,minuſue,ad libitũ cõficiētis: quomodo poſſunt
I iſtæ per pondus determinatũ,ſemper bene cõuenire omnibus partibus:tam magnis: q̃ par
uis prius acceptis:ut aliq̃ñ non ſit diſproportionata cõpoſitio? Vt exēpli gratia. Si de quoli-
bet myrobalano accipiatur pars ĩ quãtitate unius. ℈. aut minus:iſta autē ſimplicia.ſ.cyperus:
K olibanũ:&c. neceſſario accipienda ſunt,ſecundũ ipſorũ taxatum pondus: nec plus,nec mi-
nus:ut legitur. Et ſi recipiatur de quolibet dictorũ myrobalanorũ pars : in q̃titate quinq; li-
brarum,aut plus:iſta quidē eodē põdere,quo ſupra,ſunt recipiēda:&c. Quod abſurdum eſt
L credere. Quis enim author tã amēs ſcripſiſſet talia? Enimuero, nõ authores:ſed deprauatores
librarii,in hoc culpãdi ſunt:qui in cõſulte,& in diſcrete:& ſine bona caſtigatione : libros nõ
paucæ authoritatis:& maximi momenti,ſcribunt:atq; imprimunt. Igitur ſic : recte ſcribendũ
M eſt. Cyperi,olibani,naſturtii aſſati,ana ſextam partem unius partis.

De aromatizatione pharmacorum.

SCiendũ,ꝙ licet ad libitũ cõficientis ſit poſita q̃titas muſci,pro præſentis tripheræ aroma
N tizatione:tñ nõ eſt ponendũ tam parũ de ipſo muſco: ꝙ nõ ſentiatur ab olfactu. Auari-
tia nēpe ducti,multoties aromatarii fraudant cõpoſitiones pharmacorũ: in muſco , ambra,
& ſimilibus ſimplicibus precioſis:nõ ponētes neceſſariã ipſorũ quãtitatē,ab authoribus de-
O terminatã. In præſenti autē triphera,& ſimilibus:quia nõ ſpecificatur põdus ipſius muſci:cre
dimus,ꝙ in prodigalitate nõ peccabũt. Igitur de bono conſilio regulamus:& dicimus:ꝙ in
hoc & ſimilibus accidētibus:eſt ſemp deus præ oculis habēdus:& diſcretio moderata,& cõ
P ſcientia bona,ſint(in quibus deeſt)mēſura agēdarũ rerũ. Attamē quia præſentis tripheræ ſim
plicia,per partes recipiũtur:ſimiliter & muſcus per partē eſt cõmēſurãdus. igitur,ſaluo ſem-
per prudētiori iudicio,nõ minus debet eſſe.q̃ ſemis ſextadecima unius partis. Vt exēpli gr̃a.
Q Si ex quolibet myrobalano accipiũtur. ℥.ii. de muſco autē debemus accipere. ℈.÷. Et ſic erit
ipſa cõpoſitio uirtuoſa:atq; optime aromatizata. De melle emblicorũ,quære ĩ electuario de
gēmis. Præterea inſup,ubi legitur. Et in deſcriptione alia:&c. ſciendũ,ꝙ hæc circũloquutio,
R nõ eſt a ſcriptore:tãq̃ ſi ſcriptor inuenerit codices iſtius authoris uarios:ita ꝙ unus codex eſ-
ſet diſſimilis alteri:ſed eſt ab ipſo authore appoſita. Et idem ſignificat:quod , & apud alios.
Quia author deſcribit uarias medicorum intentiones:& opiniones : & non diuerſas eiuſdē
S operis deſcriptiones. Et cõfirmat hoc,quod ſequitur. hoc eſt. Et apud alios ſcoriæ ferri:&c.
Etiam in ſupraſcriptis tripheris : & in multis aliis pharmacorum deſcriptionibus : ut patet:
huiuſmodi conſimilia annotauit.

ℂ Diacurcuma

ℭ Diacurcuma maiori &c. XLV. A

NOn poſſumus nõ admirari, de præſentis & ſequentis cõfectionum titulo. Cũ
ſit, ꝙ utraq; carens curcuma: tituletur Diacurcuma. Recentiorũ quidẽ decla B
rationibus: mens noſtra nõ quieſcit. ſ. ꝙ dicatur a colore: &c. Attamẽ uerbis
quæ Luminare maius ponit ſ. ꝙ credit errore librariorũ eſſe poſitũ Diacur⸗
cuma, pro Diacrocoma: a croco ipſam cõpoſitionẽ intrante (licet crocoma C
apud Auicennã ſit aliud) crederemus: ſi in aliquo antiquorum uoluminũ fuiſſet uariatus ali
quo modo titulus ipſe. Enimuero oẽs tam antiqui, q̃ recentiores codices nr̃i authoris, cõcor⸗
diter habent ſcriptũ. Diacurcuma. Et Crocoma quidẽ apud Auicennã, eſt fex olei de croco. D
Qua propter nõ recte diceretur Diacrocoma: ſed melius uocaretur Diacrocõ. Præterea: in
maiorẽ admirationẽ inducimur: quia ſimiliter & apud filiũ Serapionis: & Auicennã, ſunt cõ
fectiones Diacurcumæ uocatæ: & nulla ipſarũ recipit curcumam. Si ergo dixerimus, ꝙ libri E
authoris nr̃i, talibus in locis, ſint deprauati: quid dicemus de Auicẽna: & de filio Serapionis:
qui (ut diximus) pari modo in ſuis antidotariis: ſine curcuma: Diacurcumas habent? Nos au
tem tenemus pro certo, eſſe errorẽ in huiuſmodi inſcriptione. Verũtamen quomodocũq; di F
catur: ſiue Diacurcuma, ſiue Diacrocoma, ſiue Diacrocõ, ſiue aliter: nihil facit ad effectũ ipſi
us cõfectionis cõſequendũ: ad quẽ ordinata eſt.

De Curcuma. G

ET q̃uis curcuma nõ ingrediatur in præſentẽ cõfectionẽ: tamẽ quia de curcuma intitula⸗
tur: ab ipſa inchoandũ eſt. Curcuma igitur nõ eſt iſta: quæ in officinis falſo pro curcuma
uẽditur: quæ potius eſt radix cyperi indi: ut recte nõnulli cõiectauerũt: de qua ſupra, cum ze H
doaria diximus: & in trochiſcis de cyperis dicetur. Sed Curcuma in rei ueritate, plurima eſt
apud nos. Nec oportet ipſam in nundinis emere. Paſſim enĩ ac uberti, locis incultis: & circa
ſæpes, intus & extra urbẽ naſcitur. Qm̃ ut probatur per Serap̃. Curcuma nil aliud eſt: q̃ che I
lidonia. Quod quidẽ legentẽ: & Dioſcoridi cõferentẽ, nõ latet. Auicẽna enĩ nõ facit i. 2. cañ.
cap̃. de Curcuma. Et chelidoniũ, ſiue chelidoniã: ſub titulo Cauchun deſcribit: pro quo Bel
lunẽſis Chalidunium reſcripſit. Vulgo autẽ Celidonia appellatur. Reperitur enĩ maior: & mi K
nor. Sed maior eſt notiſſima: quæ tota croceo ſucco madet: &c. Minor autẽ eſt illa: quæ uul
go, teſticulus ſacerdotis dicitur: & ab aliis fauarella, ſiue fauarola nũcupatur. Et nec iſta igno
ratur. Verũtamẽ quãdo abſolute chelidonia, ſiue curcuma petitur: ſemper de maiori intelli⸗ L
gitur: quia magis ea utimur: q̃ minori. Minor enĩ a nonnullis in acetariis comeditur: &c.

De Semine apii.

SEmen ueri apii, eſt ſemen illius herbæ: qua cõmuniter utuntur omnes, ad condienda car M
nium: & piſcium iura. Quæ quidem uulgo, falſo uocatur petroſelinum: ut dictum eſt ſu
pra, in Diacalamento. Propterea lege ibi. Etiam illic, quid ſit petroſelinum reperies.

De Phu, ſiue Fu. N

ANimaduertendum æquidem, ꝙ per omnes fere impreſſiones, deeſt in præſenti deſcri⸗
ptione unũ ſimplex: quod eſt, phu: quod quidẽ per cuncta exemplaria, legitur inter ra⸗
ued ſeni: & meu, locatum. Etiam & Auicenna in ſua Diacurcuma maiori (quæ in ſimplicibus O
multũ cõuenit cum iſta filii Meſue) habet phu, & meu: in uno ana. Quapropter iudicamus il
lud eſſe ponendũ in cõfectione. Fu enĩ idẽ eſt quod phu: rectius tamẽ phu: quia græce per, φ,
ſcribitur. Eſt autẽ phu (ut oẽs teſtantur) herba illa: quæ uulgo, ualeriana dicitur. Nam oẽs no P
tæ deſcriptæ de phu a Dioſcoride, Plinio, & cæteris authoribus: cõpetunt dictæ ualerianæ
uulgari: ut legentẽ nõ latet: præter florẽ. Qm̃ Dioſcorides: & cæteri uolunt phu habere flo⸗
rem ſimilẽ narciſco: & maiorẽ: dicta autẽ ualeriana habet minimũ florẽ. Reperitur quoq; & Q
altera ualeriana: quæ in initio ortus ſui, habet folia paruæ betæ nõ diſſimilia: ſed cum adole
ſcit: uariantur: & plurimis ſciſſuris fibrata proueniunt: ut propriis oculis pluries intuiti ſu⸗
mus: & iſta cõſimiliter habet florẽ paruiſſimũ: & minime narciſco cõparandũ. Vtraq; enĩ no⸗ R
tiſſima eſt in Italia. Eſt & tertia ualerianæ ſpecies, ĩ partibus ferrariæ: ut Braſaulus ſcribit. Nec
ipſa in omnibus conuenit Dioſcoridis deſcriptioni. Sed quid mirũ: ſi in aliquo differãt? qm̃
(ut in ſuperioribus iã diximus) ſæpe a uarietate locorũ plãtæ diuerſificãtur qualitate: necnõ S
& uirtute. Quapropter donec uideamus aliã cõuenientiorem plantã: ſemper tenebimus: ꝙ
uel altera iſtarũ, ſit uerũ phu. A nõnullis ſyluestre nardũ dicitur. Dioſcorides author eſt.

A De meo:ſiue(ut mauis)meu.

MEum ſiue,ut aliqui ſcribunt,meu inflexibiliter:a Dioſcoride ponitur in Macedonia, &
in Hiſpania plurimum naſci. Verũtamen paucis ante annis,inuenimus ipſum in noſtra
B italia. Videlicet,in mõtibus Nurſiæ. Et ab incolis illius loci,nõ meum:ſed ſpicula uulgo dici-
tur. Et ſine dubio eſt ipſum meum a Dioſcoride deſcriptũ. Nam ad unguem omnes notæ de
meo,ab authoribus poſitæ:conueniunt iſti plãtæ:quæ(ut diximus)uulgari uocabulo apud
C montanos illos:ſpicula nuncupatur. Reperitur etiam,& in Calabria:& alibi: quam nõnulli
imperatricem,& imperatoriam,ſiue herbam imperatoris nominant. Etiam in Hiſpaniis:cir-
ca montes Aſturiæ degentes:a quoda fratre noſtri ordinis habuimus de radicibus plãtæ ue-
D ri mei hiſpanici:tamen ipſe frater non uocabat ipſam plantam meum: ſed ſiſtrã. Dixitq; no-
bis,ꝙ ab omnibus illius regionis habitatoribus,ſiſtra uocabatur. Siſtra autem,ſecundum pã-
dectarium,Simonem Ianuenſem,& alios plurea.eſt ipſum meum. Dictas autem radices,Hi-
E ſpania,Romam nobiſcum detulimus:& cõparauimus ipſas radicibus dictæ ſpiculæ,& am-
bæ eiuſdem ſpeciei eſſe:ab omnibus,qui uiderunt:iudicatæ ſunt. Quapropter,nõ eſt neceſ-
ſe amplius ab Hiſpanis:& Macedonibus ipſas perquirere. Et quia Dioſcorides,Plinius & cæ-
F teri laudent Athamanticum: hoc quidem ipſi dicunt forſan.quia(ut putamus)non uiderũt
meum italicum:quoniã ſi uidiſſent:iudicaſſent ipſum optimum: quoniam certiſſimum eſt,
terram regionis italiæ non eſſe inferiorem aliis Europæ partibus:in procreandis herbis: &
G cæteris rebus:a ſummo omnium bonorum datore,uſibus hominum conceſſis. Et ſpeciali-
ter Plinius non uidit meum in italia ſponte natum:quoniam ipſe teſtatur: ꝙ tempore ſuo:
non niſi a medicis ferebatur in italia. Nec Dioſcorides cum dicit,ꝙ in Macedonia, & in Hi-
H ſpania plurimum gignitur: negat in aliis mundi partibus poſſe gigni. Dicit autem,plurimũ
in Hiſpania,& Macedonia:quaſi dicat:quia in aliis regionibus,non ita copioſe habetur. iſta
autem radix:qua communiter a multis annis,uſq; in hodiernum diem,omnes pharmaco-
I polæ pro meu uſi ſunt:atq; utuntur:minime eſt meu. Non enim meu habet radicẽ groſſam:
ut eſt iſta:quam ipſi uendunt. Non obſtante ꝙ in Serapione legatur. Et habet radicem non
ſubtilem. Eſt enim ibi menda in codice.quia librariorum incuria:uel quomodocunq; ſit:il-
K lud,non,ad textum authoris additum eſt. Debet enim dici. Et habet radicem ſubtilem. Pro-
batur:quoniam Serapio,non a ſe:ſed authoritate Dioſcoridis,illud dicit. In Dioſcoride au-
tem,patet contrarium:cum dicit meon habere radicea lõgas,tenues:&c. Præterea, nõnulli
L allucinati ſunt ĩ ſiſtra. Vt ſunt Petrus paduanenſis poſtillator antiquæ Dioſcoridis trãſlatio-
nis:& Lumen apothecariorum,& Theſaurus aromatariorum,& cæteri:qui nolũt ipſam ſi-
ſtram eſſe phu:ſcilicet ualerianam. Quod falſum eſt. Etenim in propinquitate uocabuli erra-
M uerunt. Si quidem pro ſiſtar:intellexerunt ſiſtram:quoniã ſiſtar eſt phu.ſ.ualeriana:ſiſtra au-
tem eſt meu. Lege Pandectarium:qui utrunq; ponit.ſ.ſiſtar:& ſiſtram. Etiam præfatus Petrus
paduanenſis,Luminare maius,& alii plures uolunt:ꝙ Mu Auicennæ,ſit meu. Nobis autem
N non bene uidentur conuenire deſcriptiones ipſorum ad inuicẽ:quapropter,putamus aliud
eſſe:ad huc tamen nobis in compertum. Meon autem ſiue meum,meu,ſiſtra, & ſpicula, idẽ
eſt:quod etiam nonnullis anetum ſylueſtre nuncupari non diſplicet.

O De abſinthii & eupatorii ſucco.

NOta ꝙ ſuccus,tam abſinthii,q̃ eupatorii:debet eſſe prius condenſatus:ut ſuccus liqui-
ritiæ:non tamen ita dure:anteq̃ ueniat in pharmaci adminiſtrationem : quoniam ſic ab
P authoribus huiuſmodi, & conſimilea ſucci adminiſtrantur: etenim duæ drachmæ ipſorum
ſuccorum recentium,& liquidorum:eſſent tanq̃ nihil in præſenti deſcriptione. Succi nẽpe
liquidi non conueniunt confectionibus:quæ non ſunt aliquo modo bulliendæ:ſiue deco-
Q quendæ:& tunc ponuntur in maiori portione:&c. Qualiter autẽ ipſi ſucci ſint cõdenſandi:
quære apud Bulchaſim. De abſinthio autem,& eupatorio,quære in diſtinctione de ſyrupis.

De Scordio,ſiue ſcordeon.

R SCordii rectius:q̃ ſcordeon imperite in genitiuo dicitur. Non ſolum uulgares omnes,ue-
rum etiam & ex doctioribus plurimi:ita confirmati ſunt in ſua obſtinata:& falſa opinio-
ne de ſcordio:tenentes illud eſſe allium(& quod peius eſt:ſylueſtre alliũ) ꝙ ſupra modum
S difficile nobis uidetur,auferre ab eis pertinaciã,tã peruerſæ credulitatis:ut ueritate cognita
abſq; calũnia cedãt,atq; cõſentiant uerbis aliquorum fidedignorũ authorũ:qui nõ alliũ: ſed
herbam alterius formæ(ut mox patebit)eſſe declarant. Nam clarum eſt,ꝙ Arabũ libri habẽt

ſcordeon:

ſcordeon:cuius capitula de alliis pertractant.Sed ſi ſit error authorum.ſ Serapionis:Auicē- A
næ:&c.uel ſi ipſorum uolumina incuria interpretum:aut librariorum uitio,ſint deprauata:
adhuc ignoramus.Propinquitas enim uocabuli eos(a quibus emanauit error)fefellit.Quia
cum deberent ſcribere ſcorodon:ſcripſerunt ſcordeon.Sed reuera, aliud eſt ſcorodon:& B
aliud ſcordium:ſiue(ut mauis)ſcordeon.Legitote igitur antiquiores,tam græcos:q̃ latinos
& præcipue Dioſcoridem,& Plinium:qui de ipſis diuerſa faciunt capitula. Dioſcorides enī
ſecundum Hermolai tranſlationem:libri ſecundi capitulo.; 8 5.habet ſcorodon:quod eſt C
allium:cui ſubſequitur capitulum,de ſcorodopraſo:quod eſt quædam ſpecies inter allium
& porrum:cuius planta,pro allio ſyluestri,non incongrue ſumi poteſt.Hinc libri tertii:ca-
pitulo.5 52.ſcribit ſcordium:quod nō eſt allium:ſed eſt quædā herba triſagini.ſ.chamædri, D
ſimillima in paludoſis:& altis naſcens:quāobrem,a latinis Triſago paluſtris nūcupatur.Ha
bet & quadrangulū caulem:&c.ibi notata.In uno tantū:hoc eſt:in ſuo odore:imitatur alliū
.ſ.ꝙ ſi ſcordiū odoratur:alliū ſapit.Quā herbā pluribus in locis,& nō longius ab urbe:mul E
toties collegimus.Et quia,a nōnullis magis cōmendatur Cretēſe ſcordiū:adhibita diligenti
cura:& ſollicitudine:ab inſula cretenſi,nobis delatū eſt. Vtrunq; enim impræſentiarū apud
nos reperitur.Nō differt alterū,ab altero:præterq̃ ꝙ italicū,iudicio plurimorū,uidetur odo F
ratius eſſe cretenſi:fortaſſe,quia cretenſe nō ſit ita recens:ut italicū:& ob uetuſtatē:amiſerit
ſui odoris partē.At uero Plinius libri.2 5.capitulo.6.ſcordiū herbā depingit.De allio autē,
quod & ſcorodon:libro.1 9.ſcripſit.Præterea:nec in Auicēna:nec in Serapione:reperitur G
caput de uero ſcordio.Capitulū autē ipſorū de ſcordeon(quod rectius legendū eſt de ſcoro
do)eſt de allio:quia ſcorodon:idē eſt græce:quod allium latine.Et de allio tantū pertractat:
& nō de paluſtri triſagine:quod eſt ſcordium.Sed aiaduertendū eſt,ꝙ in trāſlatione antiqua H
Dioſcoridis:in capitulo de ſcordeon:multa primum de alliis enumerat:poſtea ſequitur de
ſcordio herba.Et in uno met capitulo:ac ſub uno,& eodē uocabulo, duo diuerſa ſimplicia
cōfundit.Sed hoc credimus,errore Petri paduanenſis:uel ipſius Dioſcoridis interpretis fa- I
ctum fuiſſe.Et potius eſt mali interpretis error:quia infra ponit aliud capitulū:quod eſt de
ipſa herba ſcordio:quā herbam nō ſcordium:ſed barbare,ſcorium uocat.In cuius lectione,
multa diminuta ſunt:& nōnulla male tranſlata:quia ubi debet dici ipſam herbā habere odo K
rem allii:legitur:cū odore oleaſtri.Diligens lector facillime cōprehendit errorem. Igitur q̃
maximo detineātur errore,Simon Ianuēſis,Pandectarius,Luminare maius:& cæteri:una cū
caterua medicorū,& aromatariorū minus peritorū:& uulgariū:bonarū literarū amatores, L
nō ægre percipiūt.Noſtri tēporis autē Ruellius,Manardus,Antonius muſa:& cæteri bonæ
memoriæ,ac diſertiſſimi uiri:cōtra uulgi craſſam ignorantiā:magnopere conati ſunt oſtē-
tare ueritatē:tā de ſcordio,q̃ etiā de nōnullis aliis ſimplicibus:i re medica pnecеſſariis.Legi- M
to apud ipſos.Ergo ubicunq; repetitur in cōpoſitionū deſcriptionibus(ſupple doctorū ap-
probatorū & antiquorū)ſcordiū ſiue ſcordeon:quod idē eſt:nō alliū agreſte:ſed hanc herbā
apponito.Demū,ne quis decipiatur ī odore huius herbæ ſcordii:& accipiat illā herbā:allia- N
riam uulgo dictā:quæ apud pandectariū:Rima marina,alliarica,& pes aſini nuncupatur:cu
ius folia ſunt ut malua rotunda:quæ habent odorē allii:quæ quidē herba in arundinetis:&
umbroſis locis ubiq; reperitur.Etiā ſunt & aliæ herbæ:quæ alliū imitatur odore:ſed nō ſunt O
ſcordiū:nec ſcordii ſpecies.Scordiū enim(ut dictū eſt)habet folia,nō maluæ:ſed triſagini.ſ.
chamædri ſimilia.Et habet florē rubeū:alliaria autē albū.Haſta eſt ſcordio quadra:alliariæ ro
tunda:ex quibus patet,ſcordiū eſſe aliud ab alliaria. P

De Scolopendria.

SColopendria herba equidē,nō eſt lingua ceruina:qua hodie cōmuniter oēs aromatarii,
pro ſcolopēdria utuntur.Sed eſt illa herba:quæ uulgo cetrach:ſiue cetherach dicitur: Q
quā Dioſcorides aſpleniō:& ſcolopēdriō uocat.Aſpleniū quidē;quia ad ſplenē deſiccandū
& curādū:nil melius.Scolopendriū autē,a ſimilitudine:quā habet cū ſcolopēdra uerme ani-
mali.Quod animal habet pedes.1 4.ſ.ex quolibet latere ſeptē.Ad cuius formam,folia huius R
herbæ,plurimis inciſuris munita:quaſi uermes multos pedes habentes:ſimilitudinē ſcolo-
pendræ ſibi uēdicarunt.Et hoc plurimi teſtitur.Et præcipue Serap̄.cap̄.Scolofendriō:quod
eſt de ſcolopēdria:dicēs authoritate Dioſcoridis:nominatur hoc nomine:propter ſimilitu- S
dinem cuiuſdā uermis,dicti ſcolofendra:& eius compoſitio eſt.1 4.pedū:&c.Nam Arabes:
teſte Simone Ianuenſi:loco,p,(quo carent)per,f,ſcribunt atq; pronunciant. Quamobrem

A ſcoloſendrion:pro ſcolopendrion ſcribunt.Andreas Belluneñſis autem , ſchuluſendrium
uerrit.A nõnullis uulgaribus hæc herba,argẽtina uocatur.Quia rugoſitas: quam folia eius
inferius habent:ob ſplendorẽ ſuum albicantem:ad colorem argenti aſſimilari poteſt.Præ-
B terea,hi qui duræ ceruicis ſunt:ſibi ipſis tantum credentes:legant Dioſcoridem,qui facit ca-
pitulũ de phyllitide:quod eſt de iſta lingua ceruina:& infra facit capitulũ de Aſplenio:quod
eſt de ſcolopendria:ergo ſcolopẽdria nõ eſt lingua ceruina. Item Petrus de Tuſſignana ſup
C nono ad Almanſorẽ:cap̃.de ictericia:ſcribit ſyrupũ:cuius cõpoſitionẽ intrant ſcolopẽdria,
& lingua ceruina:ergo nõ ſunt idẽ.Sed obiicet forſan aliquis,dicens:ꝙ Dioſcorides:& Sera
pio aſſerunt ſcolopẽdriã habere folia ſimilia foliis polypodii:iſta autẽ argẽtina.ſ.cetherach
D nõ eſt huiuſmodi.ergo nõ eſt ſcolopẽdria.Ad hoc reſpõdebimus,ꝙ minus habent ſimilitu-
dinem,cũ polypodio,folia linguæ ceruinæ.ſ.phyllitidis:q̃ folia cetherach.Et ſi ſecundũ ip̃m
cetherach nõ eſt ſcolopendriũ:propter foliorũ diſſimilitudinẽ:a fortiori,minus poteſt eſſe li
E gua ceruina:cuius folia diſſimiliora ſunt polypodii foliis:q̃ folia cetherach.Eteni cetherach
folia habent quandã(licet paruã)ſimilitudinẽ cum polypodio:ut eſt ſciſſura foliorũ:&c.Nã
& polypodium dicitur a multitudine pedũ:quã ob cauſam.ſ.ob multitudinẽ pedũ:quã ſco-
F lopendriũ habet:dicitur polypodio aſſimilari.Ergo cõcludendũ eſt,cetherach eſſe uerũ ſco
lopendrium:ſiue(ut mauis)ueram ſcolopendriam.

G

❡ Diacurcuma minor:&c. XLVI.

M inor præſens cõfectio dicitur ad differẽtiã ſupradictæ:quæ maior eſt:qm̃ plu-
H ra ſimplicia recipit.Et licet textus dicat:ꝙ ualet iſta minor ad ea:quæ magna:
rationabiliter poteſt addi:ſed nõ tantũ.Quia ſicut eſt minor in ſimplicibus:ita
putamus eſſe ipſam,minoris operationis:& uirtutis.Quapropter monendi
I ſunt aromatarii,ne uendãt minorẽ: pro maiori: nec iſta minor debet parari:
niſi iuſſu medici ipſam ordinãtis.Vnde hæc generalis regula notanda eſt:pro
omnibus cõpoſitionibus,ex quibus maiores,& minores eiuſdẽ effectus repe
K riuntur.Videlicet:ꝙ ſemper cõpoſitiones maiores ſunt parandæ. Minores autẽ nõ parẽtur:
niſi ex præcepto medici.Hoc autẽ diximus:quia ſcimus aliquos,qui auaritia ducti:cauſa ma
ioris lucri:minores,& ſimplices cõpoſitiones:pro maioribus:& cõpoſitis ſæpe parabant,&
L uendebant.Quod quidẽ,eſt malũ apud deũ:& homines.Ex quo nos arguentes illos:obiicie
bant Ariſtotelis authoritatẽ:dicentes:fruſtra fiũt per plura : quæ poſſunt fieri per pauciora.
Si igitur minor,ſiue ſimplex cõfectio, ualet ſicut maior:ad quid fruſtra,cum noſtro damno,
M tenemur parare maiorẽ?Ad quæ , nos præfata cũ reſpõdiſſemus.ſ. ꝙ minor ualet ad ea,quæ
maior:quia eſt eiuſdem intentionis:ſed non tantum:quia eſt debilioris operationis, & uir-
tutis:obmutuerunt.Quapropter ualidior,& maior,ſemper paranda eſt.
N

❡ Diamoruſia:&c. XLVII.

O H Aec præſens cõfectio in multis exẽplaribus antiquis,nõ Diamoruſia:ſed ho-
moruſia intitulatur.Et in aliquibus ſine aſpiratione:Omoruſia legitur.in Aui
cenna autẽ:& in breuiario filii Serapionis:& in decimo practicæ Hali abbatis
P ſunt huiuſmodi cõfectiones:in paucis tamẽ differẽtes ab iſta. Sed in Auicẽna
legitur homoruſia.In filio Serapionis uero.Modus cõfectionis omoruſiæ:&
in Hali.Ammoruſiæ cõfectio inſcribitur.Et pandectarius dicit.Homoruſia eſt quædã cõfe-
Q ctio:&c.Quapropter uel aſpirate:uel nõ:nihil refert.Vnde rectius(ut putamus) titulari de-
bet præſens cõfectio Diahomoruſia:uel Diaomoruſia.Verũtamen bonæ ſonoritatis cauſa,
expunctũ eſt illud,o,ut cõſimiliter factũ fuit in Diãbra:& ſimilibus.Sed aduertendum,ꝙ ubi
R mẽdoſe per ĩpreſſiones:legitur in præſenti deſcriptione:coſti,triũ piperũ:añ.ʒ.i.legendũ eſt
rectius:añ.ʒ.÷.ut eſt in cunctis exẽplaribus antiquis:& ſimiliter in Auicẽna,& filio Serapio-
nis:& Hali.itẽ:pro cinamomo,lege cinami:ut eſt in præfatis exẽplaribus.Quod cinamum,
S eſt inferius cinamomo:uñ loco eius in huiuſmodi cõfectione:filius Serap̃.Auicẽna: & Hali
abbas præfati:caſiam habent:quæ ſimiliter eſt cinamomo optimo inferior.

De Acoro.

Acorus

ACorus, uel acorũ, ſiue acori radix: cuius uſus, teſte Dioſcoride, frequentiſſime in antido A
tis habetur: ſi ipſius Dioſcoridis uerba penſabimus: hæc: qua uulgares aromatarii utun
tur: ueriſſime nõ erit. Q̃m præter formã: nil aliud habet cum acoro ſimile. Nõnulli autẽ aſſe-
runt (quorũ unus Braſaulus) radicẽ, quã galangã uulgo nominant: acorũ eſſe. Quamq̃ alii: & B
forſan melius: uelint nõ galangã: ſed radicẽ illã: quæ apud uulgares calamus aromaticus fal
ſo nũcupatur: uerã eſſe acori radicẽ. Ex quibus Manardus nõ ſolũ hoc teſtatur: ſed etiã dicit:
ꝙ pro acoro: ſemper uocato calamo aromatico uſus eſt. Nos autẽ potius adhæremus Ma- C
nardo: &c. qui tenent uocatũ calamũ aromaticũ eſſe acorũ: q̃ illis: qui galangã præfati. Quæ
galanga (ut mox infra dicetur) tenetur aliud eſſe. Deſcriptio nãpe Dioſcoridis de acoro (ut
uideri poteſt) magis cõuenit huic calamo aromatico uſuali: q̃ ſupradictæ galangæ. Radix au D
tem: qua cõmuniter pro acoro utuntur: aliud eſt: quia cũ ſit rubra, abſq; odore, & inſipida: a-
corus nõ poteſt eſſe: quia acori radix: teſte Dioſcoride: habet eſſe alba, iucunde odorata gu
ſtuq; acris: &c. quæ oia in præfato falſo uocato calamo aromatico uſuali, perq̃maxime re- E
periuntur. Quãobrẽ ueriſſime credendũ eſt eſſe acorũ: ac pro acoro: quocunq; opus fuerit:
apponi: placet multis. Hæc autẽ planta acori officinarũ: inter iridis ſpecies annumerari de-
bet. Vocatur a latinis (ut Dioſcorides: & Apuleius ſcribunt) herba ueneria. Etiam ſcribit ipſe F
Apuleius: ꝙ hæc herba raro inuenitur: & ꝙ nõ poteſt cognoſci: niſi cũ floſculũ emiſerit. Vñ
etiã probatur, ꝙ nõ poteſt eſſe acorus hæc plãta uſualis: quæ paſſim i aquoſis reperitur: &c.

De Flore ſquinanti. G

SQuinantũ barbare: idẽ ſignificat: quod græce: ſchœno anthos. Schoenũ autẽ græci di-
cunt: quod latini, iuncũ rotundũ odoratũ. Et anthos græce idẽ eſt, quod latine flos. Vnde
ſquinantũ (licet barbare ſcribatur) flos ſchœni. ſ. iunci rotundi odorati, eſt. Sed cũ in libris H
arabũ legimus florẽ ſquinãti: nõ poſſumus per ſquinantũ intelligere florẽ ſchœni: ſed plan-
tam eius. ſ. culmũ: ſiue ipſum iuncũ. Sed hoc mali interpretes (ut putamus) fecerunt: qui per
ſchœnũ: ſquinantũ uerterunt. Vnde in dictis arabũ libris: per florẽ ſquinãti: intelligimus ſim- I
pliciter florẽ ſchœni: & per radicẽ ſquinanti: radicẽ ſchœni: quia per ſquinantũ abſolute:
plantã ipſius ſchœni intelligunt. Schœnũ autẽ: ſiue (ut mauis) ſquinantũ: non ſunt illæ paleæ
(ut peritis placet) quibus ubiq; in officinis utuntur: quia deſcriptio Dioſcoridis de ſchœno K
odorato nõ cõuenit illis: ut quilibet uidere poteſt: nõ enĩ habẽt radices notabiles, ad medici
næ uſum: ſed quaſi capillaceas paruas: & nullius roboris: uel momẽti: nec mordicãt linguã
ipſæ paleæ: & q̃uis ſint aliqualiter odoratæ: nõ tamẽ ſpirãt roſæ odorẽ: & quod maius eſt: ui- L
demus ꝙ nõ producunt iuncũ: ſed calamũ nodoſum: ſicut eſt calamus hordei, aut frumẽti:
q̃m ut plurimũ exportãtur cũ parte ipſius calami. Vñ nõnulli recte exiſtimãt ipſum ſquinãtũ
uſualẽ: eſſe plantã calami aromatici: quia calamus aromaticus officinarũ: manifeſte proba- M
tur: ꝙ nõ eſt calamus: cũ ſit radix: quã radicẽ plurimi (ut ſupra diximus) uolunt eſſe uerã aco
ri radicẽ. Cũ enĩ dicimus calamũ: nõ itelligimus radicẽ. Sed ſi quis dixerit: ꝙ hæc radix: quæ
recipitur in officinis pro calamo aromatico: eſt radix ipſius calami: hoc fortaſſe poterit eſſe. N
Verũtamẽ cũ petitur calamus: nõ eſt accipiẽda radix: niſi urgẽte neceſſitate: ex ipſius calami
penuria. Reuera igitur, ſquinantũ nõ habemus. Sed multorũ quidẽ nõ ſpernendorũ eſt opi-
nio: ꝙ hæc radix: qua communiter pro galãga utimur: ſit radix ipſius ueri ſquinanti. Etiam a O
nõnullis: qui fatẽtur ſe uidiſſe uiuã plantã iſtius galãgæ uſualis: habuimus: ꝙ ad unguẽ cor-
reſpõdet Dioſcoridis deſcriptioni de iũco rotũdo odorato. Galãga autẽ: quæ (ut ſupra dixi-
mus, græcis incognita fuit: & a nobis quoq; minime cognoſcitur) alia planta eſt: & apud a- P
rabes ſolũmodo perquirẽda. Vnde tã pro floribus, q̃ pro ipſo ſchœno, quibus caremus: q̃ ẽt
pro ipſa radice, poſſumus uti, ubi oportet, hac uſuali galãga. Poſſumus quoq; uti (ſaluo ſem
per prudentiorũ iudicio) hoc uulgari ſquinãto: quã eſſe (ut diximus) plãtã calami aromatici, Q
opinãtur plures. Q̃m ut in Dioſcoride, & cæteris fidedignis authoribus uideri poteſt, uirtu-
tes, & proprietates, calami aromatici, & iũci odorati: nihil, aut ſatis parũ, inter ſe differũt: ex
quo bene poteſt alterũ pro altero cõpenſari. Et aduertant ſimplices: ꝙ ſchœnũ & ſchinus nõ R
ſunt idẽ, q̃m ſchinus eſt lentiſcus, de quo alias. Præterea ſciendũ, ꝙ Auicẽna ſcribit authori-
tate Dioſcoridis, ꝙ ſunt duæ ſpecies ſquinanti. ſ. una, quæ eſt infructifera, & altera fructifera,
quæ facit fructũ nigrũ, &c. Si ita eſt, poterit forſitan eſſe, ꝙ hoc ſquinantum uulgare ſit altera S
ipſarũ. Verũtñ in nulla Dioſcoridis traductione hoc legitur, unde cõiectamus eſſe errorem
ipſius Auicẽnæ, uel ſaltẽ ſui interpretis.

De Marmacur.

A TEmporibns Nemrotb nempe credimus,non fuiſſe tot uocabulorũ confuſiones:quot
hodie p rei medicæ libros reperiũtur. Quapp de hoc ſimplici,ſub huiuſmodi tenebro
ſa uoce occultato:quid afferamua neſcimus.Percurrẽdo eteni uarios authores : & libros:
B uarias inuenimus opiniones:atq; deſcriptiones. Nam ex libris exẽplaribus,quos legimus:
pauci.ſ.tres tantũ habent marmacur:& duo marmacor:& quinq;:ſinguli uidelicet hæc ſin-
gula habent uocabuia,marmatur,marmacũ,marmatum,maratri,marmatar: reliqui autem
C uniformiter,oẽs habent marmacar.Marmacar autẽ,in quibuſdã ſynonymis antiquiſſimis
arabicis:inuenimus expoſitũ eſſe meliſſam.Quãobrem,coniectamus talẽ dictionẽ eſſe cor-
ruptam:& rectius marmacar:ꝙ marmacur eſſe legendum.Enimuero quiſquis neſciens ueri
D tatem alicuius uocabuli:præſumit interpretari,aut declarare,potius eſt reprehẽſione: ꝙ lau
de dignns.Quia ſi bene agit:diuinat.Et hoc non a ſe,ſed a deo eſt:de qna bonitate, ipſe non
poteſt gloriari.Si autem ſecus fecerit:minimum malum,maximum facit,quod ſæpius plu-
E rimis:& præcipue innioribus accidiſſe comprobatur.Marmacur igitur quid ſitia nullo anti
quornm deſcribitur.A recẽtioribus autem:uidelicet a Luminari maiori : & a Paulo ſuardo
exponitur eſſe marrublum,ſcilicet praſſium.Et a Ioanne Manardo meliſſam:& ſic putamus
F optime.Item:uult Luminare maius,marmacur eſſe marum Auicennæ. Auicenna autem ca
pitulo de maru:primam ipſius ſpeciem,non marmacur:ſed marmacor uocat.Quod quidẽ
marmacor:ab ipſo Luminari,declaratur eſſe meliſſa:in iſtis uerbis.Sapientes dixerũtq; per
G marmacur uolumus intelligere praſſium:ſiue marrubium: & per marmacor uolumus intel
ligere citrariam:ideſt meliſſam.Et idem confirmat in ſuffuf de ligno aloes. Si igitur marma-
cor eſt meliſſa:& maru Auicennæ eſt marmacor:ergo meliſſa eſt maru.Ergo marmacor , &
H marmacur ſunt idem. Et quidem Auicenna facit capitulum de maru: & capitulum de
marmacora: & capitulum de praſſio. Si autem capitulum de marmacur: non eſt illud
quod inſcribitur de marmacora:non reperitur aliter apud ipſum Auicennam. Et minime
I apud alios. Et quamuis filius Serapionis habeat marmacur in ſua omoruſia: tamen ab
ipſo qnid ſit nou declaratur.Nos autem credimus idem eſſe marmacar,marmacor,marma-
cur:&c.conſimilia.Auicenna enim in dicto capitulo de maru:dicit:ꝙ prima eius ſpecies:eſt
K marmacor:poſtea non declarat ibi:nec per aliud capitulum:quid ſit marmacor:ſed imme-
diate poſt dictum capitulũ ſubſcribit capitulnm de marmacora:ubi dicit : ꝙ nota eſt. Quod
quidem capitulum firmiſſime credimus eſſe capitnlum de marmacor. Quia primũ, ſcilicet
L in capitulo de maru:poſuit omnes eius ſpecies in generali:demum in particulari,in ſequẽti
capitulo:tangit tantum ipſam maru ſpeciem:marmacor uocatam. Nou obſtante, ꝙ uocat
ibi eam marmacora:& uon marmacor:quia idem eſt.Quæ ſpecie a plurimorum authorita-
M te,probatur eſſe meliſſam:& non praſſium.Vnde Serapio capitulo de meliſſa,ait, Bederan-
gie,uel bederungii,ideſt turungen:& dicitur marmachor,ideſt meliſſa.Simon Ianuenſis au-
tem dicit:Marmacor arabice:uel marmacora:inquit Serapio:bẽderangie:ideſt turungen:&
N dicitur marmacor:& eſt meliſſa:&c.Pandectarius autem facit diſtinctionem,dicens.Marma
cur:marmacor,ideſt marrubium:uel marrubiaſtrum:&c.Hinc ſequitur:marmeus idẽ.Hinc
addit,marmacon,marmacora:ideſt meliſſa:&c.Verũtamen ipſe confunditur:quia marma-
O cor:& marmeus(quod rectius dicendum:marmaheus)& marmacora : Idem ſunt. Eſt enim
ſpecies marrubii:ſed non eſt marrubiaſtrum:quia eſt ipſa meliſſa.Et ꝙ meliſſa ſit ſpecies mar
rubii:ſiue praſſii:probatur per Serapionem In dicto capitulo de meliſſa:& etiam per Dioſco
P ridem:&c.qni dicunt meliſſam ſiue meliſſophyllon habere ſimilitudinẽ marrubii ſylueſtris:
& praſſii:unde Dioſcorides inter marrubium nigrum(quod eſt ballote) & marrubium praſ
ſium,ipſam locauit.Etiã Serapio authoritate Galeni:dicit, ꝙ uirtus eius eſt ſicut uirtus praſ-
Q ſii.Igitur ſi habet ſimilitudinem,& uirtutem marrubii:ergo eſt ſpecies eius. Andreas autem
Beliunenſis loco marmacor:uertit marmauſi,uel marmaheus:& pro marmacora:marma-
haſus.Ex quibus ſupradictis patet:ꝙ omnia dicta uocabula idẽ ſignificant.Manardus quoq;
R (ut ſupra diximus)confirmat marmacur eſſe meliſſam.Sunt præterea,& quorundam alio-
rum opiniones uariæ a ſupradictis:ſed quia ſunt parui momenti:& quaſi nullius authorita-
tis:& æſtimationis:cauſa breuitatis dimittimus.His ergo bene conſideratis,concludendum
S eſt,marmacur,marmacor:& cætera idem eſſe:& proprie eſſe ueram meliſſam:& non eſt ma
rubiaſtrum,neq; praſſium,neq; linguæ bouis ſpecies, neq; ſelaræa , neq; herba ſancti Ioan-
nis,neq; ariſtolochia lõga:& alia plura:quæ multi imperiti,& phãtaſtici afferunt:& teſtãtur.

Dialacca magna:&c. XLVIII. A

HAec præſens cõfectio:& quæ imediate ſequitur:a lacca quam recipiunt:no‐
men ſibi uendicarunt.Et reſpectu ſequentis:quæ minor inſcribitur : præſens
magna intitulatur.Ambæ tamen ſunt optimæ:& non aſpernandæ compoſi‐ B
tiones.Filius Serapionis in ſeptimo, Auicenna in quinto, & Hali abbas in de‐
cimo practicæ:omnes,& ſinguli,habent maiorem: & minorem Dialaccæ cõ
fectionem:quæ differunt in quibuſdam ab iſtis filii Meſue.Animaduertendum autem,ꝙ per C
impreſſiones in præſenti maiori deſcriptione ſunt aliqua mẽda.Vnde ubi legitur ĩ ipſis.Lac‐
cæ ablutæ.rauedſeni:ana.ʒ.ii.lege rectius:ana.ʒ.iii.Item in omnibus fere libris,tam manu‐
ſcriptis:q̃ impreſſis:inuenimus ſquinantum in præſenti deſcriptione:& poſtea iterum infra D
legitur:cimarum ſquinanti.In duobus tantum exemplaribus repperimus abſolute: cimarũ
ſquinanti:& in uno ſimpliciter ſquinanti:quapropter putamus eſſe errorem in textu. Nihil
enim differunt cimæ ſquinanti ab ipſo ſquinanto:niſi forte uelis per cimam ſquinanti: ut in E
telligatur flos ipſius ſquinanti.& ſic utrunq; eſſet ponendum:quia pari modo utrunq; legi‐
tur ſimul:& immediate poſitum:in primo breuiarũ filii Serapionis:capitulo de ſoda accidẽ‐
te,ex malitia complexionis frigidæ,cum materia:ſcilicet in modo infuſionis de aloe:ſic ui‐ F
delicet ſquinanti:& cimarũ ſquinanti.&c.Si autem pro cima ſquinanti non intelligitur flos
quare bis ſit apponendum ſquinantum:nõ inuenimus rationem: præfati enim authores in
ſuis deſcriptionibus:ſemel tantum habent.Sed in Hali ſub nomine adechari legitur : quod G
idem eſt:quod ſquinantum.Vnde ſi ſemel,aut bis:uel ſi flos,aut cima:& quomodocunq;: &
qualitercunq; ſit ponendum ſquinantum,in iſta confectione:prudentiorum iudicio medi‐
corum,definiendum cõmittimus.Nos autem pro cima ſquinãti:ſi daretur copia:ſemper ac H
ciperemus florem.item nota,ꝙ ariſtolochia debet eſſe rotunda:& non longa (ut in aliqui‐
bus mendoſis libris legitur)Rotunda enim ab omnibus cõmuniter magis commendatur in
medicina:&c.Vnde & Auicenna rotundam ſpecificate poſuit. Filius Serapionis autẽ utrãq; I.
habet:ſcilicet rotundam & longam.Hali uero,eo in loco:inquo cæteri habent ariſtolochiã
rotundam:ipſe lelembachi habet.Vbi probatur lelembachi eſſe ariſtolochiam : Michael de
capella autẽ neſciuit pro quo ſtaret in iſta cõfectione lelẽbachi:unde in ſuis ſynonymis : ſic K
ſcripſit.Lelembachũ ſcripſit Stephanus.2.practicæ pro cappare:ſed in cõfectione dialaccæ
maioris : neſcio pro quo poſuit. Hæc ille. in ſecundo practicæ autem non lelembachũ:
ſed lilimbacum legitur.capitulo uidelicet.38.forſan,ꝙ lilimbacum(ut ipſe dicit)ſit cappa‐ L
ria:ſed hic clare probatur: ꝙ lelembachum ſtat pro ariſtolochia. Nam ſæpe una ſola litera:
immo accẽtus diuerſus alicuius dictionis, cõſtituũt res diuerſas ſignificare : unde & ab ipſo
etiã Michaele ſcribitur:ꝙ lilĩbace ſignificat amygdalas amaras.Præterea ſciendũ,ꝙ in aliq‐ M
bus ĩpreſſionibus addita ſunt huic deſcriptioni tria ſimplicia.ſ.phu,meu , & daucus , quæ in
impreſſionibus minus mẽdoſis: & in antiquis exẽplaribus:ac etiã in uulgari æditione nõ le‐
gũtur,quapp nõ eſſe admittẽda iudicauimus. De Lacca. N

VErã laccã haud eſt, q uiderit hodie in partibus nr̃is.Nec credimus in hoc ſimplici defe
ciſſe naturã.Apud Arabes.n.eſt pquirẽda lacca quia tali uoce nõ reperitur apud græ‐
cos.Licet aliq putẽt(& fortaſſe bene) cãchamũ græcorũ eſſe uerã Arabũ laccã:qm̃ multũ cõ O
ueniũt deſcriptiones græcorũ de cãchamo:cũ deſcriptionibus Serapionis:&c.de lacca. Nõ
obſtãte,ꝙ ipſe Serapio adducat plurimorũ authorũ opiniones:qm̃ in pricipio capituli clarẽ
patet,ꝙ ſub noie laccæ,cãchamũ græcorũ deſcribit.Verũtñ nec cãchamũ ipm̃,hac nr̃a tẽpe‐ P
ſtare uiſũ eſt ĩ Italia.Et ſi nõnulli opinãtur illud:qđ uulgari noie bẽzuĩ dicitur,eſſe uerũ cãcha
mũ:attamẽ eorũ opinio a pluribus nõ approbatur. Quãobrẽ in defectu ipſius laccæ:iudicio
atq; cõſilio pluriũ peritiſſimorũ medicorũ:ſi nõ ita bonũ,ſaltẽ minus malũ eſt,ponerẽ uocatã Q
hodie ſãguinẽ draconis lachrymã(quis nõ ſit uerus ſanguis draconis)q̃ aliud peius.Lachry
mã diximus:qa multi pro ſãguine draconis abutũtur q̃dã miſtura: quã & falſo ſanguinẽ dra
conis nominãt.Proptereã,de ſanguine draconis lege ĩ trochiſcis de terra ſigillata.illđ autẽ R
quo utũtur aromatarii pro lacca:quodq; gũmi de lacca nũcupãt:minime eſt lacca:qm̃ nullã
habet notã ab authoribus laccæ:ſiue cãchamo attributã.Et nõ putet qs illã rẽ: qua hodierni
pictores ſub noie laccæ utũtur:eſſe laccã:qm̃ ualde decipietur:qa nõ eſt lacca:nec ſpẽs eius: S
ſed ẽ res facticia: quæ Venetiis:& aliis ĩ locis cõponitur ex fece tincturæ granæ.ſ.cocci: & aliis
rebus.Quæ quidẽ uidetur tãgi a pfato Serapione:authoritate iſaac.Quãq;, ſaluo meliori iu

A diçio,ad nil aliud,q̃ ad picturæ uſum adminiſtrandã eſſe cẽſemus.Modus autẽ ablutionis laccæ,ſecundũ ipſum Serapionẽ in proprio capitulo, eſt:ꝙ teratur lacca:& proiiciatur ſuper eã aqua deco ctionis ariſtolochiæ: & ſquinanti:& moueatur baculo:& dimittatur reſidere:
B poſtea abiiciatur aqua.Et ſi prima uice nõ lauatur bene:fiat ſimiliter pluribus uicibus:donec aqua exierit clara:& tũc erit lota.

ℂ Dialacca minor:&c. XLIX.

C VOcatur minor:ad differentiam ſuperioris:quæ magna intitulatur. Etiam dicitur minor:quia minores habet uirtutes:& operationes:&c.

D De Ariſtolochia.

NOta,ꝙ hic etiam ingreditur ariſtolochia rotunda: & nõ longa:ut mendoſæ impreſſiones habent.Et ſciendũ,ꝙ ſemper rotũda intelligitur:cum abſolute ariſtolochia petitur.
E Et ſi nõ ſpecificatur de cæteris partibus:ſemper de radice ſubaudi:quæ ẽ melior pars ipſius. Folia autem:&c.rariſſime ad medicinæ uſum ueniunt.Ariſtolochia autẽ:ſiue,ut uulgo barbare,Ariſtologia(ut Dioſcorides ſcribit)tria habet genera.Vnum uidelicet genus habet ra
F dicem rotundã:unde ariſtolochia rotunda nominatur.Et hæc etiã, ariſtolochia fœmina dicitur.Quæ quidẽ eſt notior:q̃ ut declari debeat.Reliqua duo genera habent radices longas: unde utraꝗ ariſtolochia lõga dicitur.Sed altera ipſarũ,quæ clematitis appellatur:habet radi
G ces tenues,lõgas fere ut ſunt graminis radices.Et hæc quoꝗ nõ ignoratur: qua cõmuniter aromatarii hodierni utuntur:ubicũꝗ ariſtolochia lõga expoſtulatur.Sed nõ recte: qm̃ Dioſcorides facit ipſam uiribus inferiorẽ cæteris.Vocaturꝗ a quibuſdã hæc multis nominibus:
H inter quæ ſunt aliqua:quæ aliis cõueniũt plãtis: ut ſunt Chamæmelõ Malũ terræ Abſinthiũ ruſticũ:&c.Lege Dioſcoridẽ.Altera uero lõga quæ maſcula cognominatur:a paucíſſimis hodie ſcitur:nos uero bene cognoſcimus ipſam:quã pluries in mõtibus ſupra Sermonetũ: nõ
I lõge a Baſſianis effodimus:atꝗ effodere fecimus.Hæc æquidẽ proprie:ut Dioſcorides ſcribit:habet radices lõgas,utiꝗ palmares:& qñꝗ longiores,digitali craſſitudine, buxeo intus colore:guſtu amaro:&c.Cui rationabiliter capitulo de gẽtiana,radicẽ ipſius gẽtianæ ſimilẽ
K fecit.Cum autẽ ariſtolochia lõga abſolute, & nõ ſpeciatim de clematite,legitur:ſemper hæc maſcula intelligẽda eſt:quæ præſtantior eſt:ut Dioſcoridea ſcribit.Poſtremo ſciendũ, ꝙ ubi author nr̃ in præſenti deſcriptione dicit.Cõfice ſicut primũ:ſubintellige:ꝙ myrrha, & bdeliũ
L ſunt infundenda in uino:& reliqua puluerizãda:&c.ſicut dixit in Dia lacca magna.

ℂ Confectio de raued ſeni:&c. L.

M INtitulatur præſens cõfectio de raued:quod idẽ eſt:quod de rheu,uel reu, uel rha.Seni autẽ,ſiue ſini:id eſt de illa prouincia ſic dicta.Vnde raued ſeni,ſiue reu ſini:rhabarbarũ,ſiue rheubarbarũ:rha turchicũ,ſiue rheu turchicũ,uel turchi
N um:rhapõticũ,ſiue rheu ponticũ:idẽ ſunt:& tanq̃ ſpecies unius generis: a uarietate prouinciarũ,& locorũ:uaria nomina,ſeu cognomina ſortiũtur. Species dicimus illius rei: quæ uſitatiori uocabulo, rheubarbarũ ab omnibus uocitatur. Quid
O autẽ ſit rheubarbarũ,raued ſeni:&c. deo cõcedẽte,in pilulis de rheubarbaro declarabimus. Non ignorandũ tñ,ꝙ in pluribus libris impreſſis:etiã & in quibuſdã paucis de recẽtioribus manuſcriptis mendoſe legitur in præſenti deſcriptione.Recipe raued ſeni:&c.ana.℥.i.lege
P rectius:ana.℥.v.Item eſt aliud mendũ:& hoc in quibuſdã impreſſionibus tantũ.ſ.ubi legitur. Fumiterræ,ſpice:&c.ana.℥.v.lege uerius: ana.℥.+. Et hic error unde ſumpſit originẽ: uide ſupra in cõfectione quæ intitulatur:Modus electuarii de citro ex inuẽtione noſtra.itẽ in ali
Q quibus libris magis mẽdoſis,præſenti deſcriptioni additũ eſt unũ ſimplex.ſ.ſcoria: & eſt iter ſimplicia ſecũdi añ.Caſſetur:quia nõ eſt admittẽda ſcoria huic cõfectioni:nec in exẽplaribus atꝗ ipreſſionibus correctis legitur.

R

ℂ Diacoſtum:&c. LI.

S A Coſto ipſam ingrediẽte,uocatur præſẽs cõfectio Diacoſtũ.Qui coſtus,ẽ tãq̃ baſis ipſius cõfectionis.In p̃nti enim deſcriptione nõ eſt legendũ cinamomi:ſed cinami.itẽ ubi mẽdoſe p ipreſſiones legitur aſari.℥.iii.legẽdũ eſt rectius.℥.iiii.ga liç eſt i cũctis exẽplaribus.itẽ ſciẽdũ,ꝙ i duobus exẽplaribus de uetuſtioribus,i

ultimo añ.huius deſcriptionis,cum aliis ſimplicibus,legitur & ſpica:ſed quia,ꝙ in tãta mul A
titudine librorum non habetur:non poſuimus ipſam : iudicio tamen peritorum medico-
rum dimittimus illam examinandam:an conueniat huic confectioni:uel non.

De Coſto. B

COſtus amarus,ſiue coſtus amara,ſiue coſtũ amarũ:oĩs enim generis legitur.Amarũ aũt
(ut in præſenti cõfectione:& in multis aliis locis habetur)nõ additur ei:niſi ad differẽ-
tiam dulcis.Nõ enim eſt tenendũ,cũ aſſerẽtibus dulcẽ coſtũ in rerũ natura nõ reperiri.Nã co C
ſti ſunt plures ſpecies:& ꝙ aliqua ipſarũ dicatur dulcis:probatur per plures nõ ſpernendos
authores.Vnde filius Serapionis in.v.ſui breuiarii:cap.3.de baras:in unius linimẽti cõpoſi-
tione utrunq;.ſ.amarũ,& dulcẽ,imediate ſcripſit ſic:coſti amari & dulcis:&c.Et in.7.dicti ſui D
breuiarii cap.27.in Dimadh ad gibboſitatẽ ſic legitur.Coſti dulcis:coſti amari,oĩum añ.&c.
Itẽ Cõſtãtinus Aphricanus monachus caſſinẽſis,in libro de affectionibus ſtomachi: cap.xii.
circa mediũ:uidelicet in uno electuario:quod ponit cõtra frigiditatẽ ſtomachi:ex authori- E
tate Galeni:habet coſtũ dulcẽ.Et in.xxi.cap.in uno electuario quod intitulatur. Electuariũ
diacoſi maius:cõueniẽs habẽtibus frigidũ ſtomachũ(quod rectius putamus dici Electuariũ
diacoſti:q̃ diacoſi)habet coſtũ amarũ & dulcẽ:quæ quidẽ electuaria etiã in ultimo cap.dicti F
libri rememorat,ſimiliter cũ coſto dulci.Item præfatus Cõſtantinus in libro de ſimplicibus:
in de tertio gradu:de coſto ſic ait.Coſtus duobus modis eſt:unus de India:qui rubeus eſt,&
grauis,atq; amari ſaporis.Eſt & alius albus:qui inuenitur in Arabia:cuius põdus ẽ leue:nul- G
lam habẽs amaritudinẽ:&c.Macer quoq; de coſto ſic ſcribit. Coſti ſunt geminæ ſpẽs:gra-
uis una rubẽſq; Eſt:& amara nimis:hæc idica dicitur eſſe. Altera uero leuis:nec amara:co
lore ſubalba. Hãc Arabes mittũt:prior utilior mediciæ:&c.Itẽ Bartholomæus Mõtagnana H
cap.19.ſui antidotarii in.34.cõpoſitione:quod eſt electuariũ ualẽs calculoſis : habet coſtũ
dulcem.Et apud alios etiã legitur:ergo reperitur coſtus dulcis.Præterea:ſunt & alii qui ne-
gant inueniri coſtũ in totũ dulcẽ:ſed dicunt:ꝙ eſt una ipſius ſpecies:quæ parũ habet de ama I
ritudine:quæ reſpectu alterius amarioris:recte poteſt uocari dulcis.Quorũ opinioni,adhæ
reremus:ſi Macer & Cõſtantinus præfati non dixiſſent reperiri coſtũ abſq; amaritudine.Nos
autẽ nõ poſſumus determinare de coſto:qm̃ adhuc nec coſtũ amarã:nec coſtũ dulcẽ(ſupple K
uerã)uidimus:quia hæc radix:qua cõmuniter hodierni aromatarii pro coſto utũtur : nõ eſt
coſtus:nec coſti ſpecies.Eteni quilibet legens ſcripta doctorũ de coſto:clare percipit hanc
officinarũ radicem nõ eſſe uerã coſtũ:Dioſcorides quidem,Serapio,& Auicenna tres deſcri L
bunt coſtos.ſ.Arabicã,Indã,& Syriacã.Sed cũ loquũtur de coſto Arabica:dicunt,ꝙ eſt alba,
leuis & aromatica:& nihil de amaritudine tãgunt.Vñ quod iſti ſubticuerunt:Macer & Cõſtã
tinus aperte dixerunt.ſ.ꝙ nõ eſt amara.Vnde coſtus Arabica:quia nõ eſt amara: recte poteſt M
dulcis appellari.Sed quia nec amara nec dulcis uera habetur coſtus.loco eius ſecundũ Aui
cennam:ponitur medietas põderis eius de optimo pyrethro.Et ſecundũ alios:loco eius po
nitur helenũ.ſ.inula,uel enula uulgo dicta.Præterea ſciendũ,ꝙ in partibus Galliarũ & præ- N
ſertim in Monte peſſulano:pro coſto,utuntur aromatarii menta romana:quæ uulgo dici-
tur laſulata:quã & coſtũ falſo appellant.Et hi forſan authoritate Plateariii hoc faciunt:qui ca
pitulo de menta dicit.Eſt & menta:quæ lõgiora,acutiora,& latiora habet folia:& hec menta O
romana,uel ſaracenica dicitur:ideſt coſtũ uulgare.Hæc ille.Sed ut cõiectauimus:Platearius
nõ dixit illud,quaſi affirmans ipſam mentã eſſe coſtũ:ſed uolens declarare mentã romanã:il
lam dixit eſſe:quã uulgares coſtũ appellant.ſ.falſo.Quia in capitulo de coſto, nullã fecit de P
menta romana mentionẽ:ex quo patet,ꝙ ipſe nõ erat eiuſmodi falſæ opinionis. Et ideo nõ
abſolute dixit coſtũ:ſed coſtũ uulgare.Verũtamen multũ differt a coſto menta romana.De-
mum cœpit iam circũ ferri & alia radix alba:amaraq;:quã nõnulli medici Romæ coſtũ iudi- Q
cauerunt:atq; pro coſto uera medicinis admiſcent.Sed an uera coſtus ſit,ignoramus.

¶ Confectio electuarii ex Inuentione noſtra:&c. LII. R

TItulus,ſiue exordiũ ipſius declarat:cuius authoris eſt præſens confectio:quia
eſt de inuentione ſui ipſius filii Meſue authoris noſtri.Eſt nanq; ualde laudabi S
lis cõpoſitio:ad ſedandũ fluxũ uẽtris:&c.Si qs aũt uoluerit ipſã parar̃ aĩaduer
tat:ꝙ ĩ eius deſcriptiõe,p aliquas mẽdoſas ĩpreſſiones,legitur aſſari:pro aſſari

A Videlicet ubi in ipſis reperitur impreſſum:cymini carmeni infuſi in aceto,die ac nocte & aſ-
ſaris&c.Lege,& aſſati.Non eni eſt cōueniens aſſarū,quod eſt ſolutiuū,huic confectioni:quæ
eſt ad reſtringendū fluxū uentris:& cyminū eſt aſſandū,ut ſit magis cōſtrictiuū.item in aliqui-
B bus mēdoſioribus libris peius habetur:uidelicet:ꝙ ex unico ſimplici,facta ſunt tria:quia etiā
pro carmeni legitur carui:ſic.Cymini:carui.infuſi in aceto,die ac nocte & aſſari:añ.&c.Et li-
cet carui nō eſſet multū diſconueniēs:tñ quia nō eſt de authoris intētione:ſicut nec aſarū:nō
C eſt admittendū.Lege igitur emendatiꝰ.Cymini carmeni infuſi in aceto,die,ac nocte, & aſſa
ti.ʒ.iii.ut eſt in cunctis exemplaribus & correctis libris.

De Conchulis.

D Conchula quidē ſecundū ſuā deriuationē, diminutiue a cōcha dicitur.Conchæ autē ſi-
ue cocleæ:talibus in locis, poſſunt largo modo appellari oïa genera:& ſpecies oſtra-
ciorum.Et ſic pro cōchulis intelligerētur tellinæ:& eis ſimilia.quia ſunt de minimis coclea-
rum:ſiue cōchularū generibus.Huiuſmodi intentionis fuiſſe Manardū:aperte ipſius ſcripta
E manifeſtaut.Tñ ſecundū rei ueritatē:nō eſt ita:quia conchula ſecundū Papiā:& alios plures
probos authores:eſt mater margaritarū:quæ uulgo dicitur matriperna: quæ nō eſt de par-
uis.ſed de magnis oſtraciorū,ſeu cōcharū generibus.Vel pro cōchula poteſt intelligi cōchi-
F lium purpuræ:quod eſt etiā de nobiliſſimis oſtraciorū generibus.Quod autē dicit Luminare
maius per Auicēnæ authoritatē.ſ.ꝙ cōchulæ ſunt illæ:quæ a peregrinis in pileis deferūtur a
ſancto Iacobo.falſum eſt:quia Auicēna nuſꝗ talia ſcripſit:ſed interpres Gerardus Cremonē-
G ſis errādi ei anſam tribuit.Quia in.3.canone,fen.21.tractatu.3.cap.4.de cura fluxus ſan-
guinis:& cura patiētis fluxū mēſtruorū:inueniēs alhuda:quod idē ſignificat:quod coclearū:
ſiue conchularū:uel huiuſmodi ſimiliū.Pro alhuda quidē interpretatus eſt conchula ū. Hic
H ſubiunxit declarationē:uidelicet marinarū:quæ aſportātur a ſancto iacobo.Quæ uerba nō
Auicēnæ:ſed ipſius interpretis ſunt.Vt probatur per nouā:& magis fidelē, Bellunēſis tradu
ctionem.Nos autē nō faceremus multā difficultatē inter coclearū ſpecies.ſ.quæ nā ipſarum
I ſint apponēdæ generaliter enim oēs habēt uirtutē ſtipticādi:tamē quia hæc uulgo dicta ma-
triperna uidetur eſſe una ex nobilioribus ſpeciebus.Et fortaſſe omniū nobiliſſima & uirtuo
ſiſſima:qm̄,ut teſtatur Serapio i fine cap.de margaritis poteſt poni in medicinis,margarita-
K rum loco.Et ideo hic:omnibuſꝗ in locis,ubi conchula ſimpliciter petitur:ipſa matriperna
(ſi haberi poterit)ponēda eſt:uel ſaltē conchiliū purpuræ præfatum:ſi defuerit matriperna.

De Alcohol,ſiue alcofol.

L VT omnes declarāt Alcohol,ſiue alcofol,arabice idē eſt : quod puluis ſubtiliſſimus : &
leuiſſimus:qui minimo flatu:ſeu leuiſſima aura:ob alicuius rei corporalis cōmotionē
euolat:deuolatꝗ.Qui rariſſime:niſi quātitate copioſa:uel radiis ſolaribus mediantibus: ui-
M deri poteſt ab humano oculo.Qui quidē puluis græce,atomus dicitur.Latine autē, indiuiſi
bilis:aut ſine inciſione īterpretatur.Verūtamē nobis uiſum eſt illud melius declarare. Vnde
dicimus ꝙ alcohol,ſiue alcofol,ſiue alcohel,ſiue alteriuſmodi barbare:eſt uocabulū æqui-
N uocum:pluribus deſeruiens ex quo nō ſemper,pro huiuſmodi uocabulo , intelligēdus eſt
puluis ille īdiuiſibilis: quia aliqñ ponitur alcohol,ſeu alcofol:&c.pro collyrio aliquo,de re
bus liquidis,ac pinguibus:quæ nullo pacto poſſunt puluerizari.Et hoc paſſim apud autho-
O res legitur:ut exēpli grā:aliqua aſſignabimus loca.Videlicet apud filiū Serapionis in.7.cap.
33.ſunt plura ſief.ſ.collyria:in quibus legitur:fiat alcohol : quod ibi nō poteſt interpretari
niſi collyriū:ut clarius pcipitur circa finē capituli:ubi legitur. Ad tenebroſitatē:& dilatatio-
P nem pupillæ.Fel adib:& mel ſaui:æquali mēſura ſumātur:& miſceātur:& reſeruetur : & fiat
alcohol ex eo.Aliud ibi. Aut hoc. Ex medulla cruris gruis fiat alcohol . Aliud ibidem. Aut
hoc.Permiſce aquā:& urinā pueri:& fac cū eo alcohol.Et alia plura. Item aliud exemplum.
Q Apud Auicennā in.2.cañ.cap.de hepate.Mēbra oculi. Aqua hepatis caprini cōfert pāno bi
bita:& in alcofol poſita.itē in.v.cañ.uidelicet in ſūma ſecūda:tract.2.cap.de collyriis:& me
dicinis oculorū:ſunt plurima collyria ſub titulo cohol:&c.Quapp,ſi legitur aliquid cōterē
R dum eſſe ſicut alcohol,ſiue alcofol:&c.tunc intelligitur de ipſo puluere,ſcilicet,ꝙ ſit illa res
ſubtiliſſime puluerizanda. Si autem legitur : ex hoc uel illo fiat alcohol : non eſt interpre-
tandum : fiat puluis ſubtiliſſimus . Sed fiat collyrium: uel aliud competentius ad illud . in
S hac autem confectione & ſimilibus,accipitur pro puluere minutiſſimo . Et in ſequenti ele-
ctuario clarius habetur , quia non ſimpliciter eſt alcohol : ſed ſicut puluis alcohol,ut in oï-
bus antiquis exemplaribus legitur. Mendoſæ impreſſiones autem, ibi babent ſimpliciter:

ſicut alcohol:ut in iſta. Et ſcias, ꝙ ſimplex uocabulū eſt cohol: ſiue coſol: illud, Al, autē quid A
ſignificet apud Arabes: dictū eſt in confectione alchermes. Vide ibi.
Poſtremo notandum, ꝙ in præſenti, & ſequenti deſcriptionibus: & nonnullis aliis: ſæpe
per uarios libros, una dictio reperitur uario modo, & ſignificatione deſcripta: ſcilicet, ꝙ B
aliqui libri habent frigātur: alii autē fricētur: nōnulli uero peius frigētur: quod nō competit.
Sed utrū ſit legendū frigātur uel fricentur: nō utiq; diffinire audemus. Etenim utroq; modo
fieri poteſt. Moderni nanq; & impreſſi codices generaliter oēs habent fricētur: uetuſtiores C
autē, pro maiori parte frigantur. Nos uero potius adhæremus antiquis, q̄ impreſſis libris. tū
per modum fricationis fieri nō reprehendimus. Cōuenientius autē ſit per frixionē. Frixio au
tem ipſa talis debet eſſe. Humectentur res cū ſucco, aut uino, aut liquore aliquo cōuenienti D
uel aſſignato, diligenter: taliter, ꝙ nō fiant ad modū maſſæ: & poſtea in uaſe terreo uitreato,
ad lentū ignē, tanq̄ ad candelā: ſpatula ſemper agitando, frigātur: donec exiccentur: & iterū,
atq; iterū (ſi præcipitur) rehumectētur: & frigantur. Frixio nempe non ſolū in rebus pingui- E
bus: pura i oleo, butyro, & ſimilibus, fieri poteſt: uerū etiā, & i quocunq; liquore nō ſupera-
bundanti, ſi aliqua res decoquitur: potius frigitur, ſeu aſſatur: q̄ elixatur. Et hæc eſt (ut conie
ctamus) authoris intentio: ut humectati pulueres, ad ignē (ut diximus) quaſi per modū ſrixio F
nis exiccētur: cū aliqua nō indiſcreta aſſatione: quæ uigorat cōpoſitionē, in ſtipticādo: & cō
fortando. Patet enim huiuſmodi cōfectiones ad ſtipticandū: & confortandū fuiſſe repertas.
Et ne dubitet quis eſſe malū ad ignem exiccare has medicinas: quia legimus in antidotario ſi G
lii Serapionis Electuarium quod ſtat loco alcanzi: quod eſt eiuſdem intentionis cum iſta cō
fectione: ubi author medicinas, bis prius bullitas, ſuper ſartaginem ignitā præcipit eſſe ſic-
candas. A fortiori ergo bene poſſumus ad lentum ignem, huius confectionis, & ſimilium, H
medicinas exiccare: &c. Igitur rectius putamus legi frigantur: q̄ fricentur.

¶ Electuarium confortans ſtomachum: &c. LIII.

Præſens electuariū non multum elongatur, ab intentione ſupradictæ confe I
ctionis: immo eiuſdē intentionis eſſe, ab oībus affirmatur. Vtraq; enim com
poſitio laudabilis eſt: & magnæ uirtutis, in cōprimendo fluxum uentris: &c.
Sed ſciendū, ꝙ in præſenti deſcriptione, per oēs excuſiones: eſt unus nō par K
uus error. ſ. ubi legitur. Triū piperū: ſandali: &c. Nulla nempe piperū ſpecies
hanc cōpoſitionem intrat: nec in antiquis exēplaribus repperimus: quæ oīa cōcorditer ha- L
bent ſcriptum, triū ſandalorū, balauſtii: &c. Etenim qui bene cōſiderat deſcriptionē, inuenit
in ea duplicē eſſe errorē: qm̄ non ſolū tria pipera adduntur: cōtra authoris intentionē: uerū
etiā auferuntur ab ipſa duæ ſandalorū ſpecies, ualde illi competentes. ſ. rubei, & albi: quod M
eſt malum. Quia per ſandalum abſolute: ſemper intelligimus citrinum: ut dictum eſt ſupra.
Et ideo huiuſmodi errores non ſunt tranſeundi: ſed corrigendi ſunt libri: atq; emendandi.

De Semine roſarum. N

In ſemine roſarum non pauci aromatarii allucinātur: ob id, quia nō uacant libris: ſed lu-
cris. Etenim ſcimus plures aromatarios: qui pro ſemine roſarū intelligunt illa capillamē-
ta cum minutulis croceis: quæ ſunt in medio floridæ recentis roſæ. Et q̄ turpe eſt audire, & O
uidere hoc. ſ. pro ſemine, accipi deteriorē partē floris: uos ipſi o lectores diiudicate. Minus
quippe malū eſſet ſumere illos pediculos: ſeu illa capitula integra: quæ (ablatis florū foliis) re
ſtant in manibus deflorantiū roſas: quæ q̄uis nō habeant intus matura ſeminū grana: attamē P
cōtinent in ſe principiū, ſeu partē primā ipſorū granorū, imaturorū ſupple. Quia ipſum qui-
dem pomulū, quod eſt ſuſtentamentū roſæ floridæ: manēs in planta ſua: defluxis iā florū fo-
liis: creſcit in dies, ad formā piri paruuli: atq; maturatur. in qua ſua maturatione: ut corallius Q
rubeū perpolitū rubeſcit. A quo optime maturo ſemē piloſum: quod eſt intus colligitur: &
aſſeruatur. Et hoc ē ſemē roſarū: quod ad medicinæ uſum trāſire debet. Sed nota, ꝙ ab oībus
roſarū plātis, tā rubearū: q̄ albarū: q̄ alterius ſpēi, & coloris: & tā ſylueſtriū: q̄ ſatiuarū ſemen R
poteſt accipi: & eſt bonū. Sed quia ex ſatiuis generaliter in roſarū collectione: colliguntur &
ipſa capitula: ex ſylueſtribus autē, nō minus bonū: imo iudicio plurimorū laudabilius ſemē,
au&ūnali tēpore: atq; hyemali ſecūdū loca: poteſt colligi, & ſeruari. Sylueſtrē quidē roſam in- S
telligimus illā plātā: quā uulgo rubū caninū appellāt: græci autē cynoſbatō. Quāuis ēt & illæ
plātæ iter ſylueſtres ānumerari poſſint: quas uidelicet uulgariter uocamus roſam incarnatā:

A ſeu roſam trentaphyllã: quaſi trigints foliorum: & roſam damaſcenã: ſiue muſcatellam: quã
Auicenna cañ. ſecundo. 5 1 4. cap̃. ſecundũ Bellunẽſem. Neſriu: ſiue neſrin: uel neſerin no-
minat. Vnde dictus Bellunẽſis in ſuis interpretationibus declarsns Neſrin ait. Neſrin eſt roſa
B habens odorẽ acutum: & uulgares apud Hiſpaniã: & Barbariã appellant roſam muſcatam:
& damaſci dicitur roſa neſrin: uel neſerin: & eſt ſpeciea roſæ ſylueſtris. Hæc ille. Simõ quoq;
Ianuenſis: & psude ctarius, in litera Neſerin: uel neſeim: authoritate Alhaui dicũt eſſe roſam
C ſylueſtrem, & albam: quæ habet arborẽ ſpinoſam: ut domeſtics. Item Serapio facit ſimiliter
cap̃. de hac roſa: & uocat eã Nerſiu, quaſi Neſrin: inuerſis, ſ, &, r, literis. Vbi dicit q̃ ab aliqui-
bus, roſa agreſtis: & roſa ſeni dicitur. Alba quoq;: quæ & centifolia dicitur, ob ſui ſpiuarum,
D ſeu aculeorũ denſitatẽ, & aſperitatẽ: inter ſylueſtres potius: q̃ inter ſatiuas cõnumeranda pu-
tatur. Omnes enim iſtæ, ſentes acutæ, largo modo uocitari poſſunt. Etenim cum rubi gene-
rbus, maxmã hab:t affinitatẽ.

B ¶Modus cõfectionis Alcãzi: &c. LIIII.

ETenim præſentis cõfectionis deſcriptio, ut in impreſſis libris habetur, ualde
F mẽdoſa eſt. Vnde ubi legitur: nucis muſcatæ: &c. ana. ℥. iii ÷. lege abſq; illo ſe
mis ana. ℥. iii. Itẽ poſt prædictũ ana deſunt iſta, uidelicet cyperi. ℥. xii. trium pi
perum ana. ℥. iii ÷. Itẽ doſis eſt. ℥. ii. & nou. iii. Sic enim in omnibus exempla
G ribus antiquis & in impreſſis libris, de prima impreſſiõe duntaxat: & etiam in
illo de uulgari lingua Italica impreſſo: hæc omnia ſe babent. Quapropter, ita recte tenendũ
eſſe nõ dubitamus. De Alcheil, alkeli: &c.

H SImili modo, ut dictũ eſt ſupra de machazari, ſiue mazachari: &c. & hoc uocabulũ per ua-
rios libros: uarie legitur. Etenim ultra 3 o uariationes legimus: uidelicet alcheil, alchelil,
alkikil, aikilil, altilil: &c. aliter, & aliter: & ſunt qui per. K. & ſunt qui per. c. habẽt. Quibus q-
I dem cõſimilia pene innumera uocabula, apud alios autbores, uarias res ſignificãtia (ut apud
ipſos uideri poteſt) reperimus. Vnde apud filium Serapionis, in ſecundo breuiarii: 1 6. cap̃.
quod eſt de algumur calido legitur. Cum granatis ſylueſtribus: & ſunt grana alkilkilati. Et
K parum infra. Et granatorum ſylueſtrium: & ſunt alkilkil. Et inferius ĩ eodem capitulo. Cum
aceto granatorum ſylueſtrium: & ſunt grana alkikil. Et cap̃. 2 5. quod eſt de ſputo ſangui-
nis ex corroſione: in trochiſcis Andromachi. Fructus granati ſylueſtris: & eſt alkilkila-
L tum. Et in tertio breuiarii capitulo. xv. in uno emplaſtro: legitur Alſemir: & eſt alkeil. Et in
quarto breuiarii capitulo. 2 1. prope finem: ſemen granati ſylueſtris: & eſt granum alkakil:
& in quinto breuiarii cap̃. 3 1. circa finem, granata ſylueſtria & ſunt grana alkilkil. Et in ſepti
M mo breuiarii cap̃. 2 0. in triphera maiori, legitur. Bedensc: & eſt ſemen granatorũ ſylueſtriũ:
& ſunt grana kilkil. Et in ſynonymis in fine dicti breuiarii legitur. Alchecheil. i. tamariſci ma-
ſculæ. Alcheil. i. locus inter duas ſpatulas ſub collo. Alchelcbel. i. mediũ colli. kilkil. i. grana
N ualen. i. tremulæ arboris. Item apud Auicennã in ſecũdo cañ. cap̃. de grano alkilkil: legitur.
Granum alkilkil eſt ſicut piper albũ: quidam autẽ dixerunt: eſt ſemen granati ſylueſtris: &c.
Et apud Simonẽ Ianuenſem. Alkilkil arabice eſt granatũ ſylueſtre. Kilkil arabice: eſt fructus
O granati ſylueſtris. Corona montis, uel montana: uocant arabice, roſmarinũ. ſ. alkelilgebel:
&c. item pandectarius multa plura ponit. Sed nos: quæ unum & idem habent ſignificatũ: in
unum redegimus: qui uult enim poteſt ſingulariter, ſingula apud ipſum uidere. Vnde Alche
P el, alchoel, alcheil. i. locus inter duas ſpatulas: ubi cõiungitur collum dorſo. Alchel. i. cõchi-
lium marinum. Alkikilita, alkilkil, alkil, darſiſahan, uel kilkil, kikil, Alkilil, kinhil, eſt arbör ſi-
ue granũ granati ſylueſtris: alkelilgebel, kinkil. i. corona montis. ſ. roſmarinũ, aikilkil, kilil,
Q myrobalani citrini, uel corona regia: kekil. i. melillotum. Alkelel. i. ſemẽ alaagep. i. herba uio
laria. Alkilat: eſt pondus triũ granorũ hordei: & nõnulla alia: quæ dimiſimus. Ex quibus pa-
ret: q̃ quilibet poteſt intelligere per illud barbarum uariatum uocabulũ: præter ea: quæ nõ
R cõpetunt: uel granum: ſiue arborem granati ſylueſtris: uel tamariſcum maſculam: uel gra-
num ualen. i. tremulæ arboris: uel roſmarinum: uel myrobalanũ citrinũ: uel coronam re-
giam. ſ. mellilotũ: uel berbã uiolariã: uel aliud ſimile: a quo flos poteſt accipi: quia in deſcri-
S ptione legitur. Florum alcheil: &c. Luminare maius autẽ ſuper hac cõfectione dicit: florum
alchelil. i. florũ roriſmarini: ſiue coronæ montis: ſiue alcheliges: ut apud græcos. Si uero re-
peries ſcriptũ in cõfectionibus granorũ alchilil: intelligitur granata ſylueſtria. Et in Diãthos

ſit: Anthos

ait:Anthos uero eſt flos roris marini,qui alio nomine flos alchilil dicitur.Vnde zuccharum A
alchilil.i.de floribus roris marini.Et in præfato zucchar o ſcribit.Zuccharum alchilil.i.zuc
charum quod fit ex floribus roris marini:qui alio nomine corona mõtis uocatur : &c. Vbi
in fine ſubiũgit.'Alchilil,uel alchilchil, flos eſt roris marini:ſed grana alchilchil:ſunt grana- B
ta ſylueſtria.Hæc ille.Sed reuera ipſe bonus uir,in præallegatis locis confundit ſe:quia pri-
mum dicit,alchelil eſſe florẽ roris marini:& alchilil granata ſylueſtria:poſtea teſtatur alchi-
lil eſſe florẽ roris marini.Vnde facit hoc uocabulũ æquiuocũ, affirmanſq; idem eſſe alcheil: C
alchilil:& alchilchil.Sed ſi præponatur ei hic terminus,flos, uult ꝙ itelligatur roſmarinus:
ſi autẽ præponitur hic terminus,granum,uult nos intelligere granatũ ſylueſtre:tãq; ſi arbor
granati ſylueſtris careat flore.Quare ergo ſecundũ ipſum granũ alchilil,eſt granum granati D
ſylueſtris:& flos alchilil:nõ eſt flos granati ſylueſtris?Manardus autẽ in præſenti deſcriptio-
ne declarans alcheil flores:dicit ſe credere legendũ eſſe alkilil:quod uocant Arabes grana-
tum ſylueſtre.Sed difficile nobis uidetur, ꝙ flores ab authore deſcripti poſſint eſſe abſolute E
flores granati ſylueſtris:ut dictus Manardus putauit:cum ſit,ꝙ infra in hac ipſamet deſcrip-
tione poſuerit author balauſtia:quæ in ueritate,nil aliud ſunt(ut mox patebit)ꝗ flores gra-
nati ſylueſtris.Nõ enim bis author poſuiſſet dictos flores:neceſſe eſt ergo,ut ſint flores alte- F
rius plantæ.Chriſtophorus de honeſtis uero in zuccharo alchilil dicit eſſe flores borraginis
quod multis nõ placet:loco ſuo de eo dicemus.Quid ſit ponendũ in præſenti confectione
ægre a nobis percipitur : omnia enim prædicta uocabula habent quandã inter ſe affinitatẽ: G
& uariationes librorũ fere cum omnibus, & ſingulis cõueniunt.Saluo tamẽ ſemper meliori
iudicio:ponere flores berberorũ:ſiue darfiſahan:ſiue huiuſmodi ſimilis: putamus non eſſe
cõtra authoris intentionẽ.Patet enim,ꝙ author in hac deſcriptione intendit ſtipticare:& hu H
iuſmodi flores nõ parum ſtipticitatis habent:quorum arbores, & ſpecialiter darfiſahan, in-
ter ſpecies granatorũ ſylueſtriũ poſſunt cõnumerari. Sed principalis ſpecies granati ſylue-
ſtris eſt illa:quæ facit balauſtium.Vnde nõ obſtat:ꝙ author habeat in præſenti deſcriptione I
duas ſpecies granati ſylueſtris:& ſic poteſt eſſe,ꝙ intelligãtur flores granati ſylueſtris:ut Ma
nardus credidit:ſed non de prima, & principali ſpecie.

De Balauſtiis. K

PAuciſſimi etenim ſunt,tam aromatariorũ,ꝗ medicorũ:qui uera hodie agnoſcant balau
ſtia.Nam generaliter fere omnes pro balauſtiis intelligunt flores caducos arborũ gra-
natorum:quos græci cytinos nominãt.Caducos dicimus illos,qui nõ ſunt apti nati,ad pro L
ducendum pomũ.Arbores enim granatorũ,cucurbitarũ more floreſcunt:duplici florũ ge-
nere:qui quidẽ flores a principio ſui ortus,poſſunt diſtingui caduci,& infructiferi: a permã
ſuris,& fructiferis. Siquidẽ fructiferi anteꝗ in ſui calicis coronula floſculi appareant(qui ca- M
lyces ipſi proprie cytini ſunt)oſtendunt formã futuri pomi.Non obſtante,ꝙ ex ipſis etiã de-
cidant plures,ante pomi maturationẽ:qui una ſimul cum caducis colliguntur:& aſſeruan-
tur ab aromatariis.Veri autẽ caduci nunꝗ oſtendunt mali futuri normam:nec diu in planta N
manent:ſed defluunt omnes:&c.Verũtamen hic flos caducus,nõ eſt balauſtiũ: quia balau-
ſtium proprie ſunt floſculi illi:ſiue illa tenuia folia,quæ ſuper calicẽ ipſiua cytini generantur
Et ſecundum Pliniũ,tam in domeſticis,ꝗ in ſylueſtribus granatorũ arboribus,cytini , & ba- O
lauſtia naſcuntur.Sed quia in genere granatorũ ſunt quædã ſylueſtres quæ habent exiguum
cytinum ſiue calycẽ:& innumera foliola,in unũ cõglobata: pulcherrimæ roſæ effigiem re-
præſentantia:& e cõtra:ſatiuæ ſiue domeſticæ habent magnũ calycẽ.ſ.cytinum : & pauca.ſ. P
quinq;:aut ſex foliola tantũ.Græci quidẽ,ut per Dioſcoridẽ probatur:parũ illud , in utroq;
genere.ſ.ſatiuo & ſylueſtri:pro nihilo reputantes,:'abſolute ſatiuorũ flores cytinos : ſylue-
ſtrium autẽ balauſtia uocauere.Et nõ eſt dicendũ:ꝙ idẽ eſt cytinus,quod balauſtiũ:excepto, Q
ꝙ per ſatiuũ:& ſylueſtre tantũ differunt:quia differunt per calycẽ:& floſculos.ſ. ꝙ calyx eſt
cytinus:& floſculi ſunt balauſtia.Et ſi quidem Plinius de balauſtio. 13 .&.23 .libris ſcribens:
nihil particulariter de ſylueſtri granato meminit:declarans illud in omni genere poſſe intel R
ligi.Vnde aperte capite ſexto præfati.23 .libri:generaliter demõſtrans quid ſit cytinus:quid
ue balauſtium:dicit.Primus pomi huius partus florere incipiẽtis:cytinus uocatur:&c.uſq;.
Nihil intentatũ reliquere.Hinc ſubiungit.in hoc ipſo cytino floſculi ſunt,ante ꝗ.ſ.malũ ipm̃ S
prodeat,erumpentes,quos balauſtiũ uocari diximus.Hæc ille.En uidetis,ꝙ differt balauſtiũ
a florũ granatorum calyce cytino dicto:& per aliud,ꝗ per ſylueſtre & ſatiuũ:tamen eiuſdem

A uirtutis ſunt. Sed pro cõtentioſis: ꝙ cytinus & balauſtiũ nõ ſint idem: tanq̃ per diuerſa nomi
na uocatum (quia nõ deſunt qui hoc ſuſpicantur) probatur etiam per Galenũ in. vii. de me-
dicamentorũ cõpoſitione ſecundũ locos: ubi in uno medicamine Apollonii ad ſanguinem
B ſpuentes: & in uno alio Cledonii ad eoſdẽ: utrunq; habet. ſ. cytinũ & balauſtiũ: ergo nõ ſunt
idem. Arabes autẽ: ut Serapio, Auicenna: &c. Dioſcoridẽ imitantur: uocantes balauſtiũ flo-
rem granati ſylueſtris tantũ. Enimuero aliqñ habuimus uera balauſtia ex Syria: nunc autẽ co
C pioſius ex Sicilia habemus: quæ cuilibet poſſumus oſtendere: ſunt nanq; flores cuiuſdã ſpe
ciei granati ſylueſtris: qui flores habent exiguũ calycẽ. ſ. cytinũ: & ita planũ, & apertũ, atq; diſ
ſectum, in quatuor, aut quinq; partes: ꝙ potius a nõ exercitatis uiris iudicãtur folia: q̃ calyx:
D ſuper quẽ ſunt floſculi in numeri: in unũ (ut diximus) globatim cõuoluti: pulcherrimo aſpe
ctu. Huiuſmodi balauſtii arbor: nunq̃ pomũ ad maturitatẽ alit: ſed ſemper delectatur in flori
bus. Et hæc eſt una, ex ueris ſpeciebus granati ſylueſtris: quia ſicut ſunt plura genera & ſpe-
E cies ſatiuorũ: ſic etiã & ſylueſtriũ. Vñ Plinius nouẽ ſatiuorũ genera notauit. Etenim aſpalathũ
quẽ darſiſahan: ſiue darſianã uocant: ſi nõ eſt interpretũ error: uolunt Arabes eſſe ſpeciẽ gra
nati ſylueſtris. Vt ĩ Serapione cap̃. 26. habetur: & etiã apud Auerroi in. v. colliget ſic legitur:
F Aldarſiana. i. cortex mali granati ſylueſtris. Itẽ Serapio cap̃. 227. ſub noie mihad: ſcribit unã
aliã ſpeciẽ granati ſylueſtris: &c. Ergo præter arborẽ balauſtii: ſunt & aliæ ſpecies granatorũ
ſylueſtriũ: &c. Et ſic ſecundũ ueritatẽ: ac Plinii authoritatẽ: ex omni granatorũ ſpecie: tã ſati-
G ua, q̃ ſylueſtri: floſculi florũ. ſ. foliola illa tenuia ſunt balauſtia: & Calyces ipſorũ ſunt cytini.
Qui cytini a latinis (ut dignoſcãtur a balauſtiis) abſolute flores granatorũ nuncupantur. Vñ
cũ reperitur flos mali punici (quod idẽ eſt: quod malũ granatũ) intelligitur ipſe cytinus: ſi au
H tem legitur balauſtiũ: intelligũtur floſculi dicti: &c. Et ſi additur eis ſylueſtre: de ſylueſtribus:
ſi autẽ ſatiuũ: de ſatiuis ſiue domeſticis intelligatur. Nõ ſpecificate uero: flos intelligitur de ſa
tiuis: & balauſtium de ſylueſtribus. Sed aduerte, ꝙ aliqñ per libros, minus recte legitur: quaſi
I fœminino genere: Balauſtia, balauſtiæ: & balauſtiæ balauſtiarũ: pro balauſtio: & balauſtiis.
Nihil refert: ſatis clare percipitur quid eſt. Præterea ſcribunt doctores: ut Dioſcorides: Plini
us: &c. ꝙ balauſtiũ reperitur candidũ, rubrũ, & purpureũ. Nos autẽ nõ niſi rubrũ ſemper ui-
K dimus. Cõpenſatur quidẽ in medicinis alterũ pro altero. ſ. cytinus pro balauſtio: & balauſtiũ
pro cytino. Vtriq; enim eſt una uis: ut Dioſcorides & cæteri teſtãtur. Poſſunt poni etiã iſtorũ
loco: ut ex probis authoribus collegimus: Capita granatorũ: ſiue putamina granatorũ. Pu-
L tamina enim dicuntur, cortices arboris: & oẽs extremitates ipſius. itẽ: cicum. ſ. pãniculus ſeu
mẽbranula illa: quæ ſeparat grana, a granis ipſorũ pomorũ granatorũ. Item: granula illa: ex-
preſſa tamen prius ipſorũ ſuccoſitate. Itẽ: cortices dictorũ pomorũ. ſ. malicoriũ. item: hypo-
M ciſtis. itẽ: cortices glandiũ, ſecundũ Auicennã: & alia plura. Et tã a cytino q̃ a balauſtio recẽti
excipitur ſuccus, hypociſtidis more: ac pro eo, ubi oportet, licite adminiſtrãdus. Dioſcori-
des author eſt.

De fructu tamariſci. ſ. tamaricis.

N TAmarix. ſ. Myrica: ſiue (ut mauis) tamariſcus. ſ. ſylueſtris: ut proprie Dioſcorides ſcribit
cognita arbor eſt: quæ, ut ĩ re ipſa probatur, fructũ fert muſcoſum floribus ſimilẽ: &c.
Eſt & alterũ tamaricis genus: quod tradit Dioſcorides oriri in Aegypto, & Syria, mitius ſyl-
O ueſtri. Vñ a Serapione hoc genus reſpectu ſuperioris agreſtis. ſ. ſylueſtris: domeſtica tamari-
ſcus appellatur. Huiuſmodi arbor fert fructũ gallæ proximũ, dentatũ: ſeu inæqualiter aſper
ſum: &c. Et hæc arbor eſt illa: quã Andreas Bellunẽſis uocat Athel: de qua ſupra. ſ. in triphe-
P ra maiori ex arte Fenonis diximus. Vbi & aſſerit fructũ utriuſq; tamariſci uocari charmazech
ſeu charmezith. Tamẽ per charmezith abſolute: potius eſt intelligendus fructus Athel. ſ. ta-
mariſci domeſticæ: q̃ ſylueſtris: quia domeſtica tamariſcus a Serapione cognominatur car-
Q mezit: & nõ ſylueſtris. Sylueſtris eni tamariſcus eſt illa: quã cognoſcimus. Domeſtica autẽ,
nõ ita eſt nota, apud nos: qm̃ in Aegypto tantũ, & Syria, reperiri ſcribitur. Verũtamen unius
qualitatis, & uirtutis ſunt ambæ: ex quo recte poteſt altera pro altera adminiſtrari.

R

¶ Confectio de aſſa: &c. LV.

S IN præſenti deſcriptione equidẽ per antiqua exẽplaria nõ ponitur põdus re-
rum determinatũ: ſed ſimpliciter ana. Et ſic rectius: quia cũ ſit: ꝙ omnia ſim-
plicia dictæ cõfectionis unico ſimplici ana cõcludũtur: nõ eſt neceſſe ponere

determinatũ

determinatum pondus. Vt in impreſſionibus legitur ana. ℥.iiii. & in aliis: ana. ℥.iii. Sed unuſ- A
quiſq; poteſt accipere plus minuſue: ut ſibi uidetur expediens, & neceſſe: nõ obſtante ꝙ per
℥.iii. uel .iiii. nihil impedit fieri. Filius Serapionis in ſeptimo & Auicenna in quinto habenr ſi-
militer hanc eandem cõfectionem: ſine determinaro põdere. Sic uidelicet. Recipe aſſæ: &c. B
partes æquales.

De Aſſa, ſiue aſa.

ASa ſecundũ aliquos: & ſecundũ alios (quod putamus rectius) aſſa: dicitur illud: quod a
græcis laſer appellatur: ut patet cõcordando capitula Serapionis & Auicennæ de aſſa: C
cum capitulis Dioſcoridis: & cæterorũ de laſere. Sunt nanq; aliqui: qui in duas ſpecies diui-
dunt aſſam .ſ. in fœtidã & odoratã: & ſunt nõnulli qui etiã addunt & tertiã .ſ. dulcẽ: quãq; alii
aſſeuerant nõ poſſe reperiri: ſed illã fatentur dulcẽ: quæ parũ habet de amaritudine. Quorũ D
opinio nobis nõ diſplicet. Scripta autẽ doctorũ de aſſa: & laſere: clara ſunt: ex quo breuita-
tis cauſa ſtudioſis dimittimus. Hoc tamẽ dicimus ꝙ iudicio plurimorũ: hæc: qua hodie com
muniter utimur: tenetur eſſe uera ſpecies aſſe .ſ. fœtidæ. Nos autẽ nõ audemus hoc affirmare E
nec poſſumus reprobare: quia adhuc nõ uidimus plantã eius: neq; ab aliquo (qui eã uiderit)
diſcere ualuimus. Dũ ergo nõ habuerimus certiorẽ notitiã, de ipſis aſſæ ſpeciebus: licet no-
bis hanc cõmunem & uſualẽ, tã pro fœtida: ꝗ pro odorifera: ꝗ etiam pro dulci: in medicinis F
ponere. Dulcẽ quippe aſſam adhuc nõ legimus, in proborũ authorũ cõpoſitionibus: odori
feram autẽ, ſimul & fœtidã, Auicẽna in .v. cañ. in oleo ierbuet deſcripſit. Et nõ miretur quis,
quia diximus pro odorifera, apponendã eſſe fœtentẽ: tanꝗ ſuũ cõtrariũ: quia ſimiliter Auicẽ G
na in fine ſui capituli de aſſa poſſe fieri notauit. Cũ dixit: loco fœtidæ: æquale põdus ipſius de
odorifera ponitur: &c. Si ergo fœtidũ & odoriferũ cõtrariantur ad inuicẽ: hoc in loco Aui-
cenna male ſcripſit. Quod abſit. Item dicet forſan aliquis: ꝙ ponere olentẽ pro fœtida (ſicut H
Auicenna dicit) eſt bonũ: ſed nõ e cõtra. Adhoc reſpõdemus: ꝙ de cõſimilibus idẽ eſt iudiciũ.
Nam & Serapio authoritate Meſarugiæ dicit. Aſſa fœtens eſt ſubtilior, & calidior, & fortior,
ꝗ odorifera. Etiã ipſe Serapio in eodẽ capitulo ſcribit. Et melior ex aſſa eſt illa, quæ uergit ad I
rubedinẽ: & eſt clara: ſimilis myrrhæ: habens fortẽ odorẽ, nõ diſſimilẽ odori porri: &c. quaſi
dicat: ꝙ fœtet ut porrũ. In aliquibus uero codicibus nouiter impreſſis: in hoc cap. Serapio-
nis mẽdoſæ legitur: habens fortẽ odorẽ nõ ſimilẽ odori porri: &c. Huiuſmodi enĩ cõfuſa lo K
quutio manifeſtat errorẽ: quia hic modus loquẽdi, nullã nobis aſſignat ſimilitudinẽ cogno-
ſcendi odorẽ aſſæ. Quia nec erat neceſſe ſcribere rẽ diſſimilẽ: ſed bene cõſimilẽ: quãobrẽ de-
bet legi. Habens odorẽ nõ diſſimilẽ, hoc eſt, ſimilẽ odori porri. Et ſic inuenimus in uno anti- L
quo exẽplari. Ergo aſſa fœtida eſt melior odorifera: ergo in permutatione, ponẽdo ſpeciem
meliorẽ ſui generis: nõ eſt niſi bonũ. Præterea: nos hucuſq; nõ uidimus propriã: & uerã odo-
riferã aſſam. Et ꝗuis aliqui: ut Manardus, & Braſaulus, uelint benzuin uulgo uocatũ, eſſe aſſã M
odoriferã: tñ hoc nobis nõ clare cõſtat. Verũ nos putamus, ꝙ pari modo, ut dictũ eſt de dul-
ci: dicendũ eſſe de odorifera .ſ. ꝙ illa, quæ minimũ habet fœtorẽ: reſpectu fœtentioris: uoca-
tur odorifera. In quo uidetur cõuenire uerba Auicẽnæ qui ait. Alia eſt odorifera: nõ fortẽ ha N
bens odorẽ: &c. Odor enĩ in bonã, & in malã partẽ capi poteſt .ſ. ꝙ multoties ponitur odor
pro fœtore. Ex quo etiã uerba Serapionis cõueniũt: cũ dicit. Illã aſſam, quæ naſcitur in Syria,
habere peiorẽ odorẽ. Peius quidẽ, nõ niſi a malo cõparatur. Quibus uiſis: cõcludendum eſt, O
bene poſſe poni aſſam fœtidã, pro odorata. Inſuper eſt aduertendũ, ꝙ nõnulli ob ignorãtiã
& affinitatẽ uocabulorũ multoties decipiuntur .ſ. ꝙ pro aſſa: intelligunt aſſarũ .ſ. aſarũ: & ali
qui haſce: quod eſt thymus: dũ legunt aſſæ, intelligunt. Alii etiã qñq; pro aſſa: rẽ cõbuſtam in P
telligunt: uidelicet: ut exempli gratia. quãdo legunt, Galbani, myrrhæ, aſſæ: &c. intelligunt
myrrham crematã. Quapropter quandocunq; reperitur huiuſmodi uocabulũ: eſt bene per
ſcrutandũ: & intelligẽdũ: quid eo in loco ſignificet: ne icuria: error cõmittatur ĩ cõpoſitiõe. Q

¶ Cõfectio anacardina: & eſt cõfectio ſapientũ: &c. LVI.

AB anacardis, quos recipit, præſens confectio anacardina uocatur. Sed quare
potius ab anacardis: ꝗ a burungis: aut ab alio aliquo cæterorũ ſimpliciũ. Dicẽ R
dum, ꝙ anacardi ſunt cõuenientiores intentioni ipſius cõfectionis: & præſer
tim ad memoriæ reparationem. Et ideo ſunt baſis illius cõpoſitionis. Aliã diſ-
ferentem deſcriptionem authoritate filii Zachariæ Araſi, habet author noſter S
in ſumma de ægritudinibus neruorũ quã deſcriptionẽ, ponit ipſe filius Zacharie .ſ. Raſis in
antidotario diuiſionũ: ubi etiã habet aliã: quæ intitulatur cõfectio anacardi minor: &c. Præ-

A terea hæc eadẽ cõfectio præſentis antidotarii ponitur ab Auicẽna in.v.cañ. tractatu.3.pri-
mæ ſummæ ſub titulo, Electuarii anacardini: ubi legitur, ꝙ eſt Electuariũ Salomonis. Et idẽ
electuariũ ſub eodẽ titulo: habet Ioãnes Serapionis in.7.ſui breuiarii: cap̃.20. Vbi cõſimili-
B ter teſtatur eſſe a Salomone. Ab oĩbus nãq; dicitur eſſe cõfectio ſapientũ. Eſt.n. mirabilis ad
memoriã augendã: & cõſeruandã. Sed aduerte, ꝙ præfati.ſ. Auicẽna & Ioannes Serapionis:
quilibet ipſorũ habet tres alias cõfectiones anacardi, differẽtes ab iſta filii Meſue. Auicẽna q-
C dem in dicta prima ſumma.v.cañ. tractatu primo: filius Serapionis autẽ in eodẽ.7. uidelicet
capitulo octauo.

De Ium de beduſt.

Animaduertendũ autẽ, ꝙ fere per oẽs ĩpreſſiones, mẽdoſe legitur in præſenti deſcriptio
D ne: uini de beduſt. Rectius eni legendũ eſt (ut antiqua exẽplaria habent) ium de beduſt.
Huiuſmodi eni error a minus peritis librariis proceſſit: qui nõ intelligẽtes ium: reſcripſerunt
uini: tranſponẽtes, i, &, u, & cõuertentes, m, in, ni, Et ſic peruertẽtes literas: & uocẽ ſignificati:
E cõfuderunt ſententiã: & ueritatẽ deſcriptionis: quia uinũ de beduſt: cũ nõ reperiatur in rerũ
natura: nihil poteſt hic ſignificare. Ium de beduſt autẽ: ſiue ium de beduſter: & ſimilia ſignifi-
cant nobis teſticulũ caſtoris. Vt probatur per Simonẽ Iannẽſem in litera: beduſter. Et per Pã
F dectariũ in litera: iuna da baduſter. Cũ quibus cõcordant Manardus: Luminare maius. Et Ni
colaus præpoſitus: &c. quos oẽs curioſis dimittimus legẽdos. Et ſic ſemper cum legis iũ de
beduſt: ſiue de beduſter: uel ſimile: caſtoreũ intellige. Vnde ad maiorẽ declarationẽ: & rei cer
G titudinẽ: lege apud Serapionis filiũ: & Auicennã: qui eo in loco, ubi author noſter habet iũ
de beduſt: ipſi caſtoreum habent. Quid autem ſit caſtoreum: lege in ſequenti diſtinctione.

De Anacardis.

H Anacardorũ fructus, ſecundũ ueritatẽ, ut per Serapionem uideri poteſt: ſunt ipſi: quibus
utimur. Ipſe Serapio autẽ capitulo de anacardo: nõ citat Dioſcoridẽ: unde cõiectamus
ipſum Dioſcoridẽ nõ ſcripſiſſe de eo. Ex Sicilia quippe optimos habemus anacardos. Vo-
I cant eteni nõnulli anacardũ, pediculũ elephãtis. Sunt autẽ anacardi mali ſucci: & habent in
ſe aliquã uenenoſitatẽ: ſeu maliciã: ob quã cauſam præcipit author, ante ſex mẽſes, ipſam cõ-
fectionẽ nõ propinari.

De Burungis.

K Hvius equidẽ ſimplicis, uerũ uocabulũ: ut etiã multorũ aliorum: reperire nõ ualuimus:
propter librorũ uariationes. Vnde in aliquibus legitur burungi: in aliis burõgi: in aliis
berungi: in aliis abrungi: in aliis bedarungi: & in aliis aliter: & aliter. Quapropter quid pro-
L prie ſit hoc ſimplex: nõ præſumpſimus ex nr̃a authoritate, abſq; probatione diffinire. Relin
quimus aũt ipſum peritioribus nobis declarãdũ. Authores nẽpe: & præcipue iuniores: uſq;
nunc, oẽs quaſi diuinãdo in huiuſcemodi re loquuti ſunt. Et ſunt qui cubebas: & ſunt qui ni
M gellã: & qui meliſſam: & qui ozimũ: & q erysimõ: & qui lactucã ſylueſtrẽ: & q ſemẽ rusci qd
eſt fructus myrti agreſtis: & alii alia plura: eſſe affirmauerũt. Nos autẽ tãq̃ maius malũ fugien-
tes: ſi quo modo bonũ nõ erit: dũ nõ habuerimus meliorẽ notitiã, de ipſo occultato ſimplici
N loco eius ueras cubebas, ſi habebimus, apponemus: ſin aũt meliſſã ſubſtituemus. Quia ut pa
tet in exordio ipſius cõfectionis: author memoriæ ualde prodeſſe intẽdit. Eteni cubebæ: &
meliſſa (ut aliq uolũt) magnopere memoriæ cõferũt. Etiã poterit ẽe: ꝙ proprie ſit ipſa meliſſa
O qa in cap̃. de meliſſa apud Serapionẽ, legitur bederãgie: bederũgii: & bedarũgi: quæ uocabu
la affinitatẽ q̃dã habẽt cũ ſupradictis. immo (ut diximus) aliq libri bedarũgi habent ſcriptũ. Et
idẽ Serap̃. facit aliud cap̃. qd̃ titulatur de abrugi: ubi dicit: abrog. uel abrugi: eſt granũ paruũ
P pũctatũ nigredine: & albedine: rotũdũ: ſicut granũ meſ.i. robiliæ: nullius odoris: affertur de
ſeni: in ſapore eius eſt amaritudo: &c. qd proprie ſit, ignoramus. Aduerte ꝙ diximus ueras
cubebas: qa (ut i cõfectione alia Galeni declaratũ eſt) hæ qbus hodie cõiter aromatarii utun
Q tur: nõ ſunt ueræ cubebæ. Aduerte etiã, ꝙ author nouarũ cõmẽtationũ ſup hac cõfectione,
arguẽs Luminare maius: ipſe peius dicit. Immo falſiſſime ſcribit Auicẽ. & filiũ Serap̃. loco bu
rũgi, in pñti deſcriptione, habere nigellã. Cũ i rei ueritate uterq; ipſorũ: ut author nr̃: burũgi
R habet. Et ſi in una aliarũ triũ deſcriptionũ: quæ maxime differũt ab iſta: ipſi habẽt nigellã: non
ꝓ hoc probatur, nigellã eſſe burũgi. Sunt eteni ibi præter nigellã: & alia plura ſimplicia: quæ
nõ ſunt in præſenti deſcriptione: ergo eadẽ ratione: qua ipſe interpretatur nigellam: poteſt
S quiſpiam interpretari quodlibet eorum eſſe burungi. Et ubi Hali Abbas deſcribat confectio
nem anacardinam: neſcimus. Nã in decimo practicæ nõ inuenimus. Qm̃ ipſe etiã Hali citat.

EXPLICIT PRIMA DISTINCTIO.

DISTINCTIO SECVNDA EST DE MEDICINIS OPIATIS. A

ℭ Confectio Philonii: ex inuentione propria: &c. LVII. B

PRæſentis quidē cōfectionis titulus uerior : eſt Cōfectio Philonis. Ab ipſius
inuentore: uel ſimpliciter Philonium: quod idē ſignificat: quod medicamē:
Philonis: ſeu cōfectio uel aliud ſimile. Cū autē nunc legitur. Cōfectio Philo C
nii: intelligitur tāq̄ ſi diceret. Cōfectio medicaminis, ſeu antidoti Philonis.
Sequitur. Ex inuētione propria. ſ. ipſius Philonis: & nō filii Meſue. Sed cū ſit,
ꝙ reperiantur diuerſæ deſcriptiones ſub noīe Philonii: uariiſq; cognomini D
bus munitæ: ut eſt Philoniū perſicū: quod mox ſubſcribemus: & Philoniū Romanū: &c. nō
intelligitur ꝙ Philo fuerit Perſa: & Romanus: ſicut intelligitur Philoniū Tarſenſe: ex eo. ſ. ꝙ
Philo ipſe fuit Tarſenſis. Cū autē legitur Philoniū Romanū, & Philoniū Perſicū: eſt intelligē E
dum, ꝙ medici Romani: atq; Perſici accipiētes deſcriptionē iſtiuſmodi antidoti Philonis: ut
uiſum fuit eis expediēs & bonū: qui plura: & qui pauciora: qui unū: & qui aliud: uaria addi-
dere: atq; cōmutauere ſimplicia: necnō & in ſimpliciū pōderatione: aliquo modo diuerſifica F
ti ſunt. Hinc uocatū eſt philoniū Romanū. Hoc eſt. Cōfectio Philonis, ſecundū uſum Roma
norū. Et perſicū. i. ſecundū uſum Perſarū. Sic etiā Philoniū deſcriptione Hamech filii Zacha
riæ. ſ. ꝙ ipſe Hamech accipiēs cōfectionē Philonis: ſuo modo uariauit. Oēs eni deſcriptiōes G
Philonii præfatæ: ab iſta prima depēdent. Quæ quidē recte ab authore nr̄o inſcribitur: ex in
uentione propria: quia hæc eſt uerior, purior, & ſimplicior deſcriptio ipſius Philonis medi-
ci. Quaſi dicat alias deſcriptiones ab aliis eſſe uariatas: & ideo nō meras eſſe Philonia deſcri- H
ptiones. Sed deſcriptiones Philonis: cū additionibus aliorū. Vt Philoniū Romanū. i. Cōfe-
ctio Philonis cū additione Romanorū: & perſicū. ſ. cū additione perſarū: &c. Nōnulli autē li
bri ex antiquis ſic habent hunc titulū. Cōfectio Philonii deſcriptione prima: &c. Et huiuſmo I
di etiā poteſt ſtare : & quaſi idē ſignificat. ſ. ꝙ hæc deſcriptio ſimplex & uera ipſius Philonis:
fuit & eſt prior oībus aliis: quæ ab ipſa dependent. Præterea: a nōnullis ad titulū Philonii ro-
mani: additur tarſenſe. Vnde legitur. Philoniū Romanū tarſenſe. Et idē eſt dicere: quod. Cō- K
fectio philonis Tarſenſis: ſecundū uſum: ſeu cū additione Romanorū. Eteni teſtatur a Gale-
no, & Paulo, & aliis fidedignis authoribus ꝙ Philo medicus fuit Tarſenſis: & nō Romanus:
ut aliqui putāt. Nōnulli uero ut Nicolaus Salernitanus, & pādectarius : &c. per ætymologiā L
uocabuli: exponūt philoniū ſignificare nouū amicū: ſiue amās hominē : ut in litera philimō.
ipſe pādectarius dicit. Eteni titulus philonii perſici: quod ponitur ab authore nr̄o in cura de
ægritudinibus pectoris & pulmonis. ſ. in fine capituli de fluxu ſanguinis ab ore: per aliquos M
libros incipit philimon, uel filimō, uel filomiō, uel filomō: & ſimilia plura. Et licet aliqui ſcri
bant filoniū & filimō: &c. per, f, nihil refert: & idē eſt: uerūtamē per, f, tanq̄ latine: per, ph, autē
tāq̄ e græco. Rectius uero per, ph, Cōfectio autē Philonii perſici præfata. i. cū additione per- N
ſarum q̄uis non ſit in hoc antidotario: tū quia in ſe includit totā præſentē deſcriptionē: & q̄a
a multis habetur in frequēti uſu: cū ſit ab ipſomet authore nr̄o poſita: uiſum eſt nobis nō in-
cōgrue hic, ipſam deſcribere: & una ſimul cū iſta declarare. Vñ ſequitur. Philonii perſici de- O
ſcriptio: &c. Accipe piperis albi, hiuſquiami albi: ana. ℨ. xx. opii, terræſigillatæ: ana. ℨ. x. ſce-
denegi, croci: ana. ℨ. v. caſtorei, ſpicæ, euforbii, pyrethri, margaritarū nō perforatarū, chara-
bæ zedoariæ, doronici, ramich: ana. ℨ. i. cāphoræ. ℨ. unius tertiā. Cōfice cū melle roſato co- P
lato. Doſis. a. ℨ. ÷. uſq; ad. ℨ. i. cū ſuco arnogloſſæ: aut cum aqua roſata, & modico uini puri.
Sed eſt aīaduertendū, ꝙ per oēs īpreſſiones in præſenti deſcriptione philonii perſici mēdo-
ſiſſime legitur papaueris albi: ubi neceſſario legēdū eſt piperis albi. in nulla nēpe penitus phi Q
ab ipſo authore noſtro filio Meſue deſcribitur. A quibus quoq; & modi ipſam corrigendi:ſi
ue præparandi:per ꝗ optime cōnotantur. Quapropter,non oportet prolixiorem de ipſa de P
claranda habere ſermonem. Monendi tamen ſunt aromatarii,ut bene inuigilent,ne in em-
ptione ipſius defraudentur:quia multoties adulteratur, plurimis adulterationum modis.
Etiam ſciant,ꝙ ex tot modis præparandi ipſam:laudabilior habetur modus decoquendi in Q
cytonio. Qui modus ab ipſo authore noſtro ſæpius notatur. Præterea:legitur namq; apud
authores,& ſæpe apud noſtrum filium Meſue:ſcammonea decocta in pomo:aut cytonio.
Vbi ſciendum,ꝙ non eſt idem,ut aliqui putant:qui peſſime gloſſantes illud,aut, pro, ideſt, R
ſeu pro,ſcilicet,dicunt ſic. Scammonea cocta in pomo:id eſt cytonio. Sed quando author
dicit:coquatur ſcāmonea in pomo:tunc nō intelligit de cytonio:ſed de alia pomorum ſpe-
cie:ut per ipſius uerba,in capitulo de ſcammonea clare patet:& particulariter ubi authori- S
tate Pauli dicit eſſe cōueniens aliquando facere decoctionem eius in pomo acetoſo,aut pō
tico: cauſa remouendi ipſius ſcammoneæ nocumenta. Item,in libro ſeruitoris: quem Bul-

A chaſim appellant, ſcilicet in modo coquendi ſcammoneam: ubi primum cum pomis dulci
bus datur præparandi modus: poſtea cum cæteris rebus inibi aſſignatis. Item, in ſeptimo
breuiarii filii Serapionis capitulo de pilulis: in illis uidelicet, quarum titulus eſt: Pilulæ quæ
B conferunt ad ægritudines coleræ citrinæ, & ſanguinis: legitur. Scammoneæ aſſatæ in con-
cauitate cytonii: aut mali. Ergo cum legitur ſcammonea cocta in pomo: non intelligitur
de cytonio: ſed de alio pomo: non obſtante quod & cytonium etiam dicatur pomum.

C

¶ Confectio de dactilis: & eſt Diaphinicon: quam ſcripſit filius Zezar: &c. LXXVI.

D Diaphinicon idem dicit, quod confectio de dactilis. Quæ tametſi a dactilis ha
beat denominationem: nerūtamen dactili non ſunt baſis ipſius cōfectionis:
ſed turbith, & ſcammonea: & principaliter turbith: ex quo aliter uocatur
E Confectio de turbith: ſiue Diaturbith: ut probari poteſt per ipſum authorē
noſtrum, in capitulo de turbith: ubi ponit confectionem de turbith, autho
ritate Ioānitii: quæ quidem eſt iſtamet confectio de dactilis. Et hac etiam de
F cauſa principaliter turbith eſt baſis iſtius confectionis: quia ipſa confectio potius facit ad
phlegma: q̄ ad coleram. Vocatur autem confectio de dactilis: a quantitate ipſorum, quam
recipit. Author enim noſter in hoc ſuo grabadin ponit ipſam confectionem authoritate fi-
G lii Zezar: in capitulo præfato autem (ut dictum eſt) ponit eandem, in aliquibus tamen pau-
cis differentem, authoritate Ioannitii. Si autem Ioannitius fuerit ante filium Zezar: uel filius
Zezar ante Ioannitium: adhuc compertum non habemus. Quamobrem quis eorum alter
H ab altero acceperit huiuſmodi confectionis deſcriptionem: percipere non ualemus. Hoc
tamen credimus, ſcilicet ꝙ eadem deſcriptio diuerſificata ſit ab ipſorum altero: & ob hoc au
thor utranq; ponens: poſuit & authores earum: unde deſcriptio capituli uocāda eſt: Con-
I fectio de turbith filii Meſue, Diaphinicon: &c. ſecundum Ioannitium. Et iſta deſcriptio
antidotarii præſentis debet uocari: Cōfectio, ſeu electuarium de dactilis filii Meſue: ſiue Dia
turbith: &c. ſecundum filium Zezar. Qui filius Zezar alio nomine dicitur Hamech: ſiue Ma
K hometh: &c. ut melius in confectione Hamech patebit. Diuerſitates autem, quas inuenimus
inter utranq; deſcriptionem: hæ ſunt, uidelicet, ꝙ in iſta antidotarii deſcriptione: ſunt ſeptē
ſimplicia ultima: quæ in deſcriptione capituli præfati non ſunt. Quæ quidem ſimplicia ſunt
L cinnamum, macis, lignum aloes, & cætera ſequentia. Tria autem priora, quæ tantummodo
habentur illic: ſcribuntur ſub ana partes quatuor. Hic uero tria præfata, cum reliquis: quæ
omnia inſimul ſunt decem ſimplicia: concluduntur hoc ana, ſcilicet partes. ii. Item ſcam-
M moneæ in præfata capituli deſcriptione: per omnes libros tam antiquos, q̄ impreſſos con-
corditer. nulloq; uolumine diſcrepante: ponuntur partes duodecim: in antidotario autem
deſcriptiones librorum ſuper hoc ſunt uariæ. ſ. ꝙ aliqui libri hābēt ſcammoneæ partes. 12.
N aliqui uero partes. 22. Qui autem habent. 22. partes: ſunt hi, uidelicet ex antiquis (quos uidi-
mus) octo libri: & liber impreſſus in uulgari italico: quem aliquando citamus: quia præ-
ſupponimus latinum: unde tranſlatus eſt. Et ſimiliter Luminare maius: Theſaurus aromata
O riorum: & author additionum in fine pandectæ. Reliquorum autem, tam antiquorum ex
manu: q̄ impreſſorum, plurima librorum multitudo: habent: ſcammoneæ partes. 12. Sed
animaduerte, ꝙ Luminare maius ſcribens drachmam pro parte: habet ſcammoneæ. ℥. xi. qa
P ponit tantum medietatem confectionis. Super hoc autem. ſ. ſi debent eſſe. xii. uel. xxii. par-
tes: doctorum peritiſſimorum determinationem quærimus. Res enim nō parui momenti eſt.

De Sahiri, ſiue Sihari: &c.

Q Habetur in hac cōfectione ſcriptum, ſimiliter & impreſſum: penidiarum ſahiri, ſiue ſiha-
ri, ſiue ſaphiri, & huiuſmodi conſimilia multa. quæ per diuerſos libros leguntur. Quæ
quidem barbara uox (ut nōnulli declarant) ſignificat zuccharum ex quo faciendæ ſunt pe-
R nidiæ, huic cōfectioni neceſſariæ: diſſoluendum eſſe, ac decoquendum: in aqua decoctionis
hordei. Sed quia nobis hoc nō clare cōſtat: nō approbamus: nec reprobamus. Parum autē
facit ad rem: ſi dictæ penidiæ cōficiantur cum aqua hordei: uel non.

S

De Amygdalis.

Nonnulli quidem, ut Luminare maius: &c. declarant eſſe intelligendum de amaris amyg
dalis, i præſenti deſcriptione: cū ſit, ꝙ author nō ſpecificet de eis. Sed ex hoc ſequeretur

corollariū:

corollariũ:hoc eſt:ꝙ ubicunq; amygdalæ in cõpoſitionibus reperirẽtur ſimpliciter ſcriptæ: A
ſemper de amaris eſſet intelligendũ. Sed ſecundũ ueritatẽ:ſecus eſt. Quia quando abſolute
ſunt ſcriptæ amygdalæ: ſemper dulces debent intelligi. Nõ eni ſupra in prima deſcriptione
electuarii:quo utitur reges:ubi ſimpliciter ſunt deſcriptæ amygdalæ:poſſunt intelligi ama- B
ræ:cũ ſit ipſum electuariũ delicatũ.Et quod in illa prima deſcriptione nõ exprimitur:in ſecũ-
da declaratur:ubi ſpecificatur de amygdalis dulcibus. Nec ſimiliter infra,in lohoc ſano,& ſi-
milibus:ubi ſunt abſolute amygdalæ poſſunt intelligi amaræ. item,in cõfectione prima ele- C
ctuarii alharif:quod dicitur electuariũ boni ſaporis:in quo legitur abſolute oleũ amygdala-
rum:abſurdum eſt dicere:ꝙ nõ debet eſſe oleũ de amygdalis dulcibus. Et ſimiliter in electu-
rio indo maiori:& cõſimilibus plurimis. Quando autẽ author uult amaras amygdalas:ſpe- D
cificat ſemper de eis:ut fecit in Dialacca magna:& in cõfectione de rauedſeni:& in lohoc de
pino:& ſimilibus multis. Præterea,ad maiorẽ certitudinẽ:ſciendũ,ꝙ filius Serapionis in ſe-
primo,capitulo ſextodecimo:habet ſuã de dactilis cõfectionem : in qua ſpecificat de amyg- E
dalis dulcibus:& nõ de amaris. Similiter & Auicenna in.v.cañ.habet tres Diaphinicõnis de-
ſcriptiones:ſed in duabus primis ponens amygdalas nõ ſpecificat de eis:in tertia autẽ ſpecia
tim poſuit amygdalas dulces. Ergo concludendum eſt, ꝙ nõ debent eſſe amaræ :ut iuniores F
uolunt. Amygdalæ autem ipſæ notæ ſunt:quarũ genera ſunt duo.ſ.dulce:& amarũ.Sed de
dulcibus amygdalis,meliores ſunt Apulienſes : quæ ambroſinæ cognominantur : a quodã
Ambroſio:in cuius poſſeſſione,primum naturæ magiſter eas procreare dignatus eſt. G

De modo cõficiendi hoc electuarium.

SCiendũ nãq;, ꝙ pro meliori,& clariori modo cõficiendi iſtud electuariũ: ſiue cõfectionẽ
de dactilis: fugiendæ ſunt omnino nugæ aliquorũ neotericorũ: de calculatione ſoluti- H
uorum iſtius,& aliarũ plurimarũ cõpoſitionum. Tum,propter plurimos:ab ipſis errores in
calculatione cõmiſſos:tum etiã,quia nõ omnes ſciunt huiuſmodi calculationũ ſummas re-
cte colligere. Vnde ne detur iuuenibus,& minus peritis aromatariis errãdi occaſio: operæ- I
precium duximus,ſcribere in his noſtris lucubratiunculis limitatã mellis quãtitatẽ,huic cõ-
fectioni pernecceſſariã: Quãobrem ſciendũ primo:ꝙ dactili,penidiæ,amygdalæ,& ſimilia:tã
in præſenti deſcriptione,ꝗ in quibuſcunq; aliis:nõ ſunt ponenda ratione mellis:neq; ratio- K
ne ſpecierũ:ſed per ſe ſemper intelligantur. Poſtea ſcias,ꝙ nõ ſolum recta calculatione: ſed
certa experiẽtia cõprobauimus ſufficere:& in debita proportione eſſe: mellis boni & deſpu
mati partes.300. Et hinc poteſt ſumi regula,pro oĩbus cõſimilibus. Aduerte etiã,ꝙ penidiæ L
male poſſunt puluerizari:& peius cũ melle liquãtur:& incorporãtur. Vnde melius nobis ui-
detur:ſi faciliter cõtritæ prius,cũ modico aquæ hordei:puta cũ quatuor aut quinq; partibus
diſſoluãtur(nã de facili hoc modo,lento igne liqueſcũt) & poſtea cũ melle deſpumato in- M
corporentur:&c. Et hoc utiq; modo nos utimur:ubicunq; in ſimilibus cõfectionibus peni-
diæ recipiuntur.ſ.ꝙ liquefacimus ipſas cũ aliquo parco liquore:ipſi cõfectioni,(in qua peni
diæ ſunt cõmiſcendæ)cõpetenti:&c. Poſtremo notandũ,ꝙ præſens cõfectio nõ recipit cin N
namomũ:ſed cinnamũ. Et doſis ipſius cõfectionis eſt:ab ʒ.iii.uſq; ad.vii.nõ autẽ uſq; ad o-
cto:ut i quibuſdã impreſſionibus legitur.itẽ,dactili purgati a nucleis,& tunicis,ſiue pelliculis
interioribus:põderandi ſunt,ante ipſorũ infuſionẽ: licet textus dicat:Recipe dactilorũ infu- O
ſorum:&c. Quia ſi poſt infuſionẽ põderabis:plus habebis de aceto:ꝗ de ipſis dactilis, in tali
põderatione:quod quidem nõ eſt ſecundũ authoris intentionem. Et hoc melius probatur:
per præfatas Auicennæ,& filii Serapionis deſcriptiones. Vbi poſt ipſorum ponderationem P
legitur: infundantur:&c. De modo autem infundendi eos:quære in confectione de meze-
reon:ubi ponitur regula infundendi omnes medicinas.

¶ Modus electuarii de pſyllio:&c. LXXVII. Q

AVthorem noſtrũ ab operibus Hamech præſentis electuarii cõfectionem ſum
pſiſſe,nulli dubiũ eſt: cũ in fine ipſius deſcriptionis dicat huiuſmodi cõfectio- R
nem,a præfato Hamech uocari electuariũ trociſcorũ:ſiue electuariũ trociſca-
tum:a pluralitate trociſcorũ:quos recipit. Sed ipſe filius Meſue poſtea deno-
minauit cõfectionem ipſam,electuariũ de pſyllio:ob mucilaginẽ ipſius:quam S
recipi iubet.Eſt autem in præſenti deſcriptione unus notabilis error per omnes ipreſſiones.
Videlicet ubi legitur : aſſari.ʒ.iiii. uerius legendum eſt. Aſari.ʒ.iiii. errore quippe librariorũ

A poſita eſt ibi.℥.pro.ʒ.oēs ferme antiqui codices:quos uidimus:cōcorditer habēt aſari.ʒ.iiii.
& ſic eſt uerum.

De Bugloſſa.

AN iaduertendū,ꝙ multi decipiūtur in bugloſſo ſiue(ut mauis)bugloſſa:& borragine:&
B in eatundē ſpeciebus. Deo fauente, in ſyrupo de inaris oſtendemus quid ſit borrago:
quid bugloſſa domeſtica:quidue ſylueſtris. Vbi clare cōſtabit,ꝙ borrago neq; eſt bugloſſa
ſylueſtris(ut uult Lumiuare maius)neq; domeſtica:&c. Lege ibi.

C

De Pſyllio.

PSyllium quidē,a pulicibus nomē ſibi aſſumpſit. Quā ob cauſam,a latinis herba pulicaris
dicitur. Pſylliū autē nomē græcū eſt:& idē ſignificat:quod latine herba pulicū.Sed aduer
D te,ꝙ eſt alia herba pulicaria dicta:quā græci conyzā nominant: quæ quidē forma lōge diſtat a
pſyllio:ſed ab effectu,ſeu proprietate,uocatur pulicaria:ſiue pulicaris:quia,teſte Dioſcori-
de,pulices necat.Hæc autē herba pulicaris:quod eſt pſylliū:& ab effectu,& a ſimilitudine ſic
E uocatur. Ab effectu quidē:quia teſte ipſo Dioſcoride:ſi domū uirens importatur: nō ſinit in
ea pulices gigni. A ſimilitudine autē:quia ſemen ipſius pulicibus ſimillimū eſt. Monendi etiā
ſunt aromatarii:ne decipiātur in ſemine cuiuſdā plātæ: quæ eſt ſimillima plātæ pſyllii in ol-
F busiita,ꝙ multi minus periti:& ipſam falſo pſylliū nominant:& ſemen eius(quod eſt etiā ut
pſyllii ſemen)pro uero pſyllii ſemine recipiunt:& eo utuntur:nō aduertentes,ꝙ tale ſemen
mucilagine caret. Plātæ ipſæ(ut dictū eſt)ſimillimæ ſunt aduinuicē. In hoc tamē cognoſcitur
G altera ab altera.ſ.ꝙ plāta ueri pſyllii eſt piloſior:& paucis ſtolonibus creſcit:qñq; etiā reperi-
tur unicaulis:& ſemen ipſius eſt ualde mucilaginoſum:ecōtra autē,illa planta(cuius ſemen
nō facit mucilaginē)habet pilos paucos:& ſtolones multos. Sed utraq; planta dodrantalis
H eſt. Folia nāq; ueri pſyllii:ſimilia ſunt foliis chamæpityos:alterius autē plātæ, potius herbæ
uocatæ linariæ aſſimilantur. Locis incultis uerum pſyllium gaudet. Vnde Romæ, in ruinis
Amphiteatri Coliſei nūcupati:aliiſq; in locis ſæpe propriis manibus collegimus. Præterea
I aiaduertendū,ꝙ teſte authore nr̄o,in ſuo capitulo de pſyllio: nūq̄ pſylliū cōtritum eſt ægris
propinandū. Sed hoc intelligendū eſt,de incorrecto. Alioqui ipſe author cōtradiceret ſibi
ipſi. Quia in Grabadin medicinarū particulariū.ſ.in fine de ægritudinibus pectoris & pulmo
K nis:in capitulo:uidelicet de tuſſi:& cōſtipatione uentris:poſt ſyrupum de pſyllio:ipſe ait. Et
qñq; datur,cū puluere huiuſmodi. Recipe pſyllii,gūmi arabici,dragagāti,boli armeni: ana.
Da cū ſyrupo prædicto:& ſucco linguæ arietis.Igitur cū author dixerit:datur cū puluere:nō
L poteſt intelligi pſylliū,hoc in loco nō eſſe cōterendū. Sine enim fractione,ſeu cōtritione ſui
aliquid nunq̄ in puluerē redigi poteſt. Ergo de incorrecto loquutus eſt,in præfato capitulo
de pſyllio:cū dixit. Cōtritū autē potui:nullo modo propinandū eſt. Et ꝙ debet aſſari prius,
M q̄ cōteratur:exēplū habemus in tertio breuiarii filii Serapionis:capitulo decimo,octauo:qd
eſt de lubricitate ſtomachi:ubi propinat ipſum,prius torrefactū. Sic enī ait. Et detur in ho-
ra ſomni:aquæ acreſtæ.℥.iii.cū.℥.i.de rob cytoniorū:cū pſyllio,& ſemine acetoſæ torrefa-
N ctis,& gūmi arabico,& bolo armeno,& ſpodio. Hæc ille. Et licet hic ipſe filius Serapionis nō
dixerit ipſum ſemē aſſatū eſſe cōterendū:uerūtamē cū poſuit torrefactū:nulli dubiū eſt:quin
debeat cōteri. Nā nō torretur:niſi ut corrigatur ſubſtātia eius medullaris intrinſeca: poſt cu-
O ius correctionē:quid obſtat:ut nō poſſit propinari cōtritum? Sed ſi crudū(ſicut eſt) integrū,
cauſa ſoluēdi uentrē,ſit propinandū:prius eſt in aqua,uel aceto,uel alio liquore cōpetenti in-
fundendū:& agitandū:ut fiat mucilaginoſum : & ſic eſt adminiſtrandū: quia mucilago illa,
P nō facit ipſum ſtomacho,& inteſtinis adhærere:& citius ſoluit. Et nota,ꝙ pſyllium ſuſtinet
multū de aſſatione:ut teſtatur Bulchaſis,i modo aſſandi ſemina. Et ideo oportet ipſum mul
tum aſſari:ut calore ignis bene corrigatur pars eius centralis ulceratiua,& maligna. Aſſatur
Q autē ad aluū cōſtringendā:teſte ipſo filio Meſue,in primo capitulo ſecundæ ſummæ:ſecun-
dæ intentionis:quod eſt de modis rectificationis medicinarū:per modum decoctionis. Vbi
ait. Aſſationis autē in frixoriis,& in patella officiū:eſt qñq; addere in uirtute medicinæ:ſicut
R qū aſſatur ſquilla:& fit magis ſolutiua:& qñq; minuere in uirtute : ſicut uerbi gratia : aſſatur
pſylliū,fit humiditas eius minus lubrica minus ſoluens:&c. Semen quidē pſyllii optime ma
turum,per decennium ſeruatur. Multa & alia de pſyllio lege apud ipſum authorem noſtrū,
S in capitulo proprio:& apud Dioſcoridem, & cæteros authores: quæ ſane cauſa breuitatis
ſtudioſis dimiſimus.

De trochiſcis ingredientibus hoc electuarium.

Notandū,

NOtandū, ꝙ deſcriptiones librorū uariātur in clauſula trociſcorū huius electuarii.ſ.ꝙ alii A
q libri hñt pulueris diarhodō: ſeu abſolute diarhodō: & trociſcorū de ſpodio, & raued
ſeni: &c. Et aliqui habent trociſcorū diarhodon, & de ſpodio, & rauet ſeni: &c. Ita, ꝙ multi
dubitant ſuper hoc.ſ.an ponēdi ſunt trociſci diarhodō: an pulueres ſupranotatæ cōfectio- B
nis diarhodō. Nos autē, ſaluo ſemp meliori iudicio: tū, quia ab Hamech (ut ſupra dictū eſt)
uocata eſt hæc cōfectio electuariū trociſcorū: tū etiā, quia pluriores libri ſunt: qui habēt ſcri
ptum trociſcorū diarhodō: q̃ qui pulueris diarhodō: ſiue ſimpliciter diarhodō : tenemus ꝙ C
habent eſſe: trociſci diarhodō: & nō ſpecies cōfectionis diarhodō. Etiā cōſiderandū eſt, ꝙ
cum i ſupradictā cōfectionē ſpecierū diarhodō intrēt trociſci de ſpodio : nō iterū author po
ſuiſſet dictos trociſcos de ſpodio in præſenti cōfectione, Sufficerent enim ipſi pulueres pro D
utroq;. Igitur trociſci debent eſſe: & nō ſpecies illę. Præterea: ſunt nōnulli, ut Nicolaus præ
poſitus, & cæteri: qui uolunt, ꝙ in præſenti electuario, pro raued ſeni: intelligātur trochiſci
de rheubarbaro: ſed nobis cōtrariū uidetur intelligendum eſſe.ſ.ſimpliciter & abſolute, (uti E
eſt) R aued ſeni.ſ.rhebarbarū bonū, & electū: Nam ipſe author, ne quis deciperetur, intelligē
do pro rheubarbaro trociſcos de rheubarbaro: ex eo maxime, quod cū aliis trochiſcis de-
ſcribitur i præſenti electuario: poſuit illud ſub nomine R aued ſeni: & nō rheubarbari: quia F
trociſcos de raued ſeni, in hoc ſuo antidotario ipſe nō ſcripſit. Nec dicat aliquis, quia inter
raued ſeni, & rheubarbarū, præter natalia ſolū, nulla eſt differentia: ergo trociſci de raued ſe
ni: & trociſci de rheubarbaro: ſunt unū & idē: Quoniam ad hoc reſpondebimus(concedēdo pri G
us, raued & rheu eſſe unum & idem: & ꝙ ſeni, & barbarum ſint patrie, & locorum, in quibus
oriuntur, nomina: ſicut etiam & ponticum, & turchium: &c.) ꝙ ſicut infra pilulæ de raued
ſeni ſunt differentes, a pilulis de rheubarbaro : non autem propter raued & rheu : ſed pro- H
pter aliorum ſimplicium uariationem: unde ne aliquis deciperetur in ipſis deſcriptionibus pi
lularum: non uno cognomine titulauit eas: ſed alteram de rheubarbaro : alteram uero de
raued ſeni uocauit. Sic etiam idem author (ut diximus) ne cōmitteretur error in trociſcis de I
rheubarbaro: poſuit raued ſeni: ſub cuius uocabulo in iſto antidotario non habetur aliqua
trociſcorum deſcriptio. Præterea, omnes libri tam antiqui, q̃ moderni, & impreſſi: excepto
ipſo Nicolao præfato; habent concorditer, & abſolute, in præſenti deſcriptione: raued ſe- K
ni: ſine trociſcorum præſcriptione. Quapropter concludendum eſt, ꝙ debet eſſe raued ſe-
ni: ſcilicet rheubarbarum bonum: & non trociſci de rheubarbaro.

L

Electuarium eleſcoph: &c. LXXVIII.

IN ſcribitur hoc præſens electuarium eleſcoph. Ab Auicenna autem uocatur
electuarium epiſcopi. Et licet deſcriptio Auicennæ diſcordet in quibuſdam M
ab iſta attamen clariſſime patet eſſe idem electuarium. Eleſcoph autem, uel eſt
uocabulum corruptum: uel forſan arabice ſignificat, ꝙ latine epiſcopus. Ad
uertendum tamen, ꝙ per antiquos libros in iſta deſcriptione legitur cinamū: N
& non cinnamomum. Et doſis ipſius electuarii eſt ab aur.ii.uſq; ad.iiii.nō autem uſq; ad .iii.
ut libri impreſſi habent. Etiā Auicenna in ſua deſcriptione dicit: doſis integra ſit aur.iiii.

Confectio medicaminis quod ſcripſit Hamec: &c. LXXIX. O

COmmunis opinio eſt, ꝙ Hamech fuerit principalis author præſentis, & ſequē
tis cōfectionū. Necnō & plura alia, diuerſaq; pharmaca cōpoſuit. Vñ author P
nr̄ præter iſtas cōfectiones: habet i hoc antidotario multas alias medicaminū
cōpoſitiones authoritate ipſius Hamech. Vt uerbi grā. Electuariū de pſyllio
ſupra notatū: & cōfectio de dactilis: & cōfectio trociſcorū Hamech : & unguē Q
tum de lino: quod ſcripſit Hebē Zezar: & emplaſtrū diachylō primæ.2.&.3. deſcriptionis:
& emplaſtrū filii Zacharie: &c. plura: quæ ſunt in ſuo ſimpliciū libro, & in practica. Sed aiad
uertendū, ꝙ ab authore nr̄o dictus Hamech: qui eſt Raſis: multis teſtatur modis. Videlicet. R
Aliqñ eni ſimpliciter Hamech, ſiue, Mahomet, uel Mahemet: quod idē eſt. Aliqñ etiam Ha-
mech Araſi, ſiue Mahemet Araſi. Aliquando Hamech filius Zaccharię, ſiue Mahemet filius
Zaccharię. Aliquando Hamech filius Zaccharię Araſi, ſiue Mahemet filius Zaccharię S
Araſi. Aliquando Hamech filius Zezar, ſiue Hamech heben Zezar. Aliquando filius
Zaccharię, ſiue filius Zezar, ſiue heben Zaccharie, ſiue heben Zezar, ut in præfato

A unguento de lino. Quæ omnia, & alia plura: ut Hamech, ſiue Raſis, uel Araſi, uel
Razi ſimpliciter: unum tantum & eundē authorē ſignificant. Et proprie Raſim: qui alias Ha
mech dicitur. Qui quidē Hamech nō eſt ille: de quo legitur in exordio canonum noſtri au-
B thoris: qui fuit pater Meſue. ſ. auus ipſius Ioānis filii Meſue noſtri authoris: q Hamech auus,
ut ibi legitur, fuit filius Heli: qui Heli fuit filius Abdelæ Regis Damaſci: unde author noſter
a nōnullis Ioannes damaſcenus uocatur. Hamech autē dictus Raſis, ſæpe citatus ab autho-
C re noſtro, fuit filius Zachariæ. Ex quo probatur, ꝙ nō eſt iſdē: ut aliqui putant. Errant etiā
plurimi aſſerentes hoc opus eſſe Meſue: cum ſit clarū, ꝙ author eius fuerit Ioannes filius ipſi
us Meſue. Et indifferenter ſcribunt: ac pro uno, & eodem, & patrē, & filiū accipiunt. Et ſiue
D dicatur filius Meſue: ſiue ſimpliciter Meſue: ſemper pro Ioanne Damaſceno filio ipſius Me-
ſue intelligunt. In cōſimilē quoqꝫ corruptelā, & abuſionē, nōnulli delapſi ſunt: qui ſub uno
& eodē nomine. ſ. Serapione: & patrē, & filiū, indifferenter citant: nō aduertentes, ꝙ practica
E breuiariū nuncupata, non eſt Serapionis: ſed Ioannis filii ipſius Serapionis. Hamech autē, &
Zaccharias, ſunt magis hebraica: q̃ arabica. Mahomet uero, ſiue Mahemet, & Zezar: ſunt
magis arabica: omnia tamē ſunt barbara: & Mahemet idē dicit: quod Hamech: & Zezar idē
F ſignificat quod Zaccharias. Scribitur etiā ipſe Raſis & aliis præſcriptionibus nominum: ut
eſt Albubetrus: &c. Præterea: ſunt aliqua in iſta deſcriptione annotanda. Et primo ubi legi-
tur: Abſinthii, haſce, ſene: ana. ℥. i. & in alio. ʒ. vi. legatur ſimpliciter ſic: Abſinthii, haſce, ſene
G ana. ʒ. vi. Quia illa particula. ſ. ℥. i. & in alio: eſt additio librariorū: qui a pluribus exēplaribus
uariis tranſſumentes. ſ. ꝙ unū exemplar habebat. ℥. i. & aliud. ʒ. vi. & ſic ignorantes literæ ue
ritatem: utrunqꝫ impreſſerunt. Et de hoc certiores nos fecerunt antiqui codices: ex quibus
H aliqui (q̈uis pauci ſint) habent aū. ℥. i. reliqui uero omnes: ana. ʒ. vi. In nullo nēpe antiquorū
inuenimus utrunqꝫ ſimul cum illa particula: & in alio: ut in impreſſis legitur. Item, quinqꝫ ſim
plicia quæ per impreſſiones ſequuntur: uidelicet uiolarū. ℥. xv. epithymi. ℥. ii. aniſi, roſarum,
I feniculi, ana. ʒ. vi. nō ſunt ab ipſo filio Meſue poſita: ſed in proceſſu temporū fuerūt ipſius de
ſcriptioni addita. forſan ex cōſilio quorundā peritiſſimorū uirorū. Maior enim pars dictorū
antiquorum librorū caret ipſis quinqꝫ ſimplicibus: nec Luminare maius habet ipſa: neqꝫ The
K ſaurus aromatariorū: neqꝫ uulgaris impreſſio ipſius filii Meſue. Verūtamen quia nobis nō ui
dentur incōgrua proprietati ipſius cōfectionis: etiā quia hæc cōfectio Hamech habet aliquā
affinitatem cum Triphera perſica: & Diaſiracoſt ſupradictis cōfectionibus: in quibus aliqua
L ex dictis ſimplicibus habentur: uiſum eſt in ipſa deſcriptione dimittere ea. Sed monēdi ſunt
aromatarii: ut nō cōmiſceant illa in cōfectionem: ſine cōſilio, & determinatione alicuius me
dici. De perito ſemper loquimur. Et hac de cauſa in deſcriptione, ipſa ſimplicia cōcluſa & ſi
M gnata poſuimus. Inſuper etiā ſciendū, quod impreſſiones habent dictarū uiolarū. ʒ. xv. anti-
qua autē exēplaria: in quibus ſunt illa quinqꝫ ſimplicia: cōcorditer habent Violarū. ℥. i ÷. & ſic
iudicamus rectius. Et huius erroris q̈uis nō ſit multi momenti: quia in tribus tantū drachmis
N ipſarū uiolarū cōſiſtit differentia: tamē quia cōſimiles errores pluries cōmiſerunt ſcriptores,
& impreſſores: uiſum eſt nobis declarare cauſam. Notauimus quidē ſupra. ſ. in electuario: cu
ius titulus eſt: Modus electuarii de citro, ex inuentione noſtra: qualiter librarii imprudenter
O pluries decepti ſunt, uertētes unū ſemis: in unū quinqꝫ: lege ibi. Igitur antiqui libri: qui habēt
ipſa ſimplicia: habent (ut diximus) uiolarū. ℥. i ÷. hoc modo: aliqui uidelicet. ℥. i. &. ſ. & aliq
ſine copula ſic. ℥. i. ſ. Scriptores poſtea (ut putamus) uerterūt illud, ſ, lōgum: in paruū, & re-
P tortū: cōſimile charačteri, abachiſtarū quinqꝫ ſignificāti: unde impreſſores arbitrantes illū nu
merū nō, i ÷, ſed. 1 5. hoc eſt quindecim ſignificare: impreſſerūt. xv. Hinc correctores librorū
cōſiderantes eſſe magnā quantitatē uiolarū. ℥. xv. falſo credētes ſtare ibi unciā, pro drachma:
Q permutātes, poſuerunt uiolarū. ʒ. xv. Sed reuera (ut dictū eſt) rectius eſt. ℥. i ÷. Cōtrariū autē
huic mendū: & ex eadē erroris radice generatū: eſt in capitulo de Rheubarbaro noſtri autho
ris. Videlicet ubi legitur: ꝙ rheubarbari. ʒ. i. cōfert caſui: & pcuſſioni: cū duobus granis mu
R miæ, & cū grano uno & dimidio rubeæ tinctorū: quo in loco, uerius ipſius rubeæ debēt eſ-
ſe grana quindeci: & nō unū & dimidiū. Habebāt eni libri antiq in dicto loco grana quindeci
ut adhuc extant aliqua exemplaria: quæ habent ſic grañ. xv. uel ſic. 1 5. & ex hoc ſecūdo mō
S librarii decepti ſunt: putantes eſſe granum & dimidiū: quia iam in uſum uenerat corruptela
ſcribendi illud, 5, pro ſemis. Etenim nō eſt rubea tantæ malignitatis, operationis, uel poten
tiæ: ꝙ nō poſſit de ea propinari in maiori q̃titate. Nā Auicēna capitulo de rubea ad cōſimiles

paſſiones, propinat drachmam integrã: cum duabus rheubarbari drachmis: ergo hic nõ eſt A
multa quãtitas quindecĩ grana. Item ad maiorẽ probationem de ipſa re: Pandectarius capi-
tulo de rheubarbaro: in authoritate ipſius Ioãnis filii Meſue in eodẽ loco habet grana quin-
decim. Et ita eſt ſecundũ ueritatẽ. Et licet Manardus in annotationibus capituli rheubarbari B
ipſius filii Meſue, dicat: ꝙ mumiæ, ſicut & rubeæ, eo in loco ſit parua doſis: uerũtamẽ parcat
nobis ſua excellẽtia: ꝙ in hoc nõ recte ſe habuit: quia portio ſiue doſis mumiæ eſt ſatis & ſuf
ficiens. Nam ut probari poteſt per Serapionẽ, & Auicennã, & q̃plures alios, in proprio capi C
tulo de mumia: nũq̃ propinatur mumia in magna q̃titate. Ad ſummũ ultra unũ Kirat: quod
cõtinet põdus quatuor granorũ hordei: nõ legimus ipſam a quoq̃ propinatã eſſe. Ergo illic
quãtitas duorũ granorũ: nõ eſt tã parua ut ipſe Manardus aſſerit: imo eſt ſufficiens & rationa D
biliter poſita. Sed quia hoc nõ eſt præſentis diſputationis, dimittimus. Quia ſi cõmoditas af
fuerit: loco ſuo (deo cõcedente) melius declarabitur. Hoc tamen nõ ignorandũ: ꝙ mumia
uera nõ eſt iſta: qua cõmuniter utuntur aromatarii. E

De Coloquintida.

Licet ab authore dicatur, ꝙ coloquintida, ſcãmonea, turbith, & ſimilia nõ ſint ægris pro
pinanda: niſi correcta: tamen hoc (ut ſupra diximus) intelligitur: qñ ipſa ſimplicia cum F
tota ſua ſubſtantia dantur. Qñ autẽ ex eis recipitur decoctio tãtũ: ut in præſenti deſcriptio-
ne: nõ oportet ut ſint correcta prius: quod quidẽ magis probatur in coloquintida: q̃ in aliis.
Qm̃ ſi aliquis poſuerit ĩ præſentis cõfectionis decoctione coloquintidã correctã. ſ. trociſcos G
alhãdahal: propter magnã q̃titatẽ diuerſorũ gũmi: quã ipſi trociſci recipiunt: decoctio ipſa
erit ualde mucilaginoſa: unde poſtea nõ bene poterit eã colare: &c. Quapropter coloquin-
tida: & cætera decoquenda in præſenti deſcriptione: & ſimilibus: debebent eſſe incorrecta. H

De Scãmonea in medicinis cõmiſcenda.

Author noſter in præſenti, & ſequenti cõfectionibus: & in electuario roſato: aliiſq; in lo-
cis: præcipit ſcãmoneam eſſe decoquendã: quod quidẽ fieri debet iuxta ſuam doctrinã. I
Et ipſa ſcãmonea debet eſſe prius præparata. Nec audiendi ſunt illi: qui dicunt, ꝙ hic & in cõ
ſimilibus: ubi author ordinat ipſam ſcãmoneam cum aliis rebus eſſe decoquendã: nõ debet
eſſe prius cocta in cytonio: ſeu alio modo præparata: aſſerenteſq; ipſam in tali decoctione ſa K
tis præparari. Author enĩ noſter loquẽs cum peritis: & nõ cum pueris, & inſciis: uidit ſemel
dictũ: nõ eſſe neceſſariũ multoties, ac ſæpius replicare. Dixerat nãq; ĩ canonibus: ꝙ medici-
næ nõ ſunt adminiſtrandæ: niſi prius præparentur. Quod quidẽ declarauimus eſſe intelligẽ L
dum de illis: quæ recipiũtur cũ tota ſua ſubſtãtia: ſcãmonea autẽ ſemper recipitur cũ tota ſua
ſubſtãtia: ergo ſemper debet prius præparari. Scãmonea eteni bona fit ex lacte plãtæ eius: &
nõ eſt ut turbith, coloquintida, mezereõ, & ſimilia. Quapropter cũ ponitur in aliqua deco- M
ctione liqueſit, & nihil de ea reſtat proiiciendũ: ſicut de turbith: &c. ergo nõ debet admini-
ſtrari, niſi præparata. Nec de decoctiõe præſentis cõfectionis: poſtq̃ recæpit zuccharũ, & ſcã
moneã: eſt aliquid abiiciendũ. Ergo (ut diximus) præparata apponẽda eſt. Lege etiã de hoc, N
in cõfectione de mãna. Et aduerte, ꝙ diximus de ſcãmonea bona lactea nihil reſtare: quia de
mala (ut mox dicemus) reſtat. Præterea ſciendũ, ꝙ ſcãmonea nõ eſt tantæ debilis teſturæ: ꝙ
in ſua præparatione ſemel cocta: nõ poſſit adhuc aliquid de decoctione ſubſtinere. Tu a.n. O
intereſt ſemp in decoctione pluriũ rerũ: facere ipſarũ gradationẽ. Quapropter ipſa ſcãmo-
nea in oĩbus decoctionibus, in quibus recipitur, poteſt ultimũ locũ tenere. Et ſic author in
præſenti deſcriptione poſuit ipſam in fine, poſt zuccharũ. Et ꝙ ſcãmonea cocta in pomo, & P
ſimilibus, poteſt iterũ aliquã ſubſtinere decoctionẽ: exemplũ habemus ſupra in electuario de
pſyllio: ubi author præcipiẽs recipi ſcãmoneã coctã in pomo: ſubiũxit: Et coquatur cũ facili
tate: &c. Poſtremo notandũ, ꝙ ſemp author intelligit, cũ petit ſcãmoneã, ut ſumatur de opti Q
ma. ſ. de illa: quæ fit ex ſolo lacte ipſius plãtæ: de qua quidẽ pluries mediantibus frĩbus nr̃is,
habuimus: in propriis cõchulis: in quibus colligitur: & adhuc apud nos habemus aliquas.
Quæ quidẽ ſcãmonea lactea, ſi ĩ aliquo liquore dimittitur: liquatur tota: & apud ignẽ citius. R
Et ideo author præcipit ipſam apponi in decoctione: ut ob eius liquefactionẽ: melius incor
poretur cum aliis ſimplicibus. Sed noſtris temporibus, cõmuniter amplius nõ exportatur
de illa optima. Hæc autem, qua utimur: uel quia (ut creditur) ex ſucco & lacte: uel ex alterius S
rei admiſtione factitatur: uidemus ꝙ nõ liqueſcit tota. Immo apponitur puluerizata: & de-
nuo magna pars ipſius ĩ unũ cõgeritur: & reſtat. Nec oĩno poteſt bene cũ aliis ſimplicibus ĩ-

A corporari. Quã ob cauſam, ſaluo ſemper alio meliori modo: optimus nobis uidetur: pulue-
rizatam, cum aliis pulueribus, apponere ipſam: poſt perfectã aliarum rerum decoctionem:
hic, & ubiq; ubi intrat. Qui nẽpe modus a nonnullis peritis aromatariis hodie obſeruatur.

B

¶ Confectio alia Hamech: &c. LXXX.

De Myrobalanis.

C HAc de cauſa, hucuſq; diſtulimus de myrobalanis facere declarationem: quia
in deſcriptione præſentis ſecundæ confectionis Hamech, eſt unus paſſus: nõ
abſq; bona declaratione tranſeundus. Qui quidem in magnam cõfuſionem
D inducit mẽtem legentis: propter malam punctorum diſtinctionem: & paruã
aliquorum hominũ peritiam. Unde cum per impreſſiones, legitur in præſenti
deſcriptione. Recipe myrobalanorum nigrorum: chebulorum: indorum: &c. & cum non
E ſint hic, niſi duæ ſpecies ipſorum myrobalanorum: ab imperitis equidem tres falſo exiſtimã-
tur. Nam uerum eſt, ꝙ nigri abſolute deſcripti: ſiue nigri indi: ſunt iidem: qui & indi: ut om-
nes cõmuniter tenẽt: & clariſſime habetur per deſcriptiones tam authoris noſtri filii Meſue:
F ꝗ etiam aliorum, qui de ipſis pertractant. Loca etenim aliqua tangemus: in quibus ipſi autho-
res de una ſola ſpecie loquendo: utrunq; uocabulum ponunt: & per ſe unuſquiſq; intelli-
get: ꝙ nigri myrobalani ſunt illi: qui cognominantur indi. Et intelligitur una ſola res tantũ:
G & non duæ. Unde in capitulo primo de myrobalanis authoris noſtri: quod eſt de tribus ge-
neribus, ſiue ſpeciebus myrobalanorum (cuius tituli librarii, ut iſtius deſcriptionis: & ſimiliũ
fecerunt, corruperunt literam) primo cum legitur. De myrobalanis citrinis, & nigris, & in-
H dis: rectius legẽdum eſt: De myrobalanis citrinis, & chebulis, & indis. Ut eſt in omnibus exẽ-
plaribus antiquis: quos uidimus: ac etiam & in libro de uulgari impreſſione. Igitur cum di-
cit ipſe author in præfato capitulo: Et nigri indi ſunt: in quibus iam peruenit completio, &
I maturatio: &c. non intelligit de duabus: ſed de una tantum ſpecie: quia in ipſo capitulo (ut
diximus) de tribus generibus, ſiue ſpeciebus tantum loquitur, ſcilicet de citrinis: de chebulis
& de nigris cognominatis indis. Si enim indi fuiſſent alii ab nigris: contra omnium docto-
K rum opinionem: eſſet alia ſpecies myrobalanorum, ab ipſis doctoribus non declarata. Simi-
liter etiam ubi dicit author in ipſo capitulo: Nigros quoq; indos, in quinq; laudauerũt pro-
prietatibus: &c. Et in capitulo de epithymo: ubi dicit: Confortatur autem operatio eius: in
L multiplicatione quantitatis ipſius: & aſſociatione rei cum eo multiplicãtis effectum eius. Si-
cut ſunt myrobalani nigri indi proprie. Et aliis in locis. Serapio etiam in capitulo de myro-
balanis ait: ſpecies myrobalanorum ſunt quatuor: citrini, & nigri, & ſunt illi qui nominan-
M tur indi: & chebuli, & ſeni citrini. Et infra. Nam nigri ſecundum ueritatem ſunt indi: ſicut no-
minant omnes. Et capitulo de ligno aloes ipſe Serapio declarans lignum aloes indum bo-
num cognoſci per hoc nomen indum ſolummodo: dat exemplum de myrobalanis nigris:
N qui cognominantur indi. Authoritate Abohanifæ: Melius uero (inquit) eſt indum. Et ꝗuis
plures eius ſpecies ſint in India: una tamen ex ſpeciebus eius habet cõmunitatem cum eis in
hoc nomine: adeo ꝙ non dignoſcitur, niſi per hoc: unde ſicut ſi nomines myrobalanos ni-
O gros indos. Hæc ille. Tanꝗ ſi diceret ſicut myrobalani nigri ſunt illi: qui abſolute dicuntur
myrobalani indi: ſic lignum aloes bonum indum, eſt illud: quod abſolute dicitur lignum in-
dum: ſiue lignum aloes indum. Item, Auicenna ſecundo cañ. capitulo de myrobalanis
P loquitur, dicens. Eorum alii ſunt citrini immaturi: & alii ſunt nigri indi: &c. Similiter & Pan-
dectarius: & alii plures. Sed dicet aliquis. Si hæc duo nomina ſignificant unum & idem: ad
quid authores poſuerunt ambo in ſuis deſcriptionibus: ſufficiebat enim uno tantum uoca-
Q bulo deſcribere ipſos. Ad hoc reſpondendum: ꝙ authores ipſi non fruſtra poſuerũt nigros
indos: ſed ut ne quis deciperetur in nigris: addiderunt indos. Quia ex chebulis etiam (ut ait
Serapio) reperiuntur & citrini, & nigri. Verba quidem Serapionis, capitulo ſuo de myroba-
R lanis, hæc ſunt. Et ex chebulis quidam reperiuntur citrini coloris: & quidam nigri: &c. Ad
differentiam ergo nigrorum chebulorum: poſuerunt nigros indos. Sed animaduertendũ
pro declaratione præſentis confectionis: ꝙ chebuli, & citrini, ueriſſime ſunt ex una, & eadẽ
S arbore. Et citrini quidem ſunt imaturi: chebuli uero maturi: in qua quidẽ maturatione: ex
citrinis, nigri efficiũtur. Et ideo (ut ſunt) nigri chebuli dicũtur. Et ut patet p Serapionẽ: utriq;
.ſ. maturi & imaturi, uocantur chebuli. Sed imaturi, dicũtur chebuli citrini: maturi uero (ut

Iam diximus)chebuli nigri appellantur. Abſolute autem per chebulos:intelliguntur chebu A
li nigri:& per citrinos:intelliguntur chebuli citrini. At per nigros abſolute:non intelligun-
tur chebuli nigri: ſed myrobalani indi nigri. Qui indi ideo antonomaſtice dicuntur nigri:
quia ſunt cæteris nigriores. Et hoc totum apertiſſime colligitur ex uerbis dicti Serapionis: B
dicentis. Et errant aliquando quidam ex apothecariis:qui uendunt nigros in colore ex che
bulis:loco myrobalanorum nigrorum. Nam nigri ſecundum ueritatem,ſunt indi:ſicut no
minant omnes. Et ex chebulis quidam reperiuntur citrini coloris: & quidam nigri. Et nigre C
do quæ eſt in eis:non eſt,niſi propter ampliorem moram:quam ipſi protraxerunt in arbore
ſua. Et ſunt pinguiores, & carnoſiores citrinis in colore:propterea quia ipſi fecerunt morã
in arbore:quare ipſi receperunt amaritudinem ampliorem. Et illi: qui colliguntur acerbi: D
ſunt citrini. Hæc Serapio. in præſenti igitur deſcriptione,cum author dicat: Recipe myro-
balanorum nigrorum:chebulorum:& indorum:non eſt error in litera:licet ſit male puncta
ta:& illud nigrorum refertur ad chebulorum. Et ſic ſunt duo ipſorum genera tantum:quæ E
doctor quærit in iſta confectione,ſcilicet quærit nigros chebulos:& indos etiam nigros. Et
poſuit nigros chebulos:ad differentiam citrinorum chebulorum. Quapropter:inter nigro
rum & chebulorum dictiones,in præſenti deſcriptione non debet eſſe diuiſibilis punctus:ſi F
ue comma,nec copula:ut in impreſſionibus legitur. Et ſic ſunt duo myrobalani:& nõ tres.
Et per conſequens, ſumma medicinarũ iſtius confectionis ſunt res. 23:& nõ. 24. ut author
nouarum additionum declarationum,in hoc antidotario ſcripſit. Præterea:ſi illud nigrorũ G
fuiſſet error:ſiue additio librariorum(ut quidam ex iunioribus autumant)non eſſet ita con-
corditer ſcriptum in cunctis antiquis codicibus:quos uidimus. Igitur textus uerus huius le
ctionis:ut ex antiquis præfatis libris accæpimus:talis eſt. Recipe myrobalanorum nigrorũ H
chebulorum,& indorum,& epithymi:ana &c. Myrobalanorum autem ſpecies principa io
res ſunt tres.ſ.citrini chebuli:qui abſolute dicuntur citrini:& nigri chebuli:qui abſolute di-
cuntur chebuli:& nigri indi:qui abſolute dicuntur indi. Et hi tres uno, & eodem capitulo, I
ab authoribus deſcribuntur. Quamuis a præfatis Serapione & Auicenna in ipſo capitulo
quatuor ipſorum ſpecies aſſignentur.ſ.citrini,chebuli,indi,& ſeni,ſiue ſinit. Et hæc ultima
ſpecies myrobalanorum:quæ ab ipſis deſcribitur:quia non quæritur,non defertur. Et pro- K
pterea non habetur:nec cognoſcitur. Et per conſequens abolitus eſt eius uſus:& cõmuni-
ter inter myrobalanorum ſpecies amplius non computatur. Tres autem priores antedictæ
ſpecies præferuntur omnibus aliis:quamobrem quãdocunq; leguntur in aliqua deſcriptio L
ne abſolute tres myrobalani:ſemper intelliguntur ipſi.ſ.citrini,chebuli,& indi. Et exemplũ
habetur in pilulis ſtomachicis. Lege ibi. Cõnumerantur etiã inter myrobalanos, & belleri-
corum, & emblicorum fructus. Et quis nõnulli negent ipſos eſſe myrobalanos:ob id:quia M
de ipſis authores ſeparatim capitula faciunt:tamen cõmuniter pro myrobalanis tenentur:
& inter ipſos ubiq; cõnumerãtur. Et ſic ipſorum omnium ſunt ſex genera:ſiue ſpecies. Sed
quia(ut diximus)myrobalani ſeni non ſunt in uſu:nec exportantur amplius: cum ſimplici- N
ter autem reperiuntur ſcripti myrobalani omnes:intelliguntur illi quinq; uſitatiores:& no-
tiores tantum.ſ.citrini,chebuli,indi,bellerici,& emblici. Ob quorum frequẽtiorem uſum:
conſueuerunt plurimi dicereq; non ſunt,niſi quinq; myrobalani. Sed ſubintelligũtur uſua O
les:& notiores. Alioqui ſi non eſſet ita. Serapio cõtradiceret ſibi ipſi:quia in capitulo de em
blicis,& bellericis:ait. Et quando adunantur omnes tres ſpecies myrobalanorum:cum em
blicis,& bellericis:&c. Nam in capitulo de myrobalanis(ut patet)non tres:ſed quatuor ſcri P
pſit myrobalanos. Igitur in præfato capitulo de emblicis,cum dixit tres:uſuales,& notiores
intellexit. De myrobalanis quidem græcorum antiquitas(ut ſciamus) non ſcribit capitula:
neq; ſeniores latini:tamen quãdoq; meminerunt ipſos:in ſuis cõpoſitionibus. Vt exempli Q
grã. Galenus in. 8. de medicamentorũ cõpoſitione ſecundũ locos:ſcripſit myrobalanos ci
trinos:quos chryſobalanos uocat. In quir.n.capitulo. Ad iliosas ſtomachi ſubuerſiones. Cõ
poſitũ ex huiuſmodi eſt medicamentũ. Opiũ ereni,& roſæ,& pſyllũ ſuccus: ex refrigerantiũ R
genere exiſtũt. Nardi autẽ ſpica,chryſobalanus:ex digerẽtiũ,roborãtiũq;:&c. Arabibus aũt
credendũ eſt:quicquid de huiuſmodi ſimplicibus ſcribitur. Igitur concedendum eſt,q; ſunt
ſex ipſorum genera,ſeu ſpecies:ſed quinq; magis uſuales,& notiores. Author enim noſter, S
& cæteri:qui quinq; tantum ſcripſerunt:de uſitatioribus quinq; præfatis intellexerunt. Te-
nenturq; cõmuniter hi,qui in officinis habẽtur uſuales:uere eſſe illi: de quibus loquuti ſunt

A doctores. Verũtamen nullus eſt qui poſſit hoc probare: cum nõ ſit qui deſcribat de ipſorũ
forma: neqꝫ plantæ ipſos producẽtes, a quoqꝫ notantur: quas (ut ex ipſorũ ſcriptis cognoſci
poteſt) ſicut & nos: ita & ipſi minime propriis conſpexerunt oculis. Igitur mercatoribus ſiue
B negociatoribus de hiſce rebus, & ſimilibus: multis ante annis data eſt fides: impræſentiarum
autem, & ipſis: & communi uſui tribuitur ueritas rei: quia de ipſorum experientia, circa infir
mos: non ita mirabiles ſubſequuntur effectus.

C

ℭ Modus electuarii roſati: &c. LXXXI.

D DEſcriptio præſentis electuarii roſati eſt clara. Et hoc electuarium eſt neceſſa
rium: in conficiendis pilulis aggregatiuis ex inuẽtione noſtra: & pilulis de
hermodactilis, ſecundæ, ac tertiæ, deſcriptionum præſentis antidorarii.
E Quod quidem electuarium roſatum, aliter dicitur catarticum roſatum: &
laxatiuum roſarum. Et licet a Nicolao ponatur electuarium ſolutiuum ro-
ſarum: quod ſub nomine electuarii de ſucco roſarum intelligitur: attamen
F in pilulis præfatis ponendum eſt electuarium roſatum præſens. Nota, ꝙ ubi dicit author in
præſenti deſcriptione: Coquantur omnia cum facilitate ſuper ignem: qui ſit ſicut candela: in
telligitur, ꝙ ignis debet eſſe paruus, & uniformis: a principio, uſqꝫ ad finem.

G

ℭ Confectio Alfeſceræ quam ſcripſit Democritus: &c. LXXXII.

H EX Democriti quidem operibus author (ut ipſe ſcribit) accæpit præſentem
confectionem. Quam etiam ipſe author capitulo de feſcera annotauit. In
quo capitulo deſcriptio ipſius habetur ſinceriſſima. In hoc antidorario au-
I tem, ꝑ uarias impreſſiones, quotidie pluribus ſcatet erroribus. Nam in qui-
buſdam impreſſionibus falſo legitur in præſenti deſcriptione: ſquillæ aſſa-
tæ, pinearum mundatarum: ana. ʒ. i ÷. rectius legendum eſt: ana. ℥. i ÷. Item:
K in pleriſqꝫ paruis impreſſionibus: ubi legitur: nucis muſcate: &c. ana. ℥. ii. uerius ibi debet le
gi: ana. ʒ. ii. Item: in magnis impreſſionibus, cum additionibus nouis: ubi legitur: ſticados. ʒ.
&. F. deeſt ibi numerus drachmarum: & licet aperitis, cum ſit unica drachma: poſſit in-
L telligi: tamen pro ſimplicioribus clarius legitur ſic. ſticados. ʒ. i ÷. Item: generaliter per om-
nes impreſſiones, doſis magna ipſius confectionis eſt imminuta in una drachma: uidelicet,
ubi impreſſum eſt a. ʒ. ii. uſqꝫ ad. iiii. rectius eſt a. ʒ. ii. uſqꝫ ad. v. Hæc breuiter notauimus: & ita
M fatemur eſſe ſcripta in omnibus fere antiquis exemplaribus: quæ uidimus: tam in dicto ca-
pitulo de feſcera: quam in antidotario: & ſimiliter eſt per omnes impreſſiones, in ꝑfato capi-
tulo dũtaxat. Et aduerte, quod præcipitur hæc confectio non citra ſex menſes propinari: ob
N quantitatem feſceræ: & ſquillæ: quam recipit. Ab ipſa feſcera denominationem accæpit ip
ſa confectio: tanquam a baſi ſua: &c.

De feſcera & feſcereſim.

O FEſcera, ſiue feſera, uel feſira, ſiue alfeſcera, & conſimilia plura: Brioniam (quæ & uitis alba
latine: & uulgo cucurbita ſyluatica: & græce Ampelos leuce dicitur) ſignificant. Planta
notiſſima eſt. Facit de ea author noſter capitulum in quo capitulo etiam & feſcereſim deſcri
P bit: quæ eſt brionia minor: cuius nomenclaturæ ſimiliter multæ ſunt. Vnde a quibuſdam di
citur Brionia minor, ab aliis Tãnum, ſeu Tannia, a nõnullis uitis nigra, ſiue (ut græci uocãt)
Ampelos melana uocatur. Ab authore noſtro autem feſcereſim, ſiue feſereſim: &c. appella-
Q tur. Et hæc etiam cognoſcitur. Satis nempe de eis dictum eſt ab authoribus: tam græcis: ꝗ la
tinis: ꝗ etiam barbaris: Quapropter non uiſum eſt nobis: de ipſis aliud eſſe neceſſario decla-
randum.

De melle paſſularum.

R VAriæ ſunt doctorũ opiniones: in cõficiendo ſeu præparãdo hoc paſſularũ melle. Non
nulli quidẽ cũ uuis paſſis: & apum melle: illud cõficiunt. ut Luminare maius: & cæteri.
Pleriqꝫ uero ex paſſulis in aqua decoctis: & prelo expreſſis: quod exprimitur ad ignem com
S portant: donec ad mellis ſpiſſitudinem decoquatur: idqꝫ mel paſſularum uocant. Vt eſt do-
minus Ioãnes Matthæus, in ſuo cõſilio de lepra: quem etiam citant Nicolaus præpoſitus: &
alii plures. Alii etiã aliter parãt. Verũtamẽ nobis magis placet illud: quod eſt ex ſolis paſſulis,

& aqua confectū. Quia intentio authoris etiā (ut opinamur) eſt: ut fiat ipſum mel paſſularū: A
abſq; cōmuni, ſiue apū melle. Qm̄ ſi uoluiſſet in præſenti confectione (præter mel paſſularū)
mel cōmune: poſuiſſet utrunq;: ut fecit in lohoc de pino: ubi primū poſuit mel paſſulatū: &
poſtea cōfecit cum melle tabarzet: quod eſt mel albū cōmune. Vel poſuiſſet paſſulas: & cōfe B
ciſſet cum melle: ut fecit ſupra. ſ. in cōfectione Hamech ſecūda: & in multis aliis electuariis,
& cōfectionibus. Quapropter iudicamus hoc mel paſſulatum, ſiue paſſularū, faciēdū eſſe ex
ſolis paſſulis, & aqua: abſq; apum melle. Et hic eſt bonus modus faciendi ipſum. Sumatur q̄= C
titas ſufficiens optimarū paſſularū: & ſubmergatur in aqua pura cōpetenter calida: & dimit
tatur per ſpatiū duodecim horarū, uel circa: deinde reducatur ad ignē: & dimittatur feruere,
donec diſcoquantur paſſulæ: poſtea coletur: & colatura illa ad lentum ignem, iterum deco D
quatur: donec ad mellis ſpiſſitudinē deueniat: & in uaſe uitreato uſui reſeruetur. Cui autem
magis placebit paſſularū mel: qd̄ Lumiare maius deſcribit: apud ipſm reqrat, i lohoc de pino.
E

ℂ Confectio mannæ ex inuentione Galeni: &c. LXXXIII.

QVamplurimi nempe ſunt: qui negant (cōtra textū authoris) Galenū fuiſſe præ F
ſentis cōfectionis mannæ inuētorem: ob id, quia de manna uſuali græci (ut ipſi
dicunt) nō pertractant. Verūtamen nos nō poſſumus credere filiū Meſue ſcri=
pſiſſe mendacia. Cum ſit, ꝙ nō ſolum in principio huius deſcriptionis: & in fi G
ne ipſius Galenū citat: uerumetiā & in capitulo de manna: uidetur de hac ea=
dem cōfectione intellexiſſe: dum Galenum citās: dixit: Galenus autē, ipſum cum ſcāmonea
permiſcuit: & operabatur cū eis. Et ſimiliter in capitulo de ſcāmonea: authoritate ipſius Ga= H
leni ſcribit. Inquit Galenus. Miſcui ſcāmoneā cum ſextuplo ipſius mannæ: & triplo eius ſuc
ci roſati. poſt bonitatē coctionis eius in pomo: &c. Vbi etiā tacite præſentē cōfectionē teti=
git. Credimus autē, ꝙ uel apud Arabes, aliqua alterius authoris opera: & falſo ipſi Galeno at= I
tributa, tunc forſan erant: ex quibus hæc, & alia plura ab ipſis atteſtata (quæ in nullo Galeni
uolumine reperiuntur) ipſi Arabes excipiebant: uel ipſi arabicæ linguæ doctores habebant
aliqua Galeni opuſcula: quæ impræſentiarū (ut ſupra in Triphera Galeni diximus) deſiderā= K
tur. Nam pro certo ſcimus ipſum Galenū de hoc ſimplici. ſ. de māna loquutū fuiſſe (q̄uis ſub
alio nomine) in tertio de alimentis: capitulo. 38. ſecundū antiquā tranſlationē: ubi loquitur
de melle aereo: ſiue de melle roris. Quapropter poteſt eſſe, ꝙ ſub nomine mellis aerei, aut L
roris: in aliquo ſuo opuſculo (quo nos caremus) ipſe Galenus ſcripſerit præſentē cōfectio=
nem: quā author noſter tranſcribens: mel aereū, in mannā uerterit. Et ut lector bene cōſide=
ret an Galenus de hoc manna intellexerit: uel nō: quod ipſe de aereo melle præcitatis libro M
& capitulo, ſcripſit: ſubnectimus. Ait. n. Alimentorū materia omnis uſq; huc duplicibus ge=
neribus cōprehenſa: alterū quidē ipſorū ex plantis habuit: alterū ex animalibus: ut utroq; au
tem ipſorū: ſeparatū eſt mel. Fit quidē eni ſuper folia plātarū: eſt autē neq; ſuccus ipſarū: neq; N
fructus: neq; pars: ſed eiuſdē generis quidē cū rore: attamē nec cōtinue: nec cōſimiliter illi fit
copioſum. Noui autē q̄nq; æſtatis tēpore: plurimū ſuper folia arborū: & ruborū: & quarūdā
herbarū iuentū: ut ab agricolis ludētibus diceretur. Iuppiter pluit mel. Præceſſerat autē nox O
quidē quieta: ut in æſtate media: tēpus eni erat æſtatis tunc. Calida autē & ſicca cōplexio ae=
ris in præcedenti: & quidē uidebatur peritis circa naturā: ex terra & aquis uaporē bene ſubti
liatum, & digeſtū a Solari caliditate: a ſuperuenlēte in nocte frigiditate cōmaſſatū, cōgrega= P
tum eſſe. Apud nos quidē igitur raro uidetur hoc factū. In mōte autē Libano, ſecundū unum
quemq; annū nō paucū: quare extendentes ſuper terrā coria: & detergentes arbores ſuſcipi
unt, defluens ſuper ipſa: & ollas & lagenas replent melle: nominātes ipſum roris mel: & ae= Q
ris mel. Hactenus ille. Et non ſolū Galenus cognouit hoc mel aereū: uerūetiā & Theophra=
ſtus libro tertio de hiſtoria plantarū cap. nono: ipſum tāgit, cū de robore ſcribit: dicēs. Ergo
naſcitur uel hic melleus humor cælo cadens: nec aliis magis inſidens frōdibus. Igitur ex his R
colligitur ꝙ mel roſcidū: aut aereū antiquorū: manna nr̄m eſt: de quo aliqua ſubſequuntur.

De Manna, & Manna thuris.

MAnna quidē aliud eſt apud græcos: & aliud apud alias nationes. Apud græcos nēpe mā S
na ē quidā puluis thuris. De quo mox īferius. Qui quidē puluis, ne latini medici & aro=
matarii cōfunderētur, ītelligendo alterū pro altero: a ptis īterpretibus, cū additione thuris

A ideſt manna thuris ſcribitur. Et ita in operibus græcorum, latinitati donatis, plerũq; legitur.
Quandoq; etiã in aliquo prædictorũ opere, manna ſimpliciter legitur: & illud idẽ eſt. ſ. man
na thuris. Ab incõſideratis interpretibus autem: in hoc, & ſimilibus, ſæpius librorũ ſenſus cõ
B ſunduntur. Manuam autem: ſiue man: ſiue mãhu ultima acuta: & indeclinabiliter, hæbraice
idem eſt: & latine interpræta:ur quid eſt hoc? Et proprie eſt: quod Paulo ſuperius diximus. ſ.
mel roris: ſiue pinguitudo aeris: ſiue mel aereum: quod nos cõmuniter ab illo uocabulo hæ
C braico, inflexo per primã declinationẽ latinã: mannã ſimpliciter uocamus. Similiter & Ara-
bes: & nationes aliæ barbaræ, ut plurimũ, fere ut hæbræi, aut latini nominant. Mannã quidẽ
hæbræi primũ, in deſerto cognouerunt: quo per quadraginta annos miraculoſe pſti ſunt.
D Nec antea uiderunt: propterea mirabantur dicentes. Quid eſt hoc? Quaſi dicerẽt. Res inco-
gnita nobis: quid eſt hoc? Et quaſi in prouerbiũ ducentes: admirationẽ ipſorũ in rei nomen
cõuerterunt. Hodiernis autẽ tẽporibus mãna notiſſima eſt: & in Italia pluribus colligitur lo-
E cis: ſed copioſior in Calabria: quæ & calabrenſis manna ubiq; uocatur. Nulli etiã dubiũ eſt: ꝙ
q̃to recentior eſt manna: tanto melior. Et ob id, manna orientalis paruipenditur in Italia: qa
nõ poteſt haberi ita recens: ut calabrenſis. Sed ſciendũ, ꝙ duplex eſt mãna. ſ. una aerea: quæ
F cadit tanq̃ ros: ſuper uniuerſas arbores, & plantas, & lapides: &c. quã quidẽ uocamus man-
nam cœleſtem: ſiue mannã aereã. Et proprie eſt mel roris ſupradictũ. Alia mãna eſt: quæ par-
ticulariter ex fraxino: & orno colligitur. Quã certe ſpecialiter ipſe arbores ex ſe producũt
G ſicut gũmi cæteræ arbores: & huiuſmodi ut plurimũ eſt calabrẽſis. Quæ res nẽpe apud ipſos
calabros notiſſima eſt: & rationabiliter probatur: ob hoc: quia in caudicibus, & truncis, ſiue
ramis, ipſarũ arborũ copioſior, q̃ in foliis reperitur. Quæ autẽ de aere, ſicut ros deſcẽdit: abũ
H dantius recipitur in foliis, q̃ in trũco. Et ratio hoc manifeſtat: & experiẽtia docuit plurimos.
Nam quis audebit dicere, ꝙ dum pluit: aqua prius deſcendat in truncis: q̃ madefaciat folia?
Etiam quemadmodũ pluit aqua æqualiter ſuper arbores & plantas: ita & manna deſcendit
I rorando uniuerſaliter & arbores, & plantas, & petras, ac etiã & purũ ſolũ: quare autẽ poſtea
potius in una arbore: q̃ in alia nõ diſtante reperitur? Nõne quia illa arbor ex ſe producit: &
illa nõ? Item ſi ſicut ros deſcẽdit ſemper: quare in extremitatibus, & foliis ſuperioribus (quæ
K cælum ſpectant) ipſarũ arborũ nõ inuenitur: ſed in ramis & foliis inferioribus? Sed reuera;
nos curioſe, ac ſtudioſe hoc obſeruare fecimus: & ita inuenerunt. ſ. ꝙ ex ſe illæ arbores pro-
ducunt illam rem mannã uocatam: quæ liquida fluit ex trunco: & ramis ſuperioribus: in fo
L lia inferiora: poſtea congelatur: &c. Et ad maiorẽ certitudinẽ plµties obſeruatores ipſi pro-
priis oculis uiderunt fluentẽ mannã ſcaturire, ex quibuſdã tuberculis ipſius arboris, quia nõ
undiq; per totã arborẽ fluit. Sed in quibuſdam ſpecialibus locis generatur: ex quibus locis ſi
M ſpõte exit: eſt dulciſſima: ſi autẽ quis locũ illũ (unde uidet exire mannã) inciderit, exit abundã
tius: ſed efficitur amara: propter percuſſionẽ: & corticis inciſionẽ: ut ipſi obſeruatores exper
ti ſunt. Etiam præciſus ramus: & domũ uirens portatus: produxit mannã. Quare cõcluden-
N dum eſt, ꝙ arbores ut fraxinus & ornus: & eis ſimiles ex ſe generant mannã: ſiue (ut mauis)
gũmi dulciſſimũ: quod manna dicitur. Nam & Galenus etiã quandoq; utitur ſucco fraxini:
forſan pro eo intelligenda ſit iſta manna: quæ ſcaturit ex fraxino: & ſimilibus arboribus. Etiã
O ſuſcipiunt illæ arbores mannã cæleſtẽ (cum cadit) ſicut & aliæ plãtæ. Et quid mirũ ſi arbores
producunt illud gummi dulciſſimũ: quã mannam arboreã nominamus? Nõne & arbores,
& plantæ generant ſtactẽ, myrrham, ſtoracẽ, balſamũ, maſtichẽ, picẽ, reſinã, & ſimilia plura?
P Nõne & apes ſimiliter ex floribus quarundã arborũ, & herbarũ, mel: & cerã colligunt? Ergo
&c. Colligunt etiã & ipſi calabri qũq; mel aereum. ſ. mannam cæleſtẽ ſuper uarias plantas: &
ſuper lapides: &c. ſicut & aliæ gentes: ſed hoc fit raro: & nõ ita denſatur. Arboreã mannã au
Q tem ſingulis annis: circa caniculares dies: ante ſextiles pluuias colligunt. Cũ autem pluit: ceſ
ſat fluere. Sed & genus hoc mannæ arboreæ, dupliciter colligitur. ſ. una in caudicibus, & ra-
mis: quã uocant mannã groſſam: & mannam de corpore: aliam uero colligunt ſuper folia:
R quam quidẽ mannã finam: ſeu mannam ſubtilẽ: & mannam foliorũ nominant. Medici autẽ
noſtri tẽporis, laudant potius mannam iſtam quæ colligitur per folia: ſed in rei ueritate, uir-
tute nõ differunt: & unum, & eundẽ ortum, ſiue principium habent: quia quæ colligitur in
S foliis: nõ ibi generatur: ſed e truncis & ramis fluens, cadit ſuper folia illa: quæ ex directo ha-
bentur ſubter: quõ (ut diximus) nõ in cunctis foliis ipſius arboris reperitur: ſed in illis dunta-
xat: quæ ex trunco, uel ramis ſuſceperunt. Et hæc ſatis de manna arborea. Manna autẽ aerea

ſecũdũ

ſecundum Arabes,habet plures ſpecies,ſeu differentias. Vude author noſter in ſuo capitu
lo de manna,de aerea loquens : dicit. Diuerſificatur autē ſecundum diuerſitates rerū:ſuper A
quas cadit. Cadens enim ſuper lapides:eſt ſicut guttæ paruæ:quæ cōgelantur: & fiunt ſicut
ſemen. Et cadens ſuper plantas:ſuſcipit de uirtute plantarū:&c. Etiā ut communiter tenent
doctores:apud Arabes tereniabin:& ſiracoſt ſunt ſpecies mannæ.de quibus iam in ſuperio B
ribus dictum eſt. Quod autem apud græcos dicitur mānathuris:nō eſt thus contritum:&
arte in puluerē redactū(ut aliqui opinatur)ſed eſt purgamentū ipſius thuris:quod uidelicer, C
ex thure incontrito incernitur:ubi eſt pars thuris:& pars corticū eius. Teſte Galeno:qui li=
bro quarto de medicamentorū cōpoſitione ſecundum locos.ſ.ubi de ulceribus oculorum
pertractat.ait. Quia uero & mannæ aliqui meminerunt:uideturq; nōnullis nihil a thure le= D
uigato differre. Sciendū uenit:quod proprie mannā uocant: micas thuris ex magnis faſci=
culis cōcuſſu eliſas.Nam fragmenta quædā exigua corticis thuris ei inhæreſcunt:ut eiuſmo
di medicamentū a thure differat:eo quod exiguū quiddā aſtrictionis aſſumpſerit. Hæc Gale E
nus ibi. Et in libro de ſimplicibus ad Paternianū:capitulo de thure ait. Eſt & tertiū minutum
ualde,& ruffum.de quo maxime manna cōficitur:&c. Dioſcorides etiā libro primo ait. Mā
na thuris probatur candore,micarū fræquentia:&c. Hoc igitur purgamentum:quod apud F
græcos uocatur manna thuris:apud filiū Serapionis in primo ſui breuiarii:capitulo.12.uo
catur farina thuris:& furfur thuris. Ait enim. Et quidā putant ꝙ nō eſt differentia inter fari=
nam thuris:& inter thus cōtritum:tunc oportet ut ſcias:ꝙ nos nominamus farinam thuris G
furfurem thuris:qui cribrellatur cum cribrellis amplis:quibus permiſcentur, partes ſubti=
les ualde corticū thuris:qui præparat plua.i.inducit coriū:&c. Hæc ille. Ex quibus etiam pa
tet ꝙ cribreliatio prima fit cum cribro raro:& incenſo nō contrito:& illud quod deſcendit H
ex eo furfureum(ſicuti eſt)dicitur manna thuris. Multa & alia eſſent dicenda de māna: quæ
quidem tanꝗ minus neceſſaria dimiſimus.

De Scammonea.

QVamuis ſupra.ſ.In electuario Indo minori:& In prima cōfectione Hamech declara I
uerimus,ꝙ quādocunq; reperitur in aliqua deſcriptione huius antidorarii,ſcāmo=
nea abſolute:ſemper de præparata intelligitur:tamen pro capitoſis quidē: & calumniatori K
bus,aſſerentibus hic ſcāmoneam minime præparatā eſſe apponendā obid quia (ut ipſi di=
cunt)ſuccus roſarū,& maſtix ingredientes præſentem cōfectionem:ſatis præparant ipſam:
nos autē dicimus:ꝙ licet ſuccus roſarū,& maſtix ſint ex ſcāmoneam corrigentibus : tamen L
nō per hoc author uult hic ipſam incorrectā. Quod quidē facillime probari poteſt. Nam cū
ſit,ꝙ ipſe author ſcribit præſentē cōfectionem authoritate Galeni:in qua & poſuit ſcammo
neam anthiochenam abſolute.nec ſpecificauit correctā. in capitulo autē de ſcāmonea au= M
thoritate ipſius Galeni:ubi nō niſi de cōſimili cōfectione intellexit:ait. inquit Galenus. Mi=
ſcui ſcāmoneam cum ſextuplo ipſius mannæ:& triplo eius ſucci roſati: poſt bonitatem co
ctionis eius in pomo:&c. Quod hic igitur ſubticuit.illic clare expreſſit. Etiam Chriſtopho= N
rus de honeſtis ſuper hac cōfectione dicit. Scāmoneam eſſe corrigendā: quæ correcta uo=
catur Diagridium:Et ſic ſemper intelligi debet. Non obſtantibus quorundam imperitorum
calumniis. Scāmoneam authiochenā ſpeciatim poſuit author:quia eſt melior aliis. O

Confectio Almezereon ex inuentione noſtra:quod eſt
medicamen benedictum:&c. LXXXIIII. P

NOn eſt dubitandū de inuentore iſtius cōfectionis:cum dicit author ex inuen
tione noſtra. Nominauit autē eam a mezereon ipſam intrante : quod quidē Q
& baſis eius eſt. Sed ſciendū ꝙ author ponit hanc eandē cōfectionem,in ca=
pitulo de mezereon:tamen ipſæ deſcriptiones inter ſe differūt in uno. Hoc
eſt.ꝙ deſcriptio præſentis antidotarii habet:per omnes libros:tā antiquos, R
ꝗ impreſſos(quos uidimus)uniformiter:Carnium cytoniorū elyxorū in aceto uini:& zuc=
chari tabarzet:ana partes.lxxx.Deſcriptio præfati capituli autem : per omnes eoſdē libros
ſimiliter cōcorditer,nulloq; uolumine diſcrepante.habet carniū cytoniorū,&c.anā.partes. S
lxx. Et hunc putamus eſſe errorē antiquorū ſcriptorū. Vnde uel in deſcriptione capituli p̄=
fati eo in loco, deſunt partes.x.uel hic.ſ.in deſcriptione antidotarii ſunt auctæ. Et potius

A credendũ eſt, hic ſuperabũdate:quam illic deeſſe: quoniã magna quantitas ipſorũ eſt lxxx.
partes. Nos autem ueritatis inſcii:nõ audemua innonare aliquid in ipſis, & cæteris deſcri-
ptionibus:quod poſtea probare nõ poſſemus. Præterea animaduertendum: quod aliqui li-
B bri impreſſi:(ut particularitet ſunt illi de parua impreſſione) in deſcriptione capituli men-
doſe habenti Tereniabin:partes.lx. Et huiuſmodi erat liber qno utebatur Manardus: nt in
annotationibus præſentis cõfectionis ipſe declarat. igitur rectius ibi legendũ eſt: Terenia-
C bin:partes.xl. ut in reliqua librorũ multitudine:tam antiquorũ, quã impreſſorũ:tam in de-
ſcriptione capituli, quã antidotarii legitur. Errore quidem inter imprimendum tranſpoſita
fuere ibi.x.&.l. Aduerte eriam, quod Luminare maiua in præſenti confectione: recipit olei
D almezereon:partes.xxxii. Cnm cæteri libri tam antiqui, quam impreſſi cõcorditer habeant
in utraq; deſcriptione præfati olei partes duodecim: & ſic eſt uerũ. Sed hic error, an ſit im-
preſſorũ:an ipſins authoris: neſcitur a nobis. Per ſe autem quætat:qui hoc ſcire peroptat.

E De Mezereon, nel mezerion.

MAgna cõfnſio eſt per Arabũ libros:nec eſt qui abſolnte ualeat perciperei de qua re in-
telligant:cum ipſi de mezereon pertractant. Et modo nidentur tangere Chamælæã:
F modo thymelæam:modo laureolam nulgo dictam.ſ. daphnoidem:& modo alind, & aliud
diuerſum ab iſtis. Taliter, quod neq; ipſimet nidentur perfecte ſcire:quæ loqunntur. Verũ-
tamen allucinãtur ex recentioribus quidam, credentes ipſos de laureola pertractare in ca-
G pitulo de mezereon. Cnm ſit, qnod ſerapio ſcribat ſeparatim capitulũ de mezereõ: a capi-
tulo de Daphnoide: que ẽ lanreola uulgo dicta: quæ quidẽ ſcribitur ab ipſo Serapione capi-
tulo de lauro: in quarto loco. Nec laureola lacteſcit: ut Arabũ mezereõ. Quapropter clarũ
H eſt, quod Arabes pro mezereõ, nõ intelligunt lanreolam. Et quãuis ipſi Arabes dicãt, quod
eſt ex mezereõ habens folia magna: nõ tamen per hoc declarant eſſe laureolam. Immo dũ
ipſi teſtantur ipſa folia eſſe ſubtilia, & ſubtiliota: aperte demõſtrant nõ eſſe lanreolam dictã.
I Nam (ut ſcitur) laureolæ folia ſunt pinguia, & aliqualiter carnoſa: quæ minime poſſũt ſub-
tilia dici: Et licet author noſter in ſuo cap. de mezereõ deſcribat (ut ſibi uidetur) plures eius
ſpecies: uulla tamẽ ipſarũ poteſt eſſe laureola: ut pãdectarius, & quidã alii uolũt. Quia ſecũ-
K dũ ipſos, omnes illæ ſpecies lacteſcnt: laureola autem (ut dictnm eſt) lacte caret. His demũ
uiſis: ſciendũ quod Arabes, nt Serapio, & Auicenna ponunt duas tantũ ſpecies mezereõ: &
hæ abſq; dubio ſunt chamælæa, & thymelæa Dioſcoridis: ut patet conferẽdo capitula ipſo-
L rum cũ Dioſcoridis capitulis. Author autem noſter, ex multis ſpeciebus ab ipſo notatis: ma-
gia laudat unam: quam (reſpectu aliarũ ſupple) dicit habere magna folia: nõ tamen proprie
ipſa folia multũ excedunt magnitudinem foliorũ oliuarũ. Et hæc planta ſi non eſt thymelæa
M Dioſcoridis (ut nõnulli opinantur) cum aliis ipſius ſpeciebus, omnibus incognita erit. Etiã
& nos eiuſdem opinionis ſumus.ſ. quod illa planta mezereon ſiue mezeriõ dicta: & ab au-
thore noſtro magis commendata: ſit thymelæa. Et his indiciis, ſeu notis probari poteſt. Ait
N enim ipſe Ioannes filius Meſue, in proprio capitulo de mezereon. Et plãta, cuius ſtipes ele-
uatur ſuper terram circiter cubitos duos. De thymelæa autem Dioſcorides ſecũdum Her-
molaum, & Marcellum, ait. Rami tenuea, ſpecioſi, cubitorũ binum aſſurgũt. Item filius Me-
O ſue. Et folia eius ſunt ſimilia foliis oliue. Dioſcorides. Folia chamælææ: quam iam dixerat
habere folia ſimilia oleæ. Itẽ filius Meſue. Et producit grana nigra: in magnitudine fructus
myrti. Dioſcorides. Semen quale myrti, exiguum, rotundũ: initio uireſcens: poſtmodum
P rnbens: foris durũ, nigrũq;: &c. Dioſcorides quidem hic notanit principium, medium, & fi-
nem ipſins ſeminis, filius Meſue antem, tãquam rem magis neceſſariam ad eius cognitionẽ:
finem tantum deſcripſit. item ipſe filius Meſue, ex authoritate Ruffi. Expellit ſine nocumen-
Q to aquam citrinam: item: ſolutione educit aquam citrinam, cum fortitudine uehementi.
Item authoritate Alexandri. Aquã enim educit aggregatam in uentre. Dioſcorides autem
de dicta thymelæa. Detrahuntur eo per aluum biles, aquæ, & pituitæ. Et infra. Purgantur
R eo aquæ: &c. Item filius Meſue. Nocet tamen hepari: immo omnibus membris nutritiuis.
Dioſcorides autem. Ipſa herba inimica ſtomacho. Præterea ad meliorẽ notitiam: quod au-
thor noſter pro mezereon intelligat thymelæam: & nõ chamælæam: aduertendũ, quod in
S in ſupradicta hiera Hermetis petit ſemen mezereon. Non enim admittitur uſus ſeminis
chamælææ: thymelææ autem ſemen: quod eſt granum cnidium: ſiue (nt mauis) gnidium.i.
coccognidium: teſtimonio Dioſcoridis, Galeni, & aliorum plurium probatiſſimorũ uirorũ

in plures

in plures uſus laudatur. Vnde & in dicta hiera, gnidiũ granũ quærit: Et per cõſequens, ſuum A
cõmendatum mezereõ eſt thymelæa. Nõ obſtante, ꝙ ipſe filius Meſue ſub nomine mezere
on, intelligat etiã & chamælæã: & alias diuerſas plantas. Quapropter nõ eſt mirũ: ſi in dicto
ſuo capitulo ſunt aliquæ particulæ chamælææ cõuenientes. Quia ſicut ipſe ſcripſit (licet cõ B
fuſe) plurea ſpecies mezereõ: ſic & illarũ proprietates, & operationes, inordinate cõmiſcu-
it. Illud autẽ foliis annexũ: quod uidetur cõtradicere Dioſcoridis deſcriptioni de thymelæa
(Hoc eſt. Folia eius ſunt ſimilia foliis oliuæ: ſed maiora. Dioſcorides autẽ. Foliis chamelææ C
anguſtioribus: &c. In chamælæa autem: folia oleæ ſimilitudinem habent: tenuiora tamen:
&c.) facile ſoluitur. ſ. ꝙ diuerſimode loquuntur ipſi authores. Nam Dioſcorides de ampli-
tudine foliorum loquens: dicit chamælæã, & thymelæã habere folia ut oliua. anguſtiora ta D
men: ſiue ſtrictiora: &c. Filius Meſue autẽ, nõ de amplitudine: ſed de longitudine intelligit.
Vnde cum dicit. Eſt mezereõ: cuius folia ſunt ſimilia foliis oliuæ: ſed maiora. i. lõgiora ſubin
telligendum. Et in ueritate ſunt lõgiora, & ſtrictiora. Et ſic nõ eſt in hoc cõtradictio aliqua. E
Alia adhuc eſt dubitatio (quã Leonardus Fuchſius errorẽ putauit: cũ nõ ſit: nec ipſe bene ſol
uit) quæ etiã facillime ſoluitur. Hæc eſt. Teſtãtur nanq; ipſi arabes: ut author noſter, & Aui-
cenna, & Serapio: &c. mezereõ in numero lacticiniorũ eſſe: quod quidem a Dioſcoride de F
chamælæa: & thymelæa minime ſcribitur. Nõ obſtante, ꝙ dictus Leonardus Leonicenum
ſequutus dixerit, & male, Serapionẽ nõ ſcripſiſſe mezereõ lacte fluere. Nam ipſe Serapio au
thoritate Bedigoras, ait. Proprietas eius eſt, ꝙ laxat melancoliã: & aquã citrinã: quemadmo G
dum faciunt ſpecies aliæ lacticiniorũ. Cum ergo dixit: Quẽadmodum faciunt ſpecies aliæ
lacticinorũ: declarauit mezereõ eſſe unũ ex lacticiniis. Et clarius in capitulo de tithymalo,
prope finem, ipſe Serapio authoritate Abugerig: notat mezereõ eſſe in genere lacticiniorũ: H
dicens. Lacticinia ſunt mezereõ, & Xebrã, & Hoſcin: &c. Igitur & ſi a Dioſcoride hoc nõ ſcri
bitur: ergo non eſt: non ualet cõſequẽtia. Quia reuera, nõ omnia Dioſcorides dixit. Immo
multa neceſſaria, pluribus in locis dimiſit. Etenim ſi quis bene cõſiderauerit Dioſcoridis de I
ſcriptiones: uidebit, ꝙ tacite innuit ipſas plantas nõ carere lacte: dum immediate poſt alia la
cticinia eas uidelicet collocauit. Igitur quod in hoc Dioſcorides de lacte ſubticuit: Arabes
enim propalam dixerunt. Et ꝙ mezereon apud Arabes nõ ſolum nõ carebat lacte: ſed abũ K
dantius habebat: probatur clare per filium dicti Serapionis: in ſecũdo ſui breuiarii: cap. 16.
in de curatione dentium: qui moti ſunt, & dolent ex frigiditate, cum dicit. Lac almezereon
& piper: &c. & Infra: in de congelatione dentium: ait. Et conferunt autem ex medicinis, ari- L
ſtolochia longa, & baccæ lauri, & fex olei decocti: & lac almezereon: &c. Et clarius infra. ſ.
in. 24. capitulo dicti ſecundi: quod eſt de aſthmate & anhelitus præparatione: in uno medi
camine: inquit. Recipe pulmonis uulpis ſicci. ℥. v. calamenti: &c. uſq; in finem compoſitio- M
nis. Vbi dicit. Confice cũ lacte almezereon: &c. Et aliis in locis ab ipſo notatur: in quibus
omnibus plane patet: ꝙ mezereõ abundanter lacte fluit: alioqui minime poſſet ex ipſius la-
cte talia, & eiuſmodi conſimilia pharmacha conficere. Quapropter non perperã filius Me- N
ſue, & Auicenna ſcripſerunt mezereon eſſe ex magnis lacticiniis. Ipſas deniq; plantas, ſcili-
cet chamælææ: & thymelææ non dubie cognoſcimus: immo pluries collegimus: & experti
ſumus: ꝙ non carent lacte: quis nõ copioſe lacteſcant. Et præſertim thymelæa magis, ꝗ cha O
mælæa abundat lacte. Et ſiquidem aliquando in foliis lac non uidetur: in uirgis autem ſiue
ramulis ſatis abunde habetur: necnon uiſus, tactuſq; ſenſibus clare percipitur. Et non mirũ
ſi apud nos ipſæ plantæ non ita lacte abundant: fortaſſe, ꝙ apud ipſos fluitabãt: & cum hoc P
etiam maiora poterant producere folia. Sæpius enim (ut alias diximus) a diuerſitate locorũ
plantæ diuerſificantur bonitate, qualitate, fruticatione: &c. Igitur concludendum eſt, me-
zereon a filio Meſue magis cõmendatum, thymelæam eſſe. Ipſa autem thymelæa dicta me- Q
zereon, talis eſt. Virgas habet proprie (ut Dioſcorides ſcribit) bicubitales, rectas, pulchras,
ab una radice multas: foliis ut oliuæ, longioribus, & ſtrictioribus, ac mollioribus, nec tam
aridis plenas: quæ uirgæ granum ferũt coccognidium uocatum. Virgæq; ipſæ ut linum re R
cte creſcunt: ſed multo altiores: digitalem craſſitudinem raro excedentes. Quam plantam
non lõge ab urbe (ubi maxima ipſarum habetur copia) incolæ Tribiſcum uulgo nominãt.
Chamælæa autem: quæ etiam & mezereon eſt: & uulgo oliuella: & oleaſtellum dicitur (Nõ S
obſtante ꝙ aliqui & cyprum etiam oliuellam uocent) non remotius ab urbe: uerſus mare:
& ipſa etiam plurimum gignitur. Folia oliuis ſimillima: minora tamen: & quaſi decurtata

A habet: Rami eius multi, tenues, duri, nõ recti, ſed per terram circũquaq; ut plurimũ deiecti:
foliis pleni ſunt omni tempore: uidentur procul equidem ut mõticulus foliorũ ſpecioſus,
quaſi arte paratus. Et huiuſmodi planta hodie quamplurimis cognita eſt. Hæc autem ſatis
B de mezereõ. Nunc autem de præparatione foliorum eius, aliqua, nõ minus neceſſaria ſub-
ſcribemus. Inquit igitur ipſe author in præſenti deſcriptione. Recipe foliorum almezereõ
præparatorum: &c. In capitulo autem eius de mezereõ, multi ponuntur modi præparan-
C di ipſum: qualis autem eorũ, pro huiuſmodi confectione ſit obſeruandus: ab ipſo parti-
culariter non aſſignatur. Attamen conuenientior modus eſt, & laudabilior, atq; uſitatior,
præparandi in aceto: qui modus ab ipſo authore notatur etiam in canonibus ſcilicet in ca-
D pitulo de rectificatione medicinarum cum modis infuſionum. Inquit enim. Abſcinditur
ſuperficies acuminis, & ferroſitatis ab almezereon: & alſcebram: ex earum infuſione in ace-
to: &c. Qui quidẽ modus etiã obſeruatus eſt ab ipſo authore infra ſcilicet in Alchelẽgi me-
E dicamine: & in pilulis de mezereon. Et clarius ponitur a Serapione in proprio capitulo de
mezereon. Si igitur (inquit) uis exhibere mezerion: elige illud quod dixiſſe melius: ſcilicet
illud: quod habet folia longiora, & latiora, & ſubtiliora: & infunde ipſum in forti aceto
F duobus diebus, ac noctibus: & hoc fiat ante contritionem eius: & ſicut eſt integrum re-
nouabis acetum bis, aut ter: & proiice acetum: in quo fuit infuſum mezeriõ: & laua illud
cum aqua dulci bis, aut ter: & deſicca ipſum ad umbram: aut ad ſolem (ſi non poteſt cito ſic-
G cari in umbra) donec recedat humiditas eius. Et poſt tere ipſum: &c. Hactenus ipſe Serapio.
Et talis quidem modus obſeruandus eſt etiam, in præparatione alſcebram: quia de conſimi
libus idem eſt iudicium.

H

De aquæ caſei, & agarici infuſione.

HAbetur equidem aperte, & clare in preſenti deſcriptione: quod author præcipit recipi
xxx. partes aquæ caſei infuſionis agarici .i. aquæ caſei: in qua ſit prius infuſum agaricũ
I & forti compreſſione expreſſum: ſed quidam phantaſtici neoterici: qui ſibi ipſis uidentur eſſe
ſapientes: conantur temere: & nefarie, quibuſdam ſuis falſis declarationibus: immo ueris
deprauationibus: non ſolum corrumpere textũ: uerum etiam & peruertere ſenſum literæ
K & intẽtionem authoris. Aſſerẽtes nõ debere intelligi ſimpliciter, ut ſcriptũ eſt: ſed quod illæ
30. partes referendæ ſint ad agaricum, & non ad aquam caſei ſcilicet quod ſint infundendæ
triginta agarici partes in ſufficienti aquæ caſei quantitate. Quarum triginta partium agarici
L infuſio: erit poſtea tota in medicamẽ commiſcenda. Vnde circunfertur quidam libellus ſu-
per canones, & antidotarium filii Meſue, impreſſus abſq; authoris nomine: titulatus, opus
quibuſlibet aromatariis neceſſarium. Quod opus pro maiori parte in uulgari lingua Italiæ.
M eſt (ut aiũt) a quodam Petro Paulo uillano aromatario Neapolitano æditum. In illo namque
hæc: & alia plura legũtur ridicula. Quod quidem opus iuniorum aromatariorum nõnulli a-
tam charius amplectuntur: quod nihil ſupra. O cæcitas magna ipſorum: nõ conſiderant e-
N nim, quod in ſeptuplum: & fortaſſe amplius: tali modo multiplicant agarici pondus, in ipſa
infuſione: quod quidem eſt erroneum, & damnoſum: expreſſeq; contra authoris intentio-
nem. Muniunt & ipſi opinionem ſuam friuolis rationibus: obiicientes primum, quod illic
O non aſſignatur, quæ quantitas agarici ſit infundẽda, in illis triginta partibus aquæ caſei: ideo
illæ triginta partes ad agaricũ referuntur. Secundo obiiciunt: quod dictæ aquæ caſei triginta
partes, non ſufficiunt ad diſſoluendum. 80. zucchari: & 40. mannæ, ſiue (ut mauis) terenia-
P bin partes. Quapropter illæ triginta partes intelligendæ ſunt de agarico: pro quibus infun-
dendis neceſſe eſt, ut maior quantitas dictæ aquæ caſei subminiſtretur: que poſtea erit ſatis,
& ſufficiens: ad diſſoluendum dictas zucchari, & tereniabin partes. Ad primum igitur, eadẽ
Q ratione: qua ipſi opinionem ſuam defendunt: & nos confutamus eam: ſcilicet quod ipſi di-
cunt: ſi eſſent aquæ illæ triginta partes: non fuiſſet aſſignatum pondus agarici infunden-
di. Econtra nos dicimus. Si (ut ipſi uolunt) ſunt agarici illæ partes: ubi eſt ergo menſura a-
R quæ caſei aſſignata? Reſpondebunt forſan: quod intelligitur aquæ caſei quantum ſufficit.
Similiter & nos dicimus: quod ad illam infuſionem triginta partium aquæ caſei: intelligitur
Agarici quãtum ſufficit. Quia ſicut poteſt haberi ſcientia, & cognitio de uno oppoſitorum:
S ſic & de reliquo. Vt exempli gratia. Sicut poſſumus ſcire, quod ad unam unciam agarici, uel
alterius rei infundendam, poteſt ſufficere tanta aquæ quantitas: puta librã .I. Sic econtra: ad
librã unam aquæ, poſſumus non ignorare: quod ſatis eſt uncia una agarici: uel huiuſmodi
ſimilis.

ſimilis. Et ſciendum, ꝙ quicquid dicitur ſuper hac materia in præſenti confectione: poteſt A
etiam dici in multis aliis confectionibus, & electuariis huius antidotarii: quæ cõſimiles ha-
bent infuſiones: & decoctiones: ut ſupra: Electuarium de fructibus: & infra: Confectio de zi
zibere: & Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis & aquis fructuum: & Modus ſyrupi acetoſi de po- B
mis deſcriptione noſtra: et confectiones Galliæ ſebelilæ: & Galliæ aleſanginæ: & Iſopi cæro
tum deſcriptione Philagrii: & Emplaſtrum de meliloto, & ſimilia. In quibus omnibus faciē-
do: ut ipſi in præſenti confectione docent: expreſſe agitur contra authoris intentionem: & C
male. Ad ſecũdum dicimus, ꝙ triginta partes dictæ aquæ caſei, optime ſufficiunt ad diſſol
uendũ. 80. zucchari: & 40. tereniabin partes. Et experti ſumus, in minori quantitate aquæ:
& maiori q̃titate zucchari, & mannæ, & ſimiliũ optime poſſe fieri. Exempli gratia. Ponamus D
caſum, ꝙ dictæ partes ſint drachmæ. 80. Igitur. partes: quæ ſunt. 80. drachmæ zucchari
faciunt ſummam decem unciarum: & 40. drachmæ tereniabin, ſummã quinq; unciarum cõ
plent. Trigiuta autem aquæ caſei. ʒ. ſunt. ℥. iii. & ʒ. vi. pulueriza prius zuccharum perquam E
optime: & cum. ℥. i ÷. dictæ aquæ: non tantum decem uncias: ſed & libram integram, & am
plius dicti zucchari puluerizati diſſolues: ſi uoles. Mannæ autem ſumma. ℥. v. fit in uno cya-
tho uitreo: uel ſtanneo: & eſt melius: propter uitri fragilitatem. Hinc ſuperinfunde dictæ a- F
quæ caſei. ℥. ii. & cooperi: & pone cyathum ipſum in uas aquæ competenter calidæ: dextre
tamen ne ſubmergatur cyathus in ipſa aqua calida: ſed ſupernatet: uel ſedeat in fundo uaſis
in quo quantitas aquæ calidæ non tranſcendat altitudinem cyathi tenentis mannam: ſcili- G
cet tereniabin, & aquam caſei. Et dimitte per aliquod temporis ſpatium: taliter ꝙ ſi aqua ipſa
uaſis ante mannæ liquefactionem infrigidata fuerit: amoueatur: & alia calida ſummittatur.
Etiam & in minori quantitate dictæ aquæ: tali modo, poteſt optime liquefieri manna. Igitur H
ſi ſic. 28. partes ſufficiunt: triginta magis ſufficient: & per conſequens triginta partes dictæ
Infuſionis aquæ caſei non ſunt (ut ipſi dicunt) parua quantitas ad diſſoluendum prædicta. ſ.
tereniabin, & zuccharum. Item, ipſi falſiſſime dicunt agaricum in præſenti confectione eſſe I
baſim: cum ſit mezereon: ut in exordio ipſius confectionis patet: ſcilicet, ꝙ ad hydropiſim:
& ad aquam citrinam educendam: potentius operatur mezereon: q̃ agaricum. Igitur aro-
matarius conſiderata quantitate dictæ aquæ caſei ſibi neceſſaria: debet ſumere ipſam excedē- K
tem in tribus, aut quatuor partibus (quæ poſſent deperdi, in ipſo opere faciundo: propter:
madefactionem agarici: &c.) & infundere in ipſam competẽtem optimi agarici contriti q̃-
titatem: & dimittere per horas. 12. ad minus. Deinde facta diligẽti expreſſione: ſumat ex ea, L
quod eſt neceſſarium ad præſentem, uel conſimilem confectionem: reliquum uero, ſi non
eſt multum, de bono conſilio etiam poterit ſupermittere: multum autem, non eſt de inten-
tione authoris: ut admittatur. Modus autem ipſam conficiendi talis debet eſſe. Sint prius pꝛ M
parata folia almezereon in aceto: & exiccata: & bene puluerizata: & habeas oleum mezere
on præparatum apud te: & fiat infuſio aquæ caſei & agarici. Interim uero elixa cytonia in a-
ceto uini: ut præcipitur. Deinde exprime agaricum: & proiice. Infuſionis autẽ, ſume quod N
ſufficit. In una parte cuius (ut paulo ſuperius diximus) diſſolue tereniabin: quo liquefacto,
& colato: cum reliqua autem dictæ infuſionis parte, zuccharum contritum diſſolue: & ad i-
gnem ducito: coquitoq; ad mellis ſpiſſitudinem: deĩde carnea cytonioꝝ per cribrum ſpiſ- O
ſum, ſeu per ſetatium eductas, commiſce: ſpatula (ſed melius baculo ligneo) ſæpe agitãdo,
coque faciliter. Et anteq̃ ad perfectam deueniat coctionem: ſuperinfunde tereniabin lique-
factum, & colatũ. Quibus omnibus cum omni facilitate ad debitam coctionem perductis: P
puluis foliorum almezereon, oleo iam dicto bene perunctus, immiſceatur: & ab igne depo
natur: & uſq; dum ſemifrigeat: baculo ligneo dicto continue agitetur: ut omnia inſimul be-
ne ſigillentur, & incorporentur. Sed nota, ꝙ aqua caſei: ſiue aqua lactis: ſiue ſerum (quæ idẽ Q
ſunt) ubi agaricum eſt infundendum: debet eſſe ex lacte caprino. Teſte ipſo Ioanne Meſue,
capitulo de agarico dicente. Et ex rebus ſibi additis uigorantibus ipſum: eſt ſpica, & aqua ca
ſei: & proprie ſumpta ex capris. Non obſtante ꝙ Galenus aliter dicat. R

De uariis medicinarũ infuſionibus.

Quia ſæpæ ab imperitis aromatariis, in infundendis medicinis: In quibus, uel liquo-
ris, uel rei infundendæ, non aſſignatur menſura, committuntur errores: uiſum eſt S
nobis hic breuiter, clariori modo, quo fieri poteſt: de huiuſmodi infuſionibus, aliquas ſub-
ſcribere regulas. Non enim unico canone, poſſunt regulari tot infuſionum modi. Habeat

A ergo neceſſe eſt, ſuam diſtincte quilibet modus regulam. Quia aliquæ medicinæ infundun-
tur per modum nutritionis: aliquæ per modum effuſionis: & aliquæ per modum liquefa-
ctionis: &c. Et aliquæ in aquis: & aliquæ in ſuccis: & aliquæ in aceto: &c. ut mox de omni-
B bus dicemus. Animaduertendú tamen, quod non ſcribimus ſingulatim omnes medicinas
infundendas: ſed de pluribus: que in uno modo conueniunt: quedam tátum notátur: quæ
magis uidentur neceſſariæ, & conuenientiores: quoniam (ut ait philoſophus) de conſimi-
C libus idem eſt iudicium.

De modo infundendi agaricum, rheubarbarum, & ſimilia.

AB agarico quidem initium ſumpſimus deſcribendi regulas infuſionum medicinarum:
D ob id, quia de ipſo infundendo: quæſtio mox ſupra habita eſt. Agaricum igitur infun-
dendum eſt, ſiue in aqua caſei: ſiue in alio liquore ſibi competenti, mediocriter contuſum.
Et ita commenſurandum eſt cum liquore: ut ſit inter rarum & ſpiſſum ſcilicet quod nec mul-
E tum fluiret: nec ab aquoſitate ſit alienum. Peritus enim aromatarius: potius diſcretione: quá
lance utitur. Eadem namq; ratione & Rheubarbarum: & conſimilia plura infundenda ſunt.
Sed ſciendum, quod cómuniter hodie, non ſolú aromatarii: ſed & medici errant in infuſio-
F ne rheubarbari. Non enim in rei ueritate infundendú eſt reubarbarum in aqua endiuiæ di-
ſtillata, ſcilicet ſublimata: ut ipſi faciunt. Quia Ioannes Meſue author noſter in capitulo de
rheubarbaro, dú ſcribit infundendú ipſum in aqua endiuiæ, aut apii, aut plátaginis: non intel-
G ligit aquá alembiccatam: ſed ſuccum ipſarum herbarum. immo rariſſime antiquiores ute-
bantur aliquibus iſtarum aquarum ſublimatarum. Vnde cum ipſi deſcribunt alicuius rei a-
quam: ut plurimum intelligunt ſuccum, aut decoctionem: uel ſaltem infuſionem illius rei:
H ut in pluribus locis probari poteſt. Et particulariter in dicto capitulo de rheubarbaro: cum
de infuſione ipſius loquitur: dicit. Et ſimiliter magnificatur infuſio eius in aqua endiuiæ, &
apii: prius bullitis, & colatis: aut in aqua plantaginis: &c. Cum autem dixit: prius bullitis &
I colatis: declarauit ipſas aquas eſſe ſuccos. Non enim aquæ diſtillatæ indigent bullitione, &
colatione. igitur infuſio rheubarbari faciéda eſt in ſuccis herbarum: & non in aquis ipſarú
ſublimatis. Multa etenim exempla habemus: quod aquæ antiquorum erant ſucci, uel deco-
K ctiones: &c. & non ſublimationes. Vt eſt aqua cytoniorum declarata ſupra in electuario gra-
norum myrti: & aqua granatorum: quæ legitur in capitulo de tamarindis: & aquæ pruno-
rum, & tamarindorum: quæ habentur infra, in deſcriptionibus modorum ſyrupi acetoſi:
L & aqua porri: & aqua caulis: quæ in pluribus pilularum confectionibus petuntur: & aqua
malorum de ſeni: & aqua cannarum zucchari: quæ ſcribuntur in ſyrupo de cannis: & aqua
maſticis in cap̄. de caſia. Et aqua cicerú: &c. Et in 7 breuiarii filii Serapionis cap̄. 16. in fine ſci-
M licet in medicina ſolutiua quæ fit cum ſcebré: habetur aqua fœniculi: quæ eſt ſuccus: ut clare
patet. Sic enim legitur. Et proiiciatur ſup illos aquæ fœniculi recentis: præter quod ferueat:
&c. Cum dixit præter quod ferueat: declarauit eſſe ſuccum, & nó aquam ſublimatam. Quod
N etiam clarius probatur per authorem noſtrum: in ſequenti confectione alſcebram: quæ eſt
eadem: quæ præfata filii Serapionis: in qua ubi ille habet aquam fœniculi: iſte habet ſuccum.
Et ſimiliter in eodem capitulo dictus filius Serapionis, ſcilicet in confectione de eupatorio:
O cuius titulus eſt. Alia ad ictericiam & inceptionem hydropiſis: quæ quidem cum confectio-
ne de eupatorio ſequenti filii Meſue: quæ eſt poſt confectionem de ſcebram: eſt eadem: ha-
bet aquam ſolatri, endiuiæ, & uolubilis: author noſter autem in eodem loco habet ſuccum
P ſolatri: &c. Et alia pene innumera quæ paſſim in atiquorum libris leguntur: quæ quidem bre-
uitatis cauſa ſtudioſis perquirenda reliquimus. Lege etiam de hoc plura, in Diarhodon de-
ſcriptione comuni: & in Electuario de grania myrti.

Q

De omni gummi infundendo.

VAria gummi genera, ſiue ſpecies, uel differentiæ, in uariis infunduntur liquoribus. Vn-
de quoddam in uino, quoddam in aceto, & quoddam in ſuccis, ſiue aquis herbarum:
R ut in aqua roſarum, in ſucco arnogloſſe, in aqua rutæ agreſtis, in aqua porri: &c. Omnibus
autem gummi ſpeciebus non conuenit una liquoris menſura: quia aliquod gummi plus, &
aliquod minus de liquore (in quo infunditur) recipit: ut experiétia ipſa nos docet: quia gú-
S mi tragacáthi in comparatione aliorum multorum: uult quadrupulum de liquore; in quo
infunditur: & quandoque nó ſufficit. Quamobrem in huiuſmodi, talis datur regula ſcilicet
quod quælibet gummi ſpecies tantum liquoris recipiat quantum neceſſe habet. Et taliter

eſt lique

eſt liquefaciendum gũmi quodlibet: ꝙ per modum emulſionis poſſit tranſire per ſetatiũ, ſiue A
per ſtamineam. Et eſt melius in principio iufundere minus de liquore, ꝗ multũ: quia ſemper
ſi fuerit neceſſe, poteſt ſuperinfundi liquor. Sed aduerte, ꝙ hæc regula poſita eſt pro gum-
mi, pharmacis cõmiſcendis: non autem pro gũmi liquefaciendis cauſa pingẽdi: uel atramẽ- B
tum faciendi: &c. quia tunc maior pars aquæ, uel liquoris adminiſtratur.

De modo infundendi myrobalanos: dactilos: & ſimiles fructus.

FRuctuum infuſio, ad uarios effectus in medicinis habetur. Quapropter de ipſis dupl ex C
conſideratio habenda eſt. Videlicet. Aut ipſis abiectis: quæritur ipſorum infuſio tantum.
Vt exempli gratia, de myrobalanis: qui infundũtur in aqua calida: ut ipſorum infuſio ſit ma
gis ſolutiua: quia tunc quærunt infuſionem ipſorum tantũ: ipſos autẽ infuſos paruipenden D
do, & abiiciendo: uel ſicut infunduntur ipſi myrobalani cõtriti in aqua caſei per octo dies:
hinc una bullitione peracta: colãtur, & proiiciuntur: colatura autem ſiccatur: ut fiant ex ea
inde trociſci, & pilulæ: ut habetur in capitulo de myrobalanis ipſius filii Meſue: & ſimilia. E
Aut infuſione abiecta quæritur ſubſtantia ipſorũ fructuũ infuſorũ: ut exempli gratia. infun-
duntur etiam ipſi myrobalani in aqua plurima per octo dies: ut humectentur: & fiãt idonei
ad conficiendũ: &c. Sicut habetur in dicto capitulo de myrobalanis. Igitur ſi fructus infun- F
dendi ſunt cauſa recipiendi ipſorum infuſionẽ: debent infundi in tanta liquoris quantitate:
ꝙ toto tẽporis ipſorum infuſionis ſpatio, ſtent ipſi fructus in eo liquore honeſte ſubmerſi.
Si autem accipiendi ſunt ipſi fructus: aliquando proiicienda eſt ipſorum infuſio: aliquando G
non. Proiicienda enim eſt infuſio myrobalanorũ: & ſimilium fructuum: quãdo ipſi fructus
infunduntur: nõ ut corrigantur ab aliqua ipſorum malicia: ſed ut humectẽtur, & ingroſſen
tur: &c. ut in præfato capitulo de myrobalanis: & in diſtinctione de conditis habetur. Quia H
tunc ſi potuiſſent habere ipſos fructus recentes, & humidos: nõ humectaſſent ſiccos. Quã-
do autem infunduntur fructus ipſi in aceto: aut alio quouis liquore: cauſa alicuius ipſorum
maliciæ reprimendæ: aut bonitatis acquirendæ: ut dactili in diaphinicõ: & ſimilia: tunc nõ I
proiicitur ipſorũ infuſio: quia debet fieri per modum imbibitionis: ſeu enutritionis ipſorũ.
Vbi tantum debent recipere de liquore: quantũ ſufficit ad bene imbibendum ipſos: ut poſt
ipſorum enutritionem: nihil reſtet de ipſo liquore proiiciendũ: quia ſi proiicitur aliqua pars K
huiuſmodi infuſionis: proiicitur ſimul cum ipſã, magna pars ſubſtantiæ, & bonitatis eorũ.
Per modum autẽ enutritionis, reprimitur aliqua fructuum malicia: & nihil amittunt de bo-
nitate ſua.

De modis infundendi ſemina. L

NOn uno equidem modo, & ſemina omnia infundenda regulari poſſunt: quia (ut paulo
ſuperius diximus de fructibus) & ſemina quoq; ad uarios infunduntur effectus. Vnde
quædam nempe ſemina, ut cyminum, aniſum, coriandrum, & ſimilia: cum infunduntur in M
aceto ſiue in alio liquore: ad aliquam malignitatem corrigendam: ſeu ad aliquam bonitatẽ
acquirendam: tunc per modum imbibitionis, ſeu enutritionis infundenda ſunt ipſa ſemina
& exiccanda: &c. Quædam autem infunduntur: ut accepta poſtea eorum infuſione: proiici N
antur ipſa ſemina: ut ſumach in electuario de fructibus, & fœnu græcum in iſopi cæroto de
ſcriptione Philagrii, & in emplaſtro de meliloto, & ſimilia. Et tunc in qualibet liquoris libra
ponitur ſeminum. ℥. i. uel circa plus, minuſue, pro qualitate ſeminum: quia ſemẽ quod ma- O
gis recipit de liquore: in minori quantitate ponendum eſt: & econtra. Peritus enim aroma-
tarius trutina diſcretionis omnia delibrat. Nõnulla quoq; ſemina infunduntur in aqua: uel
in alio liquore conuenienti: cauſa ut recipiatur ipſorum mucilago: ut ſemen pſyllii, & ſimi- P
lia. Et ad hoc faciendum ſufficit ad libram aquæ: ſeu alterius liquoris: dictorum ſeminum. ℥
ſemis: plus, uel minus, ſecundũ ꝙ ſemina ipſa ſunt magis, uel minus mucilaginoſa: &c.

De foliorum, radicũ, ſtipitũ, & ſimiliũ infuſione. Q

f Olia nanq;, & radices (præter rheubarbarum) & cæteræ plantarum partes, infundũtur
in aqua: ſeu altero liquore: taliter, ꝙ aqua, ſeu liquor duobus digitis ſuperemineat: & tã
ſi proiiciatur: ꝗ ſi ſeruetur ipſa infuſio. Et ſic turbith in lacte: ſic folia mezereon in aceto: &c. R
Sed nota, ꝙ omnia debent intelligi cum ſale diſcretionis: quia exempli gratia ſiquis uolue-
rit drachmam unam tantum huiuſcemodi rerum infundere: non debet apponere tantam
liquoris quantitatem, ꝙ ſupereemineat duobus digitis. Secundum autem quantitatem rei S
infundendæ: cõmenſurandus eſt & liquor. Quod autem dictum eſt ſupra: in omnibus mo-
dis intelligitur de una honeſta, & diſcreta quãtitate. De florum autem roſarum, & uiolarũ,

A & ſimiliũ infuſionibus: require in ſexta diſtinctione, poſt uiolati modũ iuleb. Inſuper ſcien-
dũ, ꝙ regulæ prædictæ poſitæ ſunt, pro illis infuſionibus dũtaxat: pro quibus nõ aſſignatur
modus, nec menſura, ſeu ratio infundẽdi. Multæ & aliæ diuerſæ rerũ infuſiones fiunt quæ
B clare poſſunt intelligi: uel ſaltẽ reduci ad aliquam ſupradictarum. Sericũ autẽ qualiter fit in-
fundendũ poſt tincturam in chermes: habetur ſupra in cõfectione Alchermes. Et hæc qui-
dem ſatis de modis infundẽdi medicinas. Olei mezereon, quod petitur in iſta confectio-
C ne: habetur deſcriptio infra, in diſtinctione ultima: quæ eſt de oleis: propterea quære ibi.

Modus confectionis Alſcebram: &c. LXXXV.

D

Licet pauca ſimplicia ingrediantur præſentem confectionem: non tamen per
hoc ipſius deſcriptio, per libros impreſſos, a mendis habetur aliena. Nam
E ubi legitur in aliquibus ipſorum. Recipe Alſcebram boni, & electi. ℥. ii. my-
robalanorum citrinorum. ℥. ii. Et in aliquibus ſic. Recipe Alſcebram boni,
& electi: myrobalanorum citrinorum: ana. ℥. ii. &c. In utriſꝗ autem eſt ma-
F le. Rectius enim legendum eſt. Recipe alſcebram boni, & electi. ℥. i. myrobalanorum citri
norum. ℥. ii. &c. Quoniam ſic legitur in cunctis exẽplaribus manuſcriptis, & ſimiliter apud
filium Serapionis: qui habet iſtammet confectionem ſub titulo. Medicina ſolutiua quæ fit
G cum ſcebrem: &c. quæ eſt in calce. 16. cap. 7. ſui breuiarii. Denominationem accæpit autẽ
iſta confectio: ab ipſo ſcebram: ſine quo minime eſt conficienda: quia baſis eius eſt. Sed pri-
us ꝙ adminiſtretur eſt præparandum: ſicut præparatur mezereon: nec impræparatum pro
H pinetur omnino.

De ſcebram.

Etenim ſecundum ueritatem ſcebram, ſebram, ſcebrem, xebram, ſceſcebram, & ſcobrã,
& ſimilia plura (ut per uarios libros legitur) idem ſunt. Et nihil facit ſi per, m, aut, n, in
I fine ſcribatur. Per utranꝗ enim literam: repperimus. Sunt nanꝗ barbara uocabula: & ſigni
ficant, quod latine eſulam: quæ græce pityuſa dicitur. Et licet ab hodiernis herbariis plures
eſulæ ſpecies oſtendantur: tamen duæ tantum ſunt ueriores: quas author noſter in ſuo de
K ſimplicibus, capitulo de ſcebram, deſcribit: ſcilicet magnum: & paruum: Quod etiam Dio-
ſcorides in capitulo de pityuſa notauit. Non obſtante, ꝙ ipſe Dioſcorides non dicat ipſum
magnum eſſe malum: ut ait author noſter, de ſuo ſcebram. Forſan, ꝙ ipſe Dioſcorides non
L fuit expertus illud. Vera autem eſula: ſiue uerum ſcebram eſt habens folia ſimilia foliis pini:
& tota ipſius planta lacte copioſe fluit. Illud autem, quod eſt in capitulo filii Meſue: quod
contradicere uidetur deſcriptioni Dioſcoridis de pityuſa: ſcilicet ubi de radice loquitur: di
M cens. Et eſt habens de rubedine aliquid ſicut caſia: Cum Dioſcorides dicat radicem habere,
albam: non eſt magnæ æſtimationis: quia forſitan ipſe Dioſcorides uiderit ipſam radicem
trahentem ad albedinem: & ideo ſcripſerit albam. Et certe filius Meſue non abſolute dicit
N ipſam eſſe rubram: ſed habens aliquid de rubedine. Etenim oculata fide percipimus ipſam
radicem non eſſe in totum albam: nec tanta munitam rubedine: ut poſſit ipſa ſimpliciter uo
cari rubra. Habet nanꝗ aliquid rubedinis: ut ipſe author noſter dicit. Et ꝗuis Dioſcorides
O dicat ipſam pityuſam habere radicem albam: attamen nos in hoc potius debemus ſequi do
ctrinam ipſius filii Meſue: ꝙ Dioſcoridis: quia in ſuis confectionibus: ſcilicet filii Meſue: ſim-
plicia ab ipſo deſcripta, ubi petuntur, adminiſtranda ſunt. Non obſtante, ꝙ alii de ipſis ſim-
P plicibus aliter ſentiant. Sic etenim & de turbith ſuperius declarato: ſic etiam & de eupato-
rio: de quo infra dicemus: & ſimilibus. Igitur ex quo hæc planta uocata eſula (qua uidelicet
& pro eſula cõmuniter utimur) apte cõuenit deſcriptioni dicti filii Meſue de ſcebrã: nõ debe
Q mus quærere aliud. Cum ſit ꝙ ipſa eſt uera eſula: ſiue uerum ſcebram: quod ipſe petit in præ
ſenti, & ſimilibus compoſitionibus. Lege etiam de hoc in pilulis fœtidis maioribus.

R

Modus confectionis de Eupatorio: &c. LXXXVI.

Ab eupatorio (cuius ſuccũ recipit) præſens cõfectio denominatur. Et hæc eadẽ
S cõfectio ſcribitur a filio Serapionis in. 7. ſui breuiarii: prope finẽ. 16. capituli:
cuius pricipiũ ẽ, Alia ad ictericiã: & iceptionẽ hydropiſis. Quæ qdẽ i oĩbus cõ
uenit cum præſenti deſcriptione: præter quod nõ habet ſuccum abſinthii: & uariat aliqua-

liter

liter in ſimplicium ponderibus. Sed aduerte, quod per impreſſiones legitur mēdoſe in præ A
ſenti deſcriptione. Cimarum ſquinanti, ſeminis citrulli: &c. ana. ℨ. iii. Lege uerius: ana. ℨ. ii.
quia ſic eſt in omnibus antiquis exemplaribus. Item, in fine ipſius deſcriptionis habetur u-
num uocabulum multipliciter barbarizatum: Hoc eſt. Alcherigi, uel Alkeregi, uel Alchelli- B
gi, uel aliter & aliter, con ſimilia plura, quaſi ridicula: quid autem ſignificet, non ualuimus
inuenire. In maiori parte antiquorum uoluminum in ueritate non legitur: nec in primis im
preſſionibus. Nec etiam eſt in filii Serapionis deſcriptione. Quapropter delendum cenſui- C
mus. Putamus enim, quod aliquo modo errōre librariorum, titulus cōfectionis immedia-
te ſequentis annexus ſit huic deſcriptioni: quæ eſt, Alchelengi: quem titulum poſtea, tãquam
medicinam huic neceſſariam nonnulli intellexerunt. Item in eo, quod ſequitur in ipſa de- D
ſcriptione ſcilicet. Et ſi eſt illic caliditas: reprime cū ſucco ſolatri: &c. Illud autē Reprime, in
bonis exemplaribus non legitur: neque in deſcriptione filii Serapionis: ſic enim fere omnia
exemplaria habent. Et ſit doſis eius aur. i. cum lacte camelarum: aut aqua caſei: & ſi illic eſt E
caliditas: cum ſucco ſolatri, endiuiæ, & uolubilis. De eupatorio ſane quia hæc confectio
communiter non habetur in uſu: non uiſum eſt nobis hic facere declarationem. In Syrupo
de eupatorio autem, qui ubiq; paratur, deo fauente ſatis de eo dicetur. Succi uero, ſcilicet F
ipſius eupatorii: & abſinthii qui hic recipiuntur: debent prius condenſari: &c.

De cuſcutæ ſemine.

SEmen cuſcutæ (ſi ſemē dici libet) ſunt illi nodi: qui inter illius capillamēta concreſcunt. G
Sed abuſiue nempe dicitur ſemen: illud quod nuſquam ſeritur: nec etiam ſi ſeratur na-
ſcitur: ut experti ſumus. Neq; radices cuſcutam habere conſpicimus: ſed epithymi modo,
ſuper plantas: & frequentius ſuper linum cōcreatur. Dicuntur autem ſemina nodi illi, quaſi H
per ſimilitudinem: non quod in ueritate ſint ſemina. Quod enim patet expreſſe: non eſt
probare neceſſe.

Alchelengi: & eſt medicamen magnum: &c. LXXXVII. I

SIgnificatū ſuum uerum huius barbari uocabuli: quod ē pro inſcriptione præ
ſentis confectionis ſcilicet. Alchelengi, uel alkelengi: adbibita etiam multa K
diligentia: inueſtigare non potuimus. Filius quidem Serapionis habet in ſepti
mo duas deſcriptiones: ſub quaſi conſimili titulo: quæ etiam in pluribus con
ueniunt cum iſta filii Meſue: quarum principia ſunt hæc. Prima, uidelicet, Cō- L
fectio Inda: quæ nominatur: Kelkelenici. Secunda autem. Deſcriptio alia likelkelengi. Pu-
tamus equidem & textum filii Serapionis etiam eſſe deprauatum, in prefata dictione kelke-
lenici: & rectius legēdum kelkelengi. Eaſdē enim confectiones habet & Auicēna in v. cañ. M
Quarū initia, ſunt. Alkelkelengi magnum, & Alkelkelēgi minus. Hali filius Abbas quoq;, ca
pitulo. 7. decimi libri practicæ habet duas confectiones: que uidentur eædem eſſe: quarum
Tituli ſunt. Caquelenegū magnum: & eſt electuarium indicū. Caquelenegum minus: utile N
quibus & magnum. Omnes autem præfatorum authorū: in multis ab iſta filii meſue diſcor-
dant. Verūtamen plurimā habent inter ſe affinitatem. Quid autem ſignificet kelkelengi: ſiue
alchelēgi (ut diximus) neſcitur. Coniectamus autem denotare quod ſequitur, ſcilicet quod O
eſt medicamen magnum: multorū iuuamentorum expertorū: &c. quod quidem putamus
hic additū ab authore: ſeu ab interprete: tanquā gloſſema dicti uocabuli alchelengi. Aduer-
te etiam, quod in aliquibus Impreſſionibus, nō alchelēgi: ſed alkekēgi, magis deprauate le- P
gitur. Oporteret nanq; illum prius linguas arabicam, chaldaicam, ægyptiacā, hæbraicā, indi
cā, græcā ſimul & latinā, & alias plures: atq; idiomata multa pfecte callere: qui uellet poſtea
recte huiuſmodi uocabula interptari. Et licet ipſa cōfectio nō habeatur i uſu: attamē ē nobi- Q
lis cōpoſitio. Et ſiquis uult ea uti animaduertat, ꝙ in libris de parua impreſſione: & in Nico-
lao ꝑpoſito: mēdoſe habetur. Agarici. ℨ. xx. Lege rectius. ℨ. x. q̄a ſic ē nō ſolū i cūctis exēpla-
ribus: q̄ uidimus: ſed etiā & i multis impreſſionibus. Itē, ꝙ i cūctis impreſſiōibus falſo legitur: R
trociſcorū de rheubarbaro: in antiqs uero libris abſolute legitur: rheubarbari. Quapp nō
trociſci de rheubarbaro: ſed ipſum rheubarbarū purū & electū, ē itelligēdū i pñti deſcriptio-
ne. Itē ſciat, ꝙ i Nicolai præpoſiti deſcriptione, deſūt trociſci diarhodō: & trociſci de eupato S
rio: q uniuerſaliter i cæteris libris habētur. Sūt præterea p ipreſſiones: in pſēti deſcriptione
aliquæ clauſulæ trāſpoſitæ: quas ſimpliciter, & recte, in ipā receptarii deſcriptiōe poſuimus.

A De Volubili.

AVthor noſter in ſuo de ſimplicibus, capitulo de uolubili: quinq; ipſius ſpecies enume-
rat. Quæ autem ipſarum in præſenti confectione ſit ponenda: ab ipſo non declaratur.
B Nonnulli etenim iuniorum: ut Manardus: &c. in præſenti deſcriptione: & in cōfectione de
eupatorio ſupra dicta: dicunt eſſe intelligendum lupum ſalictarium: quem lupulum uoca-
mus: quemq; author noſter pro quarta ſpecie deſcripſit: cuius planta notiſſima eſt. Alii au-
C tem: ut Chriſtophorus de honeſtis: &c. & forſan melius: declarant eſſe uolubilem magnam
quæ a noſtro authore: funis arborum nominatur: & ab Auicenna funis pauperum dicitur.
Quia cum ſit, ꝙ ipſe author non ſpecificate his in locis ſcripſerit: & uolubilium plures (ut di-
D ximus) ab ipſo notantur ſpecies: illa igitur ſpecies, ex omnibus, accipienda eſt: quæ ab ipſo
authore magis laudatur. Nam ut patet per ipſum in præfato capitulo: funis arborū, ſiue pau-
perum: ideſt uolubilis magna, eſt cæteris melior. Et ex hoc etiam cunctis præpoſuit illam
E potius ꝙ lupulum: quaſi declarās, ꝙ per uolubilem abſolute intelligit illam magnam: & nō
lupulum. Lupulum autem: uel ſcammoneam, cum ipſe quærit: ſemper ſpecificate ſcribit. Er-
go per uolubilem abſolute, non lupulus: ſed illa: quæ antonomaſtice appellatur uolubi-
F lis: ſcilicet magna, intelligitur. Verūtamen tam hoc, ꝙ cuncta quæ ſcribimus: iudicio prudē-
tiorum ſummittimus. Et nota ꝙ hic, & in confectione de eupatorio, & ſimilibus: ſuccus fo-
liorum intelligitur: & non radicis. Quinq; autem ipſæ uolubilium ſpecies: nō omnibus no-
G tæ ſunt. Apud nos quidem nec illa planta, ex qua colligitur ſcammonea: nec illa, quæ habet
folia ſubalbida, & lanuginoſa, cognoſcitur. Reliquæ tres notiſſimæ ſunt: ſcilicet uolubilis
maior: & uolubilis minor: & lupulus. Multas enim ab his diuerſas plātas uidemus: quæ uo-
H lubilium modo concreſcunt. Et licet non ſcribantur ab eo: tamē in genere uolubilium poſ-
ſunt cōnumerari. Et præſertim illæ: quibus ad decorem utuntur homines, opere topiario,
in uiridariis, & domorum feneſtris: ut eſt Balſamina, ſiue Momordica uulgo dicta: & illa plā-
I ta, quæ habet folia ſimilia foliis ſmilacis hortenſis: ideſt faſeoli uarii: & habet florem ſimilli-
mum flori uolubilis magnæ: ſed eſt cæleſtis coloris, & non ita magnus: facitq; ſemen nigrū
triangulum: &c. Quam quidem plantam Bellunenſis in ſuis interpretationibus uolubilem
K uocat: cuius ſemen dicit eſſe granum nil. inquit enim Granum nil eſt ſemen nigrum reper-
tum in planta uolubili: cuius flos habet colorem azurum: & figuram campanellæ ſimilem:
tendentem ad longitudinem aliquam. Et huiuſmodi planta non eſt herba ex qua nil, ſeu in-
L dicum conficitur: ſed eſt ſpecies uolubilis nota: & ſemen huius plantæ in oriente admini-
ſtratur ad euacuandum humores groſſos phlegmaticos: & melancolicos: ſicut dicit Auicē-
na ſecundo ca. Vſme uero: quod eſt folium nil: de quo dictum eſt ſupra: eſt folium herbæ:
M ex qua exprimitur ſuccus: qui exiccatus dicitur nil: ſeu indicum. Et granum nil: quod ad-
miniſtratur ab Auicenna in cura uermium: non eſt indicum (ſicut quidam putant) ſed eſt ſe-
men repertum in plāta uolubili ſupradicta. Hæc Bellunenſis. In quibus patet, ꝙ differt gra-
N num nilis nil: quod eſt indicum. Et ſimiliter plantæ plures, quæ paſſim cōſpiciuntur. Inter
quas etiam poſſumus annumerare quandam plantam: quæ nouiter nobis, ex Indis nuper
inuentis allata eſt. Cui equidem a ſimilitudine foliorum: quam habet cum blito: Blitum to-
O piarium nomē impoſuimus. Quoniam abſq; nomine, habuimus ipſam. Folia (ut diximus)
ut beta, ſiue blitum (quod idem eſt) habet. Sed ſunt ualde rubra: proprie ut beta rubra. Cau-
les enim plures emittit pollicari craſſitudine, teretes, coccineos, ſiue rubros: quindecim cu-
P bitorum longitudine, & amplius altos: ut in noſtro Aræcæli cōuentu uidimus. Semen pro-
ducit in racemulis coriandro noto ſimile, obnigrum: &c. Sapore & odore etiam emulatur
blitum: quid autem proprie ſit, neſcimus. Inſuper nota, ꝙ ſucci omnes: qui indigēt purga-
Q tione: poſt ipſam purgationem ponderandi ſunt. Et generaliter quidem omnia, quæ depu-
rari, ſiue purgari habent: prius (ſi fieri poteſt) depuranda, ſiue purganda ſunt: & poſtea pon-
deranda, ſiue commenſuranda: quia pars proiicienda: nō debet pōderari cū cōficienda.
R

¶ Confectio electuarii Diacytoniten: &c. LXXXVIII.

S HAbet nāq; author noſter, in hac prima ſui grabadin parte, tres uarias de cyto-
niis cōpoſitiones: ſub cōfectionis noīe: pter cytonia cōdita: & minus. E qbus
iſta pūs tātūmodo eſt ſolutiua: ꝙ quidē, & huic tertiæ diſtinctioni finē imponit.

Habet & Auicenna in quinto cañ. electuaria Diacytoniten ſolutiua plura. Similiter & Ha- A
li abbas in decimo practicæ: habet unum electuarium diacytoniten laxatiuum. Sed nullum
ipſorum conuenit cum præſenti deſcriptione. Filius Serapionis autem in ſeptimo ſui bre-
uiarii: capitulo. 16. habet tres deſcriptiones electuarii diacytoniten ſolutiui: quarum prima B
quæ incipit: Medicina alia ſolutiua bona. Recipe Aquæ cytoniorum. &c. eſt iſtamet confe-
ctio. Non obſtante: ꝙ in quibuſdam diſcordet ab iſta. Fortaſſe (ut arbitramur) ipſe author
noſter accipiens a filio Serapionis: addiderit aliqua: & aliqua permutauerit: ut melius ſibi ui C
ſum fuit. Sed animaduertendum, ꝙ præſens filii Meſue deſcriptio: uitio librariorum, in ali-
quibus locis maxime deprauata eſt. Et primo in ana ubi legitur: galliæ bonæ, gariofilorum
&c. aliqui libri habent piperis nigri, & longi: aliqui loco cinnamomi, habent cardamomi: D
aliqui habent utrunq;: aliqui loco maſticis, habent macis: aliqui neutrum habent: nonnulli
etiam habent agaricum: & alii alia. Verior autem deſcriptio ex omnibus, hæc eſt. Galliæ bo
næ, gariofilorum, zinziberis, maſticis, piperis longi, cinnamomi, nucis muſcatæ: ana. ʒ. iii. E
Item, ubi legitur: Si autem uolueris, ut ſolutione educat coleram, & phlegma: ponantur in
medicamine ſcammoneæ. ʒ. v. turbith. ʒ. xii. lege. ʒ. xii ÷. quia ſic eſt in cunctis exemplaribus
quæ uidimus. Item ſciendum, ꝙ ubi legitur: carthami excorticati pondus ſcammoneæ: re F
fertur illud: ad prius & principalius pondus ipſius ſcammoneæ: ſcilicet ad. ℥. i ÷. & non ad
quinq; drachmas: ut nonnulli uolunt. Quia ſtante priori deſcriptione: quis uelit, ut ipſum
electuarium educat ſolum phlegma: non oportet conſiderare alias clauſulas additas: ſed G
abiecta ſcammonea: cuius pondus eſt. ℥. i ÷. loco ipſius debet ſubſtituere. ℥. i ÷. carthami ex-
corticati: & addere ipſi confectioni: turbith boni. ʒ. xxv. Probatur etiam per filium Serapio
nis: in cuius deſcriptione, non habetur illa particula. Videlicet ſi uolueris ut ſolutione edu- H
cat coleram, & phlegma: ſed immediate habet: ꝙ ſi uis ut euacuet phlegma: tunc permiſce
cum ea loco ſcammoneæ carthami excorticati ex corticibus ſuis, contriti, pondus ſcam-
moneæ: &c. Ergo refertur ad prius pondus ſcammoneæ. Ergo in iſta particula: ſcilicet ſo- I
lius phlegmatis euacuandi, intelligitur, carthami excorticati pondus. ℥. i ÷. & non. ʒ. v. Item
in fine deſcriptionis habetur per omnes impreſſos libros: Et aliquando cum carnibus tan
tum. Quæ clauſula in nullo penitus antiquorum uoluminũ (quæ uidimus) legitur. Eſt enim K
additio ſuperflua alicuius imperiti: nec debet fieri. Caſſetur igitur: ut ueritas habeat locum
ſuum. Nam cum carnibus tantum: ſunt cytonia condita: quorum deſcriptio habetur infra.

De Melle tabarzet. L

MEl tabarzed, ſiue tabarzet, utroq; enim modo legitur, ut omnes teſtantur: eſt mel albũ.
Sic etiam zuccharum tabarzet, ſignificat zuccharum album: & penidiæ tabarzet, ſunt
penidiæ albæ: quæ recipiuntur in ſuſſuf albarmak Auicennæ. Attamen ſecundum ueriorẽ M
ſenſum: Tabarzet potius ſignificat bonum: ſeu electum: q̃ album. Quod probatur per ſu-
pradictum filium Serapionis: uidelicet, ꝙ eo in loco: ubi author noſter habet mel tabarzet:
ipſe habet mel bonum. Sed quia generaliter mel album, ſeu zuccharum album, eſt ex melio N
ribus: idcirco pro tabarzet: quod ſignificat bonum: intelligunt album. Non obſtante ꝙ Bel
lunenſis in ſuis interpretationibus dicat: mel tabarzet ſecundum Arabes, eſſe zuccharum
diſſolutum quod remanſit liquidum in uaſe: in quo factum fuit zuccharum tabarzet: Quia O
hoc in loco, ut patet per ſupradictum filii Serapionis textum, ſignificat bonum: & penidiæ
tabarzet, non ſunt zuccharum diſſolutum: ſed penidiæ bonæ: &c. Quamobrem non con-
tradicit: ſi mel non ſit album: dummodo ſit bonum, & optimum mel. Optima enim condi- P
tio mellis, non conſiſtit in albedine: immo quod tendit ad citrinitatem: & proprie ad colo-
rem palearum maxime laudatur: teſte ipſo authore noſtro, in ſermone de aqua mellis. Et
Dioſcorides laudat illud mel: quod habet colorem ſubflauum, ſiue ſubrutilum. Et Plinius: Q
quod eſt coloris aurei: &c. Vnde putamus de albedine non multum eſſe curandum. Igitur
pro melle tabarzet accipiatur bonum, & electum: ſiue ſit album, ſiue nõ. Sed lapis tabarzet,
ſiue taberzet, ſiue taberged (ut in Simone Ianuenſi & Pandectario legitur) eſt ſmaragdus. De R
quo quære, in electuario de gemmis.

De galia ſiue gallis.

GAlliæ quidem ſunt confectiones: de quibus infra. Sed quando abſolute ſcribitur (ut in
præſenti confectione, & ſimilibus) ſemper de muſcata intelligitur. Quamobrem le- S
ge in gallis muſcata.

EXPLICIT DISTINCTIO TERTIA.

A QVARTA DISTINCTIO DE CONDITIS.

ℭ Quarta diſtinctio eſt de conditis:&c. LXXXIX.

B IN hac quarta diſtinctione: quæ de conditis eſt; ſunt aliqua pauca, ſed utilia, corrigenda, & declaranda. Et primo.

C

ℭ Chebuli conditi:&c. XC.
ℭ Emblici conditi:&c. XCI.

D NOtandum, ꝙ his modis: quibus humectantur, & cōdiuntur chebuli, & em-
blici: poſſunt & citrini: & reliquæ myrobalanorum ſpecies humectari, &
condiri. Si quis eis opus habuerit. Sed ſciendum, ꝙ emblici condiendi de-
E bent eſſe integri. Teſte filio Serapionis: qui capitulo de conditis dicit. Eli-
gantur ex emblicis ſublimibus: qui non ſunt fracti:&c. Item, ubi legitur in
fine huius deſcriptionis de emblicis conditis. Quidam uero etiam ſupercō-
F diunt cum ſpeciebus aromaticis: ſicut eſt cinnamomum, & gallia, & cardamomum, & cro-
cus, & muſcus, & ſimilia: eſt animaduertendum, ꝙ author non dicit: ꝙ quilibet. Supercon-
diunt cum omnibus his ſpeciebus aromaticis prædictis: & ſimilibus: ſed, ꝙ quidam ſuper-
G condiunt cum cinnamomo, quidam cum gallia, quidam cum croco, quidam cum muſco,
& quidam cum duobus, uel tribus, ex prædictis: uel ſimilibus: & quidam ſic: & quidam ali-
ter, ſecundum neceſſitatis exigentiam: ſeu guſtus laſciuiam. Et hic eſt uerus ſenſus. Quia ſi
H quis condierit cum gallia: quæ abſolute (ut eſt) intelligitur muſcata: non erit illi opus appo-
nere & muſcum etiam. Et ſic de aliis: quæ conueniunt inter ſe. Non obſtante, ꝙ ſi quis uo-
luerit condire cum gallia: & placuerit eidem addere non ſolum muſcum: ſed & ſpecies dia-
I muſci: & alia diuerſa: pro ſui guſtus apetitu: & pro ſuis ægris duntaxat: poſſit facere & hoc,
& aliud. Tamen pro cæteris indifferenter: nec cum omnibus: nec cum aliquibus ex prædi-
ctis ſpeciebus: nullus parare præſumat. Quoniam guſtus hominum non ſunt æquales: mul-
K toties quod uni placet: alteri diſplicet:&c.

ℭ Cytonia condita:&c. XCII.

L ADuertant ſimplices, & minus periti aromatarii, ꝙ ubi legitur in præſenti de-
ſcriptione: Et ſepeliātur cum iuleb: intelligitur, ꝙ iuleb debet eſſe tantæ quā-
titatis, ꝙ cooperiat ipſa cytonia. Et nota, ꝙ hic, & in citris conditis (ſcilicet in
M ipſorum citrorum decoctione: quia poſtea debent condiri ipſa citria, cum iu-
leb roſato) & in ſimilibus: iuleb debet fieri cū aqua ſimplici: niſi medicus, ſeu
alter præcæperit eſſe, faciendum pro ſuo, ſuorumq́ uſu dūtaxat: cum aqua roſacea, uel uio-
N lacea, uel cum infuſione alicuius rei:&c. De Cytoniis.

QVamuis author in diſtinctione de ſyrupis, ſcilicet in modo conditi de bugloſſa po-
nat tria cytoniorum genera: attamen Romæ duo tantum habentur. Quid autem
O ſit tertium genus cytoniorum: in dicto condito de bugloſſa declarabimus. Duorum autem
generum cytoniorum: quæ apud nos nota ſunt: unum quidem facit poma depreſſa: ita ꝙ a
pediculo ad partem ſupremam, quondam floris: tanquam a polo ad polum per locum cen-
P tri: raro ſupra pollicis groſſiciem habet ſpatium: in quo ſemina concreantur. Et huiuſmo-
di cytonia ſunt minus odorifera: q̄ illa alterius generis: ſed ſunt multum ſtiptica: & per an-
tonomaſiam uocantur cytonia, ſiue cydonia ſimpliciter. Et iſta etiam ſunt: quæ particulari
Q nomine dicuntur ſtruthea. Arbor alterius generis, in omnibus eſt ſimilis antedictæ: ſed dif-
fert in hoc. ſ. ꝙ fructus iſtius nō ſunt ita depreſſi: ſed ſunt lōgiores, & odoratiores, & maio-
res, & minus ſtiptici. Qui fructus cōmuniter uulgo uocātur pyra cytonia. Sed qñ author pe-
R tit abſolute cytonia: ſemp de ſupradictis intelligit. Et maxime qñ cōficit aliquod electuariū
ad ſtipticandū: quia ad id faciendū ipſa ſunt meliora, efficacioraq́. In defectu tñ unius. alterū
eſt ſubſtituendū. Pro illis autē, qui nō ſtipticādi cauſa: ſed pro guſtus delectatione ſuſcipiūt
S poſſunt iſta dicta pyra cytonia adminiſtrari: quia ſunt guſtui ſuauiora ſupradictis. Præterea
aduertēdum, ꝙ quando præparantur cytonia ad ſtipticandum: Teſte Serapione nō debēt
eſſe matura: ſed in principio maturationis tantum: quia (ut ipſe refert) matura non ſunt

ſtiptica. Sed non eſt intelligendum, ꝙ omnino matura non ſint ſtiptica: ſed ꝙ non ſunt tan-
tum ſtiptica: quantum immatura. Ita, ꝙ matura reſpectu acerborum: poſſunt largo modo A
dici non ſtiptica. Et ut dictus Serapio ait: uſus plurimus cytoniorum eſt malus: quia faciunt
accelerare deſcenſionem cibi: ante digeſtionem eius. Sed hoc intelligitur de illis hominibus B
qui non ſumunt cytonia ante cibum ad ſtipricandum: ſed ſumunt poſt cibum, & potum: ad
prohibendam ebrietatem: & ad lubricam aluum faciendam. Quia Cytonia, Sorba, & non-
nulla alia mala, ſunt de natura ſui: ꝙ ante cibum ſumpta ſtipticant: poſt cibum uero accele- C
rant digeſtionem: & expellunt fecea. ita ꝙ multories ſi nimis ex eis ſumatur: cibum indige-
ſtum faciunt per ſeceſſum emittere. Et hoc ſimiliter Auicenna teſtatur. Aiunt etiam Sera-
pio, & Auicenna: ꝙ cytonia ſumpta poſt potum uini: prohibent fumoſitates uini aſcendere D
ad caput. Vnde per conſequens prohibent ebrietatem. Sed ſumenda ſunt in parua, ac di-
ſcreta quantitate. Lege etiam de cytonio in condito bugloſſa.

E

¶ Pyra condita: &c. XCIII.
¶ Poma condita: &c. XCIIII
¶ Perſica condita: &c. XCV. F

IN his equidem, non eſt dubium. Condiuntur ſicut cytonia: quo etiam modo
ſimilia multa poſſunt condiri: ut chryſomella, ſiue præcoqua, &c. Et iam cum G
zuccharo, q̃ cum melle, q̃ etiã cum muſto cocto: & ſimilibus. Et poſſunt aro-
matizari, cum muſco: ſeu aliis ſpeciebus aromaticis, ad libitum inſtituentis.

H

¶ Citra condita: &c. XCVI.

SVpra etenim, ſcilicet in confectione electuarii Alharif declarauimus Nabeth I
ſignificare zuccharum candum: propterea lege ibi. Et hac de cauſa uult au-
thor, ut multum coquatur iuleb: pro huiuſmodi, & ſimilibus: ut poſtea ſemi
frigidum quando componitur inter laminas citri: non fluat totaliter: ſed per K
maneat, & indureſcat, ſeu candicet: alioqui uana eſſet eius deſcriptio: cum di
cit. Ita ꝙ una ſuperficies ſit laminarum citri: & alia iuleb. Quia ſi illud zuccharum iulebatũ
non erit perfecte decoctum: quemadmodum coquitur zuccharum ut candicet: non ſtabit L
inter citri laminas: ſed fluet undiq; : & pondus laminarum faceret unam alteri adhærere in
fundo uaſis. Etiam ſi dictum iuleb erit aquoſum: ſeu lente decoctum: non erit neceſſe in uas
uiciſſim componere citri laminas, & ipſum iuleb. Sed prius componere laminas citri: & po M
ſtea ſuper infundere: ipſum iuleb: ſicut ſit in multis aliis conditis. Quod quidem ſecus erit:
ſi dictum iuleb perfecte decoctum fuerit. Præterea ſciendum, ꝙ communiter hodierni aro
matarii nõ præparant ipſas citriorum laminas in lixiuio: ſicut author præcipit: ſed in aqua N
pura, & clara, & optime præparantur. Enimuero noſtri æui aromatarios: in hoc, ſcilicet in
modis diuerſa condiendi: antiquioribus peritiores, ac induſtriores, politioreſq; eſſe fate-
mur. Nam multa tam ex zuccharo, q̃ ex melle, ad guiæ petulantiam, cõdita ſuauiora: & ui- O
ſui delectabiliora fiunt hodie: quæ iudicantur non meliora poſſe fieri. Curiales nempe, &
magnates Romæ degentes, melius q̃ nos, huiuſce rei ſciunt reddere rationem: quia libenter
& non raro, talibus delicatis ueſcuntur bolis. Demum non ignorandum, ꝙ ponit author P
in diſtinctione de ſyrupis, duo alia citriorum condita: quæ deo fauente, in ipſa diſtinctione
locis ſuis declarabimus. Quia non ſunt ſimpliciter condita: ſed ſyrupi ſub tali nõenclatura.

Q

¶ Secacul conditum: &c. XCVII.

DE ſecacul quidem ſatis ſupra, ſcilicet in Diaſatyrione pertractauimus. Vi- R
de ibi. Nunc autem reſtat declarare, qualiter ſit intelligendum illud quod
legitur in fine præſentis deſcriptionis. Hoc eſt. Proiiciantur ſuper illud ſpe
cierũ aleſanginæ partes cõuenientes. Notandũ igitur: ꝙ in plu ibus deſcri S
prionibus cõpoſitorũ ipſius filii Meſue, reperitur aliquo mõ partiũ cõueni
entia: ut eſt i pũti deſcriptione: & i cõfectiõe de mãna: & i lohoc de ſquilla:

A &ſimilibus: Quibus in locis:nõ ſemper uno & eodem modo eſt intelligenda. Quia aliter
debet intelligi in præſenti deſcriptione:& aliter in lohoc de ſquilla,& ſimilibus: ut mox pa
tebit. Nam clarum eſt,ꝙ in citato lohoc de ſquilla:ubi author dicit:Recipe ſucci ſquillæ:&
B mellis deſpumati partes cõuenientes:intelligitur illa partium conuenientia : ꝙ debent eſſe
ipſæ partes,ſcilicet ſucci ſquillæ,& mellis æquali põdere,ſeu menſura. Quod probatur nõ
ſolum per ipſum authorem capitulo de tuſſi humida:ubi deſcribens idem lohoc,ait. Reci-
C pe ſucci ſquillæ:& mellis ana. Sed etiam probatur per filium Serapionis:capitulo.21.ſepti
mi ſui breuiarii:in quo etiam deſcribens idem lohoc:quod uocat lohoc de cæpa ſquillæ:di
cit. Sumatur ſuccus ſquillæ & mel æquali menſura. Similiter in præfata cõfectione de man
D na:ubi author dixit diſſoluatur manna cum ſucco roſarum rubearum: & ſit ſucci quantitas
cõueniens:addit poſtea declarationem:dicens:circiter libram unam:quam quidem decla-
rationem:pro ſimplicioribus & minus peritis poſuit:pro peritioribus autem (quibus ſatis
E erat dicere:& ſit ſucci quãtitas cõueniens)nõ oportebat. Peritus enim aromatarius potius
diſcretione:q̃ lance menſurat res,atq; librat. Et ſicut neceſſitas docet:plus,uel minus,ſub-
miniſtrat de rebus cõpetentibus:ſine aliqua diſconuenientia. Et ideo author nõ abſolute di
F xit libram unam:ſed circiter librã unam.Sed illud quippe:quod ex authoritate Galeni ſub-
iunxit author in fine ipſius mannæ confectionis,ſcilicet. Eſt enim cõpoſita ex partibus con
uenientibus complexione,& proprietate:nõ oportet aromatarium ſcire. Eſt enim medici
G intelligere,atq; cognoſcere cõuenientiam complexionum,& proprietatum: tam medici-
narum,q̃ corporum infirmorum. Et ut ſibi uidetur magis expediens, debet inſtituere : atq;
ordinare pharmaca. Aromatarius autem cõmuniter in omnibus habet mediocritatem ſer-
H uare:uidelicet. Vt ipſe medicinæ nõ ſint ita fortes:ꝙ ſuſcipientes eas faciant in aliquod peri
culum incidere.nec ita debiles:ꝙ nullam faciant operationem. Et hoc dicitur pro illis re-
bus:in quibus nõ ſpecificate eſt aſſignatum pondus,uel menſura. Vt exempli gratia.Pluries
I legitur. Mel quod ſufficit:Aromatiza cum muſco:olei quantitate cõuenienti: & conſimilia
multa. Et maxime ſicut habetur in præſentis ſecacul cõditi deſcriptione : ob cuius bonam
declarationem,hæc dicta præmiſimus. Igitur in iſta deſcriptione,ubi author dicit:Proiician
K tur ſuper illud ſpecierum alephangiuarum,ſiue alefanginæ,partes cõuenientes:non intelli
git ipſe author:ꝙ cõuenientia iſtarum partium ſpecierum,ratione quantitatis põderis, ſeu
menſuræ,referatur ad ſecacul:aut ad mel,& zuccharum:ut eſt in præcitato lohoc de ſquil-
L la. Exempli gratia:ꝙ ſi ſecacul ſint libræ.ii. proiiciendæ erunt ſuper illud dictarum ſpecierũ
etiam libræ.ii.ut ipſæ partes ſint conuenientes. Quod quidem abſurdum eſt,atq; erroneũ
& credere:& cogitare. A fortiori autem,diſconuenientius erit:ſi quis forſan uelit,ut eadem
M conuenientia,ſcilicet ratione quantitatis:referatur ad mel,& zuccharum. Cõuenientia igi-
tur,quam quærit author in hac deſcriptione:in uirtute,& acuitate ſpecierum prædictarum
conſiſtit:uidelicet in aromatizando ipſum ſecacul, ſcilicet ꝙ quantitas cõueniens ipſarum
N ſpecierum debet eſſe tanta:quanta diſcrete competit aromatizationi ipſius ſecacul : ita ꝙ i-
pſum ſecacul ſit bene aromatizatum. Sicut,exempli gratia:cibaria condiuntur ſale. Et po-
nitur ſalis in unoquoq; edulio:quantum eſt conueniens:ratione ſalſedinis,& ſaporis:& nõ
O ratione quantitatis:uel menſuræ. Vnde quando author in præſenti deſcriptione: & ſimili-
bus,dicit:proiiciantur ſuper illud ſpecierum,uel ſimilium:partes conuenientes ſeu compe
tentes : intelligit, ꝙ tu debes aromatizare illud cum tanta quantitate ipſarum ſpecierum
P quanta(ut dictum eſt)competit ipſius aromatizationi : ita ꝙ non ſit multum : neq; parum.
Verbi gratia. Si tu aromatizas aliquod compoſitum,cum ſpeciebus acutis,& fortibus:mi-
nus debes de ipſis ponere:q̃ poneres de dulcioribus & mitibus,&c. Et ſic eſt ſecundum ue-
Q ram authoris intentionem:& meram literæ declarationem. Et ideo quãdocunq; reperitur
aliqua huiuſmodi:uel cõſimilis clauſula:eſt bene perſcrutandum,& intelligendum:de qua
conuenientia author eo in loco loquitur:ut poſtea compoſitio ipſa ſit recte ordinata:& di
R ſpenſata:ac de authoris proprii mente parata.

¶ Zinziber conditum:&c. XCVIII.

S DVo etenim in præſenti deſcriptione notanda ſunt. Primum eſt unum men
dum:quod generaliter habetur per omnes impreſſiones. Videlicet ubi le-
gitur. Et quidam accipiunt ſecacul,& zinziberis humectati: ana partem.i.

& ſit: &c. Lege rectius (ut eſt in exemplaribus antiquis) ana partem ÷. Et ſic eſt uerum. A
Huiuſmodi quidem error: ſtudioſis lectoribus nõ eſt occultus. Quia ſi author in una parte
ipſius zinziberis: puta, in una libra, poſuit mellis libras .iii. & zucchari libram unã: In duabus
autẽ partibus .ſ. in duabus libris: quæ ſunt una ſecacul, & altera zinziberis: poſuiſſet .vi. lib. B
mellis: & zucchari .ii. quia aliter eſſet diſproportionata cõpoſitio: ponere tantum mellis, &
zucchari, in duabus partibus ipſarũ radicũ: q̃tum in una. Igitur recte legendum eſt. Secacul
& zinziberis humectati: ana partẽ ÷. Et ſic ex utraq; media parte .ſ. zinziberis & ſecacul: re- C
ſultat una pars integra: quæ (ut author præcipit) cũ tribus mellis: & una zucchari partibus
cõfici debet. Secundum notandum eſt, ꝙ author in fine ipſius deſcriptionis docet nos co-
gnoſcere qualitates & notas boni zinziberis: dicens. Et ſit zinziber album: & mundum: & D
recens. Dicit autem album, ad differentiam illius quod uidetur eſſe rubei coloris: quod qui
dem nõ eſt purum: ſed tinctum, cum quodã bolo: nõ armeno (ut dicunt: o utinam: quia eſ-
ſet minus malum) ſed cum bolo Apuliæ: ſeu alterius loci noſtræ regionis. Tingunt autem E
ipſum: nõ ut bonificetur: ſed ut ſit magis põderoſum: & ut impleantur foramina uermicu-
lorum: ne uideatur perforatum: & nõ recens. Excuſantes enim maliciam dicunt: ꝙ ad me-
liorem ipſius cõſeruationem, hoc faciunt. Attamen nos experti ſumus: ꝙ ita corroditur a ti F
neis tinctum: ſicut & nõ tinctum. Purum nempe zinziber eſt album: quod quærit author in
præſenti, & ſequenti deſcriptionibus: & aliis locis. Vnde ſequitur, ꝙ tinctum, ſiue rubrum
& nõ album zinziber: nõ eſt admittendum ad medicinæ uſum. Mundum autem poſuit au- G
thor: ut radatur cortex eius: eo modo quo in Secacul cõdito: dixit fieri in radicibus ipſius ſe
cacul. Recens autem cum ſcripſit: dupliciter intellexit .ſ. ſtricte, & large: ſtricte quidem in-
tellexit uirens: quod alias iam dixerat accipiendum ſi haberi poteſt. Large autem intellexit H
recens: omne illud, quod nõ eſt corroſum a uermibus: quæ quidem uermium corroſio: in
qualibet re, eſt patens & manifeſtum ſignum alicuius uetuſtatis. Igitur recens, ideſt non pu-
tre: ſeu a uermibus corroſum. I

Cõfectio de zinzibere: &c. XCIX.

K
EST nempe in deſcriptione præſentis cõfectionis de zinzibere: uniuerſaliter
per omnes impreſſiones: unus error ualde notabilis. Videlicet ubi legitur:
Aquæ infuſionis zucchari q̃tum ſufficit. O magnum dedecus: o ignorantia L
craſſa aromatariorum: nolumus etiam dicere & medicorum. Legere, & au
dire tales, & cõſimiles patentes errores: in libris medicinæ: & nõ corrigere
neq; intelligere. Quæ temeritas eſt iſta: quærere zucchari infuſionem? Quo M
authore ſcribitur zuccharum: aut mel: aut rob: aut ſimile infuſum? Et poſito caſu ꝙ poſſet
fieri: ad quid proſequens author dicit: Diſtemperetur zuccharum cum aqua & melle dicta:
& coquatur uſq; dum ſufficit? Verecundamur certe, in his nugis prolõgare ſermonem: & ta N
men eſt neceſſarium. Non enim quærit author aquam infuſionis zucchari: quam nunq̃ in
mente habuit: ſed quærit infuſionẽ zinziberis. Talis nanq; error, cũ aliis pluribus, a minus
peritis librariis (ut credimus) originẽ traxit. Qui in exẽplaribus, e quibus trãſumebant: inue O
nientes dictionẽ illã abreuiatã, ſic. ʒ̃ʒ̃. (ut in quibuſdam nos legimus) falſo arbitrati ſunt ſi-
gnificare zuccharum. Quæ quidem abbreuiatura, nõ ſolum in antiquis exemplaribus: ue-
rum etiã & in excuſis libris paſſim legitur: & ſemper pro zinzibere poſita. Etenim in dictione P
zucchari: nõ ſunt duo .zz. ut ex inde poſſit illa abbreuiatura ſignificare zuccharũ, Verũtamẽ
in rei ueritate: adhuc plura extant exemplaria: quæ non abbreuiate: ſed per literas plane ha
bent ſcriptum: Aquæ infuſionis zinziberis: &c. Et ſimiliter legimus impreſſum in Nicolao Q
præpoſito, & eſt in litera D. poſt Diazinziberis domini Nicolai. Vnde: &c.

Bauciæ conditæ: &c. C. R

Acorus conditus. &c. CI.

IN Diaſatyrione: & in triphera muſcata de Baucia ſatis dictum eſt: propterea S
quære ibi. Acorus tam maſculini, q̃ fœminini, & Acorum neutri generis legi
tur: apud diuerſos authores. Lege de eo in Dia omoruſia.

A ¶ Zuccharum roſatum:&c. CII.

NOtanda nobis uidetur, in huius zucchari roſati deſcriptione, quædã com-
B munis aromatariorũ abuſio: in parando ipſum. Videlicet, ꝙ accipiunt roſa
rum flores, in principio apertionis ipſorũ: ꝙ uix uidetur pars rubedinis eo
rum. Nõ attendentes, ꝙ dicit author: Et ſint roſæ habentes medietatẽ, inter
C cõpletionem, & acerbitatẽ. Quapropter non bene agunt: quia debent eſſe
ipſi flores proprie mediocritatẽ habentes. ſ. ꝙ nõ ſint ita clauſi, & acerbi, ꝙ
careant odore: nec ita aperti, & maturi: ꝙ uideantur illi pili crocei: qui ſunt in medio roſæ.
D Non obſtante, ꝙ poteſt etiã particulariter fieri zuccharum roſatum ex ipſis roſarũ floribus
clauſis. ſ. quando incipiunt erumpere, & aperire calices ipſorũ: & uidetur aliquid de rubedi
ne foliorũ ad magis ſtipticandũ: ut ipſe author ſcribit: dicens. Et quidã faciunt illud cum ro
E ſis nõ habentibus aliquid de cõpletione: & inuenitur magis ſtipticum. Sed tale zuccharum
nõ eſt dandũ oibus indifferenter: ſed illis dũtaxat: quibus cõuenit ſtipticatio: & cõſtipatio uẽ
tris. Et q̃to magis ipſi flores ſunt clauſi: ſiue imaturi: tanto magis zuccharum factum ex ipſis
F fit ſtipticum: & econtra. Igitur hoc in loco, & ſimilibus: flores roſarum debẽt eſſe ſemiaper-
ti. ſ. mediũ ſtatum ipſorum tenentes. in cõfectione galliæ ſebelliæ autem (ut infra dicemus)
& cõſimilibus locis: debent habere principiũ tantum. in oleo roſato uero & ſimilibus locis
G in quibus roſæ cõpletæ petuntur: debent habere finem apertionis ipſorum florum. Sunt p̃
terea & alii modi faciendi zuccharum roſatum: ut eſt cum zuccharo ſyrupizato: &c. uel (ut
Neapolitæ utũtur) cũ ſucco roſarũ: ſine foliis: quod licet ſit delicatius ad comedendũ: neſci
H mus tamen, an ſit melius pro infirmis.

¶ Zuccharum uiolatum:&c. CIII.
I ¶ Zuccharum bugloſſatum:&c. CIIII.

DEſcriptiones iſtæ ſunt claræ: hoc tamen notãdum in zuccharo uiolato. ſ.
K ꝙ cum dicit author. Indigent tamen uiolæ expanſione lõgiori: monet nos
debere expandere uiolas ipſas ſuper tabulas: & permittere eas deſiccari
lõgiori temporis ſpatio: plus, q̃ roſas: ob id: quia uiolæ ſunt roſis humidio
L res. Oportet ergo ut ipſæ uiolæ ſint ſemiſiccæ: anteq̃ zuccharo immiſceã-
tur: flores etiã bugloſſæ, ut uiolæ deſiccãdi ſunt: quia author in eius deſcri
ptione: dicit. Et modus eius eſt ſicut zuccharum uiolatum: Non enim dixit roſatum: ut fe-
M cit in zuccharo uiolato: & zuccharo alchilil: ſed dixit uiolatum: pro illa clauſula: quæ par-
ticulariter eſt pro uiolis poſita. ſ. ꝙ ipſæ uiolæ indigent expanſione longiori.

N ¶ Zuccharum Alchilil:&c. CV.

NOn enim zuccharum Alchilil eſt zuccharum borraginatum: ut dicit Chri
O ſtophorus de honeſtis. Et licet Alchilil, Alchilkil, & conſimilia multa: a di-
uerſis diuerſimode exponãtur: ut in cõfectione Alcãzi diximus: uerũtamẽ
hoc in loco alchilil: & ſimiliter in melle alchilil infra: pro floribus roris ma
P rini intelligendũ eſt. Et in hoc cõcordant Manardus: & Luminare maius:
& etiã Pandectarius in litera, kinkil: & alii plures. Nuſq̃ enim legimus bor
raginem fugare uentoſitates: ut in iſta deſcriptione habetur: Quãobrem alchilil non poteſt
Q hic ſignificare borraginẽ. Præterea: ſunt nõnulli obiicientes, ꝙ apud filium Meſue nõ repe-
ritur alias zuccharũ borraginatũ: ergo zuccharũ alchilil eſt illud. Ad hanc obiectionẽ, pri-
us negando cõſequentiam, reſpõdemus: ꝙ filius Meſue nõ omnia: ſed tantummodo aliqua
R magis neceſſaria deſcripſit. Quod quidẽ probatur per ipſum authorẽ in præfatione ſequẽ-
tis diſtinctionis: ubi teſtatur ipſum nõ omnia: ſed tantũ famoſiora ſcripſiſſe. Quodq; indubie
de ſingulis diſtinctionibus poteſt intelligi. Quapropter cũ ſcripſerit zuccharũ bugloſſatũ:
S tanq̃ nõ multũ neceſſariũ dimiſit borraginatũ: quia zuccharũ bugloſſatum habet eaſdẽ uir-
tutes: & eſt efficacius borraginato in omnibus. Et ideo conſequentia ſupradicta nihil ualet:
quia cũ ſit, ꝙ plura dimiſerit: de unoquoq; dimiſſo poteſt dici: quod ipſi dicũt de zuccharo
borraginato

borraginato. Vt exempli gratia. Author ipſe non ſcripſit:zuccharum maluatum ergo zuccharum alchilil:eſt zuccharum maluatum. Et ſic de ſingulis:quæ omnia ſunt dubia: &c. De alchilil autem,& conſimilibus:lege in dicta confectione Alcanzi. A

B

¶ Mel roſatum:&c. CVI.

TRiplicem modum parandi mel roſatum docet nos author,in præſenti deſcriptione. Primus igitur modus eſt:ex foliis roſarum & melle. Secundus uero,ſine foliis:ex ſucco ipſorum foliorum tantum:& melle. Et hic ſecundus modus poteſt cõnumerari inter ſyrupos ſimplices. Tertius autem: ex foliis,& ſucco inſimul,& melle. Verũtamen ſciendum,ꝙ in huius tertii modi deſcriptione:per omnes impreſſiones,ſunt duo menda. Primum uidelicet ubi legitur:Et ſunt qui ponunt foliorum partem.i÷. Legendum eſt rectius:foliorũ partem.i.quia illa media pars a librariis addita eſt deſcriptioni. Aliud mendum eſt ubi legitur. Mellis partes.ii. Eſt enim hæc lectio diminuta in una parte:uerius ergo legendum eſt. Mellis partes.iii.quia ſic eſt ſecundum ueritatem. Sic enim legitur in exemplaribus antiquis. Et ſunt qui ponunt foliorum partem.i.ſucci partem.i÷.mellis partes.iii. Errores nãq; dicti,peritis uiris manifeſti ſunt. Quia ſi author in primo modo,pro qualibet foliorum parte,poſuit mellis partes.iii.hic ergo pro una parte & ſemis ipſorum foliorum: male poſuiſſet mellis partes.ii. Vbi ſecundum primam regulam:quatuor partes cum dimidia conueniunt. Et nõ putet quis quia recipit ſuccũ:ideo minus debet de melle recipere:quia & hoc eſſet falſum. Immo econtra,propter ſucci uigorem,debet:ſiue poteſt plus de melle ſuſcipere:&c. Etenĩ ſuccus conſumendus eſt totus in melle prius:poſt cuius conſumptionem: mel ipſum miſcendum eſt,cum foliis roſarum dictis. C D E F G H

I

¶ Mel uiolatum:&c. CVII.
¶ Mel bugloſſatum:&c. CVIII.
¶ Mel Alchilil:&c. CIX.

K

IN iſtis nempe deſcriptionibus non eſt dubium. Mel alchilil autem eſt mel de floribus roris marini. Sed notandum,ꝙ præter præfata condita: de conſimili:multa alia,atq; diuerſa poſſunt condiri:uidelicet & flores,& folia,& fructus,& radices,& ſimilia. L

M

EXPLICIT DISTINCTIO QVARTA.

A QVINTA DISTINCTIO DE SPECIEBVS LOHOC.

¶ Quinta diſtinctio eſt de ſpeciebus lohoc: de quibus: &c. CX.

B
HViuſmodi nempe confectiones uiſcoſæ ſeu mucilaginoſæ, græce ſecundum
Sypontinum, & Plinium, Ecligmata, ſiue eligmata: ſecundum alios autẽ eclegmata
C uocantur. Air enim Plinius: cap. 22. libro. 20. cum de ſemine lini pertractat.
Ad phthiſin utiliſſime, e ſemine fiunt ecligmata. Et ideo ſic dicũtur: quoniam
non comeduntur: neq; deuorantur ut catapotia: ſed ipſas confectiones
D in ore tenentes: quod paulatim eliquatur: continuo lingendo ſorbemus.

¶ Lohoc de pino: &c. CXI.

E
SVnt in præſenti deſcriptione duæ mendæ. Prima, uidelicet ubi legitur (per impreſſos
libros ſupple) Granorum pini. ℥. xxx. lege rectius. ℥. xx. Reliqua men
F da eſt, ubi legitur. Mellis paſſularum: &c. ana. ℥. iii. Lege uerius: ana. ℥. iiii. Sũt
etenim librariorum errores. in omnibus autem antiquis exemplaribus: eſt recte:
ut diximus. Auicenna quidem in quinto tractatu ſecundæ ſummæ quinti
G cañ. habet unam deſcriptionem lohoc de pino. Filius Serapionis etiam in ſeptimo ſui breuiarii
habet unam deſcriptionem lohoc de granis pini. Hali Abbas quoq; in decimo practicæ
habet ſuam deſcriptionem: Omnes tamen differunt ab iſta.

H De Amylo.

AMylum res nota. Fit autem ex tritico hordeo, ſiligine, Zea, & ſimilibus pluribus. Sed
abſolute ſcriptum, ſemper triticeum intelligitur: & maxime quod fit ex trimeſtri triti
I co: a Dioſcoride cõmendatur. Trimeſtre autem triticum, ſiue trimenſe (ut Iſidorus. 17. etymologiarum
libro ſcribit) dicitur: quia ſatum; poſt tres menſes colligitur. Et proprie eſt illud
quod uulgo martiolinum: ſiue martiullũ uocamus: ex eo ꝙ Martio menſe ſeritur. Mo
K dus autem faciendi amylum: & a Dioſcoride & ab aliis pluribus clare notatur.

De lilio cæleſti: ſiue de iride.

IRis autem quæ abuſiue, ut alia plura, per genitiuũ ſemper. ſ. ireos, a multis uocitatur: eſt
L herba pluribus naſcens regionibus: ſed a Dioſcoride, & aliis pluribus, illirica magis cõmendatur.
A nõnullis herba lilialis: & lilium dicitur. Appuli autem uulgo, ſpatulam appellant:
ſed nõ fœtidam. Sunt etenim illius plures ſpecies: ſed a noſtro authore capitulo de ire
M os, duæ tantum notantur. Qui author ponit ipſarum ſpecierum differẽtias: in florũ diuerſitate.
ſ. ꝙ una ſpecies producit florem album: quæ & uocatur ab eo lilium albũ: ſiue ireos album.
Altera autẽ facit florẽ purpureum, ſiue cæleſtẽ: quod ab eo appellatur liliũ purpureũ:
N ſiue lilium cæleſte: ſiue ireos purpureũ: ut hic, & in pilulis de agarico: &c. Et hæc ſpecies (ut
ipſe teſtatur) eſt fortior altera, in omni re. Et hæc quidem (quæ, ut diximus, gerit florem cæleſtem,
lineatum ex croceo, & albo: arcum cæleſtem cum aliqua ſimilitudine imitantem: unde
O & ipſa iris dicitur) eſt illa ſpecies: ex qua author quærit radices ĩ præſenti deſcriptione: unde
legitur. Radicum lilii cæleſtis: &c. Et hæ præfatæ ſpecies paſſim reperiũtur: quarum radices
in noſtra Italia cum ſiccantur: ita rugoſæ, & paruæ deueniũt: ꝙ uix præter corticem (ſi cum
P ipſo cortice ſiccentur) habent intus quid parum de ſua interiori parte, ſeu pulpa: quæ eſt alba,
& odorifera. Sine cortice uero, quaſi ad nihilum rediguntur: cum ſiccantur. Quæ autem
radices huiuſmodi e plagis orientalibus deferuntur decorticatæ, & ſiccæ: ſunt carnoſæ: & le
Q nes, tanq̃ ſi tunc tunc recentiſſime fuiſſent collectæ: quapropter noſtratibus meliores iudicãtur.
Huiuſcemodi enim plantæ, fere omnibus notæ ſunt. Quæ autem Illirica dicitur. eſt ſpecies
in Illiria. ſ. in Sclauonia naſcẽs. Et eſt illa quam: Dioſcorides meliorẽ eſſe teſtatur. Ipſam
R quidem in noſtro horto habemus: florem gerit, magis q̃ ireos, diuerſicolorem: lineatum, uiridem,
ſiue ad croceum inclinantẽm: & purpureum, ſiue cæleſtem & rubeum: ut eſt cæleſtis
arcus. i. iris. Folia enim exiliora: necnon & minores radices: ſed uirtutes (ut putamus) maio
S res: q̃ dictum ireos habet. Eſt etiamnũ (præter præfatã) in Illiria & altera iris: noſtrati ſimilis.
Quapropter, quandocunq; ireos reperitur ſcriptum abſolute. ſ. ꝙ non ſpecificatur de albo:
ſemper purpureum eſt ponendum. Et ſi haberi poterit de illirico: adminiſtretur: ſin autẽ ori

entale,

entale,uel noſtrate ſubſtituendum erit. Similiter quandocunq; reperitur ſcriptum ireos : & A
nõ ſpecificatur de flore.ſemper radix intelligi debet. Folia enim(ꝙ ſciamus)nõ habentur in
uſu. item,ſi quæratur aqua,ireos:& nõ præciſe ſcribitur ſublimata:ſemper ſuccus radicum:
uel ſaltem decoctio ipſarum(ubi deficiunt uirentes radices)debet intelligi. Hoc etiam notã B
dum in radicibus ireos:ſcilicet ꝙ recentes quaſi inodoræ iudicantur:ſiccæ autem maximũ,
& ſuauem ſpirant odorem. Immo quanto magis ſeneſcunt, & a uermiculis corroduntur:
tanto magis odoratiores fiunt.

De Butyro. C

QVuid ſit butyrum:quaſi a nemine ignoratur. Sed quia duplex eſt:ſcilicet uaccinum,
& bubalinum:ideo quando reperitur butyrum abſolute(ut in præſenti deſcriptio-
ne)ſemper de bouino.ſ.uaccino intelligẽdum eſt. Nec auſcultãdi ſunt illi:qui dicunt,ꝙ bu- D
balinum eſt medicinale:uaccinum autem pro cibariorum uſu tantum. Quia probatur con
trarium. Cum ſit,ꝙ ſæpius reperiatur butyrum uaccinum ſpeciatim in cõpoſitionibus phar
macorum:q̃ bubalinum. Vt exempli gratia:in præſenti antidotario:uidelicet in Diaſatyrio- E
ne:& in triphera ſaracenica:& in triphera maiori ex arte Fenonis:& in triphera minori de-
ſcriptione cognita:& in confectione anacardina:& aliis pluribus locis. Igitur uaccinum eſt
intelligendum,in non ſpecificato butyro:& ſemper recens. F

¶ Lohoc de papauere:& eſt Dia papauer:&c. C XII.

ESt etiam & in præſenti deſcriptione,unus librariorum error,per omnes im- G
preſſiones:& licet ſit paruus:tamen uolumus,ut ipſe nõ remaneat intactus.
igitur ubi legitur:Amyli.ʒ.iiii. Lege rectius.ʒ.iii.ut i antiquis exemplaribus
eſt ſcriptum. Et ſic eſt uerum. Nam ſi fuiſſent dicti amyli.ʒ.iiii.non eſſent per H
authorem ſeparatim poſitæ ab immediate ſequenti ana:quod ſimiliter eſt.ʒ.
iiii. Etenim nõnulli ex iunioribus rei ueritatem ignorantes: legentes amyli.
ʒ.iiii.ſeminis portulacæ:&c. ana.ʒ.iiii. concluſerunt omnia unico ana. Verũtamen non eſt I
ita:ſed amyli.ʒ.iii.Præterea,legitur in fine deſcriptionis:Syrupi de papauere quantum ſuffi-
cit:ſcilicet ad conficiendum ipſum lohoc. Sed,ut ne quis dubitet in ipſo ſyrupo : de quo ſit
intelligendum:quia ipſe author in diſtinctione de ſyrupis,habet duas ſyrupi de papauere de K
ſcriptiones: & in practica alias plures : ſubiunxit deſcriptionem ipſius ſyrupi, dicens : Et ſit
proprie ſyrupus ex capitibus papaueris albi,& nigri,& ſemine lactucæ,& uiolis . Et licet ex
his rebus dicat conficiendum eſſe ipſum ſyrupum: tamen ab ipſo non notatur quantitas re L
rum:nec ſi in aqua,uel in alio liquore debet fieri ipſarum rerum decoctio: neq; ſi cum zuc-
charo,aut melle:aut alia re ſimili:ipſe ſyrupus ſit conficiendus. Qua in re conſiderandum
eſt,ꝙ author ſcripſerit,tamquam peritis;qui poſſent & ſcirent abſq; alia declaratione:habi- M
tis tantum primis principiis neceſſariis,ad aliorum ſyruporum exempla,conficere ipſum ſy
rupum. Igitur(ut alias diximus)debet quilibet aromatarius,in omnibus rebus dubiis,ſem-
per ſeruare mediocrem modum:ut non nimis parum:neq; nimis multum deuiet a recto tra N
mite intentionis ipſius authoris. Quamobrem ad conſiderationem aliorum infraſcriptorũ
ſyruporum de papauere:conficiendus eſt iſte ſyrupus:quia & ipſe etiam de papauere inſcri-
bitur . igitur de bono peritorum medicorum conſilio : ipſius compoſitio taliter limitatur. O
Recipe capitum papauerum alborum,& nigrorum:una cum ſemine ipſorum:ana lib.÷.Se
minis lactucæ:& florum uiolarum : ana.℥.i÷.bulliant in ſufficienti aquæ quantitate : donec
percocta ſint ipſa papauerum capita:deinde exprimantur:& cum zucchari,& penidiarum: P
ana.lib.i.fiat ſyrupus. Et hæc quantitas eſt ſatis,pro conficiendo iſto lohoc. Vidimus nem-
pe huiuſmodi ſyrupi compoſitiones poſitas a Lumine apotechariorum , & Theſauro aro-
matariorum:quæ nobis non placuerunt . Nimis parum certe poſuerunt de ipſis rebus, ad Q
zucchari quantitatem. Nec capita papauerum bene commenſurantur per manipulos:quia
ſi accipis manipulum medium ex ipſis capitibus papaueris albi:abſq; ipſorum pediculis.ſeu
ſtipitibus(ut putamus ipſos intellexiſſe)non amplius,q̃ unum de magnis , uel duo de mini- R
mis,pro manipulo illo ſemipleno accipies. Quam quantitatem,non eſt qui non cognoſcat
eſſe minimam, & inſufficientem:reſpectu proportionis aquæ:& zucchari. Si autem per pe-
dicilios,& maxime longiores,manipulare uelis: magnam ipſorum capitum copiam ſumes: S
& quatuor libræ aquæ non ſufficient:& per conſequẽs male:ergo:&c. De papauere autẽ,
require in ſyrupo de papauere ſecundo .

A ¶ Modus confectionis de iacur: ſecundum intentionem Galeni: & eſt
Diacodion purum: &c. CXIII.

Diacodion quod eſt præſens cõfectio: & confectio de iacur: idē ſignificant:
B quod cõfectio, ſeu compoſitio ex papauere. Author enim noſter in hac
ſua deſcriptione ſuccincte habet, quicquid lõgioribus ſermonibus filius
Serapionis, & Auicēna: ſiue uter ipſorum: in duabus deſcriptionibus ha=
C bet. Nõ obſtante, ꝙ Auicenna in numero papauerum, in ipſis deſcriptio=
nibus, longe differat ab aliis. Ponit autem author ipſam cõfectionem: in hoc diſtinctio=
ne. Filius Serapionis autem, & Auicēna: inter ſyrupos ſuas huiuſmodi confectiones collo=
D carunt. initia autem in Auicenna, in. v. cañ. ſunt hæc. Syrupus de papauere. &, Deſcriptio ſy=
rupi de papauere alia. Filius Serapionis uero in. vii. ſui breuiarii cap. de ſyrupis: poſt mediũ,
facit longum ſermonem de hoc diacodio puro. Principium deſcriptionis eius eſt. Permi=
E ſtio facta cum papauere puro: quam nominãt Græci, Diacodion: & Syrii, Diacode. Et eſt ex
ſermone deſcriptionis Galeni. Recipe aquæ lib. I ÷. & proiiciãtur in eam papauera decem.
&c. Poſt cuius deſcriptionem: immediate ſequitur alia deſcriptio: quam nominat Diaco=
F de compoſitum: &c. Vtraq; enim deſcriptio ſubſtantialiter, & ſuccincte (ut diximus) eſt in
iſta filii Meſue. Vnde primo ponitur Diacodium purum: & ſequitur uſq; Si autem uelis ut ſit
retentiuum naturæ: &c. Quod eſt principium Diacodii compoſiti. In quo Diacodio com=
G poſito habetur (ut in libris impreſſis legitur) heuſiſtidos, ſiue heuſiſtidos, uel hephiſtidos.
In exemplaribus antiquis autem pro maiori parte, legitur henſiſtides: cæterorũ uero quæ=
dam heuſiſtides: quædam heuſiſtides: & quædam, henſiſtides habent. Rectius autem henſiſti=
H des. Quod quidem uocabulum non ſignificat ipoquiſtidos: ut aliqui ex iunioribus uolunt.
In trochiſcis autem de terra ſigillata, deo concedente, ubi utrũq; ingreditur: utrũq; declara=
bimus: propterea lege ibi. Eſt etiam in hoc diacode compoſito, per omnes dictos libros im=
I preſſos: Ramic. 3. iiii. quod quidem in paucis exẽplaribus inuenimus. Nec eſt apud filium
Serapionis: neq; apud Auicennam. Quapropter cõſulendi ſunt medici: utrum ſit admitten=
dum: an non. Nos autem ſignauimus ipſum in deſcriptione: ut aromatarius in conficiendo
K animaduertat: & faciat quod rectum fuerit iudicatum: De ramic quære in diſtinctione de
trochiſcis. Ponit etiam author, authoritate filii Serapionis, in fine de ægritudinibus pectoris
& pulmonis: unam aliam deſcriptionem confectionis iacur: quæ multum differt ab iſta.

L De ſextario.

Sextarius quidem, ſiue ſextarium, apud uarios authores: uarie & multipliciter exponi=
tur: hoc tamē in loco pro lib. I ÷. capitur. Tantũdem enim habet filius Serapionis in ſua
M deſcriptione. Sextarius enim & metreta non differunt.

De Acacia, Gummi arabico, & Gummi tragacanthi.

Vera nãq; acacia in partibus noſtris ignoratur. Vtimur autem acacia ficticia ſcilicet ex
N condenſato ſucco pruneolorũ ſylueſtrium: quæ in quibuſdã locis Italiæ (ut in Apu=
lia) Trigne. ſiue Atriuæ (ut Pandectarius etiam ſcribit) uocantur. Qui fructus ſunt ualde
ſtiptici: & præcipue cum non peruenerint ad maturitatem. Verũtamen hos fructus non cre=
O dimus habere tantam uirtutis bonitatem: quantam uera acacia habet. in defectu tamen ue=
ræ acaciæ poſſumus dicta ex pruneolis uti: uel ſucco ſeminis aut foliorum ſumach: quod
eſt Rhus: ut per Dioſcoridem capitulo de Rhoe: & per plures alios authores affirmatur. Et
P ſecundum alios poteſt poni loco acaciæ ſuccus lentiſci: uel hypociſtis. ut etiam per Dioſco=
ridem probatur: capitulo de lentiſco: & capitulo de hypociſtide. Præterea incidēter, & non
incongrue: nobis uiſum eſt hoc in loco, de gummi arabico, & gummi tragacanthi: ſiue (ut
Q dicunt) draganti, uel dragaganti barbare: aliquid enarrare. Et primo. De gummi arabico. Ha=
betur nempe per Serapionem cap. xciii. & per alios plures: ꝙ arbor acaciæ (quam ipſe Se=
rapio uocat ſpinam babylonicam) producit gummi arabicum: quod capitulum ad literam
R eſt idem capitulum Dioſcoridis de acacia: excepto ꝙ Dioſcorides pro babylonica, ſcribit
ægyptia: & dicit ꝙ producit gummi: ſed nõ ſpecificat de arabico: ſiue de alio. Andreas Bel=
lunenſis autem in ſuis interpretationibus. ſ. in litera Alcarad: dicit ſic. Alcarad, uel Alchard,
S eſt fructus arboris ſpinoſæ in Aegypto: & in regione dicta Baſſera: & talis arbor ab Aegy=
ptiis appellatur Setan: & licet ex hac arbore colligatur gummi ſimile arabico: tamē gummi
arabicum eſt illud: quod colligitur ex arbore dicta Amgailam: & acacia fit ex fructu arboris
Setan:

Setan:qui.ſ.fructus:Alcharad appellatur:& eſt fructus ſtipticus in uaginis.Hæc ille.Ex dictis A
igitur contigit dubitari,an ſit uerum gummi arabicum:quo utimur : & an arbor acaciæ fe-
rat illud:ut Serapio ſcribit:an ſit altera arbor.ut Bellunenſis tradit.Et ſi eſt uerum gũmi ara-
bicum(quo utimur)productum ex arbore acaciæ:unde ergo eſt,ꝙ de ipſo gummi expor- B
tatur in tanta copia:& de acacia:ſiue ex fructibus unde ipſa conficitur , nihil ? Præterea di-
ctus Serapio.2 3 9.capitulo:de gummi arabico dicit idem:quod dicit Dioſcorides in præfa
to capitulo de acacia:præter ꝙ (ut diximus) Dioſcorides non ſpecificat arabicum. Aiunt C
enim ipſum eſſe ſimile uermiculis in figura ſua;& ꝙ aliquid ex eo eſt,ut uitrũ,tranſlucens:&
aliud candidum.Quas notas omnes,in eo:quo pro gummi tragacanthi utimur:clare ineſſe
uidemus.Et ꝙ gummi tragacanthi,quo utimur,non ſit ipſum uerum:poteſt ſuſpicari : & ex D
eo maxime:quia dicit Dioſcorides capitulo de tragacantha:ꝙ eius gummi poſitum ſub lin
gua liqueſcit:& nos quidem experti ſumus:ꝙ hoc gũmi uſuale dragaganthum dictũ non
liqueſcit.Nam quaſi per totã diem illud in ore retinuimus:& nõ eſt liquefactũ: mollificatum E
autem,& ingroſſatũ:ſeu dilatatum,tãquam paſtam,tedio ducti:ex ore illud expuimus. De
gummi arabico uulgari etiam experientiam ſumpſimus:quod quidem in ore poſitum: bre
ui temporis ſpatio penitus liquefactũ linctu deglutiuimus,ſiquis autem his dictis nõ acquie F
ſcet animum: faciliime,quod diximus,experiri poteſt. Sed non per hoc abſolute dicimus
hoc:uel illud:uerum,uel falſum eſſe.Sed ꝙ proculdubio utrumqꝫ ſuſpectum habemus : &
putamus quod alterum pro altero recipiatur ad medicinæ uſum: uerũtamen prudentiori- G
bus nobis,relinquimus hoc:cum aliis pluribus diſcutiendum.

ℭ Modus confectionis de moris: & eſt Diamoron: ſiue Diamorum: &c. CXIIII. H

De Moris:& Rubis:& Sycomoro.

HAbeutur nempe in præſenti deſcriptione duæ mororum ſpecies: ut in ipſa le
gitur.Prima autem(quam dicit currere ſecũdum ſemitam ficus) a quibuſdam I
iunioribus(Quorum unus Braſaulus:in ſuo ſyruporũ examine: cum decla-
rat capitulum mororũ Auicennæ)dicitur eſſe ſycomorus,ſcilicet ficus ægy-
ptia: quæ quidem hodie uulgo Hieroſolymis ficus Pharaonis uocatur . Ve- K
rũtamen talis declaratio non poteſt ſtare cum præſenti deſcriptione:quia fructus ſycomo-
ri non conueniunt huic confectioni . Nam plures ſunt authores (præter filium Meſue)qui
ponunt Diamori compoſitiones : ut Galenus , Paulus , Alexander , Ioannes Serapionis, L
Hali Abbas,Nicolaus: &c.Nullus autem ipſorũ eſt,qui habeat fructus ſycomori , in huiuſ-
modi compoſitionibus: & per conſequens non eſt credibile,filium Meſue poſuiſſe in hoc
ſuo Diamoro.Nos autem certe tenemus:ꝙ morus quæ currit ſecundum ſemitam ficus: ſit M
morus celſus.Et ſimiliter morus de ſcemi,eſt morus celſus.Non obſtante, ꝙ in multis lo-
cis,minus recte pro ſcemi,legatur ſeni:uel ſceni:unde Bellunẽſis in capitu.Auicennæ emẽ-
dans ſcripſit ſcemi.Sed dicet aliquis. Si morus,quæ currit ſecundum ſemitam ficus : & mo- N
rus de ſcemi,ſunt unũ & idem:ergo filius Meſue in præſenti deſcriptione,bis poſuit idem:
quod non eſt credendum.Ad hoc reſpondendum:ꝙ author bene poſuit:ſed librarii male
ſcripſerunt,& impreſſerunt.Et librariorum errores nõ ſunt imputandi authori operis.Vn- O
de ſciendum,ꝙ ibi eſt menda in codice:& nec de ſcemi,nec de ſeni,nec de ſceni legendum
eſt,Sed de ſente:ut in pluribus de antiquioribus exẽplaribus inuenimus clare deſcriptum:
in quibus etiam non legitur illud dulcium:quod eſt per omnes impreſſiones: & per aliqua P
minus correcta exemplaria:poſt expreſſionis mororum:in præſenti deſcriptione. Vnde ue
ra lectio talis eſt.Recipe expreſſionis mororum:quæ currunt ſecundum ſemitam ficus : &
mororum de ſente:ana:&c.Sentes enim ſiue ſentis,& rubus:latine idem eſt:græce aũt ba- Q
tos dicitur.Et ꝙ mora de ſcemi ſint mora celſi:probatur per dictũ Bellunenſem : qui in ſuis
interpretationibus,dicit.Mora ſcemi,ſunt mora nigra ſaporis muzi.Et per capitulum Aui-
cennæ:ubi clare per morum de ſcemi:ſcribitur morum celſi nigrum,ſaporis muzi. Etiã per R
authorem noſtrum,in cap̃.de ſynãchia gutturis:ubi habet plures Diamori compoſitiones:
& in prima:quæ eſt ſimilis huic:quam ponit authoritate Alexandri,dicit.Accipe ſucci mo-
rorum de ſcemi,mediocrium in maturatione,& acerbitate:& mororum rubi.&c.Vnde ubi S
hic habet ſuccum mororum,quæ currunt ſecundum ſemitam ficus:ibi habet ſuccum mo-
rorum de ſcemi:quod eſt idem.Et ubi hic habet ſuccum mororũ de ſente:ibi habet ſuccum

A mororum rubi:quod ſimiliter eſt idem:ergo &c. Sed aduertendum,ꝙ Auicenna ponit in
ſuo capitulo de moris:duas mori ſpecies,quæ ſunt duo celſi genera:uidelicet album,& ni-
grum. Vnde unum:quod dicit eſſe alfirſedu,ſiue alferſad,uel alfarſad,ut Bellunenſis ſcripſit:
B eſt celſum album,quod eſt dulce:&c. Et ꝙ ſit celſum albũ:declaratur per dictũ Bellunẽſem
in ſuis interpretationibus:cum in litera,A,dicit. Alfarſad eſt arbor mororũ dulcium albo-
rum. Et in litera,M,Mora Alfarſad ſunt mora alba dulcia. Alterum genus:quod uocat morũ
C de ſcemi:eſt celſum nigrũ:quod cũ eſt maturum:eſt ſaporis muzi.ſ.inter acre & dulce. Vnde
in textu ipſius Auicẽnæ:mendoſe pro muzo,legebatur amarum: quod dictus Bellunenſis
emendauit. Et hæc ſpecies eſt illa:quam quærunt authores in Diamori cõpoſitione. Supra-
D dictam autem dulcem minime:quia(ut probatur per Auicennã)ipſa dulcis, eſt mali nutri-
menti:& nõ nominauit ipſam inter medicinas gutturis,& oris. Ex quo etiam,probatur eſſe
mendoſum in præſenti deſcriptione filii Meſue illud dulciũ: de quo ſupra diximus: & male
E legebatur:Recipe expreſſionis mororũ dulciũ:qa mora dulcia (ut diximus) ſunt alba:quæ
non conueniunt:&c. Et ambæ iſtæ ſpẽs currunt ſecundum ſemitã ficus.ſ.in proceſſu arbo-
rum.non aũt in maturatione:ut in Auicẽna legitur:ubi putamus textũ eſſe mendoſum: eo
F maxime,ꝙ ibi uidetur tantũmodo de alba loqui: ꝙ currit ſecundũ ſemitam ficus in matura
tione. Attamen ſcitur,ꝙ neutra maturatur cũ ficu:&c. Et ꝙ celſus alba,ſiue Alfirſedu Auicẽ-
næ nõ ſit ſycomorus.ſ.ficus ægyptia:probatur per ipſum Auicennam in capi. de ficubus:in
G quo deſcribit ficum ægyptiã.ſ.ſycomorũ,ſub barbaro uocabulo,iumeiz,ſiue Aliumeiz:ſiue
ut Bellunẽſis ſcripſit:Giumeizi. Et ꝙ giumeizi:ſiue giemizi ſit Pharaonis ficus.ſ.ſycomorus:
probatur per Bellunẽſem præfatũ,in ſuis interpretationibus dicentẽ. Ficus algiumeizi:uel
H algiemizi:eſt ficus Pharaonis. Et tales nõ oriuntur in ramis ſubtilibus:iuxta folia ut alii fici:
ſed in trunco,& in ramis groſſis. Hæc ille. Et certe rationabiliter ſycomorus potius cõnume
rari debet inter ficorũ genera(cum ſit & ipſa ficus)ꝗ inter mororum ſpecies: nõ obſtante,ꝙ
I Theophraſtus.2.capite quarti libri de hiſtoria plantarũ morum uocet:& dicat ipſam eſſe ſi-
milem noſtrati moro. Quod aũt dixit author,ꝙ currit ſecundũ ſemitam ficus:hoc expreſſe
patet in celſo moro.ſ.ꝙ in foliis,& caudice perquãmaxime aſſimilatur fico. Vnde etiã & ſy-
K caminum græce dicitur. Ergo morus quæ currit ſecundũ ſemitam ficus,eſt morus celſus:&
non ſycomorus. Alia aũt ſpecies ſiue aliud genus mororũ:quod intrat præſentem confe-
ctionem:eſt morũ de ſente.ſ.de rubo. Pro quo ſciendũ,ꝙ aliqua rubi:ſiue bati genera,cõnu
L merantur inter mororũ ſpecies:ſiue genera. Et animaduerte,ꝙ nõ diximus omnia rubi,ſiue
ſentis genera:quia rubus canis:ſiue ſentes canis.i.cynoſbatos.licet ſit genus rubi: attamen
non debet cõnumerari in generibus mori. Non obſtante,ꝙ a nonnullis abuſiue fructus cy
M noſbati.i.canini rubi,mora uocentur:ut in dicto Braſauli ſyruporũ examine: ubi. 101.nu-
mero:ſene loquente,legitur. Nos moris idæi rubi:& rubi canis indiſcriminatim utimur. Et
numero. 105.ipſe Braſaulus loquens dicit. Rubi canini morum magis adſtringit:ꝗ humilia
N rubi. Illa aũt rubi genera,quæ mora producunt,tria ſunt. Primũ genus abſolute rubus, ſiue
ſentes,uel ſentis,uel ſennx,ſiue batos,ſiue rubus moſylleticus.i.Rubus Moſy:dicitur. Et uo
catur rubus Moſy:ex eo(ut ſacra teſtatur pagina)ꝙ in ipſo flãmante,& non urente, Moſes
O Iſraelita,ſupra Sinai mõtẽ:domini gloriam uiderit:& alloquutus fuerit. Et hoc genus ubiq;
prouenit. Virgas emittit lõgiſſimas,quadras,ſpinis aduncis plenas:quodq; genus notiſſimũ
eſt. Eſt & aliud rubi genus:qui rubus idæus appellatur:ob id qa in Ida cretenſi mõte copio-
P ſiſſime habetur. Et licet aliis pluribus locis naſcatur:non tamen ſic copioſe:ut in mõte Ida.
Hic nempe paruis,atq; raris cõſtat ſpinis:& ſæpius abſq; ulla penitus ſpina:ut Dioſcorides
tradit:& nos teſtamur uidiſſe illũ:& propriis manibus pluries contrectaſſe in noſtro cõuen
Q tu Neapolitano:& in cõuentu Barchinonẽſe:&c. Vbi adhuc opere topiario,circũcirca clau
ſtra,magna ipſius habetur copia. Pluries nãq; curioſe,per ipſius folia:& per ramos perqui-
rendo:nunꝗ ualuimus in ipſo uel ſaltẽ unam minimam ſpinã inuenire nec etiã quidem ſi-
R gnum alicuius ſpineitatis habet. Hic autẽ rubus:exceptis ſpinarum aculeis:in omnibus aliis
notis:ſupradicto eſt ſimillimus:tenerior tamen:atq; pulchrior. Horum duorũ ruborum ge
nera tantũ,a Dioſcoride ſcribuntur:de illis ſupple,qui mora producũt. Quia deſcribit etiã
S & rubũ canis:qui(ut diximus)licet computetur inter rubi ſpecies:uerũtamen mora non gi
gnit:quia fructus eius cum maturus eſt:coralli rubedinẽ uidetur habere: formã uero pyro
paruo non abſimilẽ:intus aũt ſemen fert piloſum:auſterũq;:&c. Qui fructus minime poteſt
morũ

morum uocari.Eſt etiãnum & tertium rubi genus,ferens mora:quem Theophraſtus ulti- A
mo cap̃.libri tertii de hiſtoria plantarũ:humi rubum ſcribit appellari.A noſtris aũt paruus
ſiue humilis rubus:ſiue rubus cãpi:& græce chamæbatos dicitur. Huius uãqꝫ rubi fructus,
ſiue morum,acinis conſtat paucis:quinis,ſeniſue,raro ſeptenis,groſſioribus tamen aliis.Et B
huiuſcemodi plantæ fructus in omnibus,& per omnia,quæ medicinæ uſui conueniunt:ſu
pradictis eſt potentior.Quapropter in cõpoſitione Diamori,ipſe ſemper, ſi ualeat reperiri,
pro batino moro adminiſtrandus erit.Eius quidẽ planta non alte aſſurgit: ſed quaſi reptan C
do per terram ubiqꝫ diffundit ramos:qui rami,ſiue ſurculi ſunt ualde tenues:& ut in pluri-
mis rotundi,& longiſſimi:ob quas.ſ.longitudinẽ & tenuitatem:non ualent ſtare: ſed in ter
ram ſe ſternentes:quocunqꝫ ipſam tangunt:radices emittunt.Ipſi quoqꝫ ſurculi, quandoqꝫ D
aduncis:quandoqꝫ rectis fulciuntur aculeis.Et hoc genus rubi ſub nomine rhamni ſcribi-
tur ab authore noſtro in dicto cap̃.de ſynanchia gutturis:ubi authoritate Alexandri,dicit.
Diamoron,ex ſuccis mororũ rhamni:& proprie non maturorum:& eſt ſtipticius cæteris: E
& eius operatio fortis in principio eſt.Et hæc dicta quidem ſunt ferentia mora.Sunt præte
rea(ut quibuſdam placet)& aliæ plantæ mora producentes:ſed per ſimilitudinẽ credimus
ſic uocari:non per proprietatem.Vt Comarus arbor:& fragaria herba:&c. Nam in Vergi- F
liana bucolicorum textura.ſ.in.3.Egloga:Dameta & Menalca altercãtibus:uerſum: uide-
licet.Qui legitis flores,& humi naſcentia fraga.Seruius,& Aſcenſius cõmentantes,dicunt:
fraga.i.mora in herbis naſcentia.Vbi non niſi per ſimilitudinẽ debet intelligi: alioqui falſo G
dixiſſent fraga eſſe mora.His deniqꝫ uiſis:cõcludendum eſt,authorem noſtrum in hoc ſuo
Diamoro:per mora,que currunt ſecundũ ſemitam ficus:intellexiſſe mora celſi:ſupple ni-
gra:& per mora de ſente:mora rubi.Sed per mora rubi intelliguntur tam fructus chamæ- H
bati:ꝗ rubi Moſytꝗ rubi idæi:quorum trium ſemper unũ pro alio poteſt poni. Verũtamen
(ut diximus)efficaciora ſunt mora chamæbati. Præterea ſciẽdũ,ꝙ ſunt aliquæ quorũdam
generum ſpẽs:quæ in duobus,tribuſue generibus,conueniunt inter ſe.Vt exempli gratia. I
Aliquæ generis rubi ſpecies:conueniunt,in mororũ & rhamnorum generibus. Et ecõtra.
Morus,& rhamnus conueniunt in genere ruborũ:&c.Etenim morus ex ſupradictis patet.
De rhamno autem Plinius.14.cap̃.24 libri naturalis hiſtoriæ teſtatur,dicens.inter genera K
ruborum rhãnus.Et eſt ille rubus paruus.ſ.humi rubus:ex cuius moris (ut ſupra diximus)
filius Meſue docet fieri Diamoron ſtipticius.Item rubus canis percommode:immo melius
conuenit in generibus roſarum:ſi roſarũ genera reperiuntur:quia oẽs roſarum differentiæ L
(ut putamus)poſſunt dici ruborũ ſpecies.Vt nomenclatura percipitur:& res ipſa demon-
ſtrat.Vnde roſa,quaſi ruboſa per ſyncopam dicitur.Non obſtante,ꝙ uelint aliqui e græco
uocabulo:hoc eſt rhodos:ſit dicta roſa.Sed hoc quibuſdam non placet:quia rhodos ſcri- M
bitur cũ aſpiratione:& per,d,roſa aũt per,ſ,& abſqꝫ aſpiratione.Etenim ſi a rhodo deriuaſ-
ſet rectius rhoda:ꝗ roſa:nuncupanda eſſet.Enimuero planta rubi canis non uidetur habe-
re diſſimilitudinem aliquã:immo maximã habet ſimilitudinem cum plantis roſæ albæ: & N
roſæ incarnatæ:& præcipue cum plãta roſæ damaſchinæ,ſiue muſcatellæ uulgo dictæ.Igi-
tur omnes ruborũ,& roſarum ſpecies:ad unũ tãtum genus poſſunt deduci.Sic etiã & ſyco
morus in generibus mororũ:& ficorum.Et ſimilia multa.His tãdem examinatis: ſciendum O
etiam:ꝙ ubi in fine præſentis deſcriptionis,dicit author.Et ſunt qui addunt,& proprie qñ
maior uocat neceſſitas:aluminis,myrrhæ,croci,ſucci acreſtæ:ana partes æquales.intelligit
de æqualitate partium adinuicem ipſorꝫ quatuor ſimpliciũ:uidelicet,aluminis:&c.ſ.ut ipſa P
quatuor ſimplicia ſint æqua lance appenſa:non aũt illa partium æqualitas eſt referenda ad
mororꝫ ſuccos.ſ.ꝙ illa quatuor ſimplicia ſint eodẽ pondere trutinanda quo & ſucci:quod
eſt falſum.Quia medici eſt ſcire æqualitatem,& debitã proportionem ipſorũ ſimplicium ad Q
ſuccos.ſ.ꝙ medicus debet ordinare,quantũ de ipſis ſimplicibus æqualiter ponderatis, erit
commiſcendum,in ipſis mororũ ſuccis: plus,uel minus,ſecundum infirmorũ neceſſitates.
Quapropter non debet aromatarius,additiones has,& conſimiles,antidotis,& medicami- R
nibus:niſi de medici ordinantis præcepto apponere.

¶ Modus confectionis de ſucco corticum nucum:& uocatur græce Diacaryon:&c. CXV. S

A DEritis uiris nempe præſentis cõfectionis deſcriptio, eſt clariſſima. Pro ſim-
plicioribus autem notandũ: ꝙ ubi legitur in titulo ipſius: Modus cõfectio-
nis de ſuccis nucum: Rectius legendum eſt, & clarius: Modus confectionis
B de ſucco corticum nucũ, ut in quibuſdam uetuſtiſſimis exemplaribus in-
uenimus. Et certe rectius. Quia ut patet, in ipſa deſcriptiõe: nõ recipitur ſuc
cus nucum: Sed ſuccus corticum ipſarum: exteriorum ſupple. Et non ſunt plures ſucci. ſ
C tanquã ex uariis generibus, aut differentiis nucum: ut de ſuccis ſcribatur. Sed ex multis cor
ticibus unius communioris generis dũtaxat. ſ. nucis iuglandis uſualis: unus exprimitur ſuc
cus, unde poſtea dicit. Accipe ſucci: & nõ ſuccorum: ex quo rectius de ſucco legendũ. Non
D obſtante, ꝙ Galenus in. 6. de medicamentorum cõpoſitione ſecundum locos: uocet hoc
medicamentum, ex ſucco nucum: & non de corticibus nucum: ex quibus paratur ſuccus.
Verũtamen dicit ex ſucco: & nõ ex ſuccis. Item ubi legitur: Decoque ipſum bullitione una:
E deinde adde ei: &c. Non eſt intelligendum: cum ſit ꝙ author taceat eius purificationem: ꝙ
non debeat aliter depurari: ſed immediate poſt unicum eius feruorem, ſit immittendũ mel:
&c. Quod quidem eſt præter authoris intentionẽ. Quia ipſe præſupponit ſe loqui cum pe-
F ritis: & non inſciis uiris. Quapropter non omnia. ſed tantũ magis neceſſaria ipſi confectioni
notat: putãs aromatarium ſcire ipſum authorem alias dixiſſe: ꝙ uniuerſaliter ſucci ſemper
depurandi ſunt, ante ꝗ in medicamina intromittantur. Igitur poſuit tantũmodo illã unicam
G bullitionem neceſſariam: pro ſucci depuratione: alioqui non oportebat ſcribere ipſam: qa
ſi noluiſſet ſuccum depuratum: a principio poſuiſſet mel in ipſum: &c. Et hoc notatum ha-
beas pro omnibus conſimilibus accidentibus: ut infra, in lohoc ſano & experto: ubi poſt
H primam rerum decoctionem in quatuor aquæ libris: ſubiicuit ipſarum rerum colationem,
& expreſſionem: dicens. Coquatur in lib. iiii. aquæ: uſq; dum remaneant lib. ii. & proiician-
tur ſuper ea, penidiarum lib. ii. &c. Nam neceſſario debet fieri expreſſio ipſarum rerum, an-
I te penidiarum immiſſionem. Penidiæ enim non ſunt ponendæ cum ipſis rebus: ſed in dua-
bus libris decoctionis ipſarum ſunt liquefaciendæ: ac decoquendæ: &c. Et ſic de ſingulis:
quæ breuitatis cauſa dimiſimus. Hoc exemplũ ſatis eſt: pro omnibus ſimilibus: in quibus
K oporteret facere declarationem: cum expreſſe reperiatur aliquid neceſſarium, ab authore
omiſſum, ſeu non plane declaratum.

De Nucibus.

L NVx enim a nucleo dicitur. Plura nãq; ſunt nucum genera, ſiue ſpecies, & differentiæ.
Sed notandum. Licet ſit generalis regula, in pluribus ſpeciebus unius generis, ꝙ quan
do ab authore non ſpecificatur de ipſis: ſemper nobilior & melior ſpecies eſt accipiẽda. Ve
M rũtamen quælibet regula patitur aliquam exceptionẽ. Nam nux muſcata: & nux inda, ſunt
nobiliores nuce iuglande: nõ tamen de ipſis intelligit author in præſenti deſcriptione: cum
ſit, ꝙ de eis non ſpecificauerit: quia quærit ſuccum ex exterioribus corticibus nucis iuglan-
N dis: quæ eſt communior, & uſitatior, omnibus aliis: cuius cortices facilius poſſunt haberi:
ob frequentem copiam arborum ipſius fere cunctis regionibus naſcẽtium. De hac etenim
confectione: ſiue de hoc medicamento diffuſe loquitur Galenus: ubi ſupra diximus: & cla-
O re, & ſpecificate, de iuglandibus nucibus intellexit: unde per antonomaſiam quando abſo
lute ſcribitur nux intelligitur nux iuglandis uſualis. Credimus nempe authorem noſtrum,
a Galeno accepiſſe præſentem confectionem: & quaſi occulte nomẽ authoris expreſſit: cũ
P dixit: Et uocatur græce Diacaryon: licet barbare legatur Diacaridion. Filius aũt Serapionis
in. 7. ſui breuiarii: uidelicet, in fine de ſyrupis, ſub nomine Rob. ſ. Rob de nuce. Et Hali Ab-
bas in decimo practicæ etiam ſub titulo Robi nucum: habent iſtãmet confectionẽ: in qui-
Q buſdam tamen paucis differentem. Cum deſcriptione autem Galeni: magis concordat de-
ſcriptio authoris noſtri: ꝗ ipſorũ: & ex conſequenti eſt melior. Nux iuglandis aũt notiſſi-
ma eſt. De reliquis autem generibus, ſiue differentiis nucum: quãuis in præſentem non in-
R grediantur confectionem: uiſum eſt tamen nobis bonum eſſe: de aliquibus ipſarum hoc in
loco facere mẽtionem. Et primo de Nuce muſcata: ſiue myriſtica: quæ eadẽ eſt. Hæc nem-
pe cognoſcitur: licet in partibus noſtris non oriatur. Huiuſmodi enim fructus cortex exi-
S mus eſt macis: inter macim aũt & ipſam nucem: eſt alius cortex durior: ut cortex nucis auel
lanæ. Et quãuis ut plurimum ipſæ nuces muſcatæ deferãtur decorticatæ: multoties tamen
exportantur

exportantur cum cortice duro:necnon & cum mace ſupra,reticulate naturaliter concrea- A
ta. Nos enim adhuc nõ uidimus ipſam nucem uitentem:neq; arborem ipſam ferentem: ex
quo non poſſumus abſolute teſtificari:ſi extra macim habeat alium corticem:an non. Eſt &
nux quæ uocatur inda:cuius arborem ſimiliter hucuſq; nequiuimus noſcere:fructus autem B
ipſius tantum,licet non in magna copia:attamen exportatur. Eſt enim maxima omniũ nu-
cum:& in cortice ſuo duro(ex quo multi formant uas ad potandum)habet a natura tanq̃
oculos,& os:ita ꝙ uidetur eſſe non fructus(ut eſt)ſed caput alicuius animalis. Qui quidem C
cortex eſt duriſſimus,nigricans,triplici diuiſionis ſigno. Intus uero habet ſubſtantiã albam,
& unctuoſam,atq; boni ſaporis. In cuius medio,tanq̃ uitellus in ouo,eſt locus aqua clara,
& dulci:ſaporisq; non ingrati plenus:dum ipſa nux eſt recens. Cum tempore autem euane D
ſcit ipſa aqua:& locus repletur aere:& inde fructusranceſcit. Hoc enim ſigno(.ſ.ſi intus eſt
aqua:uel non)dignoſcitur recens:a nõ recenti. Extra dictum corticẽ etiam: habet & alium
maximum corticẽ,craſſum,lignoſum,atq; neruoſum. Eſt nẽpe tantæ magnitudinis huiuſ- E
modi nux:ꝙ unica tantum:una cum omnibus ſuis corticibus:ultra pondus.27.librarum:
teſtibus fidedignis præſentibus:librata eſt. Nux Alexandrina autem:eſt nux ioglãs ſupra-
dicta. Nux Auellana cognominata etiã,a nemine fere ignoratur. Sunt nãq; & aliæ res,lar- F
go modo nuces appellatæ:ut nux amygdala,quæ proprie eſt ipſum amygdalum : quæ & a
nonnullis nux græca dicitur. Eſt & nux pinea:nux perſica : nux cupreſſi: &c. Non opor-
tet hic facere declarationem de eis:quia notiores ſunt:q̃ ut declarari debeant. Non obſtan- G
te,ꝙ Pandectarius uult ut nux perſica ſit nux uſualis:quoniam alii tenent: & rectius,ꝙ nux
perſica ſit proprie fructus perſicorũ. Præterea ſunt & quædam aliæ res diuerſæ:quæ(ut ar
bitramur)potius a nocendo:q̃ a nucleis:nuces dicũtur. Vt eſt nux uomica: & nux methel: H
&c. Sed ſciẽdum,ꝙ nux uomica:quæ & caſtanea uomica,uel indica dicitur:tenetur eſſe illa:
quæ defertur ex orientalibus plagis:quæ eſt uelut placentula:denarii magnitudine,albicãs,
depreſſa,& incurua. Non contrariante,ꝙ legatur in Serapione,eſſe maiorem auellana:& ꝙ I
in ea ſint nodi. Nec etiam obſtante,ꝙ in ipſo Serapione,& Auicenna,capitulo de nuce me-
thel dicatur:ꝙ nux methel eſt ſimilis nuci uomicæ. Cum ſit ꝙ expreſſe uideatur cõtrarium.
Forſan,ꝙ uel uterq; textus ſit male tranſlatus:uel ipſi intelligunt de uirtutum,ſeu proprie- K
tatum,& operationũ ſimilitudine:quia in aliis qualitatibus uerificantur de ipſis omnia. Nux
autem methel,teſte Bellunenſe in ſuis interpretationibus,eſt fructus ſpinoſus cuiuſdã plan
tæ:quam uulgo uocant Solatrum ſpinoſum:cuius flos eſt albus,& longus : ſimillimus flo- L
ri uolubilis magnæ. Fructus autem eſt tanq̃ nux:ſed cortex ipſius eſt ſpinoſus ſimilis plantæ
balſamine,ſiue momordicæ,uel charanciæ uulgo dictæ. Sed eſt ſemper uiridis:& non rube
ſcit ut fructus momordicæ,ſemperq; ſpectat uerſus terram:& circa pedicillum habet coro M
nulam pulcherrimã. Semen intus ut mandragora habet:magis tamẽ depreſſum,& ſiccum:
& in maiori numero:q̃ mandragora:quod eſt multum ſtupefactiuũ. Folia uero ipſius plan-
tæ ſunt ſimillima foliis melongenæ:ex quo,& melongena ſylueſtris a nonnullis uocatur: N
Etiam ipſa folia ſunt ſimilia foliis ſolatri cõmunis:ſed ſunt maiora eis. Ipſa autem planta ad
duorum cubitorum altitudinem,& amplius erigitur:nec ultra annum durat:ſed ſiccatur to
ta:&c. Hanc plantam Leonardus Fuchſius ſtramoniam uocat. Sed animaduertendum, ꝙ O
Serapio facit capitulum de nuce uomica:quod eſt.163.& facit capitulum de nuce methel:
quod eſt.375.& facit aliud capitulum de nuce mechil: ſiue mochil: quod eſt.164. Quod
quidem conuenit multum cum deſcriptione de nuce methel:tamen in rei ueritate,eſt aliud P
a nuce methel:& proprie eſt quædam planta magna:de qua in Syria copioſe naſcitur:& par
ticulariter in deſerto ieſu Chriſti,ſcilicet ubi dominus noſter ieſus Chriſtus ieiunauit qua-
draginta diebus:& quadraginta noctibus. Quæ quaſi in omnibus ſimilatur nuci methel præ Q
dictæ:ſed fructus eius non eſt ſpinoſus:& a paſtoribus comeditur: Vt plures fratres noſtri
ordinis retulerunt nobis:quæ planta uidebatur eis eſſe ſpecies ſolatri:quam plãtam adhuc
nonnulli ex mauritanis mochil uocãt:& alii aliter uulgo nominant. Sũt & aliæ nuces de- R
ſcriptæ in Pandectario:&c.de quibus nõ eſt opus hic facere declarationem. Poſtremo no
tandum,ꝙ ille uariationes intentionum:quæ leguntur in fine deſcriptionis:ſunt in arbitrio
medici:& non aromatarii. Qui medicus habet apponere in ipſam confectionem illa, quæ S
ſunt magis competentia infirmitati illius patientis:qui debet præfatam confectionem pro
ſanitate recuperanda ſuſcipere.

A ¶ Lohoc de Squilla: &c. CXVI.

COnuenientia partium quæ legitur in præſenti deſcriptione: intelligitur pon
dere, ſeu menſura. Et de hoc ſatis dictū fuit in ſecacul condito. Vide ibi. Scri-
B bitur nempe hoc lohoc (ut etiam ibi diximus) in cap̄. de tuſſi humida: & etiā
tangitur ab ipſo authore, ſub nomine electuarii: in cap̄. de ſquilla: ubi dicit.
electuarium ex ſucco eius: & melle ſumptum lambendo: &c. Ponitur quoqꝫ
C & a filio Serapionis in. 7. & ab Auicenna in. v. cañ. cap̄. de allohocat. Squilla autem declara-
bitur, deo duce, in acero ſquillitico: ubi etiam qualiter ſuccus eius ſit excipiendus reperies.

¶ Lohoc de Alfeſcera: &c. CXVII.

D PEr omnia fere antiqua exemplaria præſens deſcriptio locatur poſt deſcri-
ptionem lohoc ſani ſequentem: paucis tamen dūtaxat exceptia: quæ cōcor
E dant cū impreſſionibus. Sed hoc nihil mali infert ipſi deſcriptioni: ſi antea,
uel poſtea deſcribatur. Verūtamen conuenientius nobis uidetur eſſe antea:
ut eſt in impreſſionibus: & illis paucis exēplaribus: ea propter: quia præſens
F lohoc concomitatur lohoc de ſquilla præfatum. Quoniam non ſolum eius uirtutes: ue-
rūetiam & modum faciendi imitatur: ut textus declarat. Et ſcias ꝙ ubicūqꝫ feſcera: ſiue feſce
reſim quæritur: ſi non ſpecificatur de foliis, aut de ſemine: &c. ſemper de radicibus ſuis in-
G telligitur: ut hic: & in confectione alfeſceræ ſupra notata: &c. Et hoc manifeſte probatur, in
capitulo alfeſceræ ipſius filii Meſue: ubi de radicibus: & ipſarum uirtutibus tantum pertra-
ctat. In quo quidem capitulo, authoritate filii Zezar habetur conſimile lohoc: quod in hoc
H tantum differt ab iſto. ſ. ꝙ pro ſimplici melle: recipit mel paſſularū. De feſcera iam dictum
eſt in confectione alfeſceræ.

¶ Lohoc ſanum: & expertum: ex inuentione noſtra: &c. CXVIII.

I IN præſenti nāqꝫ deſcriptione: pro cinnamomi: lege cinnami: ut eſt in maiori
parte antiquorum exemplarium. Et ſcias, ꝙ ante penidiarum immiſſionem,
K quā uis ab authore non ſit notata, facienda eſt expreſſio rerum decoctarū: ut
ſupra in modo confectionis de ſucco corticum nucum declarauimus. Sed
ſciendum etiam, ꝙ tam iſta decoctio: ꝗ omnes aliæ decoctiones: ubi uaria, ac
L diuerſa recipiuntur ſimplicia: ſunt gradatim faciēdæ: ſicut ipſe author in canonibus docet.
Et particulariter in primo capitulo ſummæ ſecundæ: quod eſt de modis coctionum per to
tum. Et ſpecialiter ubi dicit. Verum tibi ſupereſt ſcire medicinas: quæ debilem coctionē ſu-
M ſcipiunt: aut fortem: &c. Quos omnes canones quilibet aromatarius deberet perfecte intel
ligere: ac integre memoriter retinere: & præſertim illa quatuor capitula quæ ſunt de modis
coctionum, lauationum, infuſionum, & triturationū. Quia ibi ponitur modus: & aſſigna-
N tur ratio: quare non omnia ſimplicia indigent æquali coctione: &c. Lege etiam ſupra in tri-
phera perſica: ubi plane deſcripſimus gradationes decoctionum medicinarum.

¶ Lohoc ad caliditatem: &c. CXIX.

O VNus nempe notabilis error, per omnes impreſſiones, eſt in præſenti deſcri-
ptione: uidelicet, ubi in aliquibus legitur: Sebeſten, iuiubæ: ana. ʒ. xxv. & in
P aliis: ana. ʒ. xv. rectius aūt legendum eſt. Sebeſten iuiubarū: ana. xxv. ſ. nume-
ro. Quapropter illā dictionē. ſ. numero, ad euitandū errorē, deſcriptioni ad-
didimus. Et ob hanc cauſam fecimus: quia in duobus ex antiquioribus exem
plaribus inuenimus ſcriptam: in cæteris aūt ſimpliciter & concorditer habetur: Sebeſten:
Q iuiubæ, uel iuiubarū: ana. xxv. ubi ſubintelligitur numero. Præterea ubi habetur in præ-
ſenti deſcriptione: ꝙ caſia fiſtula ſit ſupermittenda in ipſam decoctionem: poſtea cum cæte
ris rebus a ſcoſis. ſ. ab immundiciis, colanda: melius iudicio noſtro eſſet: ſi res ipſæ abſqꝫ ca-
R ſia per ſe colentur: & caſia prius tranſacta per ſetaciū: cum rob, & penidiis, poſtea ſupermit-
tatur. Etiam adhuc melius: ſi poſt decoctionem rob, & penidiatum: ante commiſtionem fa-
rinæ fabarum, commiſceatur ipſa caſiæ pulpa mūda a ſcoſis: &c. Et hoc ideo: quia caſia ipſa
S nō ſuſtinet ultra mediocrem coctionem: & res ipſæ meliori modo poſſunt colari ſine ca-
ſia: ꝗ cum caſia: quia caſia dilatando ſui corpulentiam: maxime ingroſſat decoctionē illam:
& per conſequens, difficilior eſt ad colandum.

De Cheſmes,ſeu Keſmes,uel Alkeſmes. A

CHeſmes enim:&c.nil aliud ſunt ſecundum ueritatem:q̄ paſſulæ.i.uuæ paſſæ:& parti-
culariter illæ:quæ naſcuntur ſine arillis:quarũ uua,uulgo dicitur uua paſſerina:& uua
mulierũ & a nõnullis uua marina uocatur.Vnde Serapio cap̄.36.d̄ paſſulis,authoritate phi B
loſophi,ait.Alkeſmes:ita nominatur in lingua Feriſis.Et ſunt paſſulæ ſine granis:ponun-
tur in ſole uirides:& paſſeſcunt ibi ſine grano:& ſunt dulces.Hæc illæ. Quãuis etiam & o-
mnes uuæ paſſæ ſine arillis:uel ſtudioſe enucleatæ:uel ſine ipſis arillis natæ:generaliter poſ C
ſunt cheſmes dici.Non obſtantibus impreſſionibus mendoſis: per quas hic, & in pluribus
aliis deſcriptionibus:pro cheſmes legitur chermes:& econtra in aliquibus locis pro cher-
mes eſt impreſſum cheſmes.Vnde Braſaulus peritus uir,a propinquitate uocabuli: & ab i- D
pſis incorrectis impreſſiõibus deceptus:in ſuo ſyruporum examine.ſ.in examine primi ſy-
rupi:aſſerit cheſmes,& chermes,unum & idem eſſe.ſ.granum ex quo ſericũ chermeſinum
dictum inficitur.Adducens etiã ipſe authoritatẽ Serapionis,ait.Inquit enim Serapio.Cheſ- E
men:&c.Si aũt textus Serapionis apud ipſum erat mendoſus:neſcimus.In uno nẽpe exem
plari & in quinq; diuerſis impreſſionibus:quas uidimus:cap̄.321.legitur.Charmen.i.gra-
na:&c.Et econtra in ſynonymis dicti libri legitur.Keſmes.i.paſſulæ paruæ:quæ non habent F
interiora.Et in præfato cap̄.de paſſulis:Alkeſmes legitur.item:filius ipſius Serapionis in.7.
ſui breuiarii:tractatu de ſyrupis:in ſyrupo uidelicet,qui incipit.Syrupus conferens pectori
& mundificat pectus:&c.habet ſic.Paſſularum keſmeni dulcium carnoſarũ:&c. Ergo cheſ- G
mes non ſunt grana tinctorum:& per conſequens,non ſunt idem cheſmes & chermes.Sed
re uera cheſmes:ſiue per,k,keſmes(ut plurimi teſtantur:& ex antiquis,ut Serapio:&c.& ex
iunioribus ut luminare maius:Ioannes Manardus:&c.)ſunt uuæ paſſæ abſq; arillis. Cher- H
mes autem,ſiue charmes:ſiue per,k,karmes,& kermes:&c.ſunt grana tinctorũ: de quibus
ſatis dictum eſt ſupra in confectione alchermes. Præterea:poſſet nobis quis ob mendoſas
impreſſiones obiicere:ꝙ cheſmes non ſint paſſulæ:quia author noſter,in de ægritudinibus I
pectoris & pulmonis:uidelicet,in ſermone de aqua cicerum.authoritate Haboali,habet iu
leb alcheſmes:in quod ingrediũtur cheſmes,& paſſulæ.Sic enim legitur.Recipe alcheſmes
& paſſulas:&c.Ergo &c.Ad hoc reſpõdemus:ꝙ certiſſime impreſſiones illæ innumeris ſca K
tent mẽdis.Et particulariter eo in loco textus eſt mẽdoſus:quia in nullo penitus antiquorũ
librorum quos uidimus eſt ita:nec in libro de uulgari impreſſione:quem(ut alias diximus)
aliquando citamus p̄ſupponendo exemplar: ex quo tranſlatus eſt ipſe liber.Nec eſt in lumi L
nare maiori:in quo etiam habetur ipſa deſcriptio:ſed omnes ſimpliciter habent.Recipe al-
cheſmes:& bulliant:&c.illud ergo & paſſulas:mẽdoſiſſime & inepte ab imperitis librariis:
& inſciis ipſorum librorũ correctoribus additũ eſt:atq; ſtare permiſſum.Poterat enim eſſe: M
ꝙ in aliquo exemplari,eſſet pro gloſſemate poſitũ:ſic.Recipe alcheſmes.i.paſſulas: &c. At
ipſi male legentes:pro.i.paſſulas:impreſſerunt & paſſulas.Caſſetur igitur; nec permittatur
talis error eſſe in libris tantæ authoritatis. N

De Fabis.

FAba quidem legumen notiſſimum.Sed ſciendũ,ꝙ ſub hoc termino.ſ.faba:plura,& ua-
ria ſimplicia cõnotantur.Abſolute aũt ipſe terminus:pro illis,quæ ſunt ex leguminũ ge O
nere,capitur:quarũ(ut manifeſte uidemus)duæ ſunt ſpẽs:ſeu differẽtiæ cõmuniores,& no-
tiores:de qbus,uel ſaltẽ de altera ipſarũ,in præſenti deſcriptione author intelligit.Quæ duæ
ſpẽs,forma,& uirtute non differunt.Diſcrimen aũt ipſarum eſt,magnitudo unius,& parui- P
tas alterius.ſ.ꝙ una planta eſt maior altera:quæ & producit in ſuis ſiliquis,ſeu ſcapis maio-
res fabas:uidelicet,ad quantitatẽ ungularis iuncturæ pollicis manus.Minor aũt planta,mi-
nutiores gignit fabas:uidelicet,piſorũ uel phaſeolorum magnitudinẽ non excedentes.Et Q
ex his,quælibet ſumi põt.Et intelligitur ſemper de maturis,& ſiccis,cum fabæ petuntur:niſi
aliquo modo ſpecificetur de uirẽtibus.Alia aũt fabarum genera:ut eſt faba lupina:quæ eſt
aconiti ſpecies: & faba ægyptia: quæ & colocaſia dicitur:non oportet hic declarare. R

¶ Lohoc aliud noſtrum de inuentione hac:&c. CXX.

QVatuor nãq; ſunt in præſenti deſcriptione annotanda. Primum:uidelicet, S
ubi per impreſſiones in titulo ipſius legitur.Lohoc aliud noſtrum inuen-
tione hac:rectius legendum; ut eſt in antiquis exemplaribus: Lohoc aliud

A noſtrum de intentione hac:ſcilicet ſupradicta.Et ea de cauſa author non ſcripſit operatio-
nes iſtius lohoc: quia ualet ad omnia:ad quæ ſupradictum. Secundum ubi in ipſis impreſ-
ſionibus mendoſis legitur:Pſyllii,granatorum,cytoniorum.Lege correctius:Pſyllii,grano-
B rum cytoniorũ:&c.Quia ſic eſt in dictis exẽplaribus.Et uerius quidẽ.Non enim intrant præ
ſentem confectionem granata.ſ.mala punica. Tertium autẽ:ubi legitur,dragaganti,& gum
mi.Pro gummi:intellige gummi arabicum.Et ſemper cum abſolute ſcribitur gummi:arabi
C cum eſt ſubintelligendum.Lege etiam de hoc in principio ſequẽtis deſcriptionis lohoc bo
ni.Quartum uero notandum eſt:ubi legitur in fine deſcriptionis.Papaueris albi:& triũ gra-
norum:&c.Pro tribus nempe granis intelliguntur tria ſemina:ex quatuor ſeminibus maio
D ribus frigidis.Et ſic etiam ſupra.ſ.in Triphera perſica:pro quatuor granis:intelliguntur ipſa
quatuor ſemina.Et infra,in trochiſcis de ſpodio:per quatuor ſemina:eadem intelliguntur.
Sed hic aduertendũ.ſ.ꝙ quando non ſcribuntur omnia quatuor ſemina:tam maiora,ꝗ mi-
E nora:tam calida,ꝗ frigida:ſed duo,uel tria ex ipſis,non ſpecificata:ut in præſenti deſcriptio
ne,& ſimilibus:ſemper de prioribus deſcriptis in ordine ipſorum,intelligi debet.Vt exem-
pli gratia.Semina communia maiora,& frigida:ſecundum cõmunem uſum:hæc ſunt:taliꝗ
F ordine:uidelicet.Melonis ſemen primum:Citrulli ſecundum:tertium Cucumeris:& quar-
tum Cucurbitæ.Et ſic in præſenti lohoc,quarto ſemine omiſſo:quod eſt ſemen cucurbitæ:
reliqua priora ſunt accipienda.Et ſic de ſingulis.Semina autem cõmunia minora,& frigida:
G ſecundum magis cõmunem æſtimationem:ſunt hæc.Semen lactucæ:portulacæ:plantagi-
nis:& endiuiæ,ſiue ſcariolæ,uel cichoreæ:quæ unum,& idem ſignificant.Semina autẽ com
munia maiora,& calida:de cõmuni conſuetudine:ſunt hæc,uidelicet.Semen fœniculi:cy-
H mini:ſiſelei.i.ſileris montani:& ſemen carui.Minora autem ſemina cõmunia,& calida:com
muniter tenentur hæc.ſ.ſelini.i.apii:uel ſemen petroſelini.i.apii de petra.Et horũ duorum
quodlibet,indiſcriminatim,pro primo ſumi poteſt.Secundum ſemen aniſi:Tertium am-
I meos:Quartum naſturtii.Et notandũ ꝙ diximus hæc omnia ſemina,eſſe tali ordine poſita:
ſecundum cõmuniorem multorum æſtimationem:&c.Quoniam ſunt nõnulli,qui uariãt:
& in ſimplicibus:& in ordine ipſorum.Vnde Pãdectarius ponit abſolute quinq; ſemina ca-
K lida:nec dicit maiora:nec minora:tali quidem ordine.Hæc ſunt:uidelicet. Semẽ ammeos,
aniſi,carui,cymini,& fœniculi.Paulus Suardus uero ponit quatuor ſemina cõmunia frigida
minora,ſic:ſemen endiuiæ,lactucæ,ſcariolæ,& portulacæ.Quæ quidem in rei ueritate ſunt
L tria:& non quatuor:qa endiuia,& ſcariola(ut alias diximus)non ſunt duo diuerſa:ſed unũ,
& idem.Etiam Braſaulus in ſuo ſimplicium examine numero.223.ut Paulus Suardus ſcri-
pſit ipſa quatuor ſemina minora frigida.Fortaſſe ipſi intelligunt pro endiuia,cũ uulgari ple
M be,lactucam ſylueſtrem:quod ſimiliter eſt malum.Et nonnulli alii aliter uariant.Inſuper no
tandum etiam,ꝙ dicta ſemina reſpectiue dicuntur communia:quia cõmunem habent ope
rationem.Quamobrem,in quolibet gradu nihil refert,ſi non ſeruatur ordo:quia indifferen
N ter poteſt poni alterum pro altero ipſorum:quæ ſunt in uno gradu.Quia etiam & ipſe filius
Meſue non ſemper ſeruauit unum,& eundem ordinem:ut probatur:& præſertim de maio
ribus frigidis:quæ in practica ſæpe ſpecificate recipiuntur omnia quatuor:& quãdoq; tria:
O & ſæpiſſime duo.Vnde ad faciliorem lectoris commoditatem:exemplorum gratia:aliqua
particulariter ſignabimus loca:ex his,in quibus author omnia quatuor maiora frigida ſuc-
ceſſiue,& immediate:nõ tamen uno,& eodem ordine deſcripſit.Igitur in prima ſumma ſe-
P cundæ particulæ ſectionis primæ:cap̃.de raucedine uocis:poſt ſummarum deſcriptiones,
in uno lohoc filii Zezar,ſic legitur.Seminũ cucurbitæ,cucumeris,melonis,& citrulli.Item
cap̃.de aſthmate in cura ipſius:uidelicet,in uno medicamine Zeid:ſic ordinate ſcripſit.Semi
Q nis melonis,citrulli,cucumeris,& cucurbitæ.Et inferius in quodã lohoc,ſimiliter ordina-
te poſuit.item cap̃.de tuſſi catarrhali:in Diapapauere Hamech,ſic habet.Seminis cucume-
ris,citrulli,melonis,& cucurbitæ.Et infra in uno lohoc Ioãnis Serap̃.ſic.Seminis cucurbi-
R tæ,melonis,cucumeris,& citrulli.item inferius in uno medicamine Regis ſabor ſic.Semi-
num cucumerum,melonum,citrullorum,cucurbitarum.&c.Item in præſenti antidotario:
uidelicet,in Diarhodõ deſcriptione cõmuni,ſic.Citrulli,melonis,cucumeris, cucurbitæ.Et
S in cõfectiõe alia Galeni,ſic.Cucumeris,cucurbitæ,citrulli,melonis.In Diaſiracoſt aũt primũ
ſcripſit abſolute,ſic.Seminũ cõmuniũ:hinc immediate ſubiunxit ordinate ipſoꝝ declaratio-
nẽ.Et in trochiſcis de cãphora:& in oleo de ſemine cucurbitæ:& aliis in locis ſimiliter fecit.

De tribus quoq; uel duobus,infinita exempla paſſim reperiuntur.Sed quia de conſimilibus A
idem eſt iudicium:breuitatis cauſa dimiſimus.Verũtamen ſi de quolibet gradu habentur o-
mnia quatuor:& ex eis oportet dimittere unũ,uel duo:dimittantur ſecundum ordinẽ ipſo-
rum.Et hoc intelligitur ſuper non ſpecificatis.Sed inſuper aduerte de ſemine apii: ꝙ nõ in- B
telligitur de apio paluſtri.Lege de eo in Diacalamento.His igitur uiſis: ſciẽdum etiam,ꝙ in
nonnullis impreſſionibus in præſenti deſcriptione:pro trium granorum: legitur trium gra
natorum:Emendetur locus:ne quis decipiatur,accipiendo tria genera granatorũ: pro tri- C
bus granis,ſcilicet ſeminibus iam dictis.

ℭ Lohoc bonum:&c. CXXI.

D
SVnt etiam & in præſenti deſcriptione,per impreſſos libros:tres errores cor-
rigendi.Primus uidelicet,ubi legitur. Dragaganti gummi: &c.Ex hac enim
lectione putant aliqui unum,& non duo ſimplicia eſſe.Quia cum legũt: dra- E
gaganti gummi:intelligunt tãquam ſi legerent:gummi dragaganti.Et certe
aliquis neſciẽs rei ueritatem:de facili in his:& ſimilibus,errare poteſt.Sed re
uera nõ eſt ita:quia e medio illarum dictionum.librariorum uitio (ut puta- F
mus)ſublata eſt copula.Volumina nempe antiqua ut in ſupraſcripto lohoc:ita & in præſen
ti deſcriptione:ſic rectius habent.Dragaganti:& gummi.Immo nõnulla magis clare: & ſpe
cificate,ſic.Dragaganti: & gummi arabici.tamen pro maiori parte,non ſpecificate:ſed cum G
copula tantum.Secundus aũt error eſt,ubi legitur: penidiarum.ℨ.ix.lege uerius.ℨ.lxx.Ea-
dem de cauſa deſunt hic.ℨ.x.qua ſupra,& dicta copula. Tertius error,& dictis maior,eſt:
ubi legitur:Granorum naſturtii coctorum:&c.Nam hic eſt duplicatus error:quia ſecũdum H
iſtam literam:coquunt ſemen naſturtii:quod debet eſſe crudum:& demunt unum ſimplex
ab ipſa confectione:ut mox patebit.Non enim eſt ita in exemplaribus antiquis:quia in ali-
quibus ipſorum ſic legitur:Granorum naſturtii:coti.Et cum puncto inter medio.In nõnul- I
lis aũt ſic.& cum puncto ſimiliter,ut notamus.Naſturtii:granorum cotti.In aliis clarius ſic.
Granorũ naſturtii:granorum cotti.In aliquibus etiam ſic.Naſturtii:granorũ cottonum.Et
in quibuſdam aliter & aliter.in nullo autem ipſorum penitus inuenimus,ſicut eſt in dictis K
impreſſis libris.Et putamus,ꝙ ex allegato ultimo exemplo,error talis euenerit.ſ.ꝙ pro cot
tonum:impreſſerunt coctorum.Sed re uera author non quærit hic naſturtium coctũ: ullo
quouis modo:ſed præcipit recipi naſturtii ſemen crudum:ut ſit magis aperitiuum: & poſt L
ipſum:& cum ipſo:iubet ſumi grana cottonis:i.ſemen bambacis uulgo dictæ: quæ a multis
cottum,cotti:uel cotum,coti:uel cottõ:cottonis dicitur:ſic: apud uarios authores legitur.
Et non putet quis granum cottonis non cõuenire intentioni huius confectionis:quia ut pa M
tet apud authores ipſum ſcribentes perquammaxime cõuenit.Quia multum confert tuſſi:
& eſt bonum pectori:ut Serapio in proprio cap.quod eſt.lxvi.dicit.Et Pandectarius etiã ad-
ducit pluriũ authoritates de hoc. Præterea probatur etiã ualere ad id,quod diximus:non N
ſolum per ipſum authorẽ filium Meſue,capitulo de tuſſi humida:ubi in pillulis Pauli (quas
retentas in ore ſcribit conferre ad tuſſim ſiccam)habet ipſum ſemen:ſed etiã per Hali filium
Abbas in.x.practicæ:cap.de lahucis:in quo habet unum lahucum:i.lohoc,de ſemine bam- O
bacis:quod facit ad aſperitatẽ pectoris.Et in.vi.practicæ: cap.v.de medela tuſſis,habet unũ
electuarium:in quo recipitur dictum bambacis,ſiue bombacis ſemen. Item in antidotario
Nicolai,eſt ſyrupus contra pleureſim:& peripleumoniam:pro phthiſicis,& ethicis:in quo P
recipitur ſemen bambacis.Ergo bene:recteq; eſt poſitũ ab authore in hoc lohoc ipſum ſe-
men,ſeu granum:quod idem eſt.Doctores enim non faciunt differentiam inter granum,&
ſemen:nunc unũ,nunc aliud ſcribentes pro eodem.Luminare maius aũt neſciens errorem Q
literæ declarauit,ꝙ ſemina naſturtii per coctionem meliorãtur.In qua autẽ uirtute: ſeu pro-
prietate:& quo coctionis modo:non explicauit.Si igitur ſecundum ipſum,per omnem co
ctionis modũ augentur ſeu meliorantur cunctæ uirtutes,& proprietates naſturtii ſeminis: R
hoc eſt falſum:& cõtra authorẽ noſtrum:qui in canonibus dicit:ꝙ unaquæq; res,ſi p aliquẽ
coctionis modũ augetur,ſeu uigoratur,in una uirtute,ſeu proprietate:minuitur,& debilita
tur in altera.Et exẽplum tradidit de myrobalanis:&c.Lege ibi.Igitur nõ aſſignando uirtutẽ S
huic neceſſario uigorandã:neq; modũ coctionis faciendũ (uidelicet ſi per aſſationẽ:uel eli-
xationem:&c.quoniam plures ſunt coquẽdi modi)uerba ipſius magis obtenebrant: ꝙ declarant.

A Theſaurus aromatariorum autem, recte poſuit: ſic: ſeminis cotti: ut i ſuo originali repperit.
Et ſic eſt ſecundum ueritaté. Ná uera litera hæc eſt. Naſturtii, granorú cotti: ſeu cottonis: &c.

De Bambace, ſeu Cottone.

B BAmbax, uel bombax, acis: ſeu bambacium, uel bombacium, cii: ſeu cotton, uel, cotto,
nis: ſeu cottum, cotti: uel cotum, ti: ſeu cottonum, ni: & alia plura: pro uno, & eodem:
ſcilicet bambace: a iunioribus accipiuntur. Priores autem latini, pariter græcis: xylinum, &
C xylum, & goſopium, ſiue goſſipion nuncupabant. Xylon enim græcis eſt nomen commu
ne, ad quodcunq; lignum: & ad hoc bambacium. Inter lini genera, a nonnullis ponitur. La
nugo autem ipſa. (ſi ita dici libet) ab omnibus cognoſcitur: quia in multos habetur uſus. Eſt
D enim multum ſimillima bombycis ſerico albiſſimo. Planta autem ipſius non ita cognoſci-
tur: quia non ubiq; prouenit: ex quo plurimi nempe ſunt: & Romæ: & alibi: qui eam uidere
peroptant. In Regno Apuliæ quidem copioſiſſime ſeritur. Gaudet calidioribus locis. Bicu
E bitalis herba eſt: & ramoſa: effigiem parui arbuſti ferens. Radix dodrantalis, alba, atq; liguo-
ſa. Folia ut uitis habet: minora ualde. Flores fert mellinos: e quibus ſcapi ad inſtar nucis u-
ſualis, triſecti prodeunt: & in eis ſemen: uti ſemen citrii: minus tamen, & ordinate poſitum:
F lanugine dicta undiq; obductum: atq; ueſtitum. Qui ſcapi maturationis tempore: lanugine
dicta intumeſcente: tripartite diuiduntur: & táquam flos niueus, lanugo ipſa bambax, ſeu
bombax, quaſi bombix dicta: una cum ſuis granis: ſiue ſeminibus ſcatet: ac inter defluédum:
G colligitur. Et licet ipſa bombax, ſit albiſſima, ut nix: ſemen auté exterius, potius trahit ad ni-
gredinem: q̃ ad albedinem: interius uero, eſt album unctuoſum guſtuſq; non ingrati. Allu-
cinantur nempe nonnulli putantes bambacem arte dealbari. Sed ſcitote, ꝙ ipſa naturaliter
H in ſupremo gradu candidiſſima: contrarium habet aliorum generum lini. Cum enim laua-
tur, non accipit (quia nec poteſt accipere) aliquid albedinis: ſed econtra, amittit magnam
partem ſui niuei candoris: ut experientiam fecimus. Arte tantú ſeparatur a granis: ex qui-
I bus multa in ipſa bambace relinquuntur. Quapropter, ſi aliquis indigens ipſis: & aliter non
poteſt habere, quærat diligenter inter ipſam: & habebit ea. Seritur auté bambacium Februa
rio, uel Martio menſe: colligitur uero Septembri, & Octobri.

K

Lohoc ad aſthma: &c. CXXII.

L ISTudmet lohoc etiamnum ponit author capitulo de aſthmate: circa finem: &
ſcribit ipſum ibi duplicatis póderibus, ad proportionem iſtius: quod eſt in an
tidotario. Quapropter, monendi ſunt aromatarii: ut aduertant, ꝙ per impreſ
M ſiones, in præſenti deſcriptione, eſt unum mendum: uidelicet ubi legitur. Ac-
cipe ſucci ſquillæ aſſatæ. ʒ. iiii. Legédum eſt rectius. ʒ. iii. ut probatur per dictú
capitulum de aſthmate: quod habet. ʒ. vi. & per antiqua exemplaria quæ habent. ʒ. iii. Item in
N decimo practicæ Haly Abbas: capitulo de lahucis: habetur lahucum utile ſolutioni aſthmati
antiquæ: ruſſi: &c: quod eſt ſimile huic in omnibus præter, ꝙ non habet myrrham & crocú.
Et fortaſſe deſunt illa: errore interpretis, uel librariorum. Habet autem ſquillæ. ʒ. iii. Igitur
O tres drachmæ ponendæ ſunt, & non quatuor.

Lohoc de amygdalis: &c. CXXIII.

P

LIcet non in omnibus: tamen in quibuſdam impreſſionibus: præſentis lohoc
deſcriptio, in uno mendoſa probatur. Videlicet, ubi in ipſis pro granorum
Q pini: legitur granorum uini. Non enim competunt huic confectioni uina-
ceæ: ideſt uuarum grana: quæ per grana uini poſſent intelligi. Quamobrem
rectius lege (ut eſt in cæteris libris) granorum pini. Præterea, ubi legitur in fi
R ne: Confice cum mellis & ſucci fœniculi bullitorum, quantitate ſufficienti:
non intelligitur illa quantitas ſufficiens, reſpectu proportionis mellis ad ſuccum fœniculi:
ſed reſpectu totius confectionis. Et hoc modo intelligitur. Videlicet, ꝙ tu debes accipere
S ſuccum fœniculi depuratum: & mel deſpumatum: & proportionabiliter ſicut competit
ſecundum artem: parare ex eis tamquam ſyrupum ſiue iuleb: ſcilicet, ꝙ bulliendum eſt
mel, cum ſucco fœniculi: uſque ad ſucci conſumptionem. Deinde accipe ex illo melle,

quantum ſufficit ad conficiendum ipſum lohoc: & cætera & ſic intelligitur illa quantitas
ſufficiena. Regula autem proportionia ſucci ad mel: ſumi poteſt a pluribus deſcriptioni- A
bus ſyruporum: & iuleb ipſius filii Meſue. Sed hoc nõ te lateat: uidelicet ꝙ ad minus: ſuc-
cus cuiuſcunq; tei: uel ſucci plure apto uno ſumpti: ſiue infuſionea: uel decoctiones: ad mel
ſiue ad zuccharum, ſiue ad ſimile: debent eſſe in proportione ſeſquialtera. Exempli gratia: B
ꝙ ſi mellis aut zucchari, ſunt duæ libræ: ſucci autem: uel ſuccorum, trea libræ ponẽdæ ſunt:
Et hoc paſſim probari poteſt: quia rariſſime minus: q̃ in dicta proportione ſeſquialtera repe-
ries factum ab ipſo filio Meſue. immo ut uidere licet, multoties in duplum: & aliquãdo am- C
plius de liquoribus ad mel: uel ſimile: ſubminiſtrat. Præterea: ſiendum, ꝙ Luminare maius
addidit ad præſentem deſcriptionem ſuccum apii: quo autem iure, neſcimus. Teſtamur
deum: ꝙ in nullo exemplari neq; in quauis impreſſione: neq; apud aliquem authorem (præ- D
ter ipſum) inuenimus. Quapropter, iudicamus non eſſe admittendum. Et ſic imponitur fi-
nis huic quintæ diſtinctioni: ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti. Indulgendum quippe eſt
noſtræ prolixitati: quia, ut omnia clariora fiant, cogimur aliquando præter intentionem E
prolongare ſermonem.

EXPLICIT DISTINCTIO QVINTA.

Syruporum alii ſunt ſimplices: ſicut ſpecies iuleb: &c. CXXIIII.

B
AVthor noſter hanc ſuam diſtinctionem ſextam: in duas principaliores diuiſit
partes: quarum prima eſt de ſyrupis: ſecunda autem de robub. Secunda ibi.
C Reſtat ſermo noſter: &c. Prima autem adhuc in duas: quarum prima eſt de
ſimplicibus: ſecunda uero de compoſitis. Ibi. Hucuſꝙ ſcripſimus: &c. Et hãc
primæ ſecundam, adhuc in duas: quarum altera .ſ. prima: eſt de compoſitis in
D frigidantibus: ſecunda autem de compoſitis calefacientibus. Ibi. Iam quidem loquuti ſu-
mus: &c. Quæ omnes in proceſſu patebunt. In prima igitur parte: quæ eſt de iuleb: ſeu iu-
lep (quod putamus rectius: quia a quibuſdam Iunioribus græcis Zulapon ſcribitur) ſiue de
E ſyrupis ſimplicibus: ſciendum primo. Iulep arabice nil aliud ſignificare: q̃ ſyrupum ſimpli-
cem. Vnde nõ eſt alia differentia inter Iulep: & ſyrupum: præter q̃: ꝙ Iulep ſemper intelligi-
tur ſyrupus ſimplex: ſyrupus autem, & pro ſimplici: & pro cõpoſito, accipitur. Nec audiẽdi
F ſunt nõnulli phantaſtici neoterici: qui directe, uel indirecte, ſemper nituntur peruertere ſen-
ſum & intentionem authoris: falſo diffiniendo iulep ſignificare ſyrupum ſimplicem: ex pu-
ra aqua ſublimata, & zuccharo. Cum ſit, ꝙ apud præſentem authorem expreſſe patet cõtra-
G rium: cum ſcribit: Iulep ex aqua infuſionis roſarum: & ſimiliter uiolarum: & iulep ex ſucco
uiolarum: & ſimiliter ex ſucco roſarum: & iulep ex iuiubarum decoctione: &c. igitur non
ex ſola aqua ſublimata: & per conſequens falſa ipſorum diffinitio. Item probatur etiamnũ,
H ꝙ author nullam facit differentiam inter ſyrupum ſimplicem: & iulep: uocando unum, & i-
dem: nunc uno, nunc alio nomine .ſ. nunc iulep: & nunc ſyrupum: ut in principio iſtius di-
ſtinctionis cum dicit: ſyruporum alii ſunt ſimplices: ſicut ſpecies Iuleb: &c. Et clarius infra:
I uidelicet in iuleb iuiubino ubi in principio uocat ipſum iuleb: & in fine uocat ipſum ſyrupũ
dicens: Et cum lib. i. zucchari fiat ſyrupus. item in fine ſyrupi de ſucco acetoſæ: ubi dicit: Et
eius modus eſt: ſicut ſyrupus de ſucco uiolarum. Et in ſyrupo de prunis: cum dicit: ualet ſi-
K cut ſyrupus de uiolis: & fit ſicut ipſe. Nam ſupra nominauerat iuleb de ſucco uiolarum: &
de aqua infuſionis uiolarum: & nõ ſyrupum. Et ſi quis uelit cõtentioſe obiicere: dicens: ꝙ fi-
lius Meſue in dictis ſyrupo de ſucco acetoſæ: & ſyrupo de prunis: nõ intelligat de iuleb uio-
L laris præfatis: ſed de ſyrupo de uiolis: qui eſt infra, poſt ſyrupum de portulaca. Ad hanc qui-
dem obiectionem: duas habemus reſpõſiones potiſſimas: manifeſte cõtrarium probantes.
Prima uidelicet: ubi ipſe author in dicto ſyrupo de ſuco acetoſæ dicit: Et modus eius eſt: ſi-
M cut ſyrupus de ſucco uiolarum: nõ poteſt intelligere de ſyrupo de uiolis infra poſito: quia
ipſe ſyrupus nõ fit cum ſucco uiolarum: ut patet in textu. Nec alias habetur in hoc antido-
tario ſyrupus de ſucco uiolarum: præter dictum iuleb de ſucco uiolarum. Ergo neceſſario
N intelligitur de iuleb dicto. Secũda reſpõſio eſt .ſ. ꝙ iſti ſyrupi de ſucco acetoſæ, & de prunis,
ſunt ſimplices: & exemplum cõficiendi ipſos male daretur de illo: qui eſt cõpoſitus: & ſeque-
retur corollarium, ꝙ iſti cõfecti per modum illius cõpoſiti: nõ eſſent ſimplices: & per cõſe-
O quens male locati ab authore inter ſimplices. Eiuſdem etiam rationis, & probationis, eſt ſy-
rupus cheſmes: ubi dicit author: Decoquantur cheſmes ſicut diximus in ſyrupo de iuiubis:
hoc eſt, in iuleb iuiubino: qui eſt ſyrupus ſimplex: & nõ intelligit de ſyrupo de iuiubis cõpo-
P ſito: qui eſt infra: &c. Etiam in decimo practicæ Hali legitur. Iuleb aſſignatio: & eſt roſarum
ſyrupus. Et quidem communis uſus ſeruatur hodie ab omnibus in nuncupando: quia uo-
cãt ſyrupum roſatum: & ſyrupum de ſucco roſarum prædicta Iulep. Igitur neceſſe eſt cõfite-
Q ri authorem intellexiſſe, illis in locis, de iulep ſupra poſitis. Vnde ergo ſequitur: ꝙ Iuleb, ſi-
ue iulep, & ſyrupus ſimplex ſunt idem. Syrupus autem græce: latine dicitur potio: & iuleb
arabice: latine dicitur potio ſimplex. Sed intelligẽdum eſt, de medicinali ſimplici potione:
R quia potus, ſeu potio aquæ, uel uini ſimplicis: nõ debet uocari iuleb, aut ſyrupus. Quapro-
pter, omnis ſyrupus, ſiue iulep, dicitur potio: ſed nõ econtra. Syruporum autem potiones:
aliæ (ut textus declarat) ſunt ſimplices: & aliæ compoſitæ: de quibus poſtea. Nunc autem
S de ſimplicibus incipiamus.

Modus operationis Iulep roſati: &c. CXXV.

Iulep,

IVlep,ſiue iuleb roſatũ,in iſta diſtĩctione:primũ occupat locũ. Sed hoc hodie A
cõmuniter,ſub nomine ſyrupi roſati ĩtelligitur. Vnde qñcũq; ſyrupus roſatus
abſolute petitur:ut ſemp de hoc iuleb intelligatur cõmunis uſus fecit. Pro iu
leb aũt roſato ſimpliciter ſcripto:uolunt moderni,ut intelligatur illud:quod B
conficitur,cum aqua ſublimationis roſarum: de quo mox infra dicetur.

ℭ Modus iulep uiolarũ &c. CXXVI. C

AVthor docet aromatarium conficere hoc iuleb uiolatum:ut roſatum ſupra-
dictum.ſ.ex infuſione uiolarum:quod etiánũ ſub nomine ſyrupi uiolati ſci- D
licet ſimplicis:cõmuniter habetur hodie in aromatariis officinis.

ℭ Operatio infuſionis roſarum:& uiolarum. Accipe foliorum roſarum:aut uiolarum: &c. CXXVII. E

POnit nanq; author in præſenti deſcriptione,modum faciẽdi roſarũ,& uiola-
rum infuſiones. Et intelligitur diſiũctim altera , ab altera. Quia licet utriq; ſit F
iſdem,modus faciendi:tñ per ſe eſt facienda infuſio roſarum:& per ſe infuſio
uiolarum. Quoniã ob literæ confuſionẽ:nonnulli minus periti aromatarii
dubitauere:utrũ ſi ſimul roſæ & uiolæ eſſent ponẽdæ in una,& eadẽ infuſio- G
ne:qa litera in impreſſis libris ſic ſe habet. Accipe foliorũ roſarum:& uiolarũ.lib.vi.&c.Sed
cum legitur ſine ana.error literæ deprehẽditur. Et in ſequẽtibus clare probatur.ſ.Tunc de-
nuo:&c.ubi roſæ & uiolæ,non cũ copulatiua:ſed cũ diſiunctiua ſcribũtur.Et ſimiliter in ſi- H
ne. Hoc eſt. Et dicitur iſtud mucharus roſarũ:uel uiolarũ. igitur re uera errore librariorum
poſita eſt ibi copula,pro diſiunctione. Etiã conſiderandũ:q roſæ,& uiolæ non uno met tem
pore floreſcunt. Quapropter oporteret alterã partem ipſaꝝ ad minus eſſe ſiccã:quod eſſet I
malum. Vel neceſſe foret in duobus tẽporibus facere hmõi infuſionem.ſ.primum bis infun
dere uiolas:quæ primũ florent:& poſtea tẽpore ſuo,in ipſammet infuſionẽ,bis etiam infun
dere roſas. Et ſic eſſet peius:qa fuiſſet quadruplicata infuſio:cõtra authoris præceptũ. Vel ſi K
temporibus ſuis,ſemel fiat infuſio uiolarũ:& ſemel roſarũ:minime etiã poteſt eſſe bonũ: &
per conſequens poſtea,nõ eſſet infuſio roſarũ:nec uiolarum ſimpliciter. Sed utriuſq; ſimul:
quæ non ualeret ad conficiendum iuleb,ſiue ſyrupũ roſatum:neq; uiolatũ ſimplicem.Ergo L
rectius(ut eſt in exẽplaribus antiquis)ſic lege. Accipe foliorũ roſarum:aut uiolarũ:&c.ut in
pluribus. Vel ſic:ut in nõnullis. Accipe foliorũ roſarum:uel uiolarũ:&c. Præterea ſciendũ:
q licet ab authore pro ſimplicioribus ponatur ſpecificate quãtitas roſarũ,uel uiolarum:& M
quantitas aquæ ſumenda pro huiuſmodi infuſione facienda:uerũtamen nos in hoc, nõ ſer
uamus ipſius regulam. Nec facimus ſecundũ regulam Nicolai:permutãdo roſas, uſq; dum
aqua rubeat:quæ regula eſt minus bona q̃ illa filii Meſue. Quia qui plus: & qui minus po- N
teſt facere roſatum permutationes. Etenim in plurificatione permutationum: ipſa infuſio
efficitur laxatiua. Vt experimento probatur:& Hali Abbas teſtatur in decimo practicæ:ca-
pitulo uigeſimo:uidelicet,in deſcriptione: quæ incipit. Iuleb aſſignatio:& eſt roſarum ſy- O
rupus:&c. Et præter hoc:plura alia inconuenientia ſequi poſſent. Sed hic eſt modus opti-
mus:quo utimur. Appoſito cacabo ad ignem cum aqua pura cõmuni,& clara: ut ferueat:
interim accipimus uas idoneum:puta ollam mundam:ad libitum magnam,uel paruam:in P
quam plenam uſq; ad ſummum foliis recentibus roſarum:uel uiolarum:uel alterius cuiuſ-
cunq; generis florum,(quia ex omnibus,& ſingulis florum generibus:ſi ipſorum infuſioni-
bus indigemus (ut dictus Nicolaus in ſyrupo uiolato refert) poteſt fieri infuſio. Et ita ple- Q
nam dicimus:q uideatur ex ipſis roſis,uel uiolis:&c.amplius non poſſe immitti) ſuperin-
fundimus bullientem aquam:baculo agitando flores:ut ipſa aqua ubiq; tranſeat. Ac etiã-
num in ipſo aquæ feruentis immiſſionis actu (quia flores ualde remittuntur) ſuperaddimus R
ex ipſis:uſq; dum uas ſit floribus,& aqua,cõpetenter plenum. Quod diligenter coopertũ:
dimittimus infrigidari,in ſequentẽ diem. Deinde exprimimus ipſos flores:ac proiicimus:&
ipſam infuſionẽ in caldario iterũ ſupra ignẽ conſtituimus:ut ferueat. Interim ut prius uas il- S
lud:ſeu ollam illam:in qua facta fuit infuſio prima:aut alterã ſufficientem:iterũ eiuſdem ge-
neris aliis recẽtibus floribus plenã paramus:ac demum ipſam primã infuſionẽ bullientem:

A immediate,poſt primum feruorem:in dictam ollam floribus plenam ſuperinfundimus: ba-
culo,ut prius agitãdo. Poſtea bene opertam permittimus frigeſcere:&c. Nec eſt neceſſe in
iſta ſecunda infuſione,ſuperaddere flores:ut in prima:ſatis enim eſt uaſis capacitas, pro ſe-
B cunda uice:quia ſi ſuperaddes ex floribus:infuſio ipſa non erit ſufficiens. Neq; enim eſt ſu-
permittendum ex alia aqua pura aliquid omnino. Præterea:ſi quis uoluerit facere tertiam:
& quartam:& plures alias infuſiones:ut in ſyrupo roſato ſolutiuo hodie habetur uſus: o-
C mnia prout in ſecunda facta fuerũt:pagere debet:præterq̃,ꝙ in qualibet uice:quãtitas flo-
rum eſt minuenda:quia etiam & quãtitas aquæ minuitur. Quapropter,hoc breuiter notatũ
habeas.ſ.ꝙ in prima infuſione,ſemper aqua debet eſſe ad ſufficientiam florum:in ſequenti-
D bus autem econtra.ſ.ꝙ flores debent eſſe ad ſufficientiam aquæ. Poſtremo ſciendũ:ꝙ non
nulli de conſimili faciunt infuſiones ex roſis ſiccis:quæ quidem infuſio,apud authores ra-
riſſime legitur. De qua autẽ non intelligitur:niſi ſpecificate legatur:uel quæratur ab aliquo.
E Sicut a noſtro authore infra in gallia aleſanginæ:&c. Nec ꝓparata diu eſt aſſeruanda. Quo-
niam ex quo,quia fit de roſis ſiccis:omni tempore recenter poteſt fieri ipſa infuſio.

De Mucharo.

F ESt nãq; per omnes impreſſiones in fine præſentis deſcriptionis:una barbara dictio ſci-
licet Mucharus:quæ ſtat tam pro roſis:quam pro uiolis:uidelicet cum legitur. Et dici-
tur iſtud mucharus roſarum,uel uiolarũ. Quid aũt proprie ſignificet:haud ualuimus inue-
G nire. Braſaulus autem in ſuo ſyruporũ examine:numero:uidelicet quintodecimo quaſi ex
ſe dicit:ꝙ mucharus apud Arabes:idem eſt:quod infuſio apud latinos. Etenim ex rei conſi
deratione:putamus ipſum bene interpretatum fuiſſe. Verũtamẽ ſi illa dictio ſit uere:& pro-
H prie ſignificans illud.non nobis conſtat. Nam in uno tantũ exemplari inuenimus ſcriptum
mucharus:& duo nihil habent:quia ſcriptores ignorantes ueritatem uocabuli: dimiſerunt
locum uacuum. Reliquorum exemplariorum autem aliquod ſic:& aliquod ſic.has & con
I ſimiles plures uariationes habent:uidelicet,Amiccatur,Amicratus,Amicrater,Anucrarus,
Anucarus,Imitari,Mitranis,Mitrarus,Mutarius,Mutarium:&c. Sed in hoc ultimo uocabu
lo,plura conueniunt exemplaria:forſan rectius:q̃ mucharus. Res etenim parui momenti
K eſt:& parum facit uel ſciatur:uel ignoretur ab aromatariis.

¶ iuleb aliud roſarum:&c. CXXVIII.

L SVbintellige eiuſdem operationis:cum ſupradicto de infuſione roſarum. Et
ut ſuperius diximus:tantũmodo aquam roſatã:& aquam abſynthii per ſub-
limationẽ factas legimus apud authores ueniſſe in uſum medicinæ. De qua
M aqua ſublimata (ſupple roſarum)intellexit author in præſenti deſcriptio-
ne:cum dixit: Accipe aquæ roſarũ:&c. Nec poteſt aliter intelligi. Quia iam
ſcripſerat ſupra iuleb roſatum ex infuſione roſarũ:& infra,in iuleb de ſucco uiolarum: de-
N ſcribit præciſe iuleb de ſucco roſarum:addenſq;, ꝙ eſt laxatiuum. Ergo pro aqua iſtius iu-
leb non poteſt intelligi infuſio:neq; ſuccus:ſed aqua diſtillata ex ipſis roſis. Nec poteſt in-
telligi decoctio:quoniam infuſiones tam roſarum:q̃ cæterorum florum:ſunt decoctiones
O eorum:quoniam generaliter flores non ſubſtinent decoctionẽ. Et ꝙ ipſe author fuerit ex-
pertus operationem huiuſmodi aquæ ſublimatæ:in ſuo de ſimplicibus.ſ.capitulo de roſis:
aperte demonſtrat:cum dicit. Et aqua earum:quæ fit per infuſionem:eſt mundificatiua:ab-
P ſterſiua:& ſolutiua. Et ea:quæ fit per ſublimationem:eſt multæ confortationis:neq; eſt ſolu
tiua:&c. Et inferius in eodem capitulo dicit. Roſa uero,& oleum eius,& aqua ipſius p ſub-
limationem facta:confortant cor:&c. igitur ut communis eſt uſus:quando abſolute hodie
Q petitur iuleb roſatum:ſemper de hoc facto cum aqua ipſarum ſublimata intelligitur: quo-
niam alia iuleb roſata,ſub nomine ſyrupi (ut diximus) petuntur. item cum quæritur iulep:
& non ſpecificatur de roſato:uel uiolato:&c.tunc ſemper intelligitur iuleb paratum ex zuc
R charo & aqua communi,& ſimplici. Vt exempli gratia:eſt ſupra:uidelicet,in cytoniis condi
tis:& in citris conditis:& infra.ſ.in ſyrupo de corticibus citri:& in ſyrupo acetoſitatis citri:
&c. Hodie quoque communiter de conſimili fit iuleb uiolatum,ex aqua uiolarũ ſublima-
S ta:& conſimiliter poteſt fieri,ex omni alia aqua ſublimata:ſi fuerit expediens.

¶ iuleb de ſucco uiolarum:& Iulep de ſucco roſarum:&c. CXXIX.

Hic

Hic notandum:ꝙ ſicut fit iulep cum ſucco uiolarum,uel roſarum:ita de con ſi A
mili poteſt fieri:cũ cuiuſcunqꝫ alterius rei ſucco. Et profecto fiunt multa: ſed
habentur ſub nominibus ſyruporũ:ut infra:ſyrupus de ſucco pomorũ:& cæ
teri ſequẽtes ſimplices:qa omnia ſyrupus ſimplex (ut ſuperius diximus) uo- B
catur etiã iuleb. Præterea ſciendũ:ꝙ etiãnum iſta iulep de ſuccis uiolarum:&
roſarum:hodie ſub noĩe ſyrupi de ſucco roſarũ uel uiolarũ nuncupãtur. Et quãuis illud de
ſucco uiolarũ amplius non conficiatur:attñ poteſt confici. Et licet author dicat, ꝙ illud de C
ſucco roſarum fit ſolutiuum: tamen pro ſyrupo roſato ſolutiuo hodie Romæ ab omnibus
intelligitur alius:qui fit ex tribus,uel quatuor,uel qnqꝫ,uel pluribus infuſionibus roſarũ in-
carnatarum. Iuleb aũt roſatum pñs:non intelligitur ſub noĩe ſyrupi roſati ſolutiui:ſed cum D
additione,de ſucco roſarũ. Sic:uidelicet,Syrupus de ſucco roſarũ.Ille aũt præfatus: qui fit
ex pluribus infuſionibus roſarũ incarnatarũ: qui & ſyrupus roſatus ſolutiuus dicitur:eſt no
uiter adinuentus:quãuis poſſet dici ſumptus ex decimo practicæ Hali filii Abbas:ubi habe- E
tur ſyrupus roſatus ſolutiuus:ex pluribus roſarũ Infuſionibus. Sed tñ in hoc ſolũ differunt:
quia Hali Abbas de rubris roſis intelligit:& nõ de incarnatis.Quia roſa abſolutæ deſcripta:
ſemper rubra intelligitur. Titulus aũt deſcriptionis in Hali:talis eſt. Iuleb aſſignatio:& eſt ro F
ſarũ ſyrupus:&c.Similiter quoqꝫ nonnulli hodie faciunt ſyrupũ roſatũ ſolutiuũ:ex pluribus
infuſionibus roſarũ damaſcenarũ nuncupatarũ. quẽ iam experti ſumus,non ſolũ eſſe ſolu-
tiuum:uerũetiã & maxime uiſcerũ cõturbatiuũ:& ualde uẽtoſum: quãobrem uſum eius nõ G
cõmendamus.

¶ Iuleb Iuiubinum:&c.	CXXX.
¶ Syrupus de Pomis:&c.	CXXXI.
¶ Syrupus de Pyris:&c.	CXXXII.
¶ Syrupus de Cytoniis:&c.	CXXXIII.
¶ Syrupus de Perſicis:&c.	CXXXIIII.

H

I

Deſcriptiones iſtæ ſunt claræ:præterq̃,ꝙ in ſyrupo de pomis:ubi legitur per
impſſos libros: Et ſunt,q ſubmergũt in ſucco ſetã tinctã ex cheſmes:añ ſuc
ci depurationẽ:Lege rectiua ex chermes:uel in chermes:ut eſt in exẽplari- K
bus antiqs. Nã cheſmes(ut ſuplus dictũ eſt)ſunt nuæ paſſæ:& non tinguur
ſeta cũ ipſis. Chermes aũt ſunt grana tinctorũ:illa ſupple in qbus inficitur
ſeta uulgo chermeſina dicta. Cõſimiles errores ſunt in ſyrupo de granatis L
dulcibus:& in ſyrupo de corticibus citri:de qbus locis ſuis lectores monebimus. Item lege
correctius quod ſeqtur:nõ ante ſucci depurationẽ:ut eſt in ipſis impſſis libris:ſed poſt ſucci
depurationẽ:uel ad ſucci depurationẽ:ut eſt in multis exemplaribus.Nam plura exempla- M
ria habent ad ſucci depurationem:& idem eſt:quod poſt ſucci depurationem. Quaſi dicat.
Quidam ad ſuccũ depuratum: ponunt ſetã tinctã ex chermes:&c. Etenim ſi añ depuratio-
nem poneretur ſeta:poſtea in depuratione:tota uirtus,& color deperderetur:&c.Itẽ quod N
ſequitur. Vſqꝫ dum rubeat:&c.Subintelligitur,ꝙ poſtea ſit extrahenda ipſa ſeta,a ſucco.

¶ Syrupus de ſucco acetoſæ:&c. CXXXV. O

Vbi author in pñti deſcriptione dicit: Et modus eius eſt:ſicut ſyrupus de ſucco
uiolarum:intelligit de iuleb de ſucco uiolarum ſupradicto:quem nunc uo-
cat ſyrupum:quia nullam differentiam facit inter ſyrupum ſimplicem,& iu- P
leb:ut in ſuperioribus iam probauimus.

De Acetoſa.

PLures etenim ſunt ſpẽs:ſeu differẽtiæ herbæ acetoſæ. Sed qñ abſolute(ut hic) reperitur Q
ſemper intelligitur de illa:q̃ uulgo dicitur acetoſella.Quæ qdẽ duplex eſt:uidelicet,una
quæ habet folia magna ſuper terrã expanſa:lapatho ſimillima:unde a nõnullis lapathiũ,ſiue
lapathum acetoſum dicitur:& ab aliis poſcula uocatur. Altera folia habet parua: ad ſagittæ R
alatæ effigiẽ:&c. Et hæ duæ acetoſæ ſpẽs notæ ſunt. Eſt & alia acetoſæ ſpẽs: quæ nõ lapathi:
ſed trifolii ſpẽs uidetur eſſe:uulgo nẽpe Alleluia:& pania cuculi,dicitur:& hæc ſimiliter co
gnoſcitur. Eſt etiãnum & Ribes herba de genere acetoſarum. Et de his ultimis quære infra. S
Sed aduerte,ꝙ diximus ribes herbam:quia fructus cuiuſdam arbuſti:quo utuntur hodier-
ni aromatarii pro ribes:nõn eſt uerum ribes.

A ¶ Syrupus de ſucco cucurbitæ:&c. CXXXVI.

De Cucurbita, & eius differentiis.

B ET licet Cucurbitarum plura ſint genera. ſiue ſpecies: author tñ abſolute in-
telligit de cõmunioribus:& uſitatioribus. Et cum dicit in pñi deſcriptione:
Accipe cucurbitã magnã:nõ dicit hoc,ad differẽtiã alterius ſpẽi minoris.ſ.
C quaſi,ꝙ ſit una ſpẽs:quæ uocetur cucurbita magna:ob uel magnitudinem
plantæ,uel foliorũ,uel fructus:&c.& alia ſpẽs. quæ econtra,ob paruitatem
ſuatũ partium:dicatur cucurbita minor,ſeu parua:&c.qa per talẽ differen-
D tiam:nõ diſtinguitur ſpẽs,ab hmõi generis ſpecie. Sed dixit magnã:qa in una met plãta ſunt
magnæ,& paruæ:propter ortus ipſarũ uariationes.ſ.ꝙ tu nõ accipias illã:quæ uix heri,aut
nudiuſtertius florẽ dimiſerit. Quæ ſic tenella potius participat de flore:q̃ de fructu:quia eſt
E abſq; bona ſubſtãtia:tanq̃ fructus immaturus. Author igitur dixit magnã propter duo. Pri-
mum,ad differentiã tenellæ præfatæ: ſecundum,ut ſit ſufficiens pro qnq; libris expreſſionis
eius recipiendis. Quãuis hoc ſecundũ non ſit multũ neceſſariũ quia ſi una nõ erit tã magna:
F ex qua ualeas accipe qnq; libras dictæ expſſionis: licebit ex duabus,uel tribus,ac pluribus:
&c. Quapropter rectius putandũ authorẽ intellexiſſe de magnitudine ætatis:q̃ de magnitu-
dine molis. Verũtamen nõ eſt accipiẽda illa: quæ iam amiſit oẽm teneritudinẽ:& ſemen eius
G effectũ eſt durũ:quia hmõi nõ eſt bona. Illa aũt eſt ſumenda:q̃ habet mediocritatẽ,inter tene-
ritudinẽ,& duriciem. illa proprie:q̃ eſt eſui aptior. Nec ſit amara:qa qñq; cucurbitæ,citrul-
li,& hmõi ſimilia degenerant:& producũt fructus ſuos amariſſimos. de quo eſt ualde curan
H dum. Cõmuniores aũt cucurbitarum ſpẽs:& de qbus author intelligit:ſunt illæ:quæ habẽt
folia mollia magna:petaſiti cõſimilia:rotũda,ſubalbida,piloſaq;:flores albiſſimos:ex qbus,
nõnullos caducos:nõnullos uero fructiferos:&c. Et quædã planta producit fructus ſuos
I longos.i.cucurbitas lõgas,albas,magnaſq;: quædã uero rotũdas,uariaq; rotũditate forma-
tas. Et creſcũt in ſimilitudinẽ uitis:habentq; ut uitis in quolibet folio:ex alio latere,duos ca
preolos:qbus ſuſtentãtur:ſcãdendo arbores:& plantas:qbus adhærent:&c. Quæ quidem
K ſpẽs omnibus notiſſimæ ſunt in nr̃a Italia. Et per antonomaſiã uocantur cucurbitæ abſolu
te. Vulgo aũt,a quibuſdã Zuchæ:ab aliis uero cucozzæ:& a nõnullis colocitræ:quaſi co-
locynthidæ , minus correcte nũcupantur. Sũt etiãnum & aliæ ſpẽs ſiue genera cucurbitarũ:
L quæ nõ ſimpliciter dicũtur cucurbitæ:ſed cũ aliqua additione:ut cucurbita indica:cucurbi-
ta ſaracenica:cucurbita marina:&c.quæ gña ſiue ſpẽs ſcandunt arbores:&c.ut ſupradictæ:
ſed habẽt quatuor capreolos in uno pediculo,p ſingula folia:q̃ folia ſunt magna, uiridia,&
M aſpera,flores producunt ut præfatæ:caducos,& fructiferos:non tñ albos: ut illæ:ſed cro-
ceos. Fructus uero iſtarũ plantarũ:peponibus ſimillimi,forma,& magnitudine:ab extra aũt
aliqui albicantes.aliq uirides:ad nigrũ tendentes:ab intus uero,aliqui albi:alii crocei ſunt.
N Semina aũt ut peponũ ſemina ſunt:ſed maiora ualde:&c. Et hæ ſpẽs quidẽ nõ ita oĩbus no-
tæ ſunt. Romæ aũt notiſſimæ. Omnes gñaliter humidis gaudẽt locis:Cucurbitæ indicæ eg-
dem:&c.integræ ſeruãtur ultra annũ. Et tam iſtæ,q̃ ſupradictæ:ſaccharo aut melle perquã-
O optime condiũtur:&c. Præterea ſunt & alia gña cucurbitarum:ut cucurbita deſerti:quæ &
colocynthis:ſiue(ut mauis)cologntida dicitur:& cucurbita reptilium:ſeu cucurbita ſylue-
ſtris:quæ & feſcera:& bryonia,ſiue bryenia ſecundum Pliniũ:& græce ampelos leuce nun-
P cupatur:&c.de quibus alibi.

¶ Syrupus de prunis:&c. CXXXVII.

Q CVm dicit author in pñti deſcriptione: Valet ſicut ſyrupus de uiolis:& fit ſicut
ipſe:intelligit de iuleb de infuſione uiolarũ ſupradicto. Sed de prunis non eſt
R faciẽda infuſio:ut ſit de uiolis:ſed decoctio. Peritus enim aromatarius omnia
debet intelligere cum ſale diſcretionis. Et ſic de ſimilibus. Et aduerte,ꝙ pru-
na oportet ſint recentia:& non ſicca: Attamen in defectu ipſorum: & de ſic-
S cis poteſt fieri decoctio: ſed neceſſe eſt in eis uti longiori bullitione.

¶ Syrupus de granatis acetoſis:&c. CXXXVIII.

¶ Syrupus de granatis dulcibus:&c. CXXXIX.

IN deſcriptione præſentis ſyrupi de granatis dulcibus: per libros impreſſos: A
mendoſe pro chermes: legitur chelmes. Scribe:ex chermes. Lege de hoc in
ſyrupo de pomis ſupra.

¶ Syrupus de corticibus citri:&c. CXL. B

LOnga nempe examinatione: præſentem utiꝗ paruam deſcriptionem tranſe-
git Braſaulus. Attamē nec ſic nobis, in omnibus ſatiſfecit. Sunt etenim & in C
ipſa aliqua: nō ſine bona declaratione, prætereunda. Ipſa igitur deſcriptio:
uſꝗ ibi: uidelicet. Et ſunt qui:&c. eſt intelligibilis, & clara. Ab illo aũt loco:
plures inſurgunt dubitationes. Nam ubi dicit: Et ſunt qui in iuleb proiiciũt D
ex corticibus citri: uel citrorũ (utroꝗ.n.modo, in antiquis exēplaribus legitur) partes cōue-
nientes: & proprie quando uicinatur cōpletioni coƈturæ eius;&c. Completioni: nō autem
complexioni: ut in mendoſis impreſſionibus habetur. Eſt.n.non parua differentia inter cō- E
pletionē: & cōplexionem. Alias etiãnum ſimiles mendæ leguntur: de qbus omnibus: & cō-
ſimilibus multis paruis: breuitati ſtudentes: mentiones nō facimus mentionem: emēdamus
tantum literã in receptario: ut legenti, & cum aliis conferenti paſſim patebit. Ad ſupradicta F
autem redeuntes: poſſumus largo mō dicere: ꝙ tot ſunt ibi dubitationes: quot ſunt dictio-
nes. Et primo. An illud iulep intelligatur ſyrupus ſupraſcriptus in illa deſcriptiōe: uel ſit de
nouo faciendũ: cum aqua pura, & zuccharo. Secūdo, ſi cortices citrorũ ſunt intelligēdi illi: G
qui iam remanſerunt ex decoctione ſupradicti ſyrupi: uel alii. Quia ſi alii. inſurgit tertiũ du-
bium: uidelicet, ſi ipſi cortices ſint ponendi crudi in ipſum iulep: uel aliquo modo decocti.
Quarto, ſi citrorũ, uel citri ſit rectius legendũ. Quia ſi citri: inſurgit quintũ dubium in ſequen- H
tibus. ſ. ubi legitur: qñ uicinatur cōpletioni coƈturæ eius: uidelicet, ſi eius referatur ad citrũ:
uel ad iulep. Sexto, qualiter ſit intelligenda illa partiũ conuenientia. ſ. ubi dicit: partes cōue-
nientes:&c. Septimo, ſi ſeta tincta in chermes (non aũt cheſmes: ut mēdoſi libri habent) in- I
telligitur ſubmergenda, in primo mō: uel in ſecūdō: uel in utroꝗ. Octauo, ſi in ſecundo mō.
ſit apponēdus muſcus: uel nō. Ad primũ ergo dicimus: ꝙ pro illo iulep: nō poteſt intelligi
ſyrupus ex decoctione citrorũ ſuprapoſitus: qa ſi intelligeretur ipſe: & ſupaddendo ei cor-
tices citri: reciperet plus de amaritudine: & per cōſequens nō eſſet (ut author dicit) delecta-
bilis. ſ. ipſe ſyrupus ſic factus: ſed magis horribilis: ob plurimã corticum citrorũ amaritudi-
nem. Ergo iuleb eſt p ſe faciēdũ: ex aqua pura, & zuccharo. Quod poſtꝗ receperit cortices L
citri:&c. uocabitur ſyrupus de corticibus citri. Ad ſecundũ dicimus: ꝙ ſi ipſi cortices ponē-
di in iuleb (ſi pro qa) ſunt neceſſario decoquēdi: poſſunt intelligi illi: qui ſupra ex decoctiōe
remanſerunt. Ad tertiũ dicimus: ꝙ dicti cortices in ipm iuleb, nō ſunt ponendi crudi omni- M
no: eo maxime (ut aliq putant) ſi ipſum iuleb ſit prope finē decoctionis: quia parum poſſunt
bullire in ipſum iuleb. Et ſi extrahantur ſemicrudi ipſi cortices a iuleb pcocto: tanꝗ nihil re-
linquent de ſua ſubſtantia in ipm ſyrupum dictũ iuleb. Et ſi permittantur ſtare, eſt periculo- N
ſum: ne ad tps corrũpatur ipſum iuleb. Et ſi ponantur ipſi cortices crudi, in iuleb crudũ: eſt
expreſſe cōtra literam dicentē: Et proprie qñ uicinatur cōpletioni coƈturæ eius. Vnde opor-
tet ut alterũ ipſorum prius decoquatur: utrunꝗ.n. crudũ non patitur illa litera. Ergo deco- O
quendi ſunt ipſi cortices. Ad quartũ conſiderandũ: ꝙ ſi litera dicat citrorũ: & nō citri: cōple-
tio coƈturæ neceſſario erit referēda ad iuleb. Et (ut dictum eſt) nō erit bonũ: nec rectum po-
nere ipſos cortices crudos in fine decoctionis illius iuleb. Et ſi ponantur decocti in ultima P
bullitione dicti iuleb: in tã parua mora: non pñt relinquere aliqd uirtutis eorũ: in ipſo iuleb:
quia primũ habent attrahere ad ſe iuleb: & poſtea diffundere uirtutē:&c. Igitur rectius pu-
tamus legendũ eſſe citri: ꝗ citrorũ. Eo maxime, ꝙ in maiori parte exēplariũ: citri legitur. Et Q
ſic quintum dubiũ reſoluitur ad citrũ. ſ. ꝙ cōpletio coƈturæ rectæ debet referri ad citrũ: & nō
ad iuleb: Et accipitur ibi citrũ pro corticibus ipſius: tanꝗ totũ pro parte. Vt exēpli gratia: tan-
ꝗ ſi diceret. Accipe cortices citri: & in aqua ſufficiēti decoque eos: non tñ ad perfectionē. ſed R
prope: & extrahe eos: & in zuccharũ cōpetēti aqua liquefactũ: & clarificatũ ſubmerge illos:
& ſic lento igne, cũ facilitate decoque: uſꝗ ad modũ iulep:&c. Poſtea potes extrahere cor-
tices: uel ad libitũ dimittere: qa & ipſis corticibus poteris in neceſſitatibus uti: pro citro cō- S
dito. Et ſic ſyrupus huiuſmodi factus erit delectabilis: quia amaritudo ipſorum corticũ, pro
maiori parte, iam remiſit in prima bullitione. Et ſic eſt ſecundũ ueram authoris intentionē.

A. Ad ſextum.ſ.de partium conuenientia. Eſt nãq; hoc in loco intentio authoris:ut ſumantur
ex corticibus citri:non perfecte de coctis:& ex iuleb clarificato partes conuenientes.ſ.ad
inuicem.i.ꝙ ad unam libram corticum:ſit tanta quantitas ipſius iuleb accipienda:quæ poſt
B perfectam decoctionem,ualeat in ſe continere dictos cortices. Vel ad unam librã zucchari
iulepati:ſiue iuleb clarificati:ponatur tanta quantitas ipſorum corticum:ꝙ ualeat perfecte
coqui in ipſo:ut ipſe ſyrupus accipiat ex competenti corticum portione debitam uirtutis
C ſubſtantiam:&c. Et proprie(ut experti ſumus)libra pro libra eſt ſatis & ſufficiẽs.ſ.libra cor-
ticum elixatorum:pro libra zucchari non diſſoluti. Poſtea diſſoluatur & clarificetur:&c.
Vnde & iſto modo etiam,poteſt recte ſtare dicta ipſarum partium cõuenientia. Ad ſeptimũ
D dicimus:ꝙ licet ſit ad libitum:tamen ſecundũ uerum literæ ſenſum:ipſa ſeta tincta in cher-
mes,in primo modo conficiendi.ſ.in decoctione perfecta corticum,eſt immergẽda:& non
in ſecundo modo. Et ratio eſt:quia per primum modum abiectis corticibus,poſt ipſorum
E decoctionem ſuſcipitur tantum ipſa aqua decoctionis eorum:& cum zucchero:&c.confi-
citur in ſyrupum. In qua quidem aquam ante zucchari immiſſionem(ſi placebit)poteſt qli-
bet immergere dictam ſetã:& pmittere ſtare,uſq; dum aqua rubeat:poſtea extrahat ipſam
F & proiiciat:aqua uero conficiatur cum zuccharo:&c. in ſecundo aũt modo,fruſtra immer
geretur ipſa ſeta in decoctionem citrorũ:quæ poſtea erit abiicienda. Quia in ſecũdo modo
non recipitur ipſa decoctio:ſed cortices pluſq̃ ſemicocti tantũ:qui recoquendi ſunt in zuc
G charo iulepato:&c. Sed ſi quis dixerit illam ſetã tinctam poſſe immergi in dictũ zuccharum
iulepatum:unde etiãnum & de ſecundo modo põt intelligi:ſicut de primo. Ad hæc reſpon
demus:ꝙ non ſolum ſetã:ſed & alia plura põt addere:& facere:pro liberi arbitrii uolũtate.
H Sed erunt ipſa præter textum:& authoris intentionem. Textus nẽpe ſic ſe habet. Et quãdo
ſubmergitur in aqua decoctionis citri:&c. Non enim dicit in iuleb:ſeu in ſyrupo:&c.Sed in
aqua decoctionis:&c. Ergo de primo modo intelligitur. Et aduerte,ꝙ ſeta nõ eſt conficien
I da in his,& ſimilibus locis:ſed poſtq̃ aqua,ſeu alius liquor receperit tincturã eius:ipſa ſeta,
eſt abſtrahenda:& abiicienda: Aliter.n.ſe habet:qñ quærit author ſetã combuſtam: &c. Ad
octauum dicimus:ꝙ muſcus in utroq; modo eſt apponendus. Nec obſtat,ꝙ author nõ ſpe
K cificet de eo:in ipſo ſecundo modo:quia neq; etiãnum dicit,ut non apponatur. Loquitur
enim ipſe peritis uiris. Dixerat nãq; in primo modo,ipſum apponendũ eſſe,in ſecunda par-
te ipſius compoſitionis. Si aũt poſtea.ſ.in ſecundo modo uariauit primã partem dictæ com
L poſitionis:ſecunda quidẽ remanſit in ſuo robore. Et de hoc,multa habemus exẽpla in teſti-
monium. Sed ne ſimus prolixi:unum tantũ ſubſcribemus. Vt exempli gratia. Cõfectio de
cytoniis bona,ſuperius declarata:poſt primã deſcriptionis poſitionẽ:habet quidem multas
M uariationes,tam primæ,q̃ ſecundæ partis ipſius confectionis. Et ſciendũ,ꝙ quælibet cõpo-
ſitio habet duas partes principales,ad minus. Ipſius igitur confectionis de cytoniis: prima
pars principalis hæc eſt. Accipe carniũ cytoniorum coctorũ in uino:lib.iii.mellis boni de-
N ſpumati tantũdem:decoque cum facilitate. Hucuſq; prima. Hinc ſequitur ſecũda. Et poſtq̃
coctum fuerit:proiice ſuper ipſum:cinnami,garyophyllorũ:&c.uſq; macis:ana.ʒ.iiii. Et ibi
eſt finis ſecũdæ. Ergo poſtea cũ dicit author:uariando primã partem: Et qñq; inuitat neceſ-
O ſitas:& coquuntur cytonia in aceto:ad cauſas calidas. Intelligit forſan:ꝙ poſt bullitionẽ in
aceto:ſint propinãdæ abſq; melle:& ſine ſpeciebus? Abſit. Et ſic de ſingulis quæ ſubſcribun
tur ibi. Igitur muſcus eſt apponẽdus in ſecundo modo iſtius ſyrupi:&c. Præterea: animad-
P uertendum,ꝙ nõnulli ex iunioribus(ut Quiricus de Auguſtis:& Paulus Suardus:&c.) pro
illo:quod legitur in iſta deſcriptione:uidelicet. Et ſunt qui in iulep proiiciunt ex corticibus
citri:habẽt ipſi:ex corticibus cytoniorũ. Si aũt ab aliquo mẽdoſo libro ſic accepere:uel quã
Q ob cauſam pmutauere,neſcimus. Et forſan male legentes:pro citrorũ(ut libri impreſſi hñt)
intellexerunt cytoniorũ. Nos aũt fatemur ueritatẽ:ꝙ in nullo,tam antiquorũ,q̃ impreſſorũ
libro inuenimus ut ipſi habẽt. Braſaulus quidẽ dicit:poſſe fieri cũ corticibus cytoniorũ:ad-
R dens q; nõ diſconuenire. Sed re uera: ſi fuiſſet ita.ſ.ꝙ loco citri: legatur cytoniorũ:tota ipſa
deſcriptio erit aliter intelligenda: Quia clauſula illa tunc non erit uariatio compoſitionis
ſed additio ad primum ipſius ſyrupi modum ſcilicet ꝙ prope finem coctionis dicti ſyru-
S pi: aliqui poſſent addere corticum cytoniorum partes conuenientes. Sed non ſequere-
tur.ꝙ ipſe ſyrupus eſſet poſtea (ut author dicit) delectabilis:quia cortices cytoniorum non
ualent occultare amaritudinem corticum citri. Ergo non eſt ipſe ſyrupus tali modo confi-

clendus

ciendus.ſ.cum corticibus cytoniorum. Poſtremo notandũ, ꝙ cortex citri intelligitur pars A
exterior lutea: abſq; albedine illa: quæ eſt inter ipſum corticem: & citri acredinem, quæ ca-
ro citri poteſt nuncupari. Et hoc notauimus: quia nonnulli exiſtimant totũ ipſum citrum:
præter acredinem dictã, & ſemen: intelligi debere ſub nomine corticis citri. Sed magnope- B
re errant: quoniam ſic non eſſet differentia, inter citrum conditum: & ipſum ſyrupum de
corticibus citri.

¶ Syrupus acetoſitatis citri: &c. CXLI. C

VBi dicit author in præſenti deſcriptiõe: Et funde ſuper ipſum ex iuleb claro,
& depuratos intelligit, ꝙ tu debes accipere quantitatẽ zucchari & diſſoluere
in competenti aqua pura: & clarificare: ac etiam coquere ad modum iulep: D
Quod quidem uere eſt iulep purum. Quia ſi non coquitur: nõ eſt iulep: ſed
aqua zucchari: quam nõ quærit author: ex quo neceſſario eſt decoquendũ.
Et ex dicto iulep claro, & cocto: accipias. v. lib. &c. Etiam quia ſi non fuiſſet coctũ iulep: eſ- E
ſet indeterminatum pondus quantitatis zucchari conficiendi ipſum ſyrupum: quia quis po
terit clarificare zuccharum cum aqua plurima: & facere iulep lentũ. ſ. aquoſum: & crudum:
& accipiendo poſtea. v. lib. ipſius iuleb crudi, & lenti, ſiue aquoſi: non accipit debitã zuccha F
ri quantitatem, ad ipſum ſyrupum conficiendum. Et econtra: aliquis poteſt ſuſcipere plus,
ꝗ fuerit neceſſe: quia ad clarificandum zuccharum: non indiget apponere multam aquam:
Et ideo neceſſario iulep eſt decoquendum prius: ꝗ uniatur citri acredini. Nec eſt dicẽdum, G
ꝙ author pro. v. lib. dicti iulep: intelligat quinq; libras zucchari non diſſoluti: & poſtea diſ-
ſoluendi & clarificandi: &c. quia litera patet. Etenim non ſcripſiſſet iuleb: ſi uoluiſſet zuc-
charum: ſufficiebat tantum dicere: Et cum quinq; lib. zucchari fiat ſyrupus: ut in multis aliis H
deſcriptionibus fecit. Nam hoc eſt notiſſimum, & cõmune: ꝙ omnes ſyrupi, ſiue cum zuc-
charo, ſiue cum melle, uel ſimili conficiantur: ſunt ſemper clarificandi: &c.

De citris. I

CItra equidem: ſiue citria. i. mala medica: apud omnes fere nationes notiſſima ſunt. Hoc
aũt ſciendũ, ꝙ in defectu cuiuſcũq; partis citri: necnõ & arboris eius: reſpectiue, poſſu-
mus uti illis: quæ ſunt de genere limonum. Etiam & pro acredine citri neceſſitate cogente: K
ſi non adſunt limones: acredine ſummorum: quæ & poma Adam dicuntur: ſiue ſucco ma
lorum aureorum. i. aranciorum acetoſorum dũtaxat, uti licebit. Quoniam dulcia araucia
ſunt alterius proprietatis. Et hæc omnia, & ſimilia, ſub uno genere (hoc eſt citrangulũ uul- L
go dictum) largo modo poſſunt intelligi. Acredo autem a quolibet ipſorum, accipiẽda eſt
cum omni diligentia. Illa uidelicet: quæ libenter: & quaſi ſponte fluit. ſ. quæ non eſt mucila
ginoſa. Ideo non ui præli exprimenda eſt: ſed manibus tantum diligenter: & cum facilitate M
premenda: linteoloq; non raro percolanda: poſtea decoquenda, & purificanda: &c.

¶ Syrupus de acreſta: &c. CXLII.

N

De Acreſta.

ISte ſyrupus non indiget declaratione: Verũtamen de acreſta aliqua paucula
dicenda ſunt. Ab ipſa nempe acredine (quam habet) acreſta nũcupatur. Per O
c, autem & non per, g, rectius (ut putamus) ſcribẽda eſt. Omnis enim uua im
matura acreſta dicitur. Res ipſa ubiq; nota. Sed accipiendus eſt ſuccus acre-
ſte: ante ꝗ in uuam trãſeat: nec nimis cito poſt florum defluxionem: q̃a tunc P
plus habet de auſteritate acerbitatis: ꝗ de acredinis ponticitate. Succus autem ipſe abſolute,
græce Omphaciũ dicitur: Teſte Galeno pluribus in locis: ſed particulariter in. 6. Miamyr.
cap. de mediorum medicaminum compoſitione. Videlicet in Diamoro Heræ Cappadocis Q
dicit. Vuæ immaturæ ſuccum indit: quod omphacium nominatur, & alibi. Teſte etiam Pli-
nio, cum aliis pluribus. Et aduerte, ꝙ differt omphacium: a uino omphacite. Nam uinũ om
phacites fit ex uua acerba in primo gradu maturationis exiſtente: omphacium autẽ ſimpli- R
citer ſuccus uuæ omnino immaturæ eſt. Et uel ſit coagulatus in ſole: uel liquidus ipſe ſuc-
cus: quo ad denominationem nihil facit: tamen hic liquidum omphaciũ expetitur. Sed mi-
rati ſumus de uulgari interprete libri filii Meſue: qui cap. de Synanchia gutturis: in Diamo- S
ron Alexandri, authoritate Galeni, inueniens omphacium: uertit, ſeu uulgariter dixit,
oleum omphacinum. Non enim cõuenit illi Diamori medicamini oleum omphacinum. i.

A oleum de oliuis immaturis. Et licet ompbacium dicatur etiam de oleo olearum immatura-
rum: non tamen pro ipſo oleo abſolute ſcribitur: quia ſimpliciter & abſolute ſcriptū: quaſi
per antonomaſiam: ſemper intelligitur de ſucco uuæ immaturæ .i. acreſtæ. Pro pinguedine
B autem oleæ immaturæ: præponitur ei ſemper oleum: ſic. Oleum omphaticum: ſeu ompha
cinum: quod idē eſt. Ponitur etiānum hic ſyrupus a filio Serapionis: & ab Auicenna in pro-
priis antidotariis.

C

ℭ Syrupus de granis myrti: &c. CXLIII.

De Myrto.

D MYrtus quidem nota eſt. Sed ſciendum, ꝙ ſecundum Dioſcoridē, myrtus mon
tana eſt melior ſatiua: & nigra eſt utilior medicinæ: q̃ cādida. A differentia au-
tem granorum: altera dicitur nigra: & altera alba, ſiue candida. ſ. quia una fert
E grana nigra in maturatione ipſorum: & altera alba. Quāuis illa quæ dicitur ni
gra: & folia quoq; producit nigriora: q̃ alba. Et non eſt myrtus alba, myrtus
agreſtis: ut uult Luminare maius: & plures ex iunioribus: de qua poſtea. In initio ſuæ matura
F tionis, myrti nigræ grana accipiēda ſunt: pro huiuſmodi ſyrupo conficiendo. Prætereaſciē
dum, ꝙ præter has: duas alias cognoſcimus myrti ſpecies: quæ ſunt tanq̃ duo extrema præ
dictarum. ſ. ꝙ una ipſarum habet folia ampliſſima: reſpectu aliarum ſpecierum: lauro proxi-
G ma: cuſpidiora tamen: & arboreſcit magis: q̃ aliæ ſpecies. In partibus Taraconenſibus hāc
arborem pluribus in locis uidimus. Eſt etiānum ibi & ex præfatis mediocribus: & cōmu-
nioribus myrti ſpeciebus: copia non parua: ex quo non poteſt ſuſpicari terram illam natu-
H raliter producere myrtū magnis foliis. Econtra, eſt altera myrti ſpecies: quæ in regno Nea-
politano frequentius habetur. Cœpitq; Romam apportari. In uiridariis ſuis cardinales &
nobiles: opere topiario ipſam libenter colunt. Et uulgo myrtus minuta & myrtus gentilis,
I ſiue nobilis dicitur. Folia fert minima, & rotūdiora, nigrioraq;, buxei aſpectus: ſed ipſa fo-
lia ſunt minora foliis buxi: ramulis multis exilibus, longis, flexibilibus: ad topia faciēda p-
quàmaxime idoneis. Ex quo Myrtus topiaria dici poteſt. Quæ ſpecies ſi taliter cultura traſ-
K formantur: neſcimus. Enimuero, ꝙ quælibet planta poſſit cultura ampliari, & nobilitari, &
mitior fieri, ac luxurari in foliis: &c. negabit nemo. Sed ꝙ econtra aliqua planta: & præſer-
tim eadem poſſit cultiuatione reprimi, & humiliari: &c. ſi. non eſt ratione carens: nemo con
L cedet. Quapropter: & ſi non ſupradicta: ſaltem iſta (quæ paruis conſtat foliis) neceſſario eſt
dicenda alia myrti ſpecies. Præterea, eſt & myrtus agreſtis: de qua Dioſcorides cap. facit: a
ſimilitudine foliorum tantum dicta: alii et autem res eſt lōge diuerſa a myrto. Quæ myrtus
M agreſtis aliter ruſcus: & uulgo bruſcus dicitur.

ℭ Syrupus Cheſmes: &c. CXLIIII.

N

DIcit author in præſenti deſcriptione. Decoquātur Cheſmes ſicut diximus
in ſyrupo de iuiubis. i. in iulebiiuiubino ſupradicto. Sed ibi ſunt iuiubæ cē-
O tum: hic autem cheſmes non numero: ſed competenti deſcriptione ſunt
ponenda. Cheſmes autē ſupra iam declarauimus. Habet nāq; filius Sera-
P pionis in. 7. iſtāmet deſcriptionem: ſed loco zucchari ponit penidias.

ℭ Syrupus, Albalach, uel Albelach, uel Alcbelach: &c. CXLV.

Q PEr uarios libros, uarias legimus huius ſyrupi intitulatiōes. Vnde ſunt qui ha
bent albalach: & ſunt qui albelach: & ſuntq alchelach: & ſunt qui aliter &
aliter. Veriora tamē uocabula (ut opinamur) ſunt albalach, & albelach. Plu
R res ex iunioribus declarāt eſſe dactylos: cum quibus & nos cōcordamus: &
addimus, ꝙ intelligūtur immaturi dactyli. Quia balach, ſiue belach, ſunt da-
ctyli immaturi: ut probatur per Serapionem cap. de palma dicentem. Et recēs ex eo eſt im-
S maturum: quod eſt ſicut acreſta uuæ in comparatione: & eſt balach. Et infra cum præciſe lo
quitur de fructu: ait. Et quando eſt uiridis, eſt in odore ſimilis odori cytoniorum: & tunc no
minatur bethonla: & eſt balach: & eſt plus reſtrictiuum: &c. Item Inferius. Quando dimitti-
tur balach.

tut balach:donec fit baſſanominatur panchiotoma:&c.Al autem dictum eſt ſupra quid ſi- A
gnificet:in his arabicis dictionibus. In interpretationibus Bellunenſis etiam legitur. Beiha,
ſunt dactyli recentes crudi:magis immaturi:q̃ beſſer. Et infra. Beſſer eſt dactylus immaturus
recens. Et ex hoc probatur:ꝙ belach,ſiue balach eſt dactylus ualde immaturus:quia eſt im- B
maturior beſſer, Igitur acerbior dactylus uocatur beiha,ſiue belach, uel balach : &c. & eſt
ualde reſtrictiuus. In principio autem maturationis:ſiue parum ante maturationem:nomi-
natur baſſa,ſiue beſſer. Et ſic melius conuenit cum iſta deſcriptione.ſ.ꝙ habent eſſe ualde im- C
maturi:quia iſte ſyrupus habet reſtringere uentrem:ut in textu apparet. In ſynonymis anti-
quis Auicennæ etiam legitur:Albela.i.flores palmarum:ſed ibi putamus:uel textũ eſſe men
doſum:& rectius legendum fructus palmarum:uel quia ob nimiam acerbitatem: potius tri D
buiſſe eis nomen floris:q̃ fructus,eſſe credendum. Præterea,filius Serapionis in.7.habet u-
num ſyrupum:qui in omnibus proprietatibus conuenit cum iſto filii Meſue. Et intitulatur:
ſyrupus de albella:&c. Quem putamus eſſe male tranſlatum:quia in eius deſcriptione legi- E
tur confuſe,ſic. Sumantur bellahaſuen:aut mellaſuce:& extrahantur nuclei eorũ:&c. Mul-
ta equidem a malis interpretibus corrumpũtur:& uitiantur. Sed abſq; dubio aliquo:iſte eſt
ſyrupus de dactylis immaturis. Poſtremo notandum:ꝙ ubi author dicit in præſenti de- F
ſcriptione : coquantur uſq; ad conſumptionem duarum partium. Et fiat ſyrupus:ſicut di-
ximus. Intelligit,ꝙ tu omnia agas,ſicut in ſyrupo cheſmes immediate ſupradicto. Qui ſy-
rupus cheſmes ſequitur regulam iuleb iuiubini : hoc excepto,ſ.ꝙ tu debes coquere ipſos G
dactylos:uſq; ad conſumptionem duarum partium. Iuiubæ autem & cheſmes coquuntur,
uſq; ad conſumptionem medietatis. Vt exempli gratia. Ex iuiubis quidem:pro iuleb iuiubi-
no,ſumuntur centum:& coquuntur in quatuor libris aquæ:uſq; dum remaneant lib.ii.quæ H
duæ libræ,cum una zucchari libra conficiuntur:&c. Ex dactylis autem ſecundum ipſorum
magnitudinem:quia ſi ſunt maiores iuiubis:nõ centum:ſed octuaginta plus,uel minus,ſe-
cundum diſcretionem ſume:& enucleatos decoque in quatuor libris aquæ : uſq; dum re- I
maneant unciæ ſexdecim,quæ ſunt tertia pars quatuor librarum:& cum libra una zuccha-
ri confice &c. Sed inſuper notandum etiam:ꝙ hæc exempla,regulæ,canones,ſiue modi:
&c. ſcribuntur ab authoribus,pro minus peritis, & nouitiis aromatariis. Diſcreti autem & K
experti,in huiuſmodi,& ſimilibus:utuntur ratione pro lance:& plus,& minus : ſecundum
rei exigentiam faciunt. Vt exempli gratia. Si in centum iuiubis decoquendis,uident nõ ſuffi
cere quatuor aquæ libras:ut optime decoquantur:ponunt quinq;:uel plus. Sic etiã & inter L
decoquendum:eſſet potius diuinum:q̃ humanum agnoſcere determinatum punctum : ut
non plus,nec minus,exprimatur,e de coctis iuiubis:q̃ duarum librarũ quantitas:quæ quan-
titas ab authore limitata poſita eſt. Sed neq; per uiam ponderationis poſſumus ſcire : quia M
ignoratur pondus ſuperfluitatum iuiubarum abiiciendarum : poſt ipſarum decoctionem,
& expreſſionem. Et ſic de ſingulis. Quamobrem bonus aromatarius debet ſemper librum
diſcretionis habere præ manibus:& in illo,omnibus peragendis ſtudere. Et timor dei, non N
recedat a corde ſuo:ut faciat omnia diligenti ſtudio:atq; conſcientia recta:ut chriſtianũ de-
cet. Et hæc notata,omnibus conſimilibus erunt accommodanda:memoriæq; tradenda.
O

¶ Syrupus de papauere:&c. CXLVI.

ESt præſens deſcriptio:Syrupus de papauere ſimplex : & non compoſitus. P
Et eſt ultima deſcriptio ſyruporum ſimplicium præſentis particulæ:& non
prima ſequentis:ut in impreſſis libris mendoſe habetur. Rubrica etenim.ſ.
Hucuſq; ſcripſimus: &c. locanda eſt,poſt præſentem deſcriptionẽ:& non Q
ante:quia ſic rectius:& ſic eſt in omnibus exẽplaribus. Nam deſcriptio ipſa
patet:ꝙ eſt ſimpliciſſima. Quid aliud habetur in ipſa:præter papauer,zuc-
charum,& aquam? Et ſi ſunt duæ papaueris ſpecies:non tamen ſunt duo diuerſa ſimplicia: R
ſed duæ ſpecies unius ſimplicis tantũ. Et quid ſunt penidiæ:niſi zuccharum? Et certe ſi bene
conſideratur:compoſitior eſt ſyrupus de corticibus citri:quia recipit & muſcum,& ſetã tin
ctam in chermes:ultra citrum,& zuccharum,& aquam. Et tamen cõnumeratur inter ſim- S
plices. Quam ob cauſam ergo:& iſte non debet connumerari inter eos? Re uera ſi author
intellexiſſet hunc ſyrupum eſſe cõpoſitum: locaſſet ipſum infra, cum alio ſyrupo de papa-

A uere: qui eſt compoſitus. Sed quia iudicauit ipſum ſimplicem (ut eſt) locauit illum cum ſim-
plicibus ultimo loco. Alium autem: qui eſt compoſitus: quia eſt ex infrigidantibus: poſuit
etiam ultimo loco cum illis: qui habẽt infrigidare. Et hoc non caſualiter; ſed hac ratione fe
B ciſſe putamus. Quia ipſe author in canonibus. ſ. in cap. Compingere & ſtupefacere: &c. de
uſu, & propinatione narcoticorum: ſic ait. At uero quando neceſſitas inuitat: & propriè qñ
omnia non contulerint: præſumimus ſuper narcoticis: &c. Et infra. Verum ſi excuſari põt
C non propinari eſt melius: ſed ſi excuſari non poteſt: melius eſt; ut non potui dentur: ſed ad-
miniſtrare in emplaſtris tãtum, eſt melior cura: uel ſaltem in ſuppoſitoriis, & enematibus: ſi
parum in emplaſtris contulerint. Et ſi cogeris propinare potui: fac cum timore, & cautela.
D Et dare ea antiquiora: eſt minoris nocumenti: &c. Et ideo poſuit iſtos ſyrupos in fine aliorũ
reſpectiue. Vt ſi neceſſitas urgeat; tanq̃ ad ultimum remedium: recurratur ad ipſos. Et ſic eſt
concludendum: ꝙ deſcriptio iſtius ſyrupi eſt inter ſimplices cõnumeranda: &c. Præterea
E animaduertendum, ꝙ iſta deſcriptio: per omnes fere impreſſiones, habetur mẽdoſa ibi: ui-
delicet, ubi legitur, Zucchari albi, & penidiarum: ana. ℥. iiii. Rectius ergo lege: ana. ℥. iiii. ſic
enim eſt in omnibus exemplaribus antiquis. De papauere autem dicetur, in ſyrupo de pa-
F pauere compoſito.

¶ Hucuſq; ſcripſimus: &c. CXLVII.

G HIc eſt locus huiuſce rubricæ: poſt cuius deſcriptionem: a ſyrupo dinari incæ-
pit author deſcribere particulam de ſyrupis compoſitis infrigidantibus. Vn-
de ſequitur.

H

¶ Syrupus dinari. & eius interpretatio eſt de Biſantiis: &c. CXLVIII.

I VEritatem nẽpe inſcriptionis huius ſyrupi (ob multorũ librorum uariatio-
nes) non inuenimus. Nihil tamẽ facit ad rẽ: quomodocũq; tituletur. Hæc
eſt enim prima deſcriptio, ſyruporũ compoſitorum infrigidantium, præ-
K ſentis antidotarii: in qua quidẽ deſcriptiõe, aliqua ſunt uidẽda. Et primo,
pro ſucco endiuiæ: intellige ſuccũ cichoreæ: q̃ eſt uera endiuia. Secũdo,
pro apio: itellige ſelinũ: & propriè illud: quod uulgo dicitur petroſelinũ.
L Et de his alibi. Tertio de bugloſſa domeſtica, & ſylueſtri. Omnes. n. libri impreſſi ſic habent.
Succi borraginis: aut bugloſſæ domeſticæ: aut ſylueſtris. Et licet poſſet ſtare: q̃a (ut mox di-
cemus) reperitur & domeſtica: & ſylueſtris bugloſſa: & in carentia unius: altera põt ſubmi-
M niſtrari, Sed tamen hic per omnes antiquas deſcriptiones: habetur ſimpliciter: ſucci borra-
ginis, aut bugloſſæ: item, ubi legitur. Et quandoq; ad omnẽ partem ſucci depurati: ponitur
aceti boni, albi, & clari, pars media. Intelligit author ſub nomine ſucci, uniuerſam ſuccorũ
N quantitatem: quæ recipitur in ipſa deſcriptione: tanq̃ ſi diceret: ſi ſuccorum ſunt libræ qua-
tuor: appone medietatẽ aceti. ſ. libras duas. Præterea, aduerte (ſicut alias diximus) ꝙ addi-
tiones non ſunt ponendæ in compoſitionibus: niſi medicus præcipiat: pro uſu ſuorum in-
O firmorum dũtaxat. Et hoc notauimus hic: quia nonnulli uolunt: ꝙ quando ſimpliciter pe-
titur hic ſyrupus: ſemper debeat intelligi cum aceto. Quod eſt falſum: quia acetum eſt addi-
tio. igitur abſolute, ſine aceto eſt intelligendus: & ita eſt ſimpliciter præparandus. Sed me-
P lius, eſſet, ſi apud quẽlibet aromatarium: fuiſſent huius deſcriptionis, quatuor diſtincti ſyru-
pi parati; uidelicet, Vnus ſimplex, abſq; aceto, & abſq; ſpeciebus: alius cum aceto, abſq; ſpe-
ciebus. tertius cum ſpeciebus, ſed abſq; aceto: quartus cum aceto, & cum ſpeciebus. Ad mi-
Q nus, autem quilibet aromatarius duos primos, ſemper debet apud ſe, habere paratos: quia
ſunt magis uſuales. Et hoc ſimiliter poteſt intelligi, de omnibus illis deſcriptionibus: quæ
habent additiones: Dummodo a medicis habeantur in uſu.

R De Borragine: & Bugloſſo domeſtico, & ſylueſtri.

QVid certe ſit borrago uulgo dicta: a nemine priſcorum deſcribitur. Iuniorũ autem
plurimi firmiſſime tenent, eſſe bugloſſum antiquorum. Et bugloſſum: ſiue (ut uul-
S gus loquitur) bugloſſa: qua communiter utuntur aromatarii: ingenue fatentur, ꝙ ſit cirſion
ipſorum antiquorum. Ad quod probandum citant in teſtimonium: & Dioſcoridem, & Pli-
nium, & alios plures, De quorum iuniorũ numero etiam, his diebus uidimus eſſe Leonar-

dum Fuchſium: In ſuo de ſtirpibus. Nos autem diligenter examinatis omnium deſcriptio- A
nibus: & eorum opinionibus: quas (ne ſimus prolixi) ſtudioſis relinquentes: nec bugloſ-
ſum antiquorum eſſe borraginem noſtram: nec citſion, ſiue criſſion eorūdem eſſe commu-
nem, atq; uulgarem bugloſſam: breuibus (ut poſſibile erit) aperte oſtendemus. Verba nāq; B
Dioſcoridis: tanq̃ fidedigniora producamus in medium: ut ueritas magis eluceſcat. Quid
igitur Dioſcorides libro .4. cap̄. 129. ſecundum Ruellii tranſlationē, de bugloſſo dicat: au-
diamus. Bugloſſum (inquit) Magi: &c. Romani linguam bubulam: alii libanium: &c. Naſci- C
tur in campeſtribus: & uaporoſis. Iulio menſe colligitur. Aiunt eam quæ tres tyrſos emittit,
cum ſemine, & radice tritam: poramq;: contra tertianos rigores prodeſſe: quæ quatuor ad
quaternos. Ea in uino decoquitur. Herbam abceſſibus utilem eſſe uolunt. Verbaſco ſimi- D
le eſt: folium in terra ſparſum: nigrius, aſperum, bubulas imitans linguas. Quod in uinū de-
iectum: animi uoluptates auget. Hæc Dioſcorides. Videamus ergo nunc: an omnia dicta,
adamuſſim conueniant noſtrati borragini. Primo. Romani linguam bubulam? Non: ſed E
borraginem uocant. Attamen de nomenclatura tranſeat: quia & alia plura hodierni, non ut
antiqui, nominant. Naſcitur in campeſtribus, & uaporoſis: uel ut Hermolaus, & Marcellus
habent in ſabuloſis & planis locis? Borrago non: ſed in hortis: & cultis: & pinguibus locis F
frequentiſſime. Et licet raro oriatur in locis non cultis: tamen ſemper in ſolo pingui: & non
ſabuloſo. Etenim Dioſcorides cum dicit: naſcitur talibus in locis: intelligit ut in pluribus:
uel copioſius. Item Iulio menſe colligitur? Borrago autem generaliter in Italia menſe Apri G
li: & rariſſime uſq; ad dimidium menſis Maii perdurat: quin ſiccetur tota: etiam & radix eius.
Item. Verbaſco ſimile eſt? Quam ſimilitudinem habet noſtra borrago cum uerbaſco? Quia
nec in caule, nec in floribus, nec in ſemine, nec in radice eſt ſimilis uerbaſco. Obiicias for- H
ſan: ꝙ in foliis: & de his Dioſcorides intellexerit: quia ſequitur: Folium in terra ſparſum.
O ſi accipies folia borraginis: & folia uerbaſci: q̃ paruam, & pene nullam ſimilitudinē, inter
ea inuenies. Quia pro maiori parte folia uerbaſci ſunt criſpa: ita ꝙ a longe uidentur tanquā I
inciſa: &c. Item folium in terra ſparſum. Vt plurimum borrago non expandit per terram fo
lia: ut quilibet oculata fide, uidere poteſt in hortis: &c. Plures nāq; herbas cognoſcimus: q-
bus melius: rectiusq; ipſe Dioſcorides poterat aſſimilare folia noſtratis borraginis: q̃ uer- K
baſco. Item quod legimus. ſ. aiunt eam quæ tres tyrſos: &c. Videmus enim borraginem no
ſtram: non ſemper tres uel quatuor tantum caules emittere: ſed plures paucioreſue. Ergo
illa quæ duos, ſeu quinq;, & plures producit tyrſos: ob id quia non habet tres, ſiue quatuor L
tyrſos, caret etiam & uirtute ſanandi tertianarios: & quartanarios. Ergo uirtus conſiſtit in
numero tyrſorum: & non in ipſa planta. Quod eſt ridiculum. Quāuis Dioſcorides, non di
cat alicuius authoritate: neq; ſe ipſum hoc eſſe expertum: ſed tanq̃ fabuloſum ſcripſit: Aiūt M
&c. Et ſi ſit fidedignum: patet in Plinio: qui non bugloſſo: ſed cynogloſſo adſcripſit illud.
Neceſſario igitur dicendum: uel Plinium uel ipſum Dioſcoridem erraſſe. Sed hæc nihil ad
rem faciūt: ut uerum bugloſſum cognoſcatur. Niſi quis uelit experiri dictam proprietatem N
trium, & quatuor tyrſorum. Et nos quidem experientiam egimus: de borragine noſtra: ſed
non inuenimus ipſam talem habere proprietatem: neq; per tres, neq; per quatuor tyrſos.
Vnde certiores ſumus: noſtram borraginem non eſſe antiquorū bugloſſum. Præterea: ipſe O
Dioſcorides capitulo de uerbaſco. ſ. de phlomo (quod idem eſt) plures uerbaſci ſpecies, &
differentias ſcribit. Quæ autem ipſarum ſit habens folia bugloſſo ſimilia. ſ. noſtrati borragi
ni, ſecundum ipſos: nec in capitulo de bugloſſo: nec in capitulo de uerbaſco ſpeciatim le- P
gitur. Neq; etiam per notas in ipſo capitulo de uerbaſco deſcriptas: talis ſimilitudo percipi-
tur. Sed potius cōtrarium expreſſe probatur. Quid igitur in præfato capitulo de uerbaſco:
de foliis tradit Dioſcorides: audiamus. Phlomon Græci: Latini Verbaſcum uocant. Scilicet Q
ille eſt: qui & taſſus barbaſſus hodie uulgo uocitatur. Differētiam duplicem habet: nigrum,
& album: in quo (. ſ. albo) maſculus, & fœmina reperitur. Fœminæ igitur folia ſunt braſſicæ
ſimilia: piloſiora multo, lariora, & candida: &c. Borrago autē minime conuenit cum braſſi- R
ca: in foliis: Ergo de iſta non poteſt intelligi. Item Verbaſcum: qui mas appellatur: oblōgis,
albis foliis, & anguſtioribus conſtat. Igitur ſi de fœmina non intelligitur: a fortiori, non po-
teſt intelligi de maſculo: qui longioribus; & anguſtioribus conſtat foliis. Folia etenim bor- S
raginis ſunt ampla: &c. Nigrum quoq; uerbaſcum dicit eſſe ſimile albo: præter nigredinem:
& foliorum latitudinem: &c. Et ſi de hoc uolunt intelligi: folia borraginis præter ſimilitu-

A dinem braſſicæ:quam haberent:neceſſario fuiſſent nigerrima:quia nigrum uerbaſcum di-
citur:quia nigriora altero habet ſolia. Et capitulo de bugloſſo dicitur. Bugloſſum habere
ſolia nigriora foliis uerbaſci:&c. Borrago autem nõ eſt tantæ nigredinis: ut dicatur nigra,
B quaſi in ſuperlatiuo gradu. Et per conſequens, nec de iſta ſpecie eſt intelligẽdum. Item ſub-
iungit ipſe Dioſcorides. Et ſylueſtre uerbaſcum quod ſolia fert ſaluie: &c. Et iſtud etiinum
eſt alienum, a ſimilitudine borraginis. Item ſubſcribit tres alias uerbaſci ſpecies: duas, uide-
C licet: quæ phlomides dicuntur: quæ ſunt hirſutæ, & humiles, cum rotundis ſoliis: Et tertiã:
quæ Lychnitis: & Thrialis dicitur. Quã & aſſerit habere ſolia terna, quaterna, plurane, craſ-
ſa, pinguia, plumoſa, apta ad lucernarum licinia conſtruenda: &c. Quarum nulli comperit
D comparari ſolia borraginis. Item Dioſcorides cap̃. de ſymphyto altero dicit, Symphytum
alterum habere ſolia linguæ bubulæ (ſcilicet bugloſſo) proxima. Borrago autem nõ habet
ſolia ſymphyti. Quod ſymphytum uulgo cõſolida dicitur. Et hæc planta notiſſima eſt. Ex
E his igitur neceſſario concludendum eſt, bugloſſum antiquorum nõ eſſe noſtram uocatam
borraginem. Inſuper, & cirſion non eſſe noſtram uocatam bugloſſam: facillime probatur.
Primum: Cum dicit Dioſcorides, Romani uocant ſpinam mollem: &c. Neq; uocatur: neq;
F in ueritate eſt ſpina mollis noſtra bugloſſa: quæ tactu, & in caule: & in ſoliis: eſt aſperrima.
Item, caulis cirſii eſt triangulus: bugloſſa nempe habet caules rotundiſſimos. Item, extrema
foliorum cirſii aculeata: bugloſſæ minime. Item, ſummitas caulis cirſii orbiculata: in qua ca
G pitula ſunt purpurea: quæ poſtea ſoluuntur in lanugines, ſiue pappos: &c. Bugloſſa quidẽ
noſtra a medio caule incipit erumpere flores, & ſemen, ordinate, tanq̃ hyoſcyamus, uſq; ad
ſummum: & neq; habet capitula orbiculata: neq; ipſa capitula ſoluuntur in pappos: ut cla-
H re omnia uidentur. Quapropter ſequitur, ꝙ aliud eſt cirſiũ: a noſtra bugloſſa. Et certiſſime
eſt aliud: quia nos cognoſcimus uerum cirſium Dioſcoridis. Et eſt ipſa planta, perquãſimi-
lis cuidam plantæ: quam uulgares ſtopplonem uocant. Habet nãq; ipſa planta. ſ. cirſium: fo
I lia ſimilia herbæ linguæ hircinæ uulgo dictæ, uel potius ueri bugloſſo: ut ipſe Dioſcori-
des ſcripſit. Sed leniora: & circũcirca ora aculeata: aculeis rectis. Raro plus, q̃ unum caulem
fert trianguloſum: qui anguli: uti extrema foliorum: ſunt & ipſi aculeati. Erigiturq; ad qnq;
K palmorum altitudinem: uel circa. In cuius ſummitate eſt tanq̃ mappa, ſeu corymbus capitu
lorum ſimilium capitulis ſtoppionis dicti, oblongiorum tamen: quæ ſimiliter ut dicta ſtop-
pionis capitula ſoluuntur in pappos. Pluribus locis: & præcipue montanis naſcitur. Non
L longe ab urbe ſæpius inuenimus: &c. Reſtat nunc declarãdum: quid ſit noſtra borrago: &
quid bugloſſum Dioſcoridis: quidue noſtra bugloſſa. Et quæ ſit bugloſſa domeſtica: & quæ
ſylueſtris. De borragine igitur noſtra: quid certum ſcribendum haud in præſentiarum ha-
M bemus. Coniectamus tamen inter bugloſſi ſpecies recte connumerari poſſe. Non eſt enim
ipſa reiicienda herba. Olus nempe gratiſſimum: crudum coctũq; eſtur. Ioannes Iacobus de
manliis, in ſyrupo Sabor Regis tenet, ꝙ borrago ſit bugloſſa ſylueſtris. Et certe nõ bene. Si
N autem dixiſſet borraginem eſſe bugloſſam domeſticam fuiſſet minus diſſonũ: & magis cre-
dibile: quãuis neutra ipſarum ſit. Bugloſſum aũt Dioſcoridis, non eſſe bugloſſam noſtram:
firmiſſime aſtruimus. Sed illam bugloſſam eſſe indubie tenemus: quam paucis ante annis, in
O Hiſpaniis inuenimus. ſ. In Regno Galitiæ: & proprie in ciuitate Cõpoſtellæ: ubi largius pro-
uenit: qua quidem incolæ illius regionis quaſi frequenter paſcunt boues ſuos: quia boues
libentiſſime eam comedunt: ob quam cauſam potius: q̃ a ſimilitudine, putamus eam uocari
P bouis linguam: quaſi, quia tanquã lingua frequenter ſit in ore bouino. Semen ex ipſis colle-
gimus: quod poſtea Romæ in noſtro Aræcæli horticello ſeuimus: & adhuc habemus plu-
res plantas: & ex eis etiam nonnullis uiris, & medicis dedimus: quia in partibus noſtris alias
Q non uidimus. Iam perſcrutati ſumus eam: & in omnibus cõuenit deſcriptioni Dioſcoridis
de bugloſſo: præterq̃ ꝙ nõ ſumus uſq; nunc experti illud: quod legitur de tribus & quatuor
tyrſis eius. Quod quidem (ut diximus) fabuloſum eſſe putamus. Ipſa etenim planta non ſeri
R tur in illis partibus Galitiæ: ſed ſponte in ſabuloſis: ac etiam in parietibus uetuſtis prouenit.
Folia habet, notiori uerbaſco ſimillima: longiora q̃ borrago: aſperitate ſimili: immo ita ipſa
folia proxima ſunt ſymphyti foliis: ꝙ aliquãdo decepti ſumus in ipſis plantis, in noſtro hor
S to. ſ. ꝙ natum ſymphytum prope pſam bugloſſam: non agnouimus: credentes ipſum eſſe
bugloſſam dictam: poſtq̃ autem adoleuit planta: caulis oſtendit nobis rei ueritatem: qa cau-
les utriuſq; non ſunt ſimiles: quoniam ipſa bugloſſa: ſiue ipſum bugloſſum, caules emittit

plures,rotundos,cubitali & quãdoq; ampliori longitudine.flores producit lazulinos, par A
uos:floribus noſtræ buglоſſæ pene ſimiles. Semen nigrum:radiceſq; ab extra nigras, lon-
gas,teretes,ab intus albas,mucilaginoſas,carnoſas,& teneras,pollicari atq; maiori groſſi-
tudine:quæ non ſiccantur æſtiuo calore:neq; in totũ amittunt folia:ſed quolibet anno effi- B
ciuntur maiores:ac regerminant:&c.Odor enim foliorum,& plantæ.necnon & ſapor ſunt
gratiſſimi:ſimillimiq; noſtræ borragini. Hanc deniq; plantam,eſſe uerum Dioſcoridis bu-
gloſſum:non contingit ſuſpicari. Hancq; etiãnum,pro domeſtica bugloſſa,accipiendã eſſe C
non dubitamus. Et pro ſylueſtri illam:quam communiter uocamus bugloſſam. Et has ſine
dubio filiũ Meſue credimus intellexiſſe ſupra:in modo electuarii de pſyllio.& infra:in mo-
do ſecaniabin ſolutione educentis melancoliam:& in practica.ſ.cap̃.de ſoda frigida ab hu- D
more melancolico:uidelicet,in ſyrupo Ieſui Iuhæ. Et in cap̃.de cura maniæ:& melancoliæ
ſanguineæ.ſ.in ſyrupo Sabor Regis Medorum:& alibi:quibus in locis utranq; recipi iubet.
De ipſa autem bugloſſa uulgo nota:quam bugloſſam ſylueſtrẽ appellamus: ſimiliter, ut de E
borragine,nec potuimus inuenire apud antiquos:quid in p̃ſenti ſcribere debeamus. Hoc
autem dicere non uerebimur.ſ.ꝙ ſi borrago:& bugloſſa domeſtica.ſ.bugloſſum Dioſcori-
dis:& bugloſſa ſylueſtris.ſ.cõmunis & uſualis:non ſunt eiuſdem generis:ſunt tamen in tan F
ta propinquitate,ꝙ poſſunt dici eiuſdem generis,& uirtutis. Quapropter recte in defectu
unius:per reliquas ſupplendum eſt. Et quid mirum ſi de omnibus ſpeciebus iſtius generis,
non ſcripſerunt antiqui:cum & de aliis plurimis ab eis omiſſis,manifeſta hodie habeatur no G
titia? Sufficit nobis,ꝙ tempore filii Meſue:& ante per plures annos:de iſtis habebatur co-
gnitio.Et ſcripſerũt de ipſis plurimi.(Quãuis ſine aliqua rei diffinitione:quid eſſent ſupple:
attamen hodie & borrago:& bugloſſa ſylueſtris notiſſimæ ſunt: & bugloſſa domeſtica iam H
cœpit agnoſci:ex quo non eſt neceſſe,de eis aliter declarare.

❡ Sermo in ſyrupo acetoſo:&c. CXLIX. I

AVthor noſter anteq̃ ſcriberet compoſitiones ſyruporum acetoſorũ: uoluit
præſentis ſermonis præfatiuncula:mirifice commendare uirtutes:& multi- K
plices operationes ipſorum. In quo quidem ſermone:tanq̃ a minori,ad ma-
ius procedens:introſcripſit primam:& omnium utiq; ſimpliciſſimam deſcri-
ptionem. Sed ſi quæſieris:quam ob cauſam poſuerit inter compoſitos ſyru- L
pos:præſentem ſimplicem ſyrupum? reſpondebimus,ꝙ duplici de cauſa,hoc recte feciſſe
coniectandum eſt. Prima,quia ſi ſcripſiſſet inter ſimplices:hic oportebat iterum rememo-
rare eum:propter ſermonem omnium ſyruporum acetoſorum:ſupple aceti uini.Et ex hoc M
animaduertendum:ꝙ nullus ſupraſcriptorum ſyruporum ſimplicium eſt:qui acetum uini
recipiat:licet ſint aliqui aliter acetoſiſſimi: ut ſunt ſyrupus de granatis acetoſis:& ſyrupus de
acetoſitate citri:&c. Secunda cauſa eſt:quia author non tantum intelligit ſimplices ſyrupos N
eos:quia pauca recipiunt ſimplicia:ſed etiãnum illos:qui paucas habẽt operationes,& uir-
tutes. Et hoc eſt quod in argumento iſtius diſtinctionis innuere uoluit:cum dixit. Syrupo-
rum,alii ſunt ſimplices:ſicut ſpecies iulep:aliqui extenſæ compoſitionis:propter arduitatẽ, O
& multitudinem beneficiorum ipſorum:&c. Vnde & hunc ſyrupum acetoſum: quãuis ſit
ſimplex:tamen propter multiplicem uirtutem:& operationem beneficiorum eius:recte au-
thor inter compoſitos collocauit. Eſt nãq; eius deſcriptio clara:ſed nonnulli minus periti P
intelligunt illam aceti partitionem,a contrario ſenſu:attribuentes illud.in leui: & in forti:
& in mediocri:non ſyrupo(ut decet)ſed aceto:uel qualitati morbi infirmorum recipiẽtium
ipſum ſyrupum. Authoris igitur intentio uera hæc eſt.ſ.ut ſit unum & idem perfectum uini Q
acetum,album,& clarum:ex quo tu debes tripliciter conficere ſyrupum acetoſum ſimpli-
cem. Et de facto: ſicut & de iure:apud quẽlibet aromatarium,debet eſſe ipſe ſyrupus ſic tri-
pliciter præparatus. Et hoc clare oſtendit Auicẽna in quinto canone.ſ.in modo ſyrupi ace- R
toſi Galeni:dicens. Et oportet,ut fiat ſecundum omnem diſpoſitionem:&c. Et ſic ſunt tres
diſtincti ſyrupi acetoſi ſimplices:uidelicet.Primus qui uocatur ſyrupus acetoſus leuis.ſ.de-
bilis:qui debet recipere duas aceti libras. Secundus ſyrupus acetoſus mediocris: qui tres S
eiuſdem aceti recipiat libras. Tertius autẽ ſyrupus acetoſus fortis:qui quatuor præfati aceti
libras contineat.Docet etenim in hoc ſermone author conficere ſyrupum:& non cognoſ-

A ſcere infirmitatum qualitates. Quod quidem eſt medici: & non aromatarii. Scit nempe ipſe
medicus (uel ſaltem ſcire debet) unicuiq; infirmitati quid competat. Et ſecundũ quod me-
lius fuerit: uni leuem: alteri fortem propinare medicinam. Quapropter aromatarius & le-
B ues: & fortes: atq; mediocres: tenetur medicinas apud ſe ſemper habere paratas: eas præci-
puæ: quæ citius parari non poſſunt. Vt cum neceſſitas urgeat: non patiatur infirmus detri-
mentum aliquod, expectando pharmacum conficiendũ. Sed ubi bono modo non poſſunt
C teneri omnia pharmaca: ſaltem mediocria nõ dimittant. Sed de huiuſmodi ſyrupis: melius
eſt habere duos extremos paratos: q̃ mediocrem: quia ex ipſis ſumendo partes: & in ſimul
commiſcendo: poteſt quis ad libitum ſemper mediocrem formare ſyrupum. Hæc antẽ pro
D ignaris tantum uoluimus nos dixiſſe. Præterea, inſup ſciendũ: ꝙ ubi author dicit: Et fun-
de ſuper illud in uaſe lapideo: &c. Monet aromatarium non conficere ipſum ſyrupum: nec
ullum conſimilium recipientium acetum: uel aliud acre: in uaſe æneo, aut ferreo, uel ſimili.
E Ob id, quia omnia acria habent proprietatem abſtergendi: & attrahendi ad ſe ærugines me-
tallorum: &c. Et licet ſcribatur in uaſe lapideo: uerũtamẽ ſimiliter poteſt fieri in uaſe teſteo
uitreato: quia uaſa lapidea, non ſemper de facili poſſunt ubiq; haberi. Poſtremo notandũ:
F ꝙ doſis uera huius ſyrupi (ut in omnibus exemplaribus antiquis legitur) eſt: ab. ℥. i. uſq; ad
iiii. & non uſq; ad. iii. ut impreſſiones habent.

De Aceto.

G NOn ignoratur, quid ſit acetum. Et licet ſit, pars uini: ſiue ex uino: attamen cõtrarias ui-
no habet operationes: quia eſt frigidum: & aſtrictiuum: &c. Vinumque corruptum eſt:
nec loco uini utendum omnino. Et ex hoc ſumitur argumentũ potiſſimum: ꝙ res corru-
H ptæ non ſunt adminiſtrandæ loco incolumium: quia iam non habent amplius illas opera-
tiones, & proprietates: quas antea (cum non eſſent corruptæ) habebant. Immo in ipſarum
corruptione, ut plurimum, amittentes ſuas primas uirtutes: expreſſe (ut patet in aceto) con
I trarios ſortiuntur effectus. Summa aũt aceti bonitas: in ſui acetoſitate cognoſcitur. Et ideo
quanto acetoſius: tanto melius. Scripſit enim author. Aceti uini albi. Vini dixit ad differen-
tiam multorum acetorum: quæ fiunt ex uariis uini generibus fructuum, & pomorum: ut eſt
K acetum granatorum: & acetum cytoniorum: & ſimilia. Sed qualiter antonomaſtice per ui-
num abſolute: intelligitur uinum uuarum: ſic & acetum ſimpliciter prolatũ: intelligitur ace-
tum uini uuarum. Albi autem poſuit ad differentiam rubri: uel nigri: &c. Vt autem album,
L citrinum, rubrum, uel nigrum, ſeu alteriuſmodi reperiatur: hoc non ex ſe: ſed ex uini qua-
litatibus fit. Hoc autem ſcire te uolumus: ꝙ ex optimo uino: fit optimum acetum: & dulce
uinum citius: q̃ non dulce aceſcit. Fit etiãnum a nonnullis arte acetum, ex uariis rebus: ſed
M quod eſt ex uino uuæ: non eſt ſpernendum: fictitium uero ex aliena materia: loco aceti ui-
ni uſui medicinæ non eſt bonum.

N ## Modus ſyrupi acetoſi cum radicibus: &c. CL.

CVm dicit author in præſenti deſcriptione: Deinde funde ſuper ipſum aceti bo-
O ni quantitatem ſufficientem: iuxta modum ſuperioris doctrinæ. Dat intelli-
gi: ꝙ tu etiam debes tripliciter conficere iſtum ſyrupum: ſicut te docuit in ſu-
periori deſcriptione ſyrupi acetoſi ſimplicis, ſ. ꝙ tu facias debilem, & medio-
P crem, & fortem, ſyrupos: tribuẽdo debili duas: mediocri tres: & forti quattuor
aceti libras: &c. Præterea: non uno nomine uniuerſaliter in Italia, uocatur hodie iſte ſyru-
pus: nec uniformiter conficiunt ipſum aromatarii. Vnde ſunt qui nominãt ipſum ſyrupum
Q de duabus radicibus: & ſunt qui ſyrupum de duabus radicibus, compoſitum: & ſunt qui ſy-
rupum de duabus radicibus cum aceto: ad differentiam alterius qui ſine aceto communiter
paratur. Et ſunt qui uocant ipſum ſyrupum acetoſum compoſitum: & ſyrupum compoſi-
R tum cum aceto: &c. Conficitur autem huiuſmodi ſyrupus: non tripliciter (ut author ordi-
nauit) ſed dupliciter: uidelicet, cum aceto: & ſine aceto. Nec ſic concordant inter ſe. Quia
ſunt q plus: & ſunt q minus: & ſunt q nihil de aceto adminiſtrant. Quaſi ad libitũ, quilibet fa
S cit. Sed ſcitote, ꝙ iſte ſyrupus: quãdo cõficitur ſine aceto: non fit ſecundũ deſcriptionẽ filii
Meſue: quia nunquã filius Meſue dixit talem ſyrupum cõficiendum eſſe abſq; aceto: nec in-
tentio eius eſt: ut conficiatur abſq; eo omnino. Sed cum aceto: & tripliciter, ut diximus: &c.

Confuſio etenim non parua eſt hodie in aromatariis officinis:& nõ ſolum de hoc: ſed & de A
multis aliis compoſitionibus. Et domini medici permittunt:non quærentes ſi compoſitio-
nes pharmacorũ ſint recte:& debitis modis ab ipſis paratæ. Multoties certe propinatur æ-
grotis:quod eſt eis expreſſe contrarium. Et hoc nempe ex utrorũq; in curia. Demum ſcien- B
dum,ꝙ Braſaulus noſtra ætate inter medicos celebratiſſimus:de radice endiuiæ : quæ legi-
tur in præſenti deſcriptione:tum,quia in Auicēna(nec in ſuo exemplari:ut ipſe dicit)non
habetur:tum,quia ipſa endiuiæ radix eſt frigida:& aliæ duæ calidæ:tum etiam, quia uulga- C
ris ipſius nomēclatura.ſ.de duabus radicibus:quaſi ubi q; profertur: dubitat : an debeat eſſe
in hac deſcriptione. Nos autem uel conueniat:uel non:aliis inquirendum dimittimus:hoc
autem dicimus:ꝙ in uigintiquinq; exemplaribus ex pergameno inuenimus. Quapropter D
putamus ipſam non eſſe amouendam. Et ſi radix endiuiæ eſt frigida: tanto magis competit
huic ſyrupo:qui eſt ex infrigidantibus:&c. Vocant ergo ipſum ſyrupum de duabus radici-
bus:ex quinq; calidis: quas alibi,deo concedente,declarabimus. E

¶ Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis herbarum:&c. CLI.

F
SCiendum,ꝙ hic ſyrupus eſt idem,cum ſyrupo dinari cum aceto : qui ſupra:
ſed tamē ſine additione ſpecierum. Vnde author ſubiicit operationes eius:
quaſi remittens lectorem ad deſcriptionem præfati ſyrupi dinari. In hoc aũt G
ſunt differentes.ſ.ꝙ iſte ſyrupus recipit minorem aceti quantitatem:ꝗ ſyru-
pus dinari:uidelicet,ꝙ ad tres partes:puta tres libras,ſyrupi dinari perfecte
decocti:ſine additionibus aceti:& ſpecierũ:apponitur aceti boni pars una.ſ.libra una. Non H
autem eſt intelligendum:ꝙ pro tribus partibus ſuccorum:qui ſunt in ſyrupo dinari:ſit acci
pienda pars una aceti:&c. Vt Nicolaus præpoſitus:& Author nouarum additionum in præ
ſentem antidotarium filii Meſue,declarauerunt:& cõſequenter permutauerunt textum, & I
intentionem authoris præcipientis ſumere tres partes ſyrupi:& non tres partes ſuccorum.
Etenim ipſis exceptis:omnes libri tã antiqui,ꝗ impreſſi habent ſic. Recipe ſyrupi dinari par
tes tres:& fũde ſuper ipſm aceti boni partem unã. Et ſic debet ſtare. Et hæc eſt uera authoris K
intentio.ſ.ut ſumantur ſyrupi dinari,ex ſuccis,& zuccharo tantum cõfecti partes tres: qui-
bus addatur aceti boni pars una:& decoquatur cum facilitate:& fiat ſyrupus acetoſus:&c.
Et loco iſtius:ſyrupus dinari cum aceto eſt accipiendus:quia recte poteſt poni alter pro alte L
ro. Sed nota:ꝙ iſte ſyrupus uocatur acetoſus de ſuccis herbarum:uerum ſubintelligēdum
ſine aromatibus:quia infra author habet aliam deſcriptionem,ſyrupi acetoſi de ſuccis her-
barum cum aromatibus:de quo loco ſuo dicetur. M

¶ Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis fructuum:&c. CLII.

N
VNum quippe generale notandum eſt in præſenti deſcriptione:pro omni-
bus ſimilibus accidentibus,tam pondere ꝗ menſura.uidelicet, ubi author
dicit: Et iuleb partes tres:uel plus,uel minus:&c. Qua in re eſt ſciendum: O
ꝙ licet authores:poſt ipſorum determinationem:dimittãt illud per plus,
& per minus,ad libitum noſtrum:uerũtamen ultra partem unã.ſ.mediam
per plus:& mediam per minus:nõ eſt præſumendum. Quia tunc agere- P
tur expreſſe contra ipſorum intentionem. Nam ipſi primum declarant intentionem ſuam:
poſtea oſtendunt:ꝙ per plus:uel per minus,poteſt illud fieri. Verbi gratia. intentio autho-
ris,in præſenti deſcriptione eſt:ut non ſint iuleb quatuor libræ:neq; duæ:ſed ſint tres:plus, Q
uel minus. Plus.ſ.non ultra tres partes,& dimidiam. Minus autem.i.non citra duas partes
& dimidiam. Quia ſi quis accæperit ultra tres & ſemis:tunc accipit quatuor libras parum mi
nus:& non tres parum plus. Et econtra:ſi quis minus,ꝗ duas & dimidiam accæperit:&c. R

¶ Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis,& aquis fructuum:&c. CLIII.

DOnitur iſtamet deſcriptio:in aliquo tamē parum differens:a filio Serapionis S
in.7.breuiarii:& ab Auicenna in.v.cañ.ſub titulo ſyrupi de fructibus. Etiam
dictus Auicenna habet ibi aliam deſcriptionem,ſub eodē titulo:ſed eſt diffe-

A rentior ꝙ prima. In utra ꝙ tamen habetur zarur: ſicut in iſta deſcriptione filii Meſue. Itē, ipſe
Auicenna in dicto .v. cañ. ſ. in ſumma ſecunda: tractatu ſexto habet etiānum alium ſyrupum
de fructibus: qui ſimiliter recipit zarur. In deſcriptione autem filii Serapionis, legitur Zaha-
B rur. Et præter hoc non eſt aliud declarandum, in præſentis ſyrupi deſcriptione.

De Zarur, ſiue Zaror: &c.

ZAror autem, ſiue Zarur, uel Zaharur: ſiue alzaror, uel alzarur: &c. Vnum & idem ſigni-
C ficant: quod a nonnullis dicitur eſſe ſorbum: ab aliis meſpilum. ſ. illud quod uulgo uo-
catur corrupto uocabulo neſpilum: uel neſpulum. Cum ſecundum ueritatem neutrū ipſo-
rum ſit abſolute. Sed uere eſt meſpilū tricoccum Dioſcoridis. Illud uidelicet meſpilū: quod
D ſemicorrupto barbaro uocabulo, uulgo hodie nūcupatur Lazarolum: ſiue alzarolum: ſer-
uans adhuc aliquod ueſtigium arabicæ nomenclaturæ. In regno Neapolitano: & in Sicilia
copioſius habetur. Cœpit iam & Romam apportari: unde pluribus cardinalium & nobi-
E lium pomariis: hodie non deeſt alzarolum. Res ipſa notiorem ueritatem oſtendit: ꝗ ut de-
clarari debeat. Nam ita ad literam correſpondet capitulo Dioſcoridis de meſpilo tricocco:
ꝙ nec minimum iota diſſentire uidetur. Et præter Dioſcoridem: ſunt & alii nō paucæ au-
F thoritatis: quorum ſcripta illud idem probant. Vt ſunt Theophraſtus, Plinius, Serapio: &c.
Et ex iunioribus ut Manardus, Braſaulus, necnō & Pandectarius in pluribus locis: &c. Non
obſtante, ꝙ capitulum Serapionis ſit inſcriptum de ſorba: quia fuit error interpretis. Incipit
G enim zaror: & ſequitur capitulum Dioſcoridis de meſpilo tricocco quaſi ad literam. Etiam
ipſe interpres in ſynonymis errauit, dicens. Zarur. i. ſorbæ. Et infra zarore: i. ſorbæ. Auicen-
na autem confundit duo capitula Dioſcoridis de meſpilis: in uno ſuo: quod incipit. Zarur:
H quod eſt alzarur: &c. Andreas Bellunenſis etiam in ſuis interpretationibus, neſciens qd eſ-
ſet, ſcripſit. Zarur eſt ſpecies ſorbæ: uel meſpili: &c. Sed animaduertendum: ꝙ ſicut meſpi-
lum æquiuoce dicitur de meſpilo tricocco: & de meſpilo ſetanio: quod meſpilum ſetaniū:
I ſiue epimelida dictum: eſt uulgare neſpulum. ſ. meſpilum italicum: de quo etiam Dioſcori-
des ſcribit capitulum immediate poſt ſupradictum de meſpilo tricocco. Sic etiam: Zaror,
uel zarur: &c. æquoce dicitur, de lazarolo: & de neſpulo Italico uulgari noto. Quod pro-
K batur per Serapionem: qui in dicto capitulo: ſub nomine zaror ſcribit utrūq;. Vnde ſequens
dicit: in regionibus uero italiæ, eſt alia ſpecies zaror: quam multi uocant epimelidam: &c.
Et ſimiliter probatur per Hali filium Abbas: qui ſecundo practicæ, capitulo de fructibus: u-
L trūq; tangit: cum dicit. Zanrum, uel zaturam: citrinum frigidum, & ſiccum: & in eo pontici-
tas: prodeſt abominationi colericæ: rubeum autem maioris eſt, in his; actionis. Pro citrino
autem, intellexit uulgare neſpulum italicum. Nam clarum eſt: ꝙ quando maturatur ad ci-
M trinitatem tendit. Pro rubeo autem, intellexit meſpilum tricoccum. ſ. lazarolū: qui fructus,
cum eſt maturus, eſt tantæ rubedinis: ꝙ cum corallio rubro perpolito maximam habet ſimi-
litudinem. Vnde zaror, uel zarur arabicæ, idem ſignificat: quod meſpilū. Sed abſolute per
N zaror intelligitur lazarolum dictum: per meſpilū autem, & præcipue in Italia: abſolutæ, in-
telligitur neſpulum uulgare. Michael de Capella redarguit Stephanū: zaurur, uel zaror uer-
tiſſe meſpilum. ſiue (ut ibi legitur) meſpilam: aſſerens meſpilam arabice: nō zarur: ſed gubei-
O ra uocari. Atqui uel ipſe Michael errauit: uel eſt alia ſpecies meſpilorum: quæ (ut ipſe di-
cit) uocatur arabicæ gubeira. Quia (ut Theophraſtus libri tertii de hiſtoria plantarū: cap.
12. & Plinius lib. xv. hiſtoriæ naturalis cap. 2. tradunt) conſtat: ꝙ ſunt tria meſpilorum ge-
P nera: uidelicet, duo præfata: & tertium: quod cognominatur gallicum: hoc eſt: meſpilū gal-
licum. Vnde poteſt eſſe, ꝙ hoc tertium meſpilum gallicum dictum: uocetur arabice gubei-
ra. Verūtamen Stephanus nō errauit. Sed an de hoc tertio Dioſcorides loquatur: adhuc in-
Q compertum eſt nobis. His deniq; uiſis: ſciendum, ꝙ pro zaror. ſ. lazarolo (ſaluo ſemp me-
liori iudicio) poteſt ſumi meſpilum ſetanium. i. neſpulum uulgo notū. Et in utriuſq; horum
carentia: ſi ſumatur ſorbum: putamus non eſſe malum. Sed nec meſpila ſetania: neq; ſorba
R oportet ut ſint optime matura: quia poſt ipſorum maturitatem: ſuccus non bene poteſt ex
eis excipi: ob id: quia caro ipſorum efficitur ſorbilis: unde & a ſorbēdo (quia matura ſorben-
tur) putamus ſorba dicta. Præterea, qualiter meſpila conſeruentur: ac melle condiantur: &
S de arborum ipſorum ſatione: &c. Palladius lib. 4. optime ſcribit.

Modus ſyrupi acetoſi de cytoniis: &c. CLIIII.

Habet

HAbet filius Serapionis in.7.unam quaſi huic ſimilem deſcriptionem:ſed non A
recipit zuccharum:cuius titulus eſt. Syrupus de rob cytoniorū:&c. Nihil.n.
aut parū differt hic ſyrupus a miua acetoſa ſimplici:quæ infra habetur.Quā-
obrem,poreſt alterum pro altero adminiſtrari. Aduertēdum uero:ꝙ per ali- B
quas impreſſiones,præſens deſcriptio habetur mendoſa:uidelicet,ꝙ ubi in
illis legitur: Accipe ſucci cytoniorum acetoſorum:&c. partes.xx.legendū eſt rectius:par-
tes,x:ut eſt in exemplaribus,& pluribus impreſſis libris. Quid autem ſit cytoniū acetoſum: C
quære in condito de bugloſſa.

ℭ Modus ſyrupi acetoſi de pomis:&c. CLV. D

AVthor hac de cauſa(ut putamus) non locauit præſentem deſcriptionem ſy-
rupi acetoſi de pomis,cum duabus aliis:quæ ſunt infra:quia hic ſyrupus in
omnibus ſequitur modum ſyrupi acetoſi de cytoniis.Igitur recte poſt illum E
debuit locari. Et ex hoc ſciendum,ꝙ poma huius ſyrupi,oportet ut ſint ace
roſa: quia cytonia ſyrupi p̄ſati de cyroniis(ad cuius imitationē iſte ſyrupus
cōficitur)ſpecificantur acetoſa. Et cōſimiliter hic ſyrupus recipit acetū:&c. F

ℭ Modus ſyrupi acetoſi de prunis:&c. CLVI.

IN præſenti deſcriptione quidem,dicit author: Accipe aquæ prunorum ace- G
toſorum:& aquæ tamarindorum:&c. Sed qualiter faciendæ ſint ipſæ aquæ:
in capitulo de tamarindis clare oſtendit.ſ.per uiam decoctionis.lege ibi. Ha-
bet enim & filius Serapionis in.7.eandem deſcriptionē:cuius eſt titulus:Sy- H
rupus ſanans coleram citrinam:&c. Auicenna quoq; in.v.cañ.habet ipſam-
met deſcriptionem:ſed uitio librariorum,uel interpretis:pro prunorum,legitur pyrorum.
Bellunenſis autem emendauit:reſcribens prunorum:&c. Titulus deſcriptionis Auicennæ I
eſt:Syrupus extinguens,& conferens ad ſitim:&c. Sed tam filius Serapionis,ꝙ̃ Auicēna:ha-
bet ipſam deſcriptionem ſine zuccharo,tanꝙ̃ rob. Quod quidē ipſe filius Meſue in fine de-
ſcriptionis notauit:dicens. Et quandoq; non ponitur in eo zuccharum:& fit ſicut rob bo- K
num,& expertum. Habet etiam Auicenna aliam deſcriptionem: quæ intitulatur: Syrupus
de prunis. Sed longe differt ab iſta.

De Prunis acetoſis. L

DE damaſcenis prunis,ſatis iam dictum fuit,in cōfectione de prunis. In præſenti autem
deſcriptione,& nonnullis aliis locis: quærit author pruna acetoſa. Quapropter ſcien
dum:ꝙ prunorum cum plura ſint genera,ſeu ſpecies:& differentiæ:aliquando propter ali- M
quam cauſam:magis conuenit unum genus,ſeu una ſpecies de minus electis:ꝙ̃ electiſſima:
quod quidem etiam in omni genere,ſub quo diuerſæ continentur ſpēs,intelligendum eſt.
Igitur in præſenti deſcriptione,& ſimilibus:pro prunis acetoſis,non ſunt intelligenda pru- N
na damaſcena:licet ſint meliora in genere ſuo.Quia pruna damaſcena nuncupata,non ſunt
acetoſa:immo inter dulciora,& ſuauiora,obtinent principatum. Sed ſumenda ſunt ex aliis
prunorum ſpeciebus,illa uidelicet: quæ matura guſtui acetoſiora probantur. Vt ſunt ali- O
qua ſylueſtria:&c.Sed aduerte etiā,ꝙ non debent intelligi illa pruneola ſylueſtria Atrineæ
dicta:ex quibus(ut in modo confectionis iacur diximus)apud multos conficitur acacia:qa
ipſa babent plus de auſteritate: ꝙ̃ de acetoſitate:&c. Ex aliis autem prunis,eligēda ſunt:nec P
debent eſſe optime matura:ſed in initio maturationis eorum:&c.

ℭ Modus ſyrupi acetoſi de pomis deſcriptione noſtra:&c. CLVII. Q

SYrupus iſte(ut textus declarat)eſt ex deſcriptione propria ipſius filii Meſue.
Sed ubi in ipſo legitur: Aquæ roſatæ:itelligitur aqua iſuſiōis roſaꝝ rubeaꝝ:
& nō aqua ipſarū ſublimata.Qm̄ ut patet in deſcriptione iuleb roſati,ex in- R
fuſione roſarū:oēs opationes ipſius cōueniūt huic ſyrupo. Verūtū in defe-
ctu dictæ infuſionis:in qbuſdam cōpoſitionibus,ut in iſta,pōt ſubminiſtrari
aqua roſaꝝ ſublimata. Et hac rōne:qa filius Meſue (ut ēt diximus in deſcriptione iulep alii S
roſarū) cū ſcripſit ipm̄ iuleb ex aqua ſublimata:ſubticuit uirtutes,& opariones ipſius taci-
te innuens nobis ipm̄ habere eaſdē opationes,& uirtutes:quas habet iuleb ex infuſiōe:&c.

A Et ideo cum legis ibi: Iuleb aliud roſarum: ſubintellige eiuſdem operationis: &c. Præterea,
ubi author dicit in præſenti deſcriptione: Succi endiuiæ cocti, & deſpumati: intellige, cocti
uſq; ad perfectam ipſius deſpumationẽ. Si aũt dixiſſet: deſpumati & cocti: aliter eſſet intelli-
B gendum. ſ. ꝙ poſt ipſius depurationẽ: eſſet decoquendus ille ſuccus, uſq; ad cõſumptionem
medietatis: ſeu terniæ: aut quartæ partis ad minus. Nunc autẽ: cocti. i. bulliti: & deſpumati. i.
depurati: &c. Item animaduertendum: ꝙ errore librariorum, per omnes impreſſiones non
C recte legitur in iſta deſcriptione: Et ſunt qui condiunt cum. ʒ. ii. camphoræ. In antiquis exẽ-
plaribus aũt: non ita: ſed ſic legitur. Et ſupercondies cum. ʒ. ii. cãphoræ. Et ꝙ ſic debet ſtare:
ratio tenet: quia author (ut præfati ſumus) teſtatur in exordio, ſe fuiſſe inuentorem iſtius ſy-
D rupi, cum dicit: deſcriptione nr̄a. Et ideo non cõpetit huic deſcriptioni, illud. ſ. ꝙ alii faciũt
ſic: & alii ſic: &c. quia nullus, ante ipſum filium Meſue, cõpoſuit talem ſyrupũ. Ergo rectius
eſt: ſecũdum ꝙ legitur in dictis exemplaribus. Poſſet tamen ſtare hoc modo (ſi author ſcri-
E pſiſſet) uidelicet. Et aliqui poſſunt condire cum. ʒ. ii. camphoræ. Si placebit ſupple. Et tunc
eſſet ad libitum conficientis: nunc aũt, ſi uolumus ſequi doctrinam eius: cum conficitur iſte
ſyrupus: neceſſario eſt condiendus, cum dictis. ʒ. ii. camphoræ: qa author præcipit: dicens.
F Et ſupercondies: &c.

De Melonibus hyemalibus.

MElonum, ſiue peponum, plura genera, & ſpecies reperiũtur. Vnde ex illis aliqui dicun
G tur hyemales: non ꝙ hyeme naſcantur: ſed qa ſunt tardioris corruptionis: & poſſunt
domi incolumes ſeruari, per totam hyemẽ ſequentẽ: & de facto ſeruãtur: idcirco hyemales
uocantur. Et ex hmõi, duas agnoſcimus ſpecies. Quarum una: ſunt illi melones magni ui-
H rides: de quibus ſeparatim Serapio facit capitulum: qui quidem uulgo cucumeres: & angu-
riæ nuncupantur. Et a quibuſdam citria aquæ: ſiue melones aquæ appellantur. Quãuis di-
cta nomina. ſ. cucumeres, & anguriæ, magis conueniant illis cucumeribus: qui ſunt longi:
I & uariis modis retorti: anguium repræſentantes formam. Vnde putamus angurias dici. E
quibus ſane reperiuntur albi, & nigri. Et uulgariter in regno Apuliæ, abſolute cucumeri uo
cantur. Quos etiam Serapio in capitulo de melonibus, & citrullis, deſcribit. Alii autẽ me-
K lones hyemales, ſunt citrini coloris ab extra: ab intus uero utriq; ſunt albi. Sed iſti ſunt ob-
longi, maiores citreis pomis: ſapore aũt inter dictos melones magnos uirides hyemales: &
pepones æſtiuales. Quos. ſ. citrinos: melones romanos Hiſpani uocãt. Vtriq; enim ſunt fri
L gidæ complexionis: & tardioris corruptionis: feræ q; concoctionis: &c. Vnde & de quoli-
bet ipſorum, poteſt ſumi aqua, pro hmõi ſyrupi propinatione. Quia etiam & cum aqua fri-
gida pura (ut author dicit) propinari poteſt.
M

ℂ Syrupus alius aceroſus de pomis: &c. CLVIII.

IVleb huius ſyrupi, ex pura aqua, & zucchàro, debet fieri. Item aduertẽdum,
N ꝙ in præſenti deſcriptione per impreſſos libros, eſt ſimilis error: qui in mul-
tis aliis: uidelicet, ubi legitur: Seta tincta ex cheſmes. Lege ex chermes.

O

ℂ Modus ſyrupi acetoſi altereniabin: &c. CLIX.

ALiqui libri habent: de tereniabin. Et idem eſt: quod altereniabi. Sed tã per im-
P preſſos, q̃ per manuſcriptos codices, multas uariationes huiuſmodi uoca-
buli inuenimus. Ignorantia quidẽ peregrinarum linguarũ: eſt cauſa multorũ
errorum: ut in multis aliis uocabulis probauimus. Quãobrem in p̃nti de-
Q ſcriptione, ſiue legatur tereniabin: ſiue terniabi (ut frequentius in impreſſis) ſiue
taraniabi: ſiue alterniabin: & ſimilia: quæ idem ſignificant: pro mannæ ſpecie (ut ſupra decla
ratum eſt) intelligatur. Præterea qualiter ſit intelligẽdus ſuccus endiuiæ coctus, & depura-
R tus: mox ſupra, in modo ſyrupi acetoſi de pomis deſcriptione noſtra, declaratum eſt. Et ſi-
militer aqua roſata: pro qua intelligitur infuſio roſarum. Granata muza dicuntur illa: quæ
ſunt media, inter acria, & dulcia. Vbi autem dicit: Da ut ſupra: ſubintellige cum aqua niuis:
S ſiue cum aqua frigida: &c.

ℂ Modus ſyrupi acetoſi, ſolutione educentis coleram: &c. CLX.

In præſenti

INpræſenti nempe deſcriptione,per omnes impreſſiones ſunt duo mẽda: & A
quãuis parua:tamen corrigenda. Primũ uidelicet:ubi legitur:Succi roſarum
recentium. Rectius lege: Succi roſarum recentis:& non recentium. Alioqui
fruſtra poneretur dictio illa recentiũ. Non enim ex ſiccis roſis poteſt extrahi B
ſuccus. In antiquis exemplaribus certe recentis legitur. Vnde intentio quip-
pe authoris eſt:ut ſit ſuccus recenter extractus e roſis:quia eſt magis ſolutiuus:& aptior pro
huiuſmodi ſyrupi operatione.ſ.ut ſoluat &c. Nam ſuccus roſarum,& generaliter oẽs ſucci: C
qui nõ condenſantur;quãto magis tenẽtur(& maxime poſt annũ)tanto magis debilitãtur,
in operationibus ſuis:& corrũpuntur:&c. Ex quo ſequitur:ꝙ iſte ſyrupus cõficiendus eſt,
tempore collectionis roſarũ. Et cõſimiliter oẽs ſucci non cõdenſati: recentiſſime admini- D
ſtrandi ſunt:præmiſſa tñ ipſorum depuratione:ſi indiget. Neceſſitate aũt cogente inter an-
num ſi defecerint cõpoſitiones:in defectu ſuccorũ recentiũ:licet nobis uti illis: ſup quos iã
præterierunt menſes. Nec tñ ultra annũ ſeruandi ſunt hmõi ſucci.ſed quolibet anno,tẽpo- E
ribus ſuis,excipiendi ſunt:&c. Itẽ aduertendũ,ꝙ hic eſt facienda decoctio prunorũ,& cæte-
rorum ſimpliciũ:ſecundum artẽ:in ſufficienti aquæ puræ quantitate:& exprimenda: ante ꝗ
ſuccus roſarũ,manna,caſia fiſtulã,& zuccharũ immittantur. Et fiat ſyrupus. In fine aũt deco- F
ctionis eius,ſupaddantur acetũ,& ſuccus granatorũ acetoſorũ:& coquatur aliquãtulũ cum
facilitate:interim ponatur ſcãmonea:ſupple correcta:ligata in pãno ſubtili:&c.& perficia-
tur eius decoctio:ſemp auferendo ſpumã:&c. Aliud mendũ eſt:ubi legitur:caſiæ abſolutæ: G
lege ſpecificate:caſiæ fiſtulæ:ut eſt in præfatis exemplaribus.

ℂ Syrupus conferens catarrhis:&c. CLXI.

H
QVãuis ab authore,ſeu ab interprete,omiſſa ſit decoctio facienda in pñtis ſyru-
pi confectione:& in ſupradicta:& infra.ſ.in ſyrupo de hyſopo:& ſyrupo de
praſſio:& ſyrupo de calamento primæ deſcriptionis:& ſyrupo de thymo: & I
ſimilibus Peritus tñ aromatarius,nullũ neceſſariũ debet omittere. Loqtur.n.
author cũ peritis:&c. Quãobrẽ neceſſario hic,& in ſimilibus,eſt facienda de-
coctio rerũ aliquarũ:in cõpetenti aqua:ſecundũ artem:&c. Itẽ nota ꝙ ubi legitur p impreſ- K
ſos codices: Seminis maluæ,ſeminis cytoniorum:ana.ʒ.vi.putamus uerius legendum:ana
ʒ.v.quia ſic eſt pro maiori parte in antiquis exemplaribus.

ℂ Syrupus de cannis zucchari:&c. CLXII.

L
SCiendum quippe:ꝙ in pñti deſcriptione,eſt per oẽs impreſſiones unũ no-
tabile mendũ:uidelicet ubi legitur. Recipe ſucci granatorũ dulcium lib.ii. M
lege rectius lib.iiii. In ueritate dicimus.ꝙ in nullo penitus antiquorũ librorũ
inuenimus ſcriptũ lib.ii. Sed paucis dũtaxat exceptis.qui habent lib.ii.reliq
omnes habẽt concorditer lib.iiii. Præterea,ſcribitur pñs ſyrupus a filio Se- N
rapionis in.7.Cuius principiũ eſt:Syrupus qui cõfert ad tuſſim,& pleureſim:&c.& ab Aui-
cenna,in.v.cañ.cuius initiũ eſt: Deſcriptio ſyrupi,qui confert ad tuſſim,& pleureſim.&c. Et
uterꝗ habet,aquæ granatorũ dulciũ:lib.iiii.&c. Vide Nicolaũ præpoſitum:qa & ipſe ẽt ha- O
bet ſucci granatorũ dulcium lib.iiii. Et aduerte ꝙ filius Serapionis,& Auicenna poſuerunt
aquã granatorũ:intelligentes ſub noie aquæ ſuccũ:quẽ poſtea author noſter ſpecificate ſcri-
pſit. Quia(ut alias diximus)aquæ antiquorũ ſunt ſucci:& decoctiones:&c.& non aquæ di- P
ſtillatæ. Sic etiã aqua malorũ de ſcemi,& aqua cãnarũ zucchari.in pñti deſcriptione:intelli-
guntur ſucci. Mala de ſcemi:non de ſeni.ſupra iam declarata ſunt.

De cannis Zucchari.

Q
CAnnæ igitur,ex quarũ ſucco,per coctionẽ ignis fit zuccharũ:arũdinibus cõibus ſimi-
les ſunt.minores tñ:& intus plenæ:&c. Pluribus naſcuntur locis:ut in Creta:& Sici-
lia:&c. Luſitani aũt non multis ante annis,in inſula Maderæ ab ipſis nouiter reperta.plãta- R
uerunt ex dictis cãnis non modicã quantitatẽ:unde nunc ſingulis annis,fere per totum or-
bem:magnam diſtribuunt boni zucchari copiam. Aqua autem ex ipſis cannis: pro iſtius
ſyrupi,& ſimiliũ confectione:accipienda eſt,eo tempore: quo aptiores ſunt ad zuccharum S
faciendum. Et eſt prius bullienda: atꝗ deſpumanda: &c. Vbi autem commodius non põt
haberi ſuccus ipſarum cannarũ recens:loco eius(ut author docet)penidiæ ponendæ ſunt.

A Ad differentiam autem aliarum cannarum, author addidit zucchari: ex quo rectius titulus
iſtius ſyrupi eſt, cum additione zucchari: ut in quibuſdam exemplaribus inuenimus: ſic ui-
delicet. Syrupus de cannis zucchari: &c.

B

ℭ Syrupus de Portulaca: &c. CLXIII.

VT in plurimis, per antiqua exẽplaria, præſentis ſyrupi deſcriptio locatur: poſt
C ſyrupum de iuiubis. Sed quia hoc nihil facit ad rem: & quia in aliquibus, quã-
uis paucis exemplaribus: hunc (quem in impreſſis libris) obtinet locum: no-
luimus ipſam aliter amouere.

D De Portulaca.

POrtulaca tanquã res notiſſima, a Dioſcoride nõ depingitur. Quæ igitur apud nos ſpõ-
te naſcitur: folia habet longiora & ſtrictiora: quæ autem ſeritur, foliis cõſtat latioribus
E & curtioribus ad corculi effigiem accedentibus. Vnde primam (tanq̃ non ſatiuam: quãuis
locis cultis, & hortis, ut plurimum oriatur) ſyluestrem uocamus. Secũdam autem, quia ſe-
ritur, ſatiuam: ſiue domeſticam dicimus. Et qualibet ipſarũ, indiſcriminatim poſſumus uti.
F Tamẽ ſylueſtris præfertur. Sed ne quis decipiatur, in ſylueſtri portulaca: ſciẽdum: q apud
Dioſcoridem, portulaca ſylueſtris: neutra iſtarum intelligitur: ſed eſt herba: quæ uulgo Te-
lephion dicitur. Quod nomẽ, etiam & ipſe Dioſcorides poſuit. Quod quidem relephium,
G licet uocetur portulaca: a foliorũ ſimilitudine: uirtutes tamen habet portulacæ contrarias:
ut in ipſius Dioſcoridis uolumine legi poteſt. Eſt etiãnum præter ipſam, & portulaca mari-
na: quæ ſimiliter ab ipſo Dioſcoride portulaca ſylueſtris, & peplis uocatur. Et iſta eſt de ſpe
H ciebus lacticiniorum pernicioſorum. Portulaca autẽ a græcis Andrachnes dicitur. Tamen
hoc uocabulum apud ipſos eſt æquiuocum, ſiue commune: ad omnes ſupradictas: necnon
& ad alias plures herbas. Vnde (ut iam diximus) ſit quilibet cautus in his, & ſimilibus uoca-
I bulis æquiuocis: quoniam pluries ſub uno, & eodem nomine: duæ, & quandoq; plures res
contrariæ ad inuicem reperiuntur.

K

ℭ Syrupus de Violis: &c. CLXIIII.

ESt in præſenti deſcriptione (licet paruus) unus error: uidelicet, ubi legitur
per impreſſos codices: Seminum cytoniorum; ſeminum maluæ: ana. ʒ. viii.
L lege. ʒ. vii. quia ſic inuenimus in omnibus fere exemplaribus antiquis: quæ
legimus. Modum autem accipiendi aquam: ſiue ſuccum a cucurbita: ponit
author ſupra. ſ. in ſyrupo de ſucco cucurbitæ. Et ille modus eſt obſeruan-
M dus. Non obſtante: q etiam e cucurbita cruda, poſſit exprimi ſuccus: ſiue
aqua. Nec etiam hic (ut nonnulli putant) pro aqua cucurbitæ, eſt intelligẽda aqua ſublima-
ta: de qua minime intellexit author. Iſtãmet deſcriptionem, authoritate Hamech, habet etiã
N authorin practica: uidelicet in ſermone de aqua cicerum: in aliquibus tamen differentem.
Et in eodem ſermone, authoritate Ioannitii, habet aliũ ſyrupum uiolatũ: ſed non eſt in uſu.

O

ℭ Syrupus de Iuiubis: &c. CLXV.

PEr omnes nãq; impreſſiones, in pñti deſcriptiõe, eſt unus error ualde nota-
bilis: uidelicet, ubi legitur: Accipe iuiubarũ lib. x. Veriſſime legẽdũ eſt: Acci-
P pe iuiubaꝝ. ix. id eſt. 6 o. ſ. numero. Nõnulli ex iunioribus aiaduerterunt er-
rorem: qa. x. libræ iuiubaꝝ, in quatuor libris aquæ, nõ pñt decoqui: ſed cãm
erroris ignorantes. Sunt q unũ: & ſunt qui aliud: uariaq; exponẽtes ſomnia.
Q Vũ Manardus uir eruditiſſimus ẽt, in hoc ualde allucinatus eſt. Etenim uolẽs ipſe emẽdare:
maiorẽ cõmiſit mendã: falſoq; ſuſpicatus errorẽ eſſe in libris aquæ: & nõ in iuiubis: declara-
uit non quatuor: ſed centũ aquæ libras ſumẽdas eſſe. Et poſito caſu: q pro decẽ iuiubarũ li-
R bris, eſſet bene, ſumere centũ libras aquæ: ſed tanta quãtitas aquæ: quã ſubſtantiã poſſet acci
pere ex qnq; drachmis uiolarũ: &c. paucis ſimplicibus: quæ in iſta deſcriptione ſcribuntur?
Et quomodo bene: ad tantam aquæ quantitatem: non amplius q̃ duæ libræ zucchari? Er-
S ror igitur eſt in iuiubis: quia (ut diximus) non habent eſſe amplius q̃ ſexaginta numero. Et
ſic uniformiter habent fere cuncta exemplaria manuſcripta. Cauſa tamen huiuſmodi erro-
ris: hæc fuit. Legebatur nempe in dictis exemplaribus, illa dictio ſexaginta, abſolute,

abſq;

abſq numero, ut in pluribus nos legimus: ſic uidelicet. Accipe iuiubarum.lx.uel ſic.Accipe A
ex iuiubis.lx. Minus periti librarii quidem imprudenter ſeparantes.l.ab.x.inter utrunque
ſtatuerunt punctum, ſiue cōma: ſic, l.x. uel ſic, l:x. ut in prioribus excuſionibus legitur. Hinc
de facili ſucceſſores errauerunt: intelligentes.l.pro libris: &.x.pro decē. Hinc iuniores im- B
preſſores fortificantes mendam: tanꝙ ad clariorem intelligentiā: ad, l, addiderunt.ib.ſic im-
primentes.lib.x.Sed re uera (ut alias diximus) errores, non impreſſoribus librorũ: ſed ipſo-
rum correctoribus imputandi ſunt. C

De Iuiubis.

IViubarum ſecundum aliquos: duo reperiuntur genera. uidelicet album: & rubrũ. Apud
nos uero, genus rubrum tantũ habetur. Et licet antiquioribus (ut nonnulli aſſerunt) iu- D
iubæ fuerint incognitæ: hodie tñ omnibus fere nationibus notiſſimæ ſunt. Et ut Plin. 14.
cap. libri. 15. naturalis hiſtoriæ refert: ante Auguſti tempora: iuiubæ non fuerunt in Italia.
Græce quidem, & etiam latine Zizipha: & ſorica dicuntur. Arabicæ autem (ut in Serapione E
legitur) Hunen: & Zuſaizeſ (quaſi zizipha) barbare, & corrupte uocãtur. Arbor.n.zizipho-
rum.i.iuiubarum: ſpinoſa eſt ualde: & non multum differt a quodam rhamni genere. Aprili
menſe ſeritur. Plinius author eſt. F

Syrupus de papauere. CLXVI.

DEſcriptio præſentis ſyrupi cōpoſiti de papauere: poſita eſt ab authore ulti- G
mo loco, huius primæ partis ſyruporum compoſitorum: ratione, quã ſu-
pra in ſyrupo ſimplici de papauere aſſignauimus. Eſtq in præſenti deſcri-
ptione per omnes impreſſiones: unus maximus, & peſſimus error. Vide- H
licet, ubi legitur. Recipe papaueris albi: & rubei. Nō.n. papauer rubeũ in-
trat pñtem cōpoſitionē. Quapropter lege rectius. Recipe papaueris albi
& nigri. Quia ſic eſt in exemplaribus antiqs. Apud nullum authorũ reperitur, in hmōi com- I
poſitionibus, uel ſimilibus, papauer rubeũ: de quo mox dicemus. Multæ nempe compoſi-
tiones ſunt poſitæ in iſto uolumine filii Meſue: quæ recipiunt papaueris: ſeu papauerũ por-
tiones: ut in practica cap̃. de tuſſi: &c. In nulla tamen reperies papauer rubeũ: præter hic: ubi K
pro nigro, non ab authore, ſed ab imperitis librariis mendoſe poſitũ eſt. O utinã non male.
Item in fine pñus deſcriptionis: ubi legitur in quibuſdam impreſſionibus: zucchari, & peni-
diarum: ana.ʒ.viii. Errore quidē poſita eſt ibi.ʒ.pro.℥. Et in nōnullis de recentioribus excu- L
ſionibus peius: eſt ana.℥.iiii. Lege igitur rectius: ana.℥.viii. Quia ſic eſt ſecundũ ueritatem li-
teræ: ut p antiqua exēplaria aperte probatur. Præterea ſciendũ: ꝙ qñ reperitur papauer: &
non ſpecificatur de aliquo: ſemp de albo eſt intelligendũ. Etiam abſolute, de aliquo ſpecifi- M
cato: ſemper intelligitur ſemen. Item ſciendũ: ꝙ partes illius plãtæ: e cuius capitibus eſt ab-
ſtractum opium: ſunt tanꝙ ſemimortuæ: & per conſequens, nō ſunt ita bonæ, ad medicinæ
uſum: ut aliæ: a qbus non fuit opium ablatũ: quæ quidē ſemper pferendæ ſunt. In neceſſita- N
tibus tñ: & illis uti licebit. Sed neq ſeritur ſemē dictæ plantæ: quæ amiſit opium: quia eſt (ut
diximus) tanquã ſine anima: & ut plurimum non oritur.

De omni Papauere. O

PApauerum genera multa, ſpēs plures, & differentiæ plurimæ reperiũtur. Antonomaſti-
ce aũt: cum papauera ſcribuntur: albũ & nigrũ intelliguntur. Singulariter uero: ſemper
album ſubauditur. Eſtq inter doctores, nō parua diſceptatio, ſuper papauerũ generibus: & P
ex ipſorum dictis magna oritur cōfuſio. Et certe eſſet prolixitas magna: deſcribere tot ho-
minũ opiniones. Igitur curioſis lectoribus dimittentes eas: ſub breuitate papauerum gña,
quæ ſcimus, declarabimus. Nã papauer albũ: quod Dioſcorides ſatiuũ uocat: eſt notiſſimũ. Q
Nigrũ quoq: quod ſimiliter Dioſcorides in gñe ſatiuorũ enumerat: non eſt incognitum. E
cuius ſucco uolũt plurimi in Thebaica regione optimũ fieri opiũ. Vnde opiũ Thebaicũ præ-
fertur cæteris: ſecundũ ipſos. Verũtamen ſcimus, ꝙ in partibus Apuliæ: & aliis locis: nō ex R
nigris: ſed ex albis faciunt: non tñ per contuſione capitũ: ſed per ipſorũ ſcarificationē lac
aſſumunt: &c. Albũ ſemper ſeritur apud nos: nigrũ uero raro: qa copioſe ſponte naſcitur.
Album aũt papauer dicitur: qa non ſolũ flos: ſed & ſemē eſt ei albũ. Et pter illud: & aliud: qđ S
dicitur papauer ſpumeũ: oĩa alia papauerũ genera: ſemen nigrũ: uel ſaltē ad nigrũ tendens:
producũt. Et nigrũ (cuius meminimus) dr̃ peculiariter nigrũ, ob id: quia in foliis, floribus, &

A cæteris partibus:eſt reliquis nigrius:&c. Quod quidem Dioſcorides:licet ipſum in capitu-
lo de papauere ſatiuo ſcribat:tamen ſylueſtre papauer nominat. Cuius capita ſunt in partis-
bus noſtris depreſſa:groſſitudinē nucis iuglandis nunquā,aut rariſſime excedentia. Capita
B autem albi papaueris,ſunt eis maiora ualde:&c. Aliud aūt papauer:quod ipſe Dioſcorides:
eodem ſatiuorum capitulo:tertio loco ſcribēs:dicit ſylueſtrius eſſe:hodierno tēpore,com-
muniter ignoratur. Eſt etiam nunc & papauer rubeum:quod pro nigro,falſo poſitum erat, in
C præſentis ſyrupi deſcriptione. Et hoc,ſecundū aliquorū iudicium,eſt illud:quod Dioſcori-
des papauer rhoeas appellat. De quo quidē ante præfata,capitulū facit. Sed ſecundū alios
papauer rubeum eſt ſpēs anemonis. Et in hoc eſt magna controuerſia. Quia ſi papauer ru-
D beum eſt de genere anemonū:non poterit eſſe papauer rhoeas:quod ſcribitur a Dioſcori-
de inter papauerū genera:& non inter anemones:nec obſtat quod legitur in illo cap̄.ſ.ipm̄,
habere florē ſimilem ſylueſtri fremio.i.anemoni:qa ſimilitudo non dicit proprietatē. Non
E parum intereſt,inter proprietates anemonū:& papauerum,unū quippe ipſorū eſt ualde ca
lidum:& alterū maxime frigidum:&c. Et licet anemonis,ſiue fremii genus, teſte Dioſcori-
de,multas habeat ſpēs:non tamen per hoc eſt dicendū:ſpēs papauerum eſſe ſpecies fremii:
F &c. Multas,& alias ſup hoc diſputationes,breuitatis cauſa dimittimus. Hoc unum aūt dici-
mus:ꝗ illud papauer rubeū uulgo notum(quod a mulierculis hodiernis roſa canina uul-
gariter nuncupatur:& à nonnullis roſella:& ab aliis paparina:quaſi papauerina,per ſynco-
G pam dicitur)uel ſit ſpēs papaueris:uel ſpēs fremii:non intrat pn̄tis ſyrupi compoſitionem.
Præterea:de corniculato papauere:tum,qa eſt notum:tum etiam,qa non intrat pn̄tem cō-
poſitionem:non erat hic de eo multū dicendum. Sed qa authores non ſcribunt niſi unam
H tantum ſpeciē papaueris ceratitis.ſ.corniculati:& nos propriis manibus:non tantū unam:
ſed tres differentes ſpēs huiuſmodi papaueris pluries collegimus:uiſum eſt nobis non ſilen
tio prætereundum eſſe. Papauer igitur corniculatū:quod Dioſcorides,& cæteri depingunt
I (ut ſcitur) naſcitur in maritimis:florēꝗ fert croceū:languidum:ſiue(ut mauis)mellinū:&c.
Nos aūt paucis ante annis:cū eſſemus in Hiſpaniis:& proprie in regnis Aragoniæ,& Caſtel-
læ:non in maritimis:ſed longe a thalaſſicis littoribus p multa miliaria:duas alias papaueris
K corniculati ſpēs inuenimus. Quarū una ſimillima eſt præfatæ maritimæ in omnibus: & per
omnia:præter in flore:qa flos eſt ei,non croceus:ſed ualde rubeus:figura tn̄:& magnitudi-
ne non diſſimili. Cornicula ad unguē,ut thalaſſicum dictū,profert. In ſapore etiā differunt:
L quia hoc non habet illā ſalſedinem:quā illud,propter maris uicinitatē,habet. Alterius autē
ſpeciei planta,tota reſpectiue eſt minor:folia habet maxime inciſa:& nō ita albicantia. Flos
eſt ei,quatuor foliorū:ut alteri:nō croceus:neꝗ rufus:ſed uiolaceus:ſimili forma ut ſupra:
M minor tamen. Cornicula etiam fert ſimillima:ſed ualde exigua. Semina oībus his nigra:&c.
Hæ quidē ſpecies non in littoribus maris:ſed iuxta uiarū ſemitas & circa triticeos campos:
in p̄fatis Regnis copioſiſſime proueniunt. In maiori tn̄ quantitate,illud cū flore rubro:ꝗ il-
N lud cum flore uiolaceo. Hæc nēpe ſcripſimus:ut lectores pſcrutentur:an aliquod ipſorum
per authorū libros,reperiri ualeat. Vt habita ipſorū cognitione:ſciant poſteri & ipſis plan-
tis,in neceſſitatibus uti. De papauere aūt ſpumeo,ſiue ſpumoſo:haud habemus in præſen-
O tiarum,quid certius ſcribamus. Variæ enim ſunt opiniones doctorum ſuper hoc:nam ſunt
qui unum:& ſunt qui aliud eſſe ſuſpicātur. Sunt & alia diuerſa quidem:tamen papaueri at-
tributa. Vt Nigella.ſ.melanthium:quod Romani,teſte Dioſcoride,papauer nigrum appel
P lant. Et Nenuphar:quod Pandectarius papauer paluſtre nominat. Et Eſula:quam iſdē Pan-
dectarius in litera,p,papauer ſpinoſum uocat. Sed nos nuſquā uidimus Eſulam ſpinoſam.
Etiam & quoddam fremii genus:quod Dioſcorides,a quadā ſimilitudine,papauer cogno-
Q minat. Et alis plura minus neceſſaria:quæ breuitati ſtudentes dimiſimus.

¶ Iam quidem loquuti ſumus:&c. CLXVII.

R Huc author incipit particulam ſyruporum compoſitorum excalfacientiū. Et
primo pertractat de ſyrupis:quos uocat ſecaniabin. Secaniabin autem : ſiue
ſchingibin:ſiue ſquingibin:ſiue magis barbare ſecangibin: & ſimilia: quæ per
S uarios libros legimus:Arabice unum & idem ſignificant: quod eſt latine ſy-
rupus acetoſus : ſupple calidus : ſiue ex melle : ſiue ex zuccharo fiat. Græ-
ce autem ſyrupus huiuſmodi ex melle : uocatur oxymel : ex zuccharo autem , oxyzac-
charon.

charon. Oxos enim græce:acetum ſignificat latine. Et licet acetum ſit frigidum: tamen ab A
authore in ſyrupis calefacientibus (ut patet in præſenti particula) ſæpe perquáoptime ac=
modatur:ob multos effectus operationum eius:contemperando caliditatem alicuius ſim=
plicis:& cætera:quæ non ſunt præſentis ſpeculationis. B

¶ Sermo in aqua mellis:&c. CLXVIII.

VIro quidem ſermone commẽdat author ſyrupum.ſ.potionem aquæ mellis. C
Sed quare ipſe author ſyrupum hunc omnium ſimpliciſſimum:& ſequentem
ſcilicet ſecaniabin purum:& quoſdam alios:nõ numerauerit inter ſimplices:
ſupra.ſ.in ſermone de ſyrupo acetoſo iam dictum eſt. Obiiciet forſan aliquis D
dicens:ꝙ hic ſyrupus non intelligitur ſimplex:quia(ut author teſtatur)poteſt
recipere ſpecies alephanginæ:&c. Ad hoc reſpondendum,ꝙ ſpecies illæ:&c. ſunt additio=
nes ad libitum:& huiuſmodi additiones non ſunt de eſſentia compoſitionis. igitur (ut di= E
ximus) ſyrupus ipſe ſimpliciſſimus eſt. Species autem elephanginæ:in pilulis elephanginis
declarabuntur. De melle dictum eſt ſupra:& ſatis clare etiãnum deſcribitur ab authore, in
iſtomet ſermone de qua mellis. Ponit nempe author duos modos faciendi aquam mellis: F
ſed neutro ipſorum communiter utuntur medici hac tempeſtate,in infirmorum curis.

¶ Sermo in Secaniabin puro:&c. CLXIX. G

IN hoc ſecundo ſermone,commẽdat author ſyrupum acetoſum ſimplicem,
ex melle:quem uocat Secaniabin purum:qui quidem ſyrupus hodie in aro= H
matariis officinis,communiter paratur:ſub nomine oxymellis ſimplicis. Et
declarat author eius ſimplicitatem dicens.Illud(ſupple ſecaniabin)quod nos
intelligimus:eſt illud cuius materia ſunt tres res.ſ.mel,acetũ,& aqua. in pro= I
ceſſu autem ſermonis:ubi dicit: Et quandoq; exigit diſpoſitio:ut addatur ad quantitatẽ ace
ti:ſicut te ſcire fecimus in capitulo de ſyrupo acetoſo. Declarat aperte,& hunc ſyrupũ eſſe
tripliciter parandum:ſicut & illum.ſ.debilem,mediocrem,& fortem. Sicut te ſcire fecimus, K
in capitulo.ſ.in ſermone de ſyrupo acetoſo. Propterea lege ibi. Et certe res foret optima:
habere præſentem ſyrupum:& cõſimiles omnes tripliciter paratos. Et ſi aromatarii de hoc
non curant:ſaltem ipſi medici deberent curare:& præcipere ut fiant. Quia ad uarias infirmi L
tates:non unum,& idem ſemper:ſed uaria ſunt adminiſtranda pharmaca.

¶ Modus Secaniabin de radicibus:&c. CLXX. M

HIc præſens ſyrupus intitulatur Secaniabin de radicibus. Sed quare authori pla
cuerit dare ei talem inſcriptionẽ:cum non amplius,ꝙ duæ radices ingredian= N
tur ipſum:nullus declarat. Nam in ſequentes ſyrupos.ſ.Secaniabin de chei=
ſim:& ſecaniabin de calamento.ſ.in quẽlibet ipſorum intrant tres radices:
& tamen ab ipſo authore non intitulantur de radicibus. Et ſi non eſt, quia in O
præſenti ſyrupo, maior quantitas ex duabus recipitur:ꝙ in quolibet ſequentium ex tri=
bus: fatemur etiãnum & nos ignorare cauſam. Etenim in hoc ſecaniabin,ex dictis duabus
radicibus:quatuor unciæ ſumuntur.ſ.de qualibet ipſarum,unciæ duæ: ut patet in litera: in P
ſequentibus autem,ex ſingulis radicibus,ſingulæ ſumuntur unciæ:& ſic ex tribus radicibus
ipſorum:tres tantum unciæ recipiuntur. Sunt equidẽ & in præſenti deſcriptione duæ men
dæ. Prima uidelicet ubi legitur ſeminis aniſi,apii,fœniculi:&c. Illa dictio aniſi,in antiq̃s exẽ Q
plaribus:pro maiori parte non habetur:nec in uulgari impreſſione: quapropter putamus
non eſſe admittendum aniſum. Sicut enim author poſuit primum duas radices:ſic etiam &
earũdem radicum:duo plantarum ſemina aſſociauit. Ita ſcribens. Accipe corticũ radicum R
apii:& fœniculi:ana.℥.ii.ſeminis apii:& fœniculi:añ.℥.i.&c. Alia mẽda eſt:ubi legitur. Aquæ
lib.xx.lege rectius:Aquæ lib.xii.quia ſic eſt in cũctis fere ꝓfatis exẽplaribus: & in uulgari i=
preſſione. Prætereà:ubi author dicit.Coquatur cum facilitate,ſicut ſuperius dixi: Declarat, S
ꝙ tu debes illud dum coquitur:diligenter deſpumare:&c. Vt in ſermone de ſecaniabin pu=
ro immediate præſcripto,clare notauit.

A ¶ Modus Secaniabin ſolutione educentis phlegma:&c. CLXXI.

RAtionabiliter nempe hoc Secaniabin poteſt dici additio præcedentis: quia
B cauſa phlegmatis euacuandi additur ad illud medulla carthami:&c. Sed ad-
uertendum: quod author ſpecificauit quantitem ſecaniabin de radicibus facti
ſumendam.ſ. circiter lib.ii. Et ſi non eſt error: ſubiicit quãtitatem aliorum
C ſimplicium: ad ipſas duas libras præfati ſecaniabin adiungendam: dimittens
illud arbitrio medicorũ: plus, & minus: &c. Sicut in multis aliis conſimilibus additionibus
fecit. Et ex hoc ſequitur: quod aromatarii nõ poſſunt, ſine ſcitu medici: huiuſmodi ſecaniabin
D conficere: quia ignorant quantum ex carthamo: ſeu ex turbith: uel zinzibere: ſubminiſtrare
debent: &c. Sed ſuſpicamur eſſe errorem in præſenti deſcriptione: quia in quatuor ex anti-
quioribus exemplaribus, inuenimus turbith, & zinzibere. cum aſſignato põdere: ſic: uide-
E licet, turbith, & zinziberis. ana. ℨ.i. De carthamo autem, in nullo legimus ſpeciatim põdus.
Manardus uero in huius ſecaniabin declaratiõe, teſtatur poſſe poni uſque ad integrã libram,
ex carthami medulla: &. ℥.iii. turbith. Sed quomodo hoc bñ poſſet fieri: neſcimus. Quia in
F duabus libris ſecaniabin de radicibus ab authore aſſignatis: tanta quãtitas medullæ cartha-
mi ligata in pãno: &c. nequaquam poteſt decoqui. Vix enim præfatæ duæ libræ ualent ma-
defacere libram medullæ carthami: ut quilibet experiri poteſt. Inſuper notãdum, quod duæ li-
G bræ prædictæ accipiendæ ſunt ex ſecaniabin de radicibus præparato crudo: & non coctæ
& poſtea decoquendæ cum medulla carthami: uel cum turbith: &c. Quia ſi de percocto ac-
ciperetur: fruſtra diceretur, quod ſequitur in litera: uidelicet. Et ſuſpende in ipſo quãdo co-
H quitur: &c. Niſi quis uellet in ipſum decoctum ſuperinfundere de nouo, acetum & aquam:
ut iterum cum carthami medulla decoquatur: &c. Quod quidem licet poſſit fieri: tamẽ non
credimus eſſe de mẽte authoris. Et animaduerte, quod author aſſociauit zinziber turbith: quia
I ut in ſuperioribus iam dictum fuit, & probatum: nunquam turbith abſque zinzibere eſt admi-
niſtrandum. Igitur, ſi cuipiam placuerit apponere turbith: apponat etiam & zinziberis por-
tionem. Lege de hoc in confectione electuarii indi maioris.

K

¶ Modus ſecaniabin ſolutione educentis melancoliam: &c. CLXXII.

L SVnt & in præſenti deſcriptione, per omnes impreſſiones, duo menda. Pri-
mum: uidelicet, ubi legitur chamædryos: chamæpityos: &c. deeſt ibi unum
ſimplex.ſ. aniſum. Lege uerius ſic. Aniſi: chamædryos: &c. Aliud mendũ eſt:
M ubi legitur: hellebori nigri, au℥.iii. rectius lege. au℥.ii. Quia ſic utrũque eſt fere
in cunctis antiquis exemplaribus. De bugloſſa autẽ domeſtica, & ſyluestri ſa-
tis diximus in ſyrupo dinarii. Et de Bedegar, lege in ſyrupo de eupatorio.

N De Chamædry: ſiue Chamædreos.

CHamædrys herba: quæ minus recte per genitiuũ ſemper Chamædreos dicitur: a Ro-
manis, teſte Dioſcoride, triſago appellatur. Sed hodie uulgo, alii querculã minorem:
O alii chalamaudrynam quaſi chamædrynam uocãt. Hiſpani autẽ herbarii, & aromatarii be-
tonicam falſo nominant: ipſaque pro betonica falſiſſime utuntur. Herba ſatis nota. Folia una
cum ſemine, colligenda ſunt. Dioſcorides author eſt. Chamædrys enim græce idem ſigni-
P ficat: quod latine parua quercus.

De Chamæpity: ſiue Chamæpyteos.

ET Chamæpitys etiã ut chamædrys: quaſi ſemper per genitiuum, per authorum uolu-
Q mina chamæpiteos legitur. Dioſcorides enim de chamæpity ſcribens: tres eius ſpecies
notat. Apud nos autem duæ tantũ (quæ & notiores ſunt) habentur in uſu. Quæ duæ uul-
go, iua artetica: & iua muſcata nuncupantur. In utraque enim folia ſunt, ut in parua pinu: un-
R de & nomen accæperunt. Nam chamæpitys græce: parua pinus interpretatur latinæ. Habẽt
etiam odorem reſinoſum: ſicut eſt odor pini. Flores utriuſque mellini: &c. Quæ autẽ cogno-
minatur muſcata: ut plurimum locis petroſis oritur. Reliqua uero.ſ. artetica: inter ſtipulas
S triticeas derelictas poſt annum, naſci gaudet. Vtraque indifferenter utuntur omnes. Muſca-
ta tamen (quia muſcum olet: ſic cognominata) tanquam magis aromatica, nos potius
utimur.

¶ Modus

Modus Secaniabin de cheliſim:&c. CLXXIII. A

QVare præſens ſecaniabin intituletur de cheliſim: quære in ſyrupo de eupato-
rio. Habent nãq; mendoſe libri impreſſi, in præſenti deſcriptione, ſemen fœ B
niculi: quod quidem in antiquis exemplaribus minime legitur. Sic ergo re-
ctius lege. Seminis anisi. cheliſim:&c. De cheliſim autem ſiue keiſim, require in
oxymelle ſquillitico. Præterea, inſuper ſuſpicamur: ꝙ uel incuria interpre- C
tis: uel errore priſcorum ſcriptorum:&c. deſit aqua, in huius ſecaniabin deſcriptione. Quia
ſi author in omnibus aliis ſecaniabin, una cum aceto poſuit aquam: etiã & in hoc credi po-
teſt non omiſiſſe. Eo maxime, ꝙ ipſe teſtatur in ſermone de ſecaniabin puro: principale ma D
teriam ſecaniabin eſſe tres res. ſ. mel, acetum, & aqua. Tanquã ſi diceret: ꝙ ſi unum ex his tri
bus deerit, non poterit uocari ſecaniabin. Et ꝙ aqua non ponitur fruſtra, in huiuſmodi cõ-
poſitionibus: in dicto ſermone ipſe author tres aſſignauit rationes: ut legenti patet. Quam- E
obrem (ſaluo ſemper meliori iudicio) putamus aliquid aquæ eſſe ponendum in cõpoſitio-
ne iſtius ſecaniabin:&c.

F

Modus ſecaniabin de calamento:&c. CLXXIIII.

ANtiqua exemplaria tripliciter uariant præſentem deſcriptionem, in pondere G
ſquinanti: uidelicet, ꝙ aliqua habent ſquinanti. ʒ. ii. ſicut & omnes impreſſio-
nes habent. Aliqua autem habent. ʒ. vii. & nõnulla. ʒ. viii. Et de quolibet ſunt
plura: quæ in unum conueniunt. Dimiſimus autẽ ſtare. ʒ. ii. propter duo. Pri- H
mum: quia numerus ipſorum exemplarium: quæ ſic habebant: in tribus ex-
cedebat. Secundum: quia omnia impreſſa uolumina cum ipſis in hoc concordabant. Si au-
tem alicui melius uidebitur aliter: fiat quod erit melius. De calamento domeſtico autem, & I
ſylueſtri, dicetur in ſyrupo de calamento primæ deſcriptionis.

Syrupus acetoſus diarhodon:&c. CLXXV. K

DEſcriptio præſentis ſyrupi per nonnullas excuſiones, in uno eſt uitiata: ui-
delicet, ubi legitur. Recipe ſucci endiuiæ, apii, aniſi, ana:&c. Illud aniſi qui- L
dem, a librariis additum eſt deſcriptioni: forſan ana conuerterunt in aniſi:
male legentes: & ſuperaddiderunt aliud ana. Etenim in antiquis exempla-
ribus non eſt. nec etiãnum in aliquibus impreſſionibus: neq; meminimus M
nos uſquã legiſſe ſuccum aniſi eſſe poſitũ ab authoribus, in pharmacorum
compoſitionibus. Quapropter ſine eo, rectius lege. Recipe ſucci endiuiæ, apii, ana:&c.

N

Syrupus acetoſus de ſuccis herbarum, cum aromatibus:&c. CLXXVI.

AD differentiam alterius ſyrupi de ſuccis herbarũ ſupraſcripti: addidit au- O
thor huic deſcriptioni: cum aromatibus. Vnde ille ſyrupus ſuprapoſitus
titulatur acetoſus de ſuccis herbarũ: ſed ſubintelligitur ſine aromatibus.
Præterea ſciendum, ꝙ præſens deſcriptio per cunctas impreſſiones, repe- P
ritur cum uno mendo: ſed per aliquas magis mendoſas, cum tribus. Men
dum igitur quod habetur uniuerſaliter per omnes impreſſiones: necnon
& per aliqua pauca minus correcta exẽplaria eſt: ꝙ ubi legitur ſucci bugloſſæ lib. ii ÷. uerius Q
eſt legendum. lib. i ÷. Reliqua uero duo mẽda: quæ particulariter ſunt in quibuſdam minus
correctis impreſſionibus: hæc uidelicet ſunt. Primum ubi habetur ſpicæ: ℥. iii. rectius lege. ʒ.
iii. errore quidem poſita eſt ibi. ℥. pro. ʒ. Reliquum autem mendum eſt in fine deſcriptionis: R
ubi ſine determinata quantitate legitur. Condias cum galliæ aromaticæ. Lege igitur emen-
datius: ſic. Condias cum galliæ aromaticæ. ʒ. ii. Omnia nempe (ut poſſumus) ſumma dili-
gentia: atq; digna examinatione in noſtro opuſculo ponimus. Cauſa enim euitandæ proli- S
xitatis: multas rationes, ac rerum, & ueritatis probationes dimittimus. Bugloſſa autem hic, &
in ſimilibus locis: in quibus abſolute legitur: ſemper communis, & uſualis eſt intelligenda.

A item per raued ſimplicites ſcriptum(ut hic:&c.)ſemper intelligitur raued ſeni. Et eſt una ex
optimis rheubarbari ſpeciebus:pro qua pone rheubarbarum electum.

B ℭ Syrupus de Menta:&c. CLXXVII.

Ponitur hic ſyrupus ab Auicenna in quinto canone. Item.Hali Abbas quoq;
in decimo practicæ habet unum ſyrupum:cuius titulus eſt. Syrupi Roma-
C norum aſſignatio:&c. Qui quidem non multum differt ab iſto.De menta
autem,mox in ſequenti ſyrupo dicetur.

D ℭ Syrupus de Menta inuentione noſtra:&c. CLXXVIII.

Syrupi præſentis deſcriptio,eſt de inuẽtione propria ipſius filii Meſue: ut te-
E xtus declarat. Et quoniam,ut ipſe author etiam teſtatur: iſte ſyrupus eſt ex-
cellentior priore:ideo uſus eius frequentatur magis. Tamen deſcriptio im-
preſſionum,in uno non concordat,cum exemplarium deſcriptione. Videli-
F cet ubi legitur: Accipe ſucci cytoniorum muzorum:&c.ana lib.i÷. Exem-
plaria antiqua uniuerſaliter habent:ana lib.i.Verum nobis uidetur,ꝙ talis quantitas ſucco-
rum.ſ.ana lib.i.non bene ſufficiat: ad mentæ quantitatem. Quamobrem putamus ab ali-
G quibus peritis uiris:ipſam ſuccorum ſummam non ſine ratione fuiſſe auctam. Vnde nolui-
mus in hoc exemplaria ſequi: iudicãtes rectius eſſe,ſecundum impreſſiones:quia forſan eſt
menda in ipſis exemplaribus.ſ.ꝙ poteſt eſſe,ꝙ ſit in ipſis imminutum pondus ſuccorũ: uel
H aliquo modo aucta quantitas mentæ : quia in uno exẽplari antiquiſſimo legitur:mẽtæ ſiccæ
lib.÷.& non lib.i÷.ut reliqua librorum multitudo habet. Attamen hoc,cum nõnullis aliis
dubiis,peritiorum nobis iudicio reſeruamus. Præterea:Notandum in præſenti deſcriptio-
I ne & ſimilibus:ubi author dicit: Et cum mellis,uel zucchari:ſiue cum zucchari,uel mellis:
&c.ꝙ licet dimittat illud ad conficientis arbitrium:tamen quod prius ab eo deſcribitur: eſt
principalius de ſua intentione:& ſic debet fieri. Si autem alicui magis placuerit, ut fiat ſibi
K non cum prima re:ſed cum ſecunda:aromatarius de licentia authoris:illud quicquid ſit li-
bere poteſt eiuſmodi conficere. Sic etiam & in aliis rebus eſt intelligendum : quando duo,
uel tria,uel plura ſimplicia deſcribuntur:ut de uno eorum(quod magis placuerit)accipia-
L tur:ſemper priora deſcripta potius,q̃ poſteriora ſunt de ipſius authoris intẽtione. Item ubi
in fine dicit: Aromatizetur cum gallia:& nõ ſpecificat quantitatem:nec modum:eſt notan
dum. Et primo de quantitate. Intellige cum duabus drachmis ad minus ipſius galliæ: quia
M eadem quantitas poſita eſt ab ipſo ſupra.ſ.in ſyrupo acetoſo de ſuccis herbarum: & infra.ſ.
in ſyrupo de calamento ſecundæ deſcriptionis:& in ſyrupo de thymo:& in modo conditi
de bugloſſa;& in modo operationis conditi de cytoniis:& ſimilibus. Modus autẽ aroma-
N tizandi,ſiue condiendi huiuſmodi,& ſimile a cõpoſitiones: cum gallia,muſco,ambra,& ſi-
milibus:ubi ſpecialiter nõ aſſignatur:hic eſt. Accipiatur gallia,uel muſcus,uel ſimile:& po
natur ſuper bombacem:& bombax ponatur intus caczolam ſtãnatam perforatam. Dein-
O de pone ſyrupum:uel ſimile coctum,in colatorio ſatis raro:ut ualeat dictus ſyrupus coctus
paulatim,quaſi guttatim tranſire per ipſum colatorium:& pone colatoriũ cum ſyrupo ſu-
per caczolam,ex directo:& ſubter caczolam conſtitue uas,ad recipiẽdum ſyrupũ. Et ſit in-
P ter cuſpidem colatorii & caczolam ſpatium trium uel quatuor digitorum:ita,ꝙ fluens ex
colatorio ſyrupus:cadat in galliam contritam:ſeu muſcum ſtantem ſuper bombacẽ in cac
zola.ita,ꝙ totus ſyrupus,ſeu ſimile tranſeat per ipſam galliã,ſeu muſcum:&c. Et ſic ipſe ſy
Q rupus erit optime aromatizatus:& clarus. Et hic modus eſt obſeruandus in mitiia:& ſimili-
bus.ſ.in ſecunda aromatizatione:quia primæ ſpecies ligatæ in panno ſunt bulliendæ:&c.
Muſcus autem,gallia,& ſimilia minime:ſed,ut diximus,fieri debet. Cui autem non placue-
R rit hic modus:poterit ipſe in fine decoctionis:cum pauco ipſius decocti diſtemperare gal-
liam,uel ſimile:& proiicere in ipſum totum:&c.

De Mentha,uel Menta,& eius ſpeciebus.

S Rectius putamus cũ aſpiratione ſcribi mẽtham:q̃ ſine. Tamen cõmunis opinio eſt, ſcri-
bere ipſam ſine aſpiratione. Nihil facit ad rem:omni modo itelligitur. Plures nempe
ſunt eius ſpecies. Sed quando nõ ſpeciatim ſcribitur:ſemper menta cõmunis, & uſitatior.ſ.

menta hortulana(quam Græci hedyoſmon ſatiuum nominant)intelligitur. Et hæc notiſſi- A
ma eſt. Sed ſcias,ꝙ hæc duplex reperitur:una uidelicet longioribus folijs: quæ a nonnullis
menta maſculina uocatur. Altera uero rotundioribus folijs conſtat:quam fœmininã men-
tam nominant. Eſt præterea,& menta aquatica:quæ balſamita,& ſiſymbrium cognomina- B
tur:& hæc etiãnum non ignoratur. Pro qua lege ſupra.ſ.in confectione de xylo aloes. Eſt
etiãnum & menta Romana:quæ a multis menta ſaracenica appellatur:& ab alijs laſulata di
citur:qua & in partibus Galliarum nonnulli pro coſto utuntur; & ipſam falſo coſtum uo- C
cant. Et de hac iam diximus in Diacoſto. Folia nempe huius mẽtæ: foliorum lauri figuram
habent:ſed ſunt molliora,obſcura uiriditate ſubalbicantia,& per ora inciſa ſicut ſerra,ual-
de amara:&c. Inter ſpecies quoq; mentæ,connumeratur & mentaſtrum. Et illud eſt uerius D
mentaſtrum:quod rotundioribus folijs conſtat. Quod autem folia longiora habet:potius
eſt calamentum fluuiale:q̃ mentaſtrum. Lege de hoc,in Diacalamento. Eſt præterea,& Me
liſſa:quæ a nonnullis mẽta apum uocatur:ex eo,quod apibus ipſa maxime placet. Inſuper, E
& illa ſpecies nepetæ:quæ uulgo dicitur mentucia:ob eius uulgarem nomenclaturam:po-
teſt connumerari inter ſpecies mentæ:non obſtante,ꝙ ipſa etiam habeatur in numero ſpe-
cierum nepetæ:& calamenti. Et de hac uide in ſyrupo de calamento. Lege etiam de menta, F
in electuario de aromatibus. Arabice autem menta,Nahanaha:uel Nahanna: &c. uocatur:
ut eſt in Pandectario:& Simone Ianuenſi:& primo cap̃.xi.tractatus primi libri Abumeron
Auenzoar. G

Syrupus de Abſynthio:&c. CLXXIX.

De Abſynthio. H

QVod abſolute dicitur abſynthium:notiſſimum eſt. Sed quia dicit author in
præſenti deſcriptione: Recipe abſynthij Romani:&c. Sciendum,ꝙ fere o-
mnes pharmacopolæ Romæ decipiũtur: ſumẽtes pro abſynthio Romano I
illud:quod in parietibus uetuſtis derelictis ruinarum antiquæ Romæ copio
ſiſſime oritur:de quo minime authores intellexerunt:quodq; a peritis uiris
iu dicatur diuerſa abſynthij ſpecies. Et in ueritate eſt. Quia cõſtat ipſum eſſe folijs minutio- K
ribus:nec hyemali tempore timet frigus,ſicut aliud: immo in ipſis algoribus magis uiret, &
creſcit:econtra aliud in æſtate magnificatur:&c. Et uere priſci authores nõ poterant loqui
de dicto murorum Vrbis:quia prioribus temporibus.ſ.in Roma triumphante: & ædificiis L
pulcherrimis florente:non erant tot murorum ruinæ:nec Mœnia urbis ita diruta:ut noſtra
ætate ipſa nimia uetuſtate pene cõſumpta uidemus. Et per conſequens,non erat abſynthiũ
in ipſis: Nec (ut putamus)ullum herbæ genus permiſiſſent illi heroes priſci Romanorũ pa- M
tres,ſuper ipſorum ædificia multiplicari. Quapropter,abſynthium Romanũ a filio Meſue,
Auicenna,& cæteris authoribus deſcriptum:non intelligitur ſupradictum murorum urbis.
Non obſtante,ꝙ præfatum murorum urbis non negetur eſſe Romanum:quia omne quod N
naſcitur Romæ:Romanum dici negabit nemo. Vnde abſynthium Romanum duplex con
ſideratur.ſ.præfatum murorum urbis:& aliud(de quo intellexerunt authores)quod oritur
in partibus Romæ propinquis. Et largo modo per abſynthium Romanum intelligitur o- O
mne illud abſynthium:quod ſpõte intra Italicum naſcitur ſolum. Quia ut plurimũ: & Dio-
ſcorides,& Galenus,& cæteri authores:cum dicunt aliquid Romanũ:intelligunt illud eſſe
Italicum. Vt exempli gratia. Apud Dioſcoridem cum citantur Romani: intelliguntur lati- P
ni.ſ.Itali:qui ſunt ueri latini. Aliud efficacius exemplum. Scribitur a pluribus authoribus:&
præſertim ab Auicenna:Genriana Romana,Pæonia Romana,ſpica Romana, & alia plura
quæ non tantum Romæ non ſunt;ſed nec prope Romã ad multa miliaria naſcuntur. Qua Q
de re,talibus in locis,neceſſario pro Roma,Italia:& pro Romano, Italicum intelligendum
eſt. Quod clarius oſtendit ipſe author noſter filius Meſue,in ſuo de ſimplicibus:cap̃.de ab-
ſynthio:ubi de Romano tantum pertractans:ait.Abſynthium multiplex eſt.Sed illud quod R
intendimus nunc:eſt abſynthium Romanum. Electio. Melius eſt:quod eſt remotũ ab odo-
re maris:& quod oritur in terris liberis:&c. Si igitur intellexiſſet pro abſynthio Romano:il
lud præfatum:quod naſcitur in ruinis urbis:non dixiſſet: Melius eſt:quod eſt remotum ab S
odore maris:ſciens Romam non eſſe in maritimis poſitam. Vnde neceſſarium eſt dicere,o-
mne abſynthium italicũ:etiam & quod oritur circa mare (nõ obſtante,ꝙ ſit non bonũ) eſſe

A abſynthium Romanum. Et ex hoc ſciendum, ꝙ iſtud murale iudicio plurimorum, eſt ma-
lum: quod pro certo compertum eſt eſſe aliud abſynthii genus: quia neq; tranſplantatione
de loco: ad locum pinguiorem: neq; cultura aliqua, trāſmutatur a primo ſuo eſſe. Vnde pro
B abſynthio Romano accipiendum eſt illud: quod (ut dicit author noſter) naſcitur in terris li
beris: habens folia latiora, lenia, alba, & plana. Quodq; non eſt ita aridum: & pluribus Italiæ
locis copioſe habetur: Et hoc etiānum a Romanis (teſte Dioſcoride) uocatur abſynthium
C ruſticum. Et abſynthium abſolute, ubiq; a latinis appellatur: ſiue abſynthium Italicum: ut in
Plinio legitur. Quod enim Plinius dixit Italicum: author noſter, & Auicēna: &c. romanum
dixerunt. Illud autem murorum urbis ſupradictum: ad differentiam alterius: abſynthiū mu
D rale nuncupare, quibuſlibet non diſplicebit. Et ſciendum, ꝙ præter abſynthiū Romanum:
naſcitur etiam in maritimis: & montibus, aliud abſynthium: quod a Dioſcoride, & aliis plu-
ribus principaliter uocatur abſynthium marinum: & ab aliis ſeriphium: ſiue ſeriphū: & ab-
E ſynthium ponticum. Eſt quoq; & tertium apud Dioſcoridem abſynthium: quod antono-
maſtice uocatur ſanctonicum: ſeu ſandonicum: quia hoc uocabulum eſt etiam commune,
ad omnes abſynthii ſpecies: ſecundū ipſum Dioſcoridem: & Plinium: &c. Sicut Sceha apud
F Serapionem. Qui ſerapio omnibus abſynthii ſpeciebus: ſceha nomen tribuit. Et hæ duæ ul
timæ ſpecies: ab antiquioribus: & recentioribus, ita confunduntur: ꝙ nemo in præſentiarū
audet dicere abſolute hoc eſt iſtud: & hoc eſt illud. Dioſcorides nēpe, & Serapio, & alii plu-
G res: tres tantum abſynthii ſpecies ſcribunt. Auicenna autem ſex, dicens: Species eius quinq;
ſunt: Tarſenſe, & Suſi, & Nabati, & Coraſceni, & Romani. Et infra ait. Et eſt etiam ex ſpecie-
bus ſceha. Et propter hoc, uocauerunt ipſum quidam ſapiētes, ſceha romanorum: &c. Vel
H ſaltem ponit quinq; ſpecies. Quia hoc ultimum forſan, non intēdit abſolute eſſe diuerſam
abſynthii ſpeciem: ſed quod dicitur abſynthium romanum: a ſapientibus uocatū eſſe ſceha.
Verba etenim ipſius, ad utrūq; ſenſum poſſunt deduci. Platearius quidem, duas tantum ſcri
I bit abſynthium habere ſpecies. Sed Simon Ianuenſis authoritate Galeni: & ex libro antiquo
de ſimplici medicina: enumerat quatuor. Pandectarius aūt, præter ſupradicta: habet etianū
abſynthium dulce: quod declarat eſſe anetum. Et ſticados citrinum, dicit eſſe abſynthiū ma-
K rinum. Item apud Hali filium Abbas legitur abſynthium græcum: quod ſi differat a Roma-
no, neſcimus. Et alii alia de abſynthio tradunt genera. Nos autē dimiſſis omnibus aliis: tan-
quā dubiis, & incognitis. ſolūmodo primo genere: quod eſt uerum, notiſſimum, & præſtan-
L tius cæteris: et pro romano: & pro pontico: & pro ſanctonico utimur. Aduertendum ta-
men, illud: quod oritur in terris non mari propinquis: eſſe melius marino: & mōtanum eſt.
melius non montano: &c. Scitote etiam, ꝙ abſynthium non eſt amarum per totū: ſed ama-
M ritudo eius ſolūmodo in ſuperficie conſiſtit. Nam pars eius intrinſeca non eſt amara: immō
eſt optimi ſaporis: cum aliqua dulcedine: ut qlibet experiri poteſt: ſumēdo cauliculos eius:
& præcipue tenellos: & dextræ mundans eos, a ſuo cortice. Folia nāq;, & cæteræ partes: nō
N ita de facili poſſunt excorticari. Hinc enim eſt, ꝙ aqua ipſius ſublimata eſt dulcis. Poſtremo
ſciendum, ꝙ nonnulli (quāuis falſo) opinantur abſynthium ſanctonicum eſſe plantā feren-
tem ſemen: quod uulgo ſemen ſanctum: & ſementina uocatur. Sed hoc nobis uidetur im-
O poſſibile: quia abſynthium ſanctonicum naſcitur (ut authores tradunt) non ubiq; ſed in una
ciuitate Galliæ: non longe ab alpium montibus: eiuſdem nominis: unde & nomen abſyn-
thium ſanctonicum ſibi uendicauit. Sementina autem, ſiue hoc ſemen ſanctum uulgo di-
P ctum: quod aliqui etiam falſo putant ſanctū a ſanctonico dici: quodq; Venetiis non uili uen
ditur precio: ut ſcitur: Alexandria Venetias fertur. Quapropter non pōt eſſe abſynthii ſan-
ctonici ſemen. Quid autem ſit: incompertum habemus. Pluries illud ſeuimus: ſed nunquā
Q potuimus natum uidere. Præterea: Venetiis etiam uenundatur aliud ſemē, groſſius eo: pro
uermibus puerorum: quod nonnulli aſſeuerant eſſe ſemen ſanctonici abſynthii: ſed neq; de
hoc adhuc potuimus habere certitudinem: quid proprie ſit. Vtrūq; enim non pōt eſſe. Vn-
R de neceſſe habet, alterum ipſorum eſſe falſum. Et fortaſſe (ut coniectamus) ꝙ neutrū eorum
eſt uerum abſynthii ſanctonici ſemen. Itē nonnulli pharmacopolæ Romæ pro ſemine ſan-
cto uulgo dicto: uendunt ſemen cuiuſdam plantæ ſimilis alexandrinæ herbæ: quam plan-
S tam ſcimus in partibus Apuliæ, uocari uulgariter morulam, ſiue morgulam. Cuius quidem
ſemen nunquam fuit ſanctum: neq; beatum. Pro infuſione huius ſyrupi autem: lege in
ſyrupo liquiritiæ.

Syrupus de Abſynthio alius:&c. CLXXX. A

Iſtam ſecundam deſcriptionem author noſter,ex quinto canone Auicennæ
accæpit:quia Auicenna teſtatur eſſe ſuam : dicens. Syrupus de abſynthio ex B
compoſitione noſtra:&c. Verũtamen ipſæ deſcriptiones,in quibuſdam pau-
cis,non conueniunt ad inuicem. Habet etiánum ipſe Auicenna,præter dictã,
tres alias ſyruporum abſynthii deſcriptiones:quarum ultima ſimiliter eſt de C
ſua inuentione:ſed differũt inter ſeſe omnes. item filius Serapionis in.7.habet ſyrupum de
abſynthio diuerſum ab iſtis dictis. Aduerte tamen,ꝙ iſte ſyrupus,reſpectu ſuperioris, recte
poteſt dici ſimplex. Et quãuis ſit optimus:a paucis tamen habetur in uſu. D

Syrupus de Fumo terræ maior:&c. CLXXXI.

Sicut præſens deſcriptio eſt uſitatior:ita & mendoſior habetur per omnes im- E
preſſiones. O dedecus magnũ. Certe multoties ſtomachamur in libris tan-
tæ authoritatis:atq; neceſſitatis(quoniam in illis,de uita hominis agitur) le-
gere:& inuenire compoſitiones uſitatiores eſſe mendoſiores illis:quæ nõ ha F
bentur in uſu. Sex nempe mendæ ſunt in præſenti deſcriptione, ſecundum
duas impreſſiones:ex quibus legimus. Secundum alias autẽ,ubi quinq;:ubi quatuor: & ad
minus tres in unaquaq; impreſſione legũtur. Nos autem,breuitatis cauſa : dimiſſis quatuor G
minoribus:quas tantúmodo in receptario ſimpliciter correximus:reliquas uero duas com
muniores:& maioris momenti annotabimus. Prima igitur menda:quæ eſt per omnes im-
preſſiones latinas:necnon & per quædam pauca exemplaria minus correcta(quia in duo- H
bus dũtaxat ex tot quæ uidimus legebatur(eſt:ubi legitur. Florum borraginis,uel bugloſ-
ſæ,uiolarum,abſynthii:&c. Et per quaſdam incorrectiores:peius:ſic uidelicet. Florum bor
raginis,uel bugloſſæ,uiolarum,uel abſynthii:&c.Neutra quippe ipſarum diſiunctiuarũ le- I
gitur in antiquis exemplaribus.ſ.pro maiori parte:quia(ut diximus)in paucis minus corre-
ctis,reperitur prima diſiunctiua.ſ.primum uel.Etiam in tribus ex ipſis exẽplaribus,non ſunt
flores borraginis:& ſimpliciter abſq; diſiũctiua in illis legitur:ſic. Florum bugloſſæ , uiola- K
rum,abſynthii:&c. Quod quidem etiam(ut putamus)non eſt ſine errore. In reliqua autem
exemplarium multitudine:ac etiam in libro de uulgari impreſſione: loco prioris diſiuncti-
uæ:habetur copulatiua. Vnde ſequitur,ꝙ utriq; flores admittendi ſunt. Sic enim in ipſis le- L
gitur. Florum borraginis,& bugloſſæ,uiolarũ,abſynthii:&c. Huiuſmodi etenim eſt ſecun-
dum ueritatem. Alia autem menda,ſiue alius error notabilis eſt:ubi in dictis latinis impreſ-
ſionibus legitur. Prunorum numero centum,paſſularũ enucleatarum lib.÷.In cunctis aũt M
præfatis exemplaribus:ac etiam & in uulgaribus libris:ſic rectius habetur. Prunorum,paſſu-
larum enucleatarum:ana lib.÷. Etenim centum pruna,ſuperflua quantitas nobis uidetur.
Item in quatuor ex antiquioribus præfatorum exemplarium:adhuc melius,ſic legitur. Pru- N
norum enucleatorum:paſſularum enucleatarum:ana lib.÷. Vnde ſciendum, ꝙ pruna, da-
ctyli,myrobalani:& ſimilia quando ab authoribus ſcribũtur taxato pondere:ut hic:ſemper
enucleata ponderanda ſunt. Vt exempli gratia. Legimus in practica noſtri authoris:capitu O
lo de Aſthmate:uidelicet,in ſyrupo de praſſio Hamech. Recipe paſſularum enucleatarum:
iuiubarum pinguium ſine oſſibus: & ſebeſten:ana.ʒ.c. Et in ſyrupo iuiubino eiuſdem Ha-
mech,ibidem:ubi dicit : Accipe pulpæ iuiubarũ pinguium : & pulpæ ſebeſten: ana.ʒ.c.&c. P
Quando autem numero ponuntur:non oportet ea prius enucleari:& poſtea numerari:q̃a
enucleatio ipſorum,nihil facit ad computationem. Quãobrem,rectius eſt legere:prunorũ
enucleatorum:&c. Et quod dictum eſt de prunis,dactylis,& ſimilibus:conſimiliter idem eſt Q
intelligendum:de tamarindis,de caſia fiſtula,& ſimilibus.ſ.ꝙ prius eo modo,quo fieri po-
teſt,purganda ſunt ab immundiciis,& ſuperfluitatibus ſuis:& poſtea ponderanda : quãuis
talia nõ poſſunt numero poni. Præterea,animaduertendum:ꝙ decoctio præſentis ſyru- R
pi:eſt gradatim facienda:& ſimiliter omnes aliæ decoctiones: quæ uaria recipiũt ſimplicia:
ut ſuperius iam declaratum eſt.

De Fumo terræ. S

Exuberantia nẽpe maxima fumi terræ:quæ ubiq; prouenit:facit ipſum hominibus non
eſſe ignotum. Duplex enim reperitur. Vnus uidelicet, producit flores albicãtes:& ut

A plurimum in ſepibus oritur. Alter uero habet flores purpureos: qui eſt melior. Et ipſe eſt accipiendus pro præſenti ſyrupo, & cæteris compoſitionibus: ubi expetitur. Et ſemper recens eſt intelligendus: niſi ſemen ipſius quæratur: quod quidem oportet ut ſit ſiccum.

B

ℭ Syrupus de Fumo terræ minor: &c. CLXXXII.

VBi autem per impreſſiones legitur: Succi fumi terræ cocti, & deſpumati:
C lib. ii. Zucchari lib. ii. In multis exemplaribus eſt cũ ana: quod nobis magis placuit. Sic uidelicet, legitur. Succi fumi terræ cocti, & deſpumati: & zucchari: ana lib. ii. Item ſciendum, ꝙ fere omnes aromatarii parant ſyru
D pum ſimplicẽ de fumo terræ. ſ. ex ſolo ſucco ipſius & zucchar o: quẽ nunquam legimus apud authores. Vnde quãdo medicus ordinat pro aliquo infirmo, ſyrupum de fumo terræ: ipſum ſimplicem tribuunt: & male faciunt: quia in nõ ſpe
E cificato: ſemper ſyrupus de fumo terræ maior eſt intelligendus.

ℭ Syrupus Liquiritiæ: &c. CLXXXIII.

F AVthor in præfato ſyrupo de abſynthio: & in præſenti ſyrupo liquiritiæ: & ſimilibus: infundit uaria ſimplicia: quæ non ſunt eiuſdem teſturæ: deinde præcipit ut coquatur uſq; ad medietatem: &c. Ibi enim non poteſt fieri gradatio
G rerum: ergo male: quia ſpica, capillus ueneris, & huiuſmodi ſimilia teſte ipſo authore: non patiuntur multam decoctionem. Ad hæc dicẽdum: ꝙ author, in huiuſcemodi compoſitionum decoctionibus: non quærit uirtutes illorum ſimplicium
H ſcilicet ſpicæ, capillorum ueneris, & ſimilium, explicite: ſed implicite: & ponit ea ad cõfortandum: & meliorandum uirtutes, & operationes aliorum ſimpliciũ: quæ ſunt baſis & fundamentum ipſarum compoſitionum. Circa quæ uerſatur tota authoris intentio. Vt exem
I pli gratia. In præſenti ſyrupo, toto conatu, quærit author magnificare: & meliorem facere uirtutem liquiritiæ: & in ſyrupo de abſynthio, uirtutẽ: ſeu operationem abſynthii: &c. Cum huiuſmodi ſimplicibus: utputa cum ſpica, & ſimilibus: & per uiam decoctionis ſciens illud
K non poſſe fieri: facit illud per uiam infuſionis: Vnde in ipſa infuſione, melioreſcunt melioranda & recipiunt in ſe pro maiori parte, uirtutem reliquorum ſimplicium. Et quæ uirtus prius in ſubiecto debili ob multam decoctionem deſtruebatur: poſtea in ſubiecto forti con
L ſeruatur: &c. Quapropter non male fit infundendo: & decoquendo, ut ſcriptũ eſt: &c. Immo optime agitur: & de mera authoris intentione. Supra autem. ſ. in confectione Hamech: & ſimilibus: quia author quærit totam uirtutem omnium ſimplicium ibi exiſtentium: poſt
M ipſorum infuſionem: præcipit, ut una bullitione tantũ bulliant: &c. Et hoc totũ notatũ habeas: pro omnibus ſimilibus accidẽtibus. Præterea ſciendum, ꝙ nonnulli iuniores, e præſenti deſcriptione expungunt aquam roſaceam: quaſdam friuolas rationes, expreſſe cõtra
N authoris intentionem adducentes. Nos autem iniicimus: & cõſulimus, ut omnes pharmacopolæ iniiciant. Non enim præſumendũ eſt nos doctiores & peritiores eſſe ipſo authore. Etiam & filius Serapionis, in huiuſmodi ſyrupo habet aquam roſaceam. Cuius ſyrupi titu
O lus hic eſt. Syrupus alius, qui confert pectori: & mundificat canalẽ pulmonis: &c. Ergo ponenda eſt. Sed aduerte, ꝙ non debet eſſe aqua roſarũ ſublimata: ſed aqua infuſionis roſarũ.

ℭ De Liquiritia.

P GLycyrrhiza: quæ corrupto uocabulo, liquiritia dicitur: quam & multi hodie (ut etiam Dioſcorides tradit) radicem dulcem appellant: notiſſima eſt. Aliqui etenim ipſam magis barbare uulgariter regulitiam uocant. Naſcitur in pluribus Italiæ locis. Radix tãtum in
Q uſum medicinæ recipitur. Et ſuccus liquiritiæ, ex ipſa radice extrahitur: & exiccatur: uſuiq; reſeruatur. De ipſa quidem ſatis clare ſcripſerunt authores. Hoc tamen non ignorandum: ꝙ cum petitur radix liquiritiæ: ſemper raſa debet intelligi: licet non ſpecificetur.

R

ℭ Syrupus de Hyſopo: &c. CLXXXIIII.

S DEeſt enim per omnes impreſſiones unum ſimplex in præſenti deſcriptione. Hoc eſt. Radix petroſelini: quæ debet locari in primo ana, cum aliis radicibus: & proprie inter fœniculi, & liquiritiæ. Et rectius legendum ſic, ut

eſt in omnibus exemplaribus. Recipe hyſopi ſiccæ, radicum apii, fœniculi, petroſelini, liq- A
ritiæ: &c. Præterea ſciendum, ꝙ habet author in practica alias uarias de hyſopo, confectio-
num, & ſyruporum deſcriptiones: ex propria: aliorūq; inuentione: optima autem omnium
iudicatur præſens: quapropter, non immerito, eius frequentatur uſus. B

De Hyſopo, & Iſopo.

Vera nempe antiquorum hyſopus: ſiue uerum hyſopum: (utroq; enim modo dicitur)
hodie ignoratur. Hæc autem herba, qua utimur pro hyſopo (ut probatur per Dioſco C
ridem: & præciſe in capitulo de chryſocome) non eſt uera ipſorum hyſopus. Quid autē ſit
apud Dioſcoridem & antiquiores hoc uulgare hyſopum: haud ſcimus. Secundum autho-
rem noſtrum autē: eſt uere ſua hyſopus. Nam ipſe author in ſuo de ſimplicibus, ponit duo D
capitula de hyſopo: & in primo capitulo, hyſopum hortenſe, quod cognominat haſce: di-
cit, ꝙ eſt mater epithymi. ſ. thymus. Vnde & thymus apud ipſum eſt ſpecies hyſopi. In ſecū-
do autem capitulo: ponit duas hyſopi ſpecies: unam etiam hortenſem: quam haſce aſſimi- E
lauit. i. thymo. Demptis: ꝙ non ita copioſe fruticat: ut thymus: & ꝙ habet maiora folia: &
flos eſt ei ceruleus. Hinc depingit alteram: quam dicit eſſe montanā: cuius folia ſunt copio-
ſiora, ſed minora, & ſtipites breues: &c. Et in hoc cōuenit cum Dioſcoride. ſ. ꝙ eſt duarum F
ſpecierum: hortenſis: uidelicet, & montana. Et hæ duæ ſpecies filii Meſue uerissime (ut dixi-
mus) ſunt iſtæ uulgares: quibus communiter utimur. ſ. una hortenſis: & altera montana. Et
licet non ſit aliorum quorūdam hyſopus: uerūtamen nō per hoc eſt reprobanda. Immo in G
præſenti ſyrupo: & cæteris compoſitionibus noſtri authoris: in quibus hyſopus ponitur: ſua
ſemper reſpectiue, ſiue hortenſi: ſiue mōtana debemus uti. Et ſimiliter (ut alias diximus) in-
tellige, de omnibus ſimplicibus: quorum inter doctores eſt differentia. ſ. ꝙ cuius deſcriptio H
eſt diſpenſanda: ſemper ipſius ſimplicia, aliis ſunt præponēda. Et aduerte, ꝙ montana hor-
tenſi eſt melior. Lege etiā de hyſopo ſupra. ſ. in Triphera ſaracenica: in origani annotatio-
ne. Præterea incidenter uiſum eſt nobis non ab re eſſe: de iſopo humida uulgo dicta: paucu I
la hæc lectu digna ſubſcribere. Clarum quippe eſt: ꝙ uocabulum iſopi humidæ eſt depra-
uatum: & ob id ſæpe confunduntur hyſopus herba: cum ſorde lanarū. Hyſopus enim her-
ba ſcribenda eſt cum aſpirationis nota in principio: ſequente y: & proferri debet penulti- K
ma producta: quia græce per ω, ſcribitur. Hodie autem a pluribus, cōmuni abuſione: ſcri-
bitur: & imprimitur inaſpirate: & cum i latino: & profertur penultima correpta contra o-
mnem rationem. Nonnulli tamen (quod eſt minus malum) cum y: ſiue aſpiratione ſcripti- L
tant. Si autem cum duplici, ſſ, hyſſopus: uel cum ſimplici ſcribatur: nihil refert: utrūq; enim
reperitur apud probos authores. De conſimili abuſione, iſopus humida ſcribitur: atq; pro-
fertur. Et ſunt qui cum h: & ſunt qui ſine: & ſunt qui cum y: & ſunt qui ſine eo: &c. Cum M
uerum ipſius uocabulum ſit œſypus: ſiue œſypum. Vtroq; enim genere, ſicut hyſopus: &
hyſopum habetur. Vnde per œ diphthongum ſcribendū: & penultima correpta pronun-
ciandum eſt. Vt probatur per Ouidii uerſum: uidelicet, Oeſypa quid redolēt: quāuis mit- N
tantur Athenis. Oeſypum quidem Græcum eſt: & latine ſordem lanarum ſignificat. Et ut
Hermolaus tradit: a Græcis primum corruptum eſt hoc uocabulum. Hinc ab Arabibus, &
latinis, magis corruptum habetur. Vnde ſi nolunt immundiciem ſeu ſucciditatē lanæ œſy- O
pum: recto uocabulo nominare: minus malum eſt conuertere œ diphthongum in, i, lati-
num productum: &, y, in, o, latinum ſupple correptum: & ſcribere ſine h, ad differentiā hy-
ſopi herbæ: q̄ econtra utrūq; confundere. Nos igitur erroris euitādi cauſa: herbam (ut de- P
cet) aſpirate: & cum y: ſyllaba media ſemper producta ſcribi: & pronunciari curauimus.
Sordem lanarum autem, ut diximus, per i latinum productum: abſq; aſpiratione: & per o
correptum: ſcribere, & pronunciare de cætero lectores monemus. Humida quidem ſeu hu Q
midum additum eſt ei (ut ſuſpicamur) a iunioribus: dignoſcendæ rei gratia: quāuis male. qa
& in herbis etiam humiditas reperitur. Et ſcribendo (ut ipſi faciunt) hyſopum humidam: ita
poteſt intelligi herba: ſicut & lanarum ſordes. Melius nēpe eſſet (ut in Paulo Aegineta. 17. R
cap. ſeptimi libri legimus) uocare ipſam iſopum liquidam: i. q̄ humidam. Item aliqui inſcii
forſan: tanq̄ ſi hyſopus herba non inueniretur uirens: addiderunt ad textus aliquorum au-
thorum ſiccam: dantes intelligere: ꝙ ad differētiam ſupradictæ: quæ eſt immundicia lana- S
rum: ipſa herba ſemper debet nuncupari hyſopus ſicca. Et ꝙ huiuſce rei gratia: ab authore
in præſenti ſyrupo: & alibi pctatur hyſopus ſicca. Quod eſt falſum. Quia author aliquoties

A pet[illegible] hyſopum ſiccam, mentam ſiccam, & ſimilia: ad differentiam mentæ uirentis, & hyſopi
uirentis: &c. Et quia huiuſmodi herbarum ſpecies uirentes ſunt cum aliqua uentoſitate cō-
traria infirmis: pro quibus talia pharmaca componuntur: ideo authores herbas ipſas ſiccas
B adminiſtrari præcipiunt. Igitur ſicca hyſopus, ad differentiam uirentis poſita eſt hic: & in ſi-
milibus locis ab authore: & non reſpectu lanarum immundiciæ. Teſtamur pro certo, ꝙ in
uno Auicenna antiquiſſimo ex pergameno: & manuſcripto: quem uidimus: in canone de
C ſimplicibus: qui canon non procedebat per literas ſecundum ordinem alphabeti latinii ut
impreſſi libri habent: neq; in capitulo de ſorde lanarum: iſopus humida: neq; in capitulo de
hyſopo herba: hyſopus ſicca legebatur: ſed utrūq; abſolute. Vnde magis ſuſpicamur eſſe ali-
D quorum additiones. Immo (ut melius dicamus) deprauationes. Quid autem ſit ſordes la-
narum. ſ. iſopus ſiue iſopum. i. œſypum: & modus colligendi ipſum: ſatis clare deſcribitur,
non ſolum a Dioſcoride: Serapione: &c. ſed etiam ab ipſomet noſtro authore infra. ſ. in di-
E ſtinctione de unguentis, & empiaſtris. Pro œſypo. ſ. iſopo ponitur medulla uituli ſecūdum
Paulum ex Galeno. Hæc equidem uoluimus dixiſſe pro iunioribus, & minus peritis: nō aūt
pro doctioribus, & conſummatis uiris.

F

Syrupus de Praſſio: &c. CLXXXV.

PLurimi ſunt errores in præſenti deſcriptione: ſed per impreſſos libros ſubin-
G telligeſemp. Et primo ubi legitur. Hyſopi, capillorum ueneris: ana. ℥. vi. &
in nōnullis ana. ʒ. vi. Et ſequitur. Liquiritiæ. ℥. i. Hic nempe ſunt duo erro-
res. Primus: uidelicet, quia liquiritia nō intrat in præſentem ſyrupū. Secun-
H dus autem: quoniā hyſopi, & capillorum ueneris: nō eſt ana. ʒ. vi. nec. ℥. vi.
ſed eſt ana. ℥. i. ut probari poteſt per antiqua exemplaria: ac etiam per libros de uulgari im-
preſſione: & per Nicolaum Præpoſitum: qui ſimiliter ut dicta exemplaria habent. Non ob-
I ſtante, ꝙ iudicio aliquorum, in tali ſyrupo liquiritia potius poterit prodeſſe: q̄ obeſſe. Atta-
men quia profitemur dicere ueritatem: nolumus, quid non uerum, deſcribatur in noſtro li-
bello. Item non in cunctis: ſed in aliquibus impreſſionibus: deeſt hic, ſemē lini: quod debet
K eſſe in uno ana: cum ſemine cytoniorum. Item omnes fere impreſſiones habent mendoſe:
paſſularum enucleatarum. ℥. v. antiqua etenim exemplaria, & uulgares impreſſiones, lumi-
nare maius, Lumen apothecariorum, & Thes[illegible]urus aromatariorū concorditer habent. ℥. ii.
L & ſic eſt uerum. Nicolaus Præpoſitus enim in hoc concordauit cum impreſſionibus. Item
aliud mendum, ubi legitur: Penidiarū lib. ii. lege rectius lib. i. ut præfata exemplaria habent.
& ſimiliter Nicolaus Præpoſitus. Certe ſi fuiſſent lib. ii. cōcluſiſſet author unico ana: & mel,
M & penidias. Quoniam & mellis quoq; lib. ii. ingrediuntur. Hæc ſane erant in præſenti de-
ſcriptione corrigenda. Præterea, habet ipſe author tres alias ſyruporum de praſſio deſcri-
ptiones in practica. ſ. in ſumma de ægritudinibus pectoris & pulmonis: quæ tamen differunt
N ab iſta.

De Praſſio, ſeu Marrubio.

PRaſſium. ſ. marrubium uſuale, eſt notiſſimum. Græci praſſion uocant. Sed animaduer-
tendum, ꝙ nonnulli inſcii iuniores æquiuocant hæc nomina. ſ. praſſium, uel praſſion:
O ſiue per ſimplex, ſ, praſium uel praſion: (utroq; modo legitur.) quod ſignificat marrubium:
& praſum, ſeu praſon: quod ſignificat porrum: & praſinum: quod abſolute denotat uiride.
Quodq; ab aliquibus falſo interpræt atur flos æris. Et ob affinitatem ipſorum, multoties er-
P rant: intelligendo alterum pro altero. Et quanta differētia ſit inter ipſa: uoſipſi o lectores iu-
dicate: quoniam nos in re tam clara, certe ueremur prolongare ſermonem. Præterea: licet
praſſium reperiatur plurium ſpecierum: hoc tamen notum (quod uulgo marrubiū dicitur)
Q eſt probatiſſimum, atq; optimū praſſium. Et hoc, quotieſcunq; abſolute reperitur ſcriptum
in compoſitionibus: ſumi debet. Quandoq; ſcribitur marrubium album: & hoc ad differen-
tiam marrubii nigri: quod eſt Ballote.

R

Syrupus de calamento: &c. CLXXXVI.

De Calamento domeſtico, & ſylueſtri.

S QVælibet calamenti ſpecies nepeta uocatur. Græce autē calamintha dicitur:
unde calamentū latine. Dioſcorides. n. tres calaminthæ ſpēs ſcribit. Author
noſter aūt uidetur quatuor ſpēs calamenti tangere. Videlicet, duas in Diaca-
lamento

lamento.ſ.calamentum fluuiale:& montanum:& in præſenti ſyrupo:& in ſecaniabin de ca A
lamento,alias duas.ſ.calamentum domeſticum:& ſylueſtre, ſiue agreſte. Sed ſi recte uerba
ipſius perpependerimus:non erit author noſter Dioſcoridi contrarius:& tres tantum ſpe-
cies erunt apud ipſum:ſicut & apud Dioſcoridem. Quia calamentum mõtanum eſt idem: B
quod domeſticum. Et hæc eſt prima calaminthæ ſpecies poſita a Dioſcoride. Et proprie illa
eſt:quæ uulgo dicitur mentucia:& nepetella,uel nepitella ut iam diximus in Diacalamẽto.
Vocatur aũt montanum calamentum:quia(ut Dioſcorides author eſt)montibus familiare C
habetur. Etenim non ſolũ montibus naſcitur:uerũetiam & in cãpeſtribus,& cultis locis:co
pioſe prouenit. Ita,ꝙ in quibuſdã regionibus:ut in Apulia:ob ſui frequentiã,uerſum eſt in
prouerbium.ſ.ꝙ qñ alicuius rei uolunt denotare abundantiã:dicũt. De hoc reperitur plus, D
ꝙ̃ de nepeta. Vnde propter eius exuberantiã:ab authore non incongrue quoq; uocatur do-
meſticũ.hoc eſt familiare,& cõmune:atq; notius calamentũ. Quodq; multoties & in hortis
reperitur. Manardus aũt,& Braſaulus,ſup hoc ſyrupo declarauerunt,calamentũ domeſticũ E
eſſe mentam noſtratẽ hortulanam:quod nobis nõ placet. Nam author ſcripſerat ſupra ſyru
pos de menta:ad quid igitur iterũ ſeparatim ſcribere ſyrupũ de menta:ſub nomine calamẽ-
ti? Quoniam ſi calamentũ domeſticum,ſecundũ ipſos,eſt menta:ita poteſt dici iſte ſyrupus F
de menta:ſicut & de calamento. Non.n.intrat in ipſum,plus de uno:ꝙ̃ de altero. Sed ſecun-
dum ueritatem,calamentũ domeſticum non eſt menta:ſed mentucia.ſ.nepetella. Et hoc ca
lamentum eſt notiſſimum. Sylueſtre aũt calamentum:eſt illa nepeta. quæ uulgo dicitur gat- G
taria. Et hoc calamentum ſecundo loco ſcribitur a Dioſcoride. Et quia uidetur emulari pu
legium odore:ideo(ut ipſe Dioſcorides refert)a nonnullis ſylueſtre pulegiũ uocitatur. Vn-
de & recte a noſtro authore uocatur ſylueſtre calamentum:quia ut plurimũ ſylueſtribus,& H
aſperis naſcitur locis. Et de hoc,atq; de fluuiali calamento(quod tenemus eſſe illud: quod
Dioſcorides ſcribẽs tertio loco,dicit eſſe ſimile mentaſtro)abunde ſupra.ſ.in Diacalamẽto
diſſeruimus. Lege ibi. Loco calamẽti ſylueſtris aũt,ſecundum Paulum,ex Galeno:mẽta po I
teſt ſumi. Præterea ſciendũ,ꝙ cũ Dioſcorides dicat cap.de calamintha. Nepeta naſcitur in
campeſtribus,aſperis,& aquoſis. Hæc circũloquutio referri debet ad oẽs tres calaminthæ
ſpecies:ſingula ſingulis:uidelicet,campeſtre ad primã:aſperum ad ſecũdã:aquoſum ad ter- K
tiam. Et intelligitur,ut plurimũ:quia ẽt largo mõ ipſa circũloquutio tota,unicuiq; ſpẽi põt
applicari. Et ꝙ̃uis primã calaminthæ ſpẽm dicat ipſe Dioſcorides eſſe mõtibus familiarẽ:tñ
non eſt contradictio:ꝙ etiã campeſtribus naſcatur:&c. Et hæc quidem de calamento ſatis. L

Syrupus de calamento ualens:&c. CLXXXVII.

Eſt equidem in præſenti deſcriptione per excuſos libros una menda. Vide- M
licet,ubi legitur:uini odoriferi lib.iiii.in antiquis autẽ exemplaribus:ꝓ
maiori parte,legitur lib.iii. Quod putamus uerius. Nam ſi author uoluiſ-
ſet dicti uini lib.iiii.feciſſet ex ipſo,& ex calamẽti ſucco unũ ana. Præterea. N
Vbi in fine huius deſcriptionis habetur. Et dimittatur in ſole ꝑ dies.40.in
quinq; ex dictis exemplaribus inuenimus per dies.xv. Quod enim melius
iudicatum fuerit,facito. Non enim eſt caſus multæ æſtimationis:ſi plus,uel minus,ꝙ̃.40. O
diebus exponatur ſoli. Item non ignorandum,ꝙ quandocũq; abſolute reperitur ſcriptum
calamẽtũ:ut in pñti deſcriptiõe:& in ſyrupo de praſſio:& ſyrupo de epithymo:& ſyrupo de
ſticados:& ſimilibus:ſemp de calamẽto mõtano,uulgati,noto.ſ.de mẽtucia eſt intelligẽdũ. P

Syrupus de Thymo:&c. CLXXXVIII.

Vnus paruus error reperitur in pſenti deſcriptione:per impreſſiones. Vi- Q
delicet,ubi legitur:paſſularum enucleatarum.℥.iii.rectius lege.℥.iiii. In
nullo quippe penitus antiquorum exemplariũ,nec in uulgari æditione,
neq; in aliquo iuniorum:uidelicet,Nicolao Præpoſito,Lumine apothe- R
cariorum,Luminari maiori,& Theſauro aromatariorum:illud dimidium
legitur. Sed omnes concorditer habent abſolute.℥.iii. Et ſic eſt uerum.

De Thymo.

Thymus,uel thymum dicitur:res ualde nota. A noſtro authore uocatur Haſceide quo S
facit capitulum in ſuo de ſimplicibus. Et ex iſtius plãta,uerum epithymum colligitur.

A Sed ſciendum,ꝙ aliqui,ut author noſter,Dioſcorides,Serapio:&c. Vnum tantũ thymi ge-
nus deſcribunt ſ.thymum album. Aliqui uero,ut Theophraſtus,Plinius:&c. duo ponunt
genera,ſiue ſpecies.ſ.album,& nigrum. Braſaulus autem tria genera,ſeu ſpecies notat. Nos
B autem unum dũtaxat genus:quod eſt commune,& omnibus notiſſimum,ſcimus. Reliqua
duo ignoramus:quoniam nec ipſi,qui ea deſcribunt,declarãt quæ ſint:aut ubi reperiantur.
Sed quia(ut Aetius tradit)Niger thymus in uſu medico reprobatur:idcirco fortaſſe ipſum,
C tanquã reprobum,Dioſcorides ſubticuit. Quia clarum eſt,ꝙ album ponitur ad differentiã
nigri uel alterius coloris. Et nos etiam non curemus multum ipſum agnoſcere. Satis enim
eſt,quod nobis eſt neceſſarium ſcire:& perquirere. Colligitur autem thymus cum floribus:
D & ſiccatur in umbra. Tradunt enim authores ſemẽ thymi eſſe inuiſibile:& ꝙ ſi ſeruntur flo-
res thymus naſcitur. Auicenna autẽ in ſecundo cañ.capitulo de thymo:de eius ſemine tan-
tum pertractat. Vnde uel thymum apud ipſum eſt alia res (quoniam ſcribit etiãnum ipſe ca
E pitulum de haſce) uel pro ſemine,intelligit flores:uel ipſe ſomniabat ſcribens ea de ſemine
thymi. Eiuſdem naturæ quidem,& effectus ſunt thymus,& thymbra:& poteſt poni alterum
pro altero: Vt Dioſcorides,Paulus,& fere omnes authores teſtantur. Vnde & Macer etiam
F capitulo de Satureia (quæ eadem eſt:quæ thymbra) ait.

Si deſit thymus,pro thymo ponere thymbram,
Præcipiũt medici:quia uia eſt æqua duobus. De haſce ẽt lege ſupra.ſ.in Diacalamẽto.

G

Syrupus de Eupatorio:&c. CLXXXIX.

H ET quãuis non omnes:plurimæ tamen impreſſiones habent mẽdoſe in præ-
ſenti deſcriptione:Liquiritiæ:&c.ana.ʒ.vi.Reliquæ autem impreſſiones:&
cunctaexemplaria:&c. habent.ana.ʒ.xvi. Et ita eſt uerum. Et licet.ʒ.xvi.&
I ℥.ii. ſint unum & idem:ita ꝙ ſupraſcripta inibi ſimplicia.ſ.radices apii:&c.
& iſta poſſent unico ana concludi:tamen placuit authori ſic uariare. Et ut
ne eſſent duo ana ſimilia,immediate unum poſt alterum:ex quo poſſet ali-
K cui dubitatio erroris oriri:primum poſuit per.℥.ſecũdum per.ʒ. Poſt hæc ſciendum,ꝙ hic
ſyrupus denominatur ab eupatorio:non tamen a quantitate:quia parum ex eo recipit: neç
a precioſitate:quia eupatorium uilius uenditur:ſed ab effectu,& proprietate. Quoniam ui-
L ſum eſt ipſi authori:ad hepatis affectus(circa cuius curationem uerſatur principaliter intẽ-
tio iſtius ſyrupi)maxime ualere eupatorium:& ita eſt. Vnde a nonnullis recte eupatorium
interpretatur bonum hepati. De cõſimili,habetur ſupra,Modus ſecaniabin de cheiſim:ubi
M etiam ingreditur & eupatorium. Quod ſecaniabin uocauit de cheiſim:& nõ de eupatorio:
ſeu ex zinzibere:uel ex alio ipſorum : quæ ſunt in eodem ana. Neq; ex aliquo ſuperioris
ana:cuius ſimplicia in maiori recipiuntur portione. Vocauit aũt ex cheiſim: quoniam pro-
N bauit illud efficaciſſimum eſſe operationibus curationum ipſius ſyrupi,ſiue(ut mauis) ſeca-
niabin. Et ob id quia ſecaniabin de cheiſim ualet opilationibus hepatis:præcæpit author in
eius compoſitione & eupatorium ſumi. Et ſi aliquis(cui præfata declaratio non placebit) di-
O xerit,quoniam Serapio authoritate Raſis,capitulo de eupatorio dicit: Manifeſtum eſt per
experientiam:ꝙ abſynthium eſt magis cõueniens,in iuuamento hepatis:ꝙ eupatorium:er-
go ab abſynthio conuenientius denominaretur præſens ſyrupus:ꝙ ab eupatorio. Eo maxi
P me,ꝙ in maiori quantitate ingreditur abſynthium in ipſum ſyrupum:ꝙ eupatorium. Dicen
dum,ꝙ hac de cauſa denominatur ab eupatorio:& non ab abſynthio:uidelicet ob differen
tiam aliorum ſyruporum de abſynthio:quos iam ſcripſerat ſupra. Vel denominatur ab eu-
Q patorio:quia ſic placuit authori:&c. Et ſimiliter dicendum de præfato ſecaniabin de chei-
ſim:& cæteris conſimilibus:de quibus certa:& expreſſa,nõ habetur denominationis ipſo-
rum aſſignandi ratio. Et animaduerte,ne omittas in decoctione iſtius ſyrupi:& ſimilibus: fa-
R cere gradationem ſimplicium:ut primo quæ maiorem coctionẽ ſuſtinere poſſunt iniician-
tur:&c. ut in ſuperioribus iam declaratum eſt.

De Eupatorio.

S GAſet arabice:græce & latine eupatorium dicitur. Omne tñ quod prodeſt,hepati eupa
torium:ſiue hepatoriũ(ut aliqui uolunt)poteſt dici. Principaliter aũt,& antonomaſti-
ce,quædã gña herbarũ eupatoria uocantur:qm̃ uirtutes ipſorũ ad hepatis uitia curãda(teſte

experientia

experientia) ab authoribus probatæ ſunt. & particulariter duas herbas habemus: quas uere A
per authorum ſcripta, eſſe eupatoria probamus. Vna uidelicet, eſt: quam uulgo falſiſſime
agrimoniam nuncupant. Et hoc eſt ueriſſimum eupatorium Dioſcoridis: & anuquorum: ut
patet conſideranti ipſam herbam: & doctorum conferenti ſcriptis. Altera uero, eſt eupato B
rium: quod ſcribit author noſter filius Meſue. Quam herbam in patrimonio Romano, nō-
nulli herbam ſancti Ioannis appellant. Non obſtante: ꝙ aliæ & diuerſæ herbæ a uulgaribus
ſub dicto herbæ ſancti Ioannis nomine intelligantur. Et hoc eupatorium non eſt ignotum. C
Immo a pluribus eupatorium abſolute intelligitur. Sed ſciendum, ꝙ nō loquimur de qua-
dam herba, quam uulgares ut plurimum, pro eupatorio ſumunt quod pſeudo, ſeu adulteri
num eupatoriū nos uocamus. Quam quidem herbā: ob id quia ſemper reperitur in aquo- D
ſis: eupatorium aquaticum nominant. Quoniam talis herba nunquā fuit eupatorium: nec
ſpecies eius. Ignoratur enim & a peritis uiris, quid ſit ipſa herba. Præterea quāuis nonnulli
enixi ſint, aliquibus notis, & ſignis: quibus conueniunt inter ſe: capitulum filii Meſue: & ca- E
pitulum Dioſcoridis de eupatorio: probare nō eſſe diuerſa: ſed idem eupatorium eſſe apud
filium Meſue: quod eſt apud Dioſcoridem: tamen quibuſdam aliis clauſulis: quibus nō con
ueniunt: probatur contrarium. ſ. ꝙ eſt diuerſum alterum, ab altero. Et maxime de amaritu- F
dine: quam ſcribens filius Meſue, tribuit ſuo eupatorio. Quæ quidem nec a Dioſcoride no
tatur: nec in ipſa herba agrimonia falſo dicta (quod eſt uerum Dioſcoridis eupatorium) per
ſentitur: ut quilibet experiri poteſt. Et ſimiliter de forma foliorum: &c. quæ breuitatis cau- G
ſa ſtudioſis dimittimus: ex quibus clare percipitur eupatorium filii Meſue eſſe alienū, ab eu-
patorio Dioſcoridis. Et ut ſupra in ſyrupo de hyſopo, & alibi diximus: ſemper ſimplicia cu-
iuſcunq; authoris, in ſuis compoſitionibus dūtaxat: omnibus aliis ſunt præferēda. Vt etiam H
exempli gratia: pro compoſitionibus filii Meſue: in quibus recipitur eupatorium: contra ali
quorum iuniorum opiniones: non eſt accipiendum eupatorium Dioſcoridis: ſed eupato-
rium: quod ſcribit ipſe filius Meſue. Et ſimiliter pro cōpoſitionibus Dioſcoridis, Galeni, & I
cæterorum antiquorum: non eſt ſumendum eupatoriū filii Meſue: ſeu Auicennæ: ſed ſuum
eupatorium. ſ. eupatorium ab ipſis deſcriptum. Et ſic de ſingulis. Eupatoriū autem filii Me-
ſue, licet ſit notiſſimum: pro illis tamē minus peritis adoleſcentioribus aromatariis: qui for- K
ſan aſſueti recipere ſupraſcriptum pſeudo eupatorium aquaticum nuncupatum: non bene
cognoſcunt illud: breuiter declarabimus. Pluribus igitur nempe locis naſcitur. Folia fert
ſimilia centauræ minori: ſicut dicit author: ſed ſunt incisa ut ſerra. Ex una radice plures ele L
uantur ſurculi: in quorum ſummitate ſunt flores ſubcitrini: oblōgi: in umbella per pulchra
compoſiti. Et umbella ipſius eſt: ut umbella illius plantæ: quæ uocatur barba Iouis: ſiue Io-
uis barba: quæ apud Dioſcoridem Chryſocome dicitur: & uulgo etiam ſticados citrinū ap- M
pellatur. Et flores iſtius eupatorii non cito marceſcunt: ſed diu perdurant: nec cum ſiccātur
amittunt colorem ſuum. Vnus & idem odor grauis eſt in herba: & in floribus. Tota planta
amariſſima eſt: & flos eſt melior pars ipſius plantæ: &c. Succus ab ipſa planta excipitur, cum N
eſt tenera: & exiccatur in ſole: & uſui reſeruatur: &c. In defectu autem eupatorii; rectius po
nitur abſynthium: ꝗ aliud.

De Bedegar, & Suchaha. O

VAriæ nempe, atq; diuerſæ ſunt iuniorum opiniones de Bedegar: & ſuchaha: quas cu-
rioſis lectoribus relinquentes: breuiter ut poſſemus: quid de huiuſmodi ſimplicibus
ſentimus: ſubſcribere non pigebit. Clarum quippe eſt: & patet cuicūq; legenti, & cōſideran P
ti capitula de Bedegar: & de ſuchaha apud Serapionem: ꝙ eadem ſunt: quæ apud Dioſcori-
dem Acantha leuce: & Acantha arabica. i. ſpina alba: & ſpina arabica. Et aduerte ne decipia-
ris in Dioſcoride (ut nonnulli decepti ſunt) intelligendo leucacantham. i. albam ſpinā: pro Q
acantha leuce. i. ſpina alba: quoniam differt altera ab altera: & ſeparatim de utraq; ipſe Dio-
ſcorides capitula facit. Pro faciliori autem dictorum. ſ. bedegar, & ſuchaha declaratione: a
poſteriori incipientes: ſcirote, ꝙ ſuchaha: ſiue ſucaha ueriſſime eſt plāta illa: quæ uulgo Car R
lina dicitur: quod etiam ex ſynonymis filii Serapionis clarius percipitur: ubi legitur. Sucha-
ha, ideſt herba parua dulcis & ſpinoſa: quæ extenditur ſuper terrā: & facit capita groſſa pro-
pe radicem: & exeunt ex ipſis capitibus flores ſanguinei. Carlina huiuſmodi autem notiſſi- S
ma eſt. Et dicitur carlina (neſcimus an fabuloſe) a Carolo, ſiue Carlo magno impatore: cui
tpe maximæ epidimiæ peſtis, pro ſalutari remedio, ab Angelo ſancto (ut fertur) oſtenſa fuit.

A Vnde quãplurimi in peſtilentiali morbo utuntur ea. Sed ſciendum, ꝙ duplex reperitur car
lina. Vna uidelicet: quæ non eleuatur a terra: ſed producit caput magnum, ſpinoſum, terræ
annexum: & folia, quæ ſimiliter ſunt ualde ſpinoſa, circũquaq; ſuper terram expanſa. & flos
B ipſius ſanguinei coloris eſt: &c. Et hoc eſt ſuchaha præfatum. Altera uero carlina, ſimillima
eſt prædictæ: præterq̃, ꝙ eleuatur a terra in ſtipitibus cubitalibus: plus, & minus, ſecundum
locorum diſpoſitiones: & facit plura capita: quæ ſunt oblonga: & non ita magna. Prima aũt
C rariſſime producit duo capita: ex una radice. Sed generaliter unum magnum ſpinoſum (ut
diximus) echino marino: ſeu echino caſtaneæ perquãſimile. Radices utriuſq; etiam ſunt ſi-
millimæ in omnibus: ſupple odore, ſapore, lõgitudine, pollicari craſſitudine: &c. Excepto
D ꝙ radices illius: quæ non eleuatur a terra: ſunt albiores. ſ. ab extra: integræ, & ſanæ. Alterius
autem radices. ſ. illius, quæ producit ſtipites, & capita plura: ſunt nigriores, acutioris ſapo-
ris, & ſciſſæ ab illa parte: qua foliis, & ſtipitibus coniunguntur: in duas, aut tres, plureſue par
E tes: ſciſſuris magnis: fere dimidii palmi: tanquã ſi ſtudio aliqs eas gladio ſcidiſſet. Et hæc plan
ta in nonnullis Italiæ locis, magis q̃ altera, intelligitur pro carlina. Et hoc haud dubie eſt be
deguar, ſiue bedegar, ſiue bedoar: & ſimilia: ut in Auicenna, & cæteris legitur. Quæ quidem
F barbare uoces, unum, & idem ſignificant. Et ꝙ bedegar, & ſuchaha ſint eiuſdem naturæ: &
proprietatis: non ſolum per capitula Serapionis: & Dioſcoridis: &c. probatur: uerũetiam
& res ipſæ ueritatem oſtentant. Naſcuntur ambo montibus altis: & locis frigidis: ac aſperis:
G Copioſius tamen ſuchaha: q̃ bedegard: ſed aſperioribus: locis bedegard magis, q̃ ſuchaha,
gaudet. Sæpius enim in unomet colle utrũq; reperitur: ut propriis manibus pluries in mon
tibus Rheatinis: & aliis locis carpſimus. Radices tantũ in medico recipiuntur uſu. Et ratio-
H nabiliter alterum, pro altero, poteſt ſubminiſtrari: cum ſint eiuſdem naturæ: &c. Prætere a
ſciendum: ꝙ non ſolum carlina (quod ſuchaha arabice dicitur: quod eſt acantha arabica) in
carduorum generibus caret caule: uerũetiam & chamæleon albus: quem nonnulli ob id
I quia caule priuatur: falſo ſuſpicauere ſuchaha eſſe. Sed in ueritate in partibus Aragoniæ cõ
perimus chamæleontem album non eſſe ſuchaha. Contingit enim iter agẽtibus nobis, per
Aragoniam: caſu uidere ſecus uiam: rem ſimillimam pineæ arborum: mediocri magnitudi
K ne: in terram iacentem. ſ. in medio unius plantæ cardui. Eramus enim tres fratres pedeſtres:
qui omnes a uiſione nouitatis rei, ita decepti: ꝙ uere putantes eſſe fructum pini: unus ex no
bis extendit manum ut ipſum acciperet. Tunc illuſionem uiſus ſenſus tactus nobis detexit:
L cum non ſenſit duriciã: quam in re ipſa putabamus. Quãuis aſperitas eius non fuit abſcon-
dita a tactu manus. Continuo aũt curioſi uoluimus inueſtigare quid nam eſſet illud: & inue
nimus eſſe florem cuiuſdam cardui in modum pineæ formatum. Folia ipſius floris, ſiue ca-
M licis, aſpera: & non ſine aculeis, quãuis paruis erant. Abſq; ſtipite: radici inſidebat. Folia plan
tæ ſuper terram expanſa circũcirca: quinq; aut ſex: albicantia: non multa aculeorũ aſperita-
te obducta: pluribus ſciſſuris fibrata. Radicem uero ipſius: licet ob ſarculi carentiã: non in-
N tegram: pro parte tamen effodimus. Quæ erat digitali craſſitudine, non ſine bono odore,
dulcis, & optimi ſaporis, cum aliqua aſtrictione, intus alba, extra uero partim ſub uiridis. ſ.
pars coniuncta foliis: & partim terrea: trahens ad albedinẽ &c. Proſequentes nos iter: plu-
O res eiuſdem generis uidimus plantas. Colorem floris, ab intus ſupple, non uidimus: quoniã
iam adhuc ipſe flos non cœperat florere. Hinc in Dioſcoride carduorum genera conſide-
rãtes: repperimus deſcriptionem chamæleontis albi: quæ in omnibus optime quadrabat.
P Eo etiam maxime, cum inibi ſecundum traductionem Hermolai legatur: ꝙ aliqui carduum
pineam uocant: &c. Hanc igitur plantam potius q̃ carlinam, credimus eſſe chamæleontem
album. Item in cõfinibus dicti Regni Aragoniæ: uerſus Regnum Caſtellæ repperimus aliud
Q cardui genus: quod copioſe ibi iuxta uiarum ſemitas: & in triticeis campis naſcitur. Quod
quidem habet folia ſuper terram expãſa: ſimilia foliis carlinæ. Caret caule omnino: & pro-
ducit capita plura: taliter ordinate compoſita. Videlicet: unum magnum caput: echino ma-
R rino ſimile eſt in medio: ac immediate radici annexum: & circũcirca ipſum octo, nouem, uel
decem, & aliquando plura, pauciorave capitula: nucia iuglandis, & ampliori magnitu-
dine: ſic contigua: ꝙ unum tangit aliud: omniaq; terræ adhærentia: &c. Et dum bacu-
S lo effodiebamus, ex ipſis, plantam unam: tranſeuntem quendam ruſticum interrogaui-
mus: an ſciret nomen illius plantæ. Qui uulgari ſuo idiomate nomen indicans: idem eſt:
quod latine Corona fratrum. Quod nomen nobis uiſum eſt, non diſconueniens eſſe rei.

Quia

Quia caput magnum ſtat tanq̃ pater:capitula uero tanq̃ filii eius:& fratres:in modum coro A
næ ſtant circũdantes ipſum patrem:&c. Demũ effoſſa ex parte radix:baculi groſſiciem hñs,
tenera,alba,& cum quadã aſtrictione iucundi ſaporis erat. Quid aũt ſit apud Dioſcoridẽ,&
cæteros:tam antiqores,q̃ iuniores authores:adhuc incompertũ habemus. Alias etiãnum B
plantas:ex aculeatis:carentes caule ſcimus:non tñ ſunt carlinæ ſpecies:de quibus quidem,
non eſt neceſſe impræſentiarum habere ſermonẽ. Hæc quidẽ ſatis pro bedegar,& ſuchaha
declaratione. Caueãt igitur aromatarii,a uaniloqis plurimoꝝ iuniorũ de hiſce ſimplicibus. C

De ſucci Apii,& Endiuiæ,quantitate ſufficienti.

ALias quippe ſupra diffuſe,& clare,de partiũ cõuenientia:& ſufficientia:& ſimilibus pꝫ
tractauimus. Hic aũt tum,qa clauſula iſtius circũloquutionis non manet in ſua rectitu D
dine:tum etiã,quia nõnulli iuniores uarias ſcripſere declarationes:& interpretationes,ſup
hmõi clauſula.uiſum eſt nobis ſilentio ipſam nõ præterire. Certe ipſa circũloquutio p im=
preſſiones,non eſt in ſuo eſſe recto:ut aliqua exẽplaria uetuſtiſſima de hoc nobis teſtimoniũ E
perhibent:quæ ſic rectius habent. Et cũ zucchari lib.iiii.& ſucci apii:& endiuiæ quantitate
ſufficienti:fiat ſyrupus. Quantitas aũt ſufficiens,hoc in loco,dupliciter eſt intelligenda. Pri
mo:ut ſit inter ipſos ſuccos æqualitas.ſ.ꝙ ſucci apii,& endiuiæ ſint partes æquales.ſ.ꝙ non F
plus de uno:q̃ de altero ponatur:&c. Secũdo:ut ſit ſufficiẽs,& competens pars ſuccorũ,ex
proportione ad zuccharũ:& tali modo,licet põt ſumi regula,ex ſyrupo de fumo terræ.ſ.ꝙ
ſucci,ambo pro uno ſumpti:& zuccharũ:ſint æquali librata pondere:tñ non in oĩbus aliis, G
hic modus eſt obſeruandus. Quia illarũ compoſitionũ:quæ nõ recipiunt decoctionem:ſeu
infuſionem rerũ,ex aqua:uel altero liquore:ſed ſolos ſuccos:ſucci nõ ſunt accipiẽdi æqua=
li pondere,ſeu mẽſura:cũ zuccharo,aut melle:ſed debent eſſe in duplo:uel ſaltẽ in propor H
tione ſeſquialtera.ſ.ꝙ pro qualibet parte zucchari,uel mellis,uel ſimilis:ſucci,uel ſuccorũ:
in unum,& pro uno(ut dictũ eſt)copulatorum:pars una cũ dimidia,ad minus ſumi debet.
Quoniam,ut plurimum,talibus modis utitur author,in ſuis compoſitionibus. Hic autem: I
& in ſyrupo de fumo terræ,& ſimilibus:quia decoctio rerum excuſat partem ſuccorum. Id=
circo ponendi ſunt ſucci æquali pondere,ad zuccharum.

¶ Syrupus de Epithymo:&c. CXC. K

IN præſenti deſcriptione,plurimæ impreſſiones mẽdoſe habent,paſſularum
enucleatarũ.ℨ.iiii. Imprudẽtia.n.librariorũ poſita eſt ibi drachma,pro uncia. L
Lege igitur rectius.ℨ.iiii. Item cũctæ impſſiones:necnon & quædã pauca exẽ=
plaria minus correcta:mẽdoſiſſime habent hic. Recipe epithymi boni hortẽ=
ſis:&c. Nam(exceptis duobus)cuncta exẽplaria:quæ uidimus:ſic rectius ha= M
bent. Recipe epithymi boni cretẽſis. De quo mox in declaratione epithymi dicemus. Præ=
terea animaduertendũ:ꝙ licet in pñti,& ſequenti,& aliis pluribus ſyrupis(ut etiã ſupra retu
limus)non ſit ſpecificate deſcripta decoctio rerum:uerũtamen rationabiliter,& neceſſario N
debet fieri,gradatim,& ſecundũ artem. Quia quãuis epithymũ,& aliqui myrobalanorũ ſint
primitus deſcripti:tñ in decoctione ultimũ locũ tenere debent:qm̃ non patiũtur multã de=
coctionẽ. Et ecõtra,aliqua:q̃ in fine deſcribũtur:ut pruna:&c. Itẽ nõnullæ ex impſſionibus O
mendoſis:minus correcte habẽt in pñti deſcriptione:zucchari lib.iiii.rectius legito lib.iii.

De Epithymo.

QVanto magis legimus de epithymo apud authores:tãto magis mẽs noſtra uexatur: P
& cõfuſionẽ maximã inuenimus. Sed omiſſis pro parte ipſoꝝ lectionibus:ne proli
xitas minus nobis neceſſaria carpatur:unde qlibet per ſe q̃rat:ſi illis habet opus:neceſſarias
tantũmodo authoritates:pro rei ueritate cognoſcẽda(ut potuimus)in nr̃o libello cõſtrin= Q
ximus. Phantaſticentur igitur iuniores,machinẽtur,fabricẽtq; ſuo mõ uaniloqa:ꝙ ſecundũ
ueritatẽ epithymũ non eſt aliud:q̃ illud capillamentũ inuolucrũ(ſi ita dici libet)qđ ſupra thy
mum naſcitur. Sicut ẽt naſcitur ſup plures alias herbas,& plãtas:ut ſup geniſtas,ſup ozimũ, R
ſuper linũ, & ſimilia. Quãuis illud capillamentũ:qđ oritur circa:uel ſupra linũ: particulari
noĩe,uocetur cuſcuta:eſt tñ hmõi generũ:de quo alibi. Tantũmodo capillamẽtũ, qđ ſupra
thymũ procreatur,p̃ciſe,& antonomaſtice,recteq; epithymũ uocari cẽſemus:ab epi,qđ dr̃ S
ſupra:& thymũ.i.ſupra thymũ. Et qđ ſupra ozimũ:epiozimũ:& ſimilia. Et licet a qbuſdã uo=
cetur flos thymi:& ab aliis iuolucrũ:& palliolũ:&c.nõ tñ p hoc,qa ſunt diuerſa noĩa.diuer=

A ſas putemus authorum intentiones:atq; diuerſa ſimplicia:&c. Quoniam ſi recte perceperi-
mus ipſorum ſcripta:unum,& idem erit epithymum apud Dioſcoridem:quod apud filium
Meſue:& apud Plinium:&c. anthores. Certiſſime (ut coniectamus) a paucis uerus ſenſus
B uerborum Dioſcoridis de epithymo percipitur. Nam cum ipſe Dioſcorides dicat,capitulo
de epithymo:flos eſt e thymo:ſatureiæ ſimilis. Non per hoc intelligit epithymum.ſ.capilla-
mentum thymi:eſſe ſimile herbæ ſatureiæ:ſed aſſerit illud dictum capillametum thymi: eſſe
C ſimile capillamento ſatureiæ.ſ.thymbræ. Quia etiam & ſupra thymbram generatur huiuſ-
modi capillamentum:ſicuti ſupra thymum. Quod capillamentum thymbræ,a Paulo Aegi-
neta epithymbrum uocatur. Tanquã ſi Dioſcorides diceret:Epithymum eſt ſimile epithym
D bro:&c. Et ꝙ epithymbrum ſit ſimile epithymo:& in qualitate,& uirtute:licet debilius ope
retur. Ait Paulus.4.cap̃.libri ſeptimi,Epithymbrum(quod thymbræ ſupernaſcitur)epithy
mo ſimiliter euacuat:ſed imbecillius eſt. Cum igitur dixit. Quod thymbræ ſupernaſcitur:
E intellexit capillamentũ:& non flores. Flores enim naturaliter uerius dicuntur in planta na
ſci:capillamentũ autem ſupra plantã. Præterea:uerbi gratia. Dato ꝙ epithymum Dioſcori
dis:& cæterorum:ſit aliud ab epithymo filii Meſue(quod non credimus)non obſtante etiã,
F ꝙ Plinius ponat duo epithymi genera:quoniã ipſe Plinius a diuerſis authoribus accipiens:
diuerſa putauit ſimplicia,uel forſan epithymbrũ pro epithymo intellexit. Filius autẽ Meſue
clare:aperteq;:de noſtro uſuali epithymo loquitur,in ſuo capitulo de epithymo. Ad quid
G ergo,in eius compoſitionibus,uolumus recurrere ad alienorũ ſimplicia:cũ habemus ſua?
Vnde nullus dubitet in hoc noſtro epithymo:ꝙ uerißime eſt illud:quod ſcribitur a noſtro
authore. Et in præſenti ſyrupo:aliiſq; cõpoſitionibus ſuis:ſuo epithymo debemus uti. Sed
H nota,ꝙ non ſolum ſecundum ipſum authorem noſtrum præfertur Cretenſe epithymũ,epi
thymo aliarum regionum: Verũetiam & Serapio:& Auicena:& alii plures,illud idẽ teſtan-
tur. Quãobrem ipſe author noſter ſpecificauit in p̃nti deſcriptione:epithymũ Cretenſe eſſe
I ſumendũ:& non hortenſe:ut mendoſe per omnes excuſiones legitur. Quod mendũ non-
nullis tribuit errandi anſam:quoniã non defuere qui declarauerunt pro epithymo hortẽſi:
intelligendum eſſe capillamentũ baſiliconis.i.ozimi:quod quidem reprobatur ab authori-
K bus:& peritis uiris:& rectius,non epithymum:ſed epiozimũ(ut diximus)quod ſupra ozi-
mum naſcitur,nuncupandũ eſt:ſicut epithymbrũ:quod ſupra thymbram:&c. Etiam nõnul
li dixerunt,& peius,hortenſe ideo poſitum eſſe ab authore:q̃a minus uigoroſum. Ergo au-
L thor imbecillius,& minus bonũ epithymum,elegit pro iſto ſyrupo? Abſit. Etenim ignorã-
tes errorem:allucinati ſunt. Doctor igitur noſter quærit hic epithymum cretenſe:tanq̃ me-
lius,& electius:&c. Sed ſi quis carebit illo:loco eius noſtrũ epithymum ſubminiſtret. Si aũt
M neutrum habuerit:epithymbrũ ponat:ꝙ ſi nec epithymbrũ affuerit:ſubſtituat flores thymi:
uel flores thymbræ:uel ſaltẽ folia alterius. Pandectarius aũt,& Platearius dicunt:ꝙ loco epi
thymi ponitur cuſcuta:attamen ſi bene,neſcimus. Collegimus præterea,aliquando & ſup
N roſmarinũ coronarium,capillamentũ ſimile epithymo:quod epiroſmarinũ,ſeu epilibano-
tum põt appellari:quodq; in defectu epithymi cõpenſare:melius q̃ cuſcutam eſſe putamus.

¶ Syrupus de Sticados:&c. CXCI.

O
HAbet author noſter in cura de ægritudinibus neruorũ,authoritate Iudei,aliũ
ſyrupum de ſticados in multis ſpeciebus huic conformẽ. Sed eo in loco ubi
P in p̃nti deſcriptione habet calamentũ,& origanũ,ibi habet Ziniã. Quod Zi-
niã paulo ſuperius in eadẽ cura authoritate Dioſcoridis in multis operatio-
nibus cõmendauerat. At uero quid ſit zinian:fatemur nos ignorare. Nõnul-
Q li ex iunioribus aũt,interpretati ſunt eſſe chamæpitym.i.iuã,quæ & aiuga dicitur:tamẽ hoc
nobis non conſtat. Nihil.n.habet Dioſcorides in cap̃.de chamæpity,ipſorum:quæ autho-
ritate ipſius Dioſcoridis,de zinian ab authore noſtro ſcribuntur. Ex quo patet,ꝙ ziniã non
R eſt chamæpytis Dioſcoridis. Præterea:p̃cucurrimus in Dioſcoride omnia capitula in q̃bus
neruorũ remedia,& curationes notãtur:in nullo penitus legimus:quæ de ziniã ab autho-
re noſtro dicuntur. Vnde neceſſario ſequitur:ꝙ uel interpres,uel ipſe author,attribuit
S Dioſcoridi,quod erat alterius authoris; uel (ut alias diximus) plura alia opera extа-
bant apud antiquiores:& Dioſcoridis,& Galeni,& aliorum: quibus nos caremus. Et
de facto erant. Quia legitur in Collectaneis Sudæ:ꝙ Dioſcorides ſcripſit medicinales.24.

ualde

ualde celebres libros: ex quibus tantúmodo hæc paucula de ſimplici medicina fragmenta, A
adhuc extant. igitur non admiremur in allegationibus doctoꝝ: ſi forte non reperiatur quæ
alicuius authoris non ſpecificato libro ab ipſis atteſtata ſunt. item ſciendú, ꝙ nonnulli apo-
thecarii parant præſentem ſyrupum dupliciter. Vno modo uidelicet, cum ſpeciebus in pan B
no ut præcipit author: quem uocant ſyrupum de ſticados completum. Altero uero modo
ſine ipſis ſpeciebus: quem ſyrupum de ſticados incompletum nominant. Sed qua authori-
tate, ſine dictis ſpeciebus paratur hic ſyrupus: ignoramus. Nam filius Meſue præcipit ut fiat C
cum ſpeciebus: nec ſine ipſis ſcribit poſſe fieri. Qui autem aliter uelit facere: faciat. Hoc ta-
men ſciat: ꝙ de mente iſtius authoris non eſt: ut fiat ſine ſpeciebus.

De Sticados. D

STœchas, dos: uel ſtichas dis: græce: & latine dicitur. Arabice autē, ut in Serapione: Aſto
chodos: ſiue ſecundum Pandectarium Aſtochodes: uel Aſcukodos. Indeclinabiliter
uero ſtichados: ſiue abſq; aſpiratione (ut uulgus tenet) ſticados nuncupatur. Secundú Dio- E
ſcoridem, ab inſula Galliæ Maſſilienſis, eiuſdem nominis, ubi maxime exuberat denomina-
ri cœpit. Attamen in Galliis, & in Hiſpaniis, atq; in Italia copioſiſſime naſcitur. Herba ipſa
notiſſima eſt. Sed author noſter, uel quia forſan medici ſui temporis experti fuerunt illud Ara F
biæ ſticados: uel quia, ob maximam itineris diſtantiam, carebāt ſticados præfatæ inſulæ: &
recentius, & comodius, quaſi præ manibus habebant illud: ſticados arabicum commēdat.
Verũtamen ſciendum, ꝙ cum eſſemus annis elapſis in Luſitania & proprie in Olyſſippone, G
uel Vlyſſippone: quæ ciuitas hodie corrupto uocabulo Vliſbona dicitur: in noſtro conuen
tu Franciſcano: nos uidimus ſticados arabicum uirens in horticello infirmariæ. Quod uo-
cabant fratres eiuſdem conuentus, patria eorum lingua: Romiero de los moro: quod lati- H
ne ſonat: Roſmarinum mauritanorum. Nam (ut habuimus ab eis) ex Arabiæ partibus cum
mercimoniis aromatum ibi tráſuectum fuerat. Fruticoſior planta eſt: q̃ noſtrum ſticados.
Etenim in ſpica, ſiue flore, in ſtipitibus, in colore foliorum, & florum, in amaritudine & for- I
ma plantæ, ad unguem conuenit cum noſtrate ſticados. Erat enim tunc cum flore. Odora-
tius enim noſtro, nobis uiſum eſt illud. Et ſpicæ ſiue flores ipſius ſunt aliquantulum mino-
res. Necnon & folia ipſius: quãuis non excedant magnitudinem foliorũ noſtratis ſticados: K
tamen ex utroq; latere ſunt inciſa ut ſerra: ſed leuibus quidem: & non cuſpidatis inciſuris.
Pro certo enim tenemus illud eſſe ſticados arabicum. Sed quia caremus eo: licet nobis, lo-
co eius, uti noſtrate. Si autem quiſpiam habuerit illud: optimam rem habebit, pro præſen- L
tis ſyrupi confectione. Quoniam certe indicio plurimorum: eſt melius q̃ noſtrum ſticados:
Et ne putet quis nos cõpoſuiſſe mẽdacia: exportauimus aliquid parum ſiccũ, de planta eius:
cum foliis, & floribus: ad oſtendendũ aliis: quod quidē adhuc eſt apud nos, in teſtimonium. M
Melior pars ſticados: eſt ſpica florida: in defectu tamen ſpicæ: foliis poſſumus uti. Præterea
ſciendum, ꝙ præter hæc duo præfata ſticados genera: eſt & aliud: quod iuniores, & uulga-
res uocant ſticados citrinum: & barbam Iouis: ſiue Iouis barbã. Quod proprie eſt Dioſco- N
ridis chryſocome: Sed hæc planta (ut putamus) non eſt numeranda in generibus ſticados:
neq; pro ſticados quis utatur ea: quia in ueritate non eſt ſticados: nec ſpecies eius.

De Alchilil. O

PRo Alchilil hoc in loco non poteſt intelligi: niſi flos roſmarini: & de hoc iam di-
ctum eſt ſupra.

¶ Sermo in Mellicrato condito: &c. CXCII. P

MEllicratum ſimpliciter (ut author ipſe in litera aperte declarat) nil aliud eſt: q̃
ſyrupus confectus ex melle, & uino tantum. Si aũt ipſi ſyrupo addantur ali- Q
quæ ſpẽs: uocatur Mellicratum cõditum. Quãuis (ut ipſe author etiã ſcribit)
ſint nonnulli: qui utrũq; .ſ. conditũ, & non conditum, uocent utroq; noĩe. Et
modi eoꝝ ſunt diuerſi: ut in ſequẽtibus clare patet. Hinc iuuamẽta primi mo R
di: & immediate ipſm primũ modũ ſubſcribit: dicẽs. Recipe uini antiq boni: &c. In cuius cal
ce, eſt unus error p impſſiones, nõ paruus: uidelicet, ubi legitur: Muſci. ℥. iii. Cuncta etenim
exẽplaria, ſic tectius hñt. Muſci. ℥. unius tertia. Paucis tñ dũtaxat exceptis: q̃ hñt muſci. ʒ. i. S
qđ idẽ eſt: qđ tertia ps drachmæ. Hmõi eteni errores (ut alias diximus) non eſt multũ neceſſe
annotare: qa ſumus certi, ꝙ aromatarioꝝ nullus põeret i pũti ſyrupo tres muſci drachmas.

A Immo conlectando de errore: potius inclinaret animum ad interpretandum tria grana: q̃
tertiam partem unius drachmæ. Vt ueritas autem ſtet in loco ſuo nunquam ſane pigebit nos, ad
amuſſim omnia fideliſſime deſcribere.

B De ſpeciebus in huiuſmodi ſyrupis ponendis.

EX præſenti nãq; primo modo ſumitur regula ponendi ſpecies aromaticas in huiuſmo-
di & ſimilibus ſyrupis: ſed clarius habetur apud filium Serapionis, & Auicennam in cõ-
C ſimilibus compoſitionibus: quia ipſæ ſpecies ſunt triturãdæ trituratione groſſa: præter cro-
cum: quod non eſt triturandum. Et muſcus non eſt ponendus in decoctione, cum reliquis
ſpeciebus: quia (ut ſupra diximus) muſcus, ambra, & ſimilia: aromatizandi gratia: in fine po-
D nenda ſunt: unde & author nouiſſime deſcripſit ipſum: poſt colationem ſyrupi: Verũtamen
poteſt poni cum bambace, ſub cuſpide colatorii: eo modo ut ſupra notatum eſt: uel poſt co-
lationem ponatur: &c. Huiuſmodi enim compoſitio apud filium Seraṗ. intitulatur: Opera-
E tio candicon ad illum cuius ſtomachus eſt frigidus: &c. Apud Auicennam autem, uocatur
Conditum: ſiue, ſecundum Bellunenſem, Chandicum conueniens ad frigus ſtomachi: &c.

F ℭ Modus conditi de citro: &c. CXCIII.

CVm dixit author: Modus conditi de citro: ſubintellexit mellicrati: tanq̃ ſi dice-
G ret. Modus mellicrati conditi de citro. Et licet ipſe author, in iſtamet diſtin-
ctione, habeat duos alios ſyrupos, ex citri cognominatione: præſentem tamẽ
& ſequentem: ob id quia uinum recipiunt: ſub noie mellicrati deſcripſit eos.
H Et animaduerte ne decipiaris, intelligendo conditum de citro: & citrum con-
ditum unum & idem eſſe: quia multum differunt inter ſe. Nam citrum cõditum intelligitur
in eo: quod accipitur ipſum proprie: & proiicitur decoctio eius. In iſto autem, & ſequenti
I conditis de citro: ecõtra: accipitur decoctio citri, & aliarum rerum: rebus ipſis poſt coctio-
nem, & colationem, una cũ citro abiectis. Quia iſti ſunt ſyrupi potabiles: & non confectio-
nes comeſtibiles: ut etiam in litera probatur: cum in fine legitur. Et bibatur impermiſtum.
K Præterea: quod dicit author in præſenti deſcriptione. ſ. ſi autem recens illud propinabitur:
ſufficit parua in eo decoctio. Hoc conſimiliter eſt intelligendum, in omnibus ſyrupis. Hoc
eſt. Si recentes propinantur: non multum ſunt decoquẽdi: &c. Item ubi dicit. Et accipe ad-
L huc de ſpeciebus quas diximus ſuperius: ſubintellige in ſermone mellicrati cõditi: &c. De-
mum ſciendum q̃ per impreſſos libros ſunt in præſenti deſcriptione duo menda. Primum:
uidelicet, ubi legitur. Cytoniorum. ʒ. ii. Et in aliis. Cytoniorũ. ℥. ii. Vtrũq; enim eſt falſum.
M Antiqui nempe codices uniformiter fere habent aperte, & clare. Cytoniorum numero. iii.
& nonnulli clarius ſic. Cytoniorum numero tria. Et ſic eſt uerum. Aliud mẽdum eſt, ubi le-
gitur. Aquæ roſatæ lib. ii. lege rectius lib. i. ut præfata exemplaria habent. Nam ſi eſſent lib.
N ii. concluſiſſet eas author in immediate ſuperiori ana: ſic. Mellis deſpumati, zucchari tabar-
zet, & aquæ roſatæ: ana lib. ii. Ad maiorem quoq; probationem: uide apud filium Serapio-
nis in. 7. q̃ in ſimili compoſitione (quæ uidelicet inſcribitur: Syrupus alius qui confortat ſto-
O machum: &c.) habet aquæ roſatæ lib. i. & cytonia numero deſcripta. Ergo: &c. Poma odo-
rifera abſolute deſcripta: apia intelliguntur.

P ℭ Conditum aliud de citro: &c. CXCIIII.

IN hoc ſecundo mellicrato condito de citro ſunt quatuor emẽdanda, per im-
Q preſſiones. Primum ubi legitur: Recipe corticum citri. ℥. vii. lege. ℥. vi. Secun-
dum, ubi legitur: Bugloſſæ. ℥. i ÷. In alio mẽtæ ſiccæ: marmacur. ℥. ÷. Caſſetur
illud uidelicet: In alio mentæ ſiccæ. Et lege ſimpliciter. Bugloſſæ. ℥. i ÷. mar-
R macur. ℥. ÷. Tertium: ubi legitur: Garyophyllorum aur̃. ii. lege uerius: aur̃. i.
Quia ſic probauimus omnia hæc, per antiqua exemplaria, eſſe ſecundum ueritatem. Quar-
tum emendandum: eſt una confuſa lectio: quæ licet non ſit in omnibus: tamen in nonnul-
S lis impreſſionibus habetur. Videlicet: ubi legitur: Croci. ʒ. i. iiii. lege planius. Croci. ʒ. unius,
quarta. Hoc ultimum annotauimus: q̃a ſcimus aliquos: qui intelligebãt illo modo, drach-
mam & quartam. Habent etiãnum præſentem deſcriptionem in paucis tamen differentem:

filius

filius Serapionis in.7.& Auicenna in.v. Titulus deſcriptionis filii Serapionis eſt: Syrupus A
almuniati. Auicennæ autem: Syrupus Salmuniu.

Modus conditi de bugloſſa:&c. CXCV.

B
HOc eſt mellicratum conditum de bugloſſa. Et licet non habeatur in uſu:tamẽ
eſt optima compoſitio pro ſtomachi debilitate: &c. Sed aduerte,ꝙ per im-
preſſiones,in hac deſcriptione mẽdoſæ legitur: Setæ crudæ inciſæ:nucis mu C
ſcatæ: &c. ana.℥.i÷.lege melius:ana.ʒ.i÷.quoniã ſic eſt fere in omnibus an-
tiquis exemplaribus. Et certe magna quantitas eſt,ex quolibet ipſorum ſim-
plicium.℥.i÷. Et ſi non aliorum:ſaltem croci eſt maxima quantitas. Præterea,probatur etiã D
hoc mendum ex ſuperiori ana quod eſt ſimiliter.℥.i÷. Etenim author non feciſſet duo ana
ſimilia,unum poſt aliud:ſed unico ana concluſiſſet & cytonia,& poma,& illa ſimplicia ſe-
quentia. Igitur rectius illorum ſimplicium:ana.ʒ.i÷. Aduerte etiam ꝙ Luminare maius,ſe- E
cundum omnes ipſius impreſſiones habet:alfelengemiſch.ʒ.i. Sed hic error,uel ſi ipſi au-
thori,uel ſi librariis ſit imputandus,neſcimus. Rectius lege.℥.i.ut eſt in cæteris libris:tã im-
preſſis,q̃ manuſcriptis. F

De Cytoniorum generibus.

HAbet nãq; author in præſenti deſcriptione tria cytoniorũ genera. In Romano autem
ſolo,non niſi duo naſcitur. Et hæc quidem nota ſunt:quæ iam declarauimus ſupra. G
Vnde ſciẽdum,quod teſte Plinio cap̃.xi.libri.xv.cytoniorum plura ſunt genera:ex quo ſe-
quitur,ꝙ reperitur & tertium genus. Et uere reperitur. Quoniam ſcimus huiuſmodi tertii
generis arbuſcularum magnam copiam,intra Italiam,ſponte naſci in ſepibus:& præſertim H
in montibus alpium Mutinæ,& Bononiæ. Et hoc quidem tertium genus eſt minus:& ſylue
ſtrius aliis:tam in planta q̃ in pomis. Quæ poma.ſ.cytonia huius tertii generis: quãuis ſint
minora:tamen odore gratiſſima ſunt:& ſunt ualde acetoſa. Et hæc quidẽ denotantur a præ- I
fato Plinio:cũ dicit. Sunt præterea,parua ſylueſtria a ſtrutheis:odoratiſſima:in ſepibus na-
ſcentia:&c. Ex his etenim præcipit author in ſequentibus cõditis de cytoniis.ſ.in minis:pa-
rari ſuccum:dicens: Recipe ſucci cytoniorum acetoſorum:&c. Aliqui autem:qui duo ge- K
nera tantum cytoniorum faciunt:hi nempe de notioribus,& domeſticis intelligunt. Et de
ipſis intelligendum eſt ſemper:quando non ſpecificate ſcribuntur. Animaduertendum au-
tem,ꝙ cytoniorum genera uariis appellantur nominibus. Vt ſunt. Cytonia,ſiue more græ- L
corum,Cydonia,Cotonea,Struthea,Chryſomela,(quaſi mala aurea,non obſtante, ꝙ mala
aurea etiam in citriorum generibus intelligantur.)Mala cotonea, Mala cytonia, ſeu Poma
cotonea,& Pyra cotonea:&c. Quæ quidem omnia,omnibus generibus,largo modo poſ- M
ſunt dici æquiuoca,ſiue cõia:quãuis aliqua ipſorum ſint aliquibus particularia,& uniuoca.

De generibus Pomorum.

POmorum genera ſecundum omnes authores,pene innumera ſunt. Quoniam hoc no- N
men.ſ.pomum:in fructibus,eſt tanquã genus generaliſſimum:quod continet in ſe plu-
ra alia genera non generaliſſima. Quia uniuerſaliter:ſiue largo modo:omnes fructus:q nõ
habent corticem durum ab extra:(ſed illud quod eſtur uidetur:ut in plurimis)ad hoc no- O
men.ſ.pomum poſſunt reduci. Vt ſunt ficus,dactyli,ſorba,meſpila,pyra,& ſimilia. Sed ſtri-
cte,illi fructus præſertim nuncupantur poma:in quibus orbitas quædam.ſ.rotunditas ali-
qualiter reperitur. Vt uerbi gratia:dicuntur poma,omnia mala: ut ſunt apia,maciana,& ſi- P
milia. Item malo granata,ſiue mala granata.i.mala punica,mala aurea arancia dicta: & ſimi-
lia. Item mala cotonea,& præcoqua,& perſica omnia:& alia multa. Magis ſtricte autem,po
ma intelliguntur iſta quæ uulgari uoce generaliter uocãtur mella:ſiue mela,uel mila:quaſi Q
mala. Et de his intelligit author in præſenti deſcriptione,ſumi tria genera.ſ.dulcia: ut ſunt
apia:uel in defectu ipſorum:mala Decii:uel alia ex dulcibus. Acria:[ut ſunt ſylueſtria:& ſi-
milia. Et dulcacida:ſiue muza.i.illa:quæ medium,inter acrem & dulcem, habent ſaporem: R
de quibus plures ſunt ſpecies,& differentiæ:& uariis nominibus,ſecundũ diuerſitates gen
tium,& locorum,appellantur. Et aduerte:ꝙ in præſenti condito:ſicut & in condito de ci-
tro:tam per cytonia:q̃ per poma:intelligitur caro ſcilicet pulpa ipſorum:& non ſuccus. S

Modus operationis conditi de cytonis: & eſt Mina:&c. CXCVI.

A INcipit nunc author ſcribere compoſitiones mellicrati conditi de cytoniis:
quas etiam ſub alio cognomine, minas uocat. Miua autem, ſecũdum ueram
interpretationem, ſignificat ſyrupum confectum ex ſucco cytoniorum: & ui
B no, uel aceto: & melle, uel zuccharo. Sed quia recipit uinum, & mel: recte etiã
dicitur mellicratum conditum de cytoniis. Miua autẽ acetoſa: quæ infra de-
ſcribitur: non poteſt dici mellicratum: quia non recipit uinum. Et quãuis acetum fiat ex ma
C teria uini: tamen expreſſe eſt uino contrarium. Neq; illa, quæ conficitur cum zuccharo de-
bet nuncupari mellicratum. Habet etiãnum author in principio iſtius diſtinctionis, ſyrupũ
ſimplicem de ſucco cytoniorum: qui quidem neq; miua, neq; mellicratum dici poteſt: quia
D nec uinum: nec mel recipit. Item, habet ſyrupum acetoſum de cytoniis: qui, licet non poſſit
uocari mellicratum, ob id quia non recipit uinum: nec mel: poteſt tamen appellari miua: qa
recipit acetum. Vnde recte poteſt nuncupari miua acetoſa, ex zuccharo: ſine ſpeciebus: nõ
E obſtante, ꝙ author poſuerit ipſum ſub nomine ſyrupi: quia (ut in rob dicemus) omnes mi-
næ ſub nomine ſyrupi computantur. Eſt præterea, in præſenti deſcriptione, per quaſdã im-
preſſiones, unum mẽdum: uidelicet ubi in ipſis legitur: Ligni aloes, macis: ana. ℥. i ÷. lege re-
F cte. ʒ. i ÷. Poſtremo ſciendum, ꝙ author in præſenti deſcriptione, notauit regulam quanti-
tatis mellis: aut zucchari ponendi, in miuis ſequentibus: ut melius declarabimus, in ſequen-
ti ſimplici mina. Et ſimiliter de ſpeciebus eſt intelligendum: ut ſtatim de ipſis dicemus. Sed
G non ignorandum, ꝙ quilibet aromatarius tenetur, apud ſe habere minam multipliciter præ
paratam. ſ. cum ſpeciebus: & ſine eis: & cum zuccharo: & cum melle: &c. Similiter notan-
dum (ut in electuario granorum myrti iam diximus) ꝙ quandocũq; aliquo modo, in aliqua
H compoſitione recipitur miua: ſi non ſpecificatur de ipſa: puta de acetoſa: &c. ſemper de iſta
prima: & ſine ſpeciebus eſt intelligendum. Si autẽ petitur miua aromatica, uel aromatizata:
ut eſt in electuario granorum myrti: &c. tunc etiam ipſa prima miua eſt intelligẽda: ſed cum
I ſpeciebus. ſ. cum ipſis: quæ in eius deſcriptione notantur. Quando aũt ſit conficienda cum
melle: & quando cum zuccharo: &c. Lege in ſupradicto electuario granorum myrti. Cyto
nia acetoſa, iam declarata ſunt: in ipſorum defectu autem: domeſtica ſunt adminiſtranda.

K De ſpeciebus alephanginis, ſeu alefanginæ.

LArgo modo omnes ſpecies aromaticæ poſſunt dici alephãginæ: ſiue ſint ex radicibus,
ſiue ex corticibus, ſiue ex cæteris partibus aromaticis plantarum: ſiue etiam ex aliena
L materia: ut muſcũ ex animali: & ambra: &c. Sed ſpecialiter illæ: quæ ab authoribus ſpecia-
tim notantur: ut in præſenti miua: & in mellicrato: & in capitulo de aloe noſtri authoris: cũ
loquitur de eius rectificatione: & in emblicis conditis: & in piluiis alephãginis: & in Gallus:
M & cæteris pluribus compoſitionibus huius antidotarii: & quæ ſunt apud Buichaſim in ablu
tione aloes: &c. Vnde animaduertendum, ꝙ quando reperitur ſcriptum aliquo modo de
ipſis non ſpecificate, ſed uerbi gratia, legitur. Condias cũ ſpeciebus alephanginæ: ſiue cum
N ſpeciebus aromaticis: &c. (Frequenter enim reperiuntur huiuſmodi circũlo quutiones) tũc
conſideratis omnibus ſpeciebus alephanginis: ſiue aromaticis: quæ autem cõuenientiores
iudicabuntur: illæ quidem tantũmodo, pro illa compoſitione adminiſtrandæ erunt: qa non
O omnes omnibus competunt. Pro qualibet autem mina: de iſtis quæ in præſenti prima mi-
ua ſpeciatim ponuntur: ſemper erit intelligendum: reſpectiue tamen: & pro rata accipiẽdo:
ſcilicet ꝙ in maiori miuæ quantitate: multiplicanda eſt etiam & quantitas ipſarum ſpecierũ:
P & in minori minuenda: cum deſideramus ipſas: ſeu quãlibet ipſarum cum ſpeciebus confi-
cere. niſi de uoluntate alicuius p̃cipientis medici: alia addantur: ſiue ex illis minuantur: ſiue
permutentur: &c. Quia huiuſmodi ſpecies: raro præcipiunt authores adminiſtrari in com-
Q poſitis: ſed frequenter dimittunt eas ad libitũ medici: & ſuſcipientis: &c. Præterea: ſunt nõ-
nulli neoterici ſibiipſis ſapientes: ut quidam Petrus Paulus Villanus Neapolitanus: qui com
poſuit quẽdam (qui circũfertur) libellum intitulatum: opus quibuſlibet aromatariis neceſſa
R rium: & ipſum imitantes: qui expreſſe contra textum authoris, declarant ſpecies in ſyrupo
de ſticados: & in iſta miua, quando fit cum melle: & ſimilibus: non eſſe bulliendas: aſſignan-
tes quaſdam friuolas rationes. ſ. ꝙ mel eſt attractiuum: & cum tempore: abſq; bullitione at-
S trahit ſibi uirtutes ſpecierum ligatarum in pãno: & ſuſpenſarum in ipſo: in aſſeruatorio ua-
ſe: poſt decoctionem. ſ. ꝙ ſtando ipſæ ſpecies ligatæ in pãno multo tempore: in ſyrupo: ſeu
mina: &c. mel recipit uirtutes ſpecierum: &c. Ergo ſecundum ipſos (etiam contra authoris

intentionem) huiuſmodi ſyrupi non poſſunt propinari: niſi trãſacto multo tempore: quo- A
niam ſi recentes propinabuntur: non habebunt uirtutes ſpecierum: quia licet mel ſit attra-
ctiuum: non tamen cito: & in inſtanti attrahit: &c. O cæcitas magna. Cauete igitur ab his ſal
ſis declarationibus: immo ueris deprauationibus: quoniam litera authoris eſt clara: ꝙ ipſæ B
ſpecies debent bullire in decoctione: &c.

¶ Confectio Miuæ ſimplicis: &c. CXCVII.

C

VT apparet in titulo ipſius: hæc eſt deſcriptio ſimplicis miuæ. Porro nõ ſo-
lum ſimplex: ſed ſimpliciſſima intelligitur: ſi conficitur cum ſucco cyto-
niorum: uino: & melle, aut zuccharo tantum: abſq; ſpeciebus. Cum ſpe- D
ciebus autẽ, non poteſt uocari ſimpliciter ſimplex: ſed uocatur miua ſim-
plex cum ſpeciebus: ſiue miua ſimplex aromatica: non ratione ſimplicita
tis: quam tunc non habet: ſed ratione ſuæ inſcriptionis. ſ. quia placuit au- E
thori ſic eam inſcribere. Vnde largo modo, omnes miuæ, ſi non recipiunt ſpecies: poſſunt
uocari ſimplices: ſi autem admittunt ſpecies: uocãtur aromaticæ, ſeu compoſitæ. Non ob-
ſtante, ꝙ aliqua ipſarum ſit magis, uel minus ſimplex. Sed animaduertendum: ꝙ eſt intẽtio F
authoris: ut nulla miua conficiatur ſine melle: aut zuccharo: contra illos qui dicunt præſen
tem miuam: & ſequentes, eſſe ſimpliciter conficiendas. ſ. abſq; melle: uel zuccharo: ob id ꝗa
author non ſpecificauerit de ipſo. Nam author (ut alias diximus) loquitur cum peritis. Po- G
ſuerat enim in primæ miuæ deſcriptione: ordinem: & regulam conficiendi miuas: & tanquã
principales ipſarum partes: notauit in ipſa, ſuccum cytoniorum, uinum, & mel. Vt illo mo-
do: ſiue illa regula: & reliquæ conficiantur. Non igitur habuit neceſſe hic: & in ſequentibus H
eadem repetere. Sed notatis ſucco, & uino: aut aceto: tanq̃ primis principiis: ſubiecit mel-
lis pondus: tanquã ſi diceret: mel quod ſufficit: &c. Præterea: qui bene ponderabit authoris
uerba: reperiet præſentem miuam: non abſq; melle: eſſe ab eo deſcriptam. En cum dixit: Et I
ſunt qui loco mellis, ponunt zuccharum: declarauit ſe prius cum melle intellexiſſe ipſam
eſſe conficiendam. Et ſic de aliis: quarum unaquæq; põt confici cum zuccharo: ſi forte mel
non placuerit: uel ubi oportet. Et omnes cum ſpeciebus: & ſine ſpeciebus: &c. Confirmat K
hoc etiam author nouarum additionum in librum ipſius filii Meſue ſcribens ſpecificate in
ipſa additione: & ponens ſummam medicinarum excreſcentem in uno: intelligẽdo ipſum
pro melle: tanquam ſi eſſet in ipſa deſcriptione ſpeciatim poſitũ. igitur ex proportione cal- L
culando: ſi in ſuperiori miua ſunt ſex lib. mellis: in. xx. libris uini & ſucci cytoniorum: quia
iam euanuit tertia ipſorum pars inter decoquendum. in præſenti autem pro quinquaginta
lib. ſucci cytoniorum: quæ ex centum poſt coctionem reſtant: & quadraginta lib. uini: po- M
nendæ ſunt mellis lib. xxvii. ſ. pro quibuſcũq; xx. lib. ſucci, & uini prædictorum: ponuntur
mellis deſpumati: uel zucchari: lib. ſex. ſicut in ſuperiori miua: ex qua ſumitur regula, pro o-
mnibus aliis. Sed nota, ꝙ uinum præſentis miuæ: non coquitur prius, cum ſucco cytonio- N
rum: ut in prima miua: ſed per ſe decocto ſucco cytoniorum, uſq; ad medietatem, atq; clari-
ficato: ſuperponitur uinum: & mel: uel zuccharum: & ſic totũ deſpumatur: & coquitur uſq;
ad ſpiſſitudinem: ut in litera habetur: &c. Aduerte etiãnum, ꝙ diximus. xl. uini lib. & nõ. lx. O
quoniam ita eſt ſecundum ueritatem, fere per cuncta exemplaria. Errore nempe librario-
rum per omnes impreſſiones tranſpoſita ſunt, l, &, x. Lege etiam de miua in electuario gra-
norum myrti. P

¶ Confectione miuæ acetoſæ: &c. CXCVIII.

SVnt etenim in præſenti parua deſcriptione: duæ non paruæ mendæ, per o- Q
mnes impreſſiones. Prima (ut in ſupraſcripta miua) ubi legitur: Accipe ſucci
cytoniorum acetoſorum lib. lx. lege rectius lib. xl. Secunda autem, ubi legi-
tur: Aceti boni, & albi lib. xx. lege uerius lib. lxx. Omnes enim uetuſtiores R
codices plane habent lib. lxx. & ſic eſt uerum. Prima igitur menda ex trãſpo
ſitione literarum proceſſit. Secunda autem: ex omiſſione, l. Præterea, ubi dicit author: Et fiat
ſicut diximus: ſubaudi cum melle: aut zuccharo: & cum ſpeciebus: & ſine eis: &c. S

¶ Confectio Miuæ alterius: &c. CXCIX.

A ESt quoq; & in iſta deſcriptione,per omnes impreſſiones,unus error. Vide-
licet: ꝙ ubi legitur: Accipe ſucci cytoniorum acetoſorum lib.lx.legendũ
eſt rectius lib.lxx.ut cuncta exemplaria habent. Sunt præterea:nõnulli de-
B clarantes præſentem miuam poſſe fieri tribus modis.ſ.ꝙ poteſt tripliciter
uariari. Nos autem non ſolum tribus:ſed pluſq̃ tredecim modis aſſeuera-
mus poſſe confici ſecundum textum:ut breuiter legi poteſt in ſequẽtibus.
C Videlicet. Primo:cum melle,aceto,& ſpeciebus. Secundo:cum melle,& aceto,ſine ſpecie-
bus. Tertio:cum zuccharo,aceto,& ſpeciebus. Quarto:cum zuccharo,& aceto,ſine ſpe-
ciebus. Conſimiliter quatuor aliis modis poteſt fieri:loco aceti:ſubminiſtrando uinũ. Item
D prætet dictos,pluribus aliis modis: uidelicet,cum zuccharo,& melle ſimul:uel cum uino,
& aceto ſimul:utroq; pro medietate ſumpto:& cum ſpeciebus:& ſine ſpeciebus. Item cum
omnibus quatuor præfatis.ſ.cum uino,aceto,melle,& zuccharo ſimul:& cum ſpeciebus:
E & abſq; eis. Item diuerſis aliis modis,ponendo plus de uno:q̃ de altero: & uariando ſpecies
&c. poteſt confici ipſa miua. Et de conſimili omnes aliæ miuæ:& cæteræ compoſitiones:in
quibus authores non præcipiunt abſolute modum:ſed dimittunt eas,ad libitum cuiuſcũq;
F uariari. Quapropter non inepte in calce iſtius deſcriptionis ſubſcripſimus: Aut utroq;. Eo
maxime,ꝙ in duobus exẽplaribus uetuſtiſſimis legitur. Et hæc dicta,ſint notata,pro omni-
bus conſimilibus accidentibus.

G

Confectio Miuæ factæ ex ſucco fructuum:&c. CC.

PEr mala montana,quæ recipiuntur in præſenti deſcriptione: ſiue per poma
H montana:quæ legũtur in Rob primo de fructibus:intellige mala ſylueſtria.
Et pyra agreſtia:ſunt etiã ſylueſtria. Et fit iſta miua,ut aliæ:ſcilicet cum mel-
le:uel zuccharo:& cum ſpeciebus:& ſine eis:&c.

I

Sermo in Aceto ſquillitico:&c. CCI.

K CLare,& aperte ſcripſit author præſentem ſermonẽ præparationis aceti ſquil-
litici:uſq; in finem. In fine autẽ,ubi dicit: Et ſumatur in potu ex eo,omni die,
ieiuno parũper:donec deueniatur ad.℥.i÷.nonnulli declarant eſſe intelligen-
L dum:ꝙ quilibet poteſt ſumere ex eo,omni die parum:puta.ʒ.i.pro qualibet
die:& ſic continuãdo uſq; ad duodecim dies:accipiet in duodecim uicibus:
duodecim drachmas:quæ complent ſummam.℥.i÷.ab authore notatam. Sed in rei ueritа-
M te,intentio authoris non eſt eiuſmodi:quoniam ipſe declarat, qualiter quis poteſt ſumere
omni die,ex eo parum(exempli gratia)hoc modo.ſ.prima die ſumat minimam doſim: pu-
ta.ʒ.÷.Secunda die:ſit doſis drachma integra. Tertia die:ʒ.i÷.Quarta die:recipiat.ʒ.ii.Et ſic
N quotidie ſumat ipſum augendo doſim:donec perueniatur ad.℥.i÷.ſ.ꝙ ultima(quæ erit ma-
xima doſis) ſit.℥.i÷.quæ quidem doſis non eſt amplius augenda:ſed ſic(ſi opus fuerit) cõti-
nuanda:&c. Sunt etiãnum,& alii modi faciendi acetum ſquilliticum:ut apud Paulum Aegi-
O netam in.7.& apud Dioſcoridem:& Auicennam:& filium Serapionis:& Conſtantinũ Cæ-
ſarem:& Bulchaſim: & alios plures authores. Solummodo ſecundum iſtum modum filii
Meſue,communiter ubiq; paratur.

P

De Squilla.

SCilla ſiue(ut mauis)ſquilla,nota eſt. Author enim noſter in ſuo de ſimplicibus, facit de
ipſa capitulum:in quo ponit notas cognoſcendi bonam,a mala,& modos aſſandi inſi-
Q nuat. In præſenti autem ſermone deſcripſit modum ſiccandi laminas eius:pro aceti ſquilli-
tici præparatione:&c. Succus autem a ſquilla,cũ quo fit lohoc de ſquilla,qualiter excipia-
tur:ab antiquioribus(ut ſciamus)non deſcribitur. Iuniores autem:ex aſſatis in paſta ſquillis
R docent nos extrahere ſuccum. Et hac de cauſa oportet ex aſſata ſquilla exprimere ſuccum:
quia ex cruda,propter nimiam ſui uiſcoſitatem,minime poteſt exprimi ſuccus. Igitur acci-
piatur ſquilla:& non diuidatur per laminas(ut fit quando aſſatur ad alios uſus) ſed integra:
S expoliata tamen tunicis ſiccis exterioribus dũtaxat:inuoluatur paſta triticea :ſiue hordea-
cea:uel ſimili:& ponatur in clibano,uel furno:& poſt perfectam aſſationem:actu calida ex-
trahatur e paſta:& piſtetur:& exprimatur:& manabit ſuccus abundanter. Sed nota ꝙ aſſa-

tio ſquillæ non intelligitur ut crémetur:ſiue candicet,ut carbo:ſed ita debet aſſari:ſicut aſſa- A
tur cæpe ut comedatur. Et ideo aſſatio eius fit in paſta:ut melius ſua cõſeruetur humiditas:
&c. Reperitur quandoq; ſcriptum cæpa ſquillæ:ſiue cæpe muris:& idem eſt. quod ſquilla.

ℂ Modus Oxymellis ſquillitici uirtuoſi:&c. CCII. B

IDem ſignificat Oxymel: qđ mel,& acetum ſyrupizatum. Et oxyzaccharon,
idem:quod zuccharum,& acetum. Dicitur autem Oxymel ſquilliticum: ex C
aceto ſquillitico:quod recipit. Et quãuis author habeat in præſenti antidota-
rio duas alias ſequentes deſcriptiones: tamen præſens prima deſcriptio: ſi-
cut aliis eſt ſimplicior:ita & uſitatior habetur. Ipſa namq; deſcriptio:peritis ui- D
ris eſt clara. Pro minus ſciolis autem,ſciendum:ꝙ ubi dicit author. Coquatur:& deſpume-
tur:& perficiatur eius operatio:ſicut diximus,in ſpeciebus ſecaniabin. Intelligitur: ꝙ dum
coquitur,debet ſæpe deſpumari. Nec multiplicetur ſpuma in ipſo. Et ꝙ põt fieri ipſum oxy E
mel forte:& leue:& mediocre:ſicut declarauit in ſermone de ſecaniabin: & in ſermone de
ſyrupo acetoſo. Hoc excepto.ſ.ꝙ loco aceti ſimplicis:ponatur acetũ ſcilliticũ.i.ſquilliticũ.

F

ℂ Modus oxymellis ſquillitici de radicibus:&c. CCIII.

POteſt hoc Oxymel præſens uocari ſecaniabin ſquilliticum de radicibus. Ex G
eo ꝙ in omnibus ſequitur modum ipſius ſecaniabin de radicibus. Hoc ſo-
lum dempto.ſ.ꝙ loco aceti puri:ſubminiſtratur acetum ſcilliticum.

H

ℂ Oxymel ſquilliticum deſcriptione Democriti:&c. CCIIII.

AVthor etiam ponit præſentem deſcriptionem,authoritate Democriti,capi- I
tulo de Feſcera:uariato tamen ordine:& in quibuſdam paucis dũtaxar diffe-
rentem:ſed impreſſi codices:cum exemplaribus manuſcriptis in quibuſdam
non concordant:quo ad deſcriptionem in dicto capitulo poſitam. Habent K
enim ipſi impreſſi codices:leuiſticum,& ſeſeleos:quæ penitus in nullo exem-
plari inuenimus. In præſenti autem antidotarii deſcriptione:impreſſiones:& exemplaria in
omnibus,& ſingulis conueniunt ad inuicem:ſed loco leuiſtici:quod eſt per impreſſiones, L
in deſcriptione capituli:habẽt cheiſim:quod idem eſt. Vnde poteſt dubitari:an deficiat per
exemplaria,in præfati capituli deſcriptione leuiſticum. Item & pro ſeſeleos: quod diximus
eſſe per omnes impreſſos libros,in dicta capituli deſcriptione:tam impreſſiones: ꝗ exẽpla- M
ria concorditer habent alhaſce:quod non eſt idem:quod ſeſeleos. Sed unde hæc uariatio
neſcimus. Forſan placuit ipſi authori pmutare ſeſeleos i alhaſce. Deſcriptionis aũt capituli:
hoc eſt principiũ.inquit id:(.ſ.Democritus:de quo ſupra dixerat) Accipe ſucci eius(.ſ.alfe- N
ſceræ:nã de ipſa habebatur ſermo).ʒ.v.&c. Et in fine dicit:fiat ſyrupus. Vnde deſcriptio ca-
pituli uocatur ſyrupus alfeſceræ:& deſcriptio antidotarii pñs,nuncupatur Oxymel ſquilli-
ticum. Ab aceto ſquillitico:quod hic author poſuit in maiori quãtitate:ꝗ erat in deſcriptio- O
ne capituli. Et hoc quare? Quia ſic placuit authori. Vnde nec putamus errorẽ librariorum
eſſe:quia nullũ in hoc inuenimus diſcrepantẽ codicẽ. Inſuper animaduertẽdum,ꝙ in præ
ſenti deſcriptione,ipſe author ſpecificauit modum faciẽdi decoctionem origani,& cætero- P
rum ſimplicium:quod quidẽ non fecit in capituli deſcriptione. Item notãdum de ſucco al-
ſeſcere:ꝙ ſemper ubi abſolute legitur:de radice ipſius tantum intelligitur:& non de foliis.

De Cheiſim,quod non eſt cordumenum. Q

APerte probatur per præſentem deſcriptionem,cheiſim nõ eſſe cordumenum:cum ſit
ꝙ utrũq; hic ingrediatur. Contra quoſdam aſſerẽtes eſſe unum,& idem. Nam ſecũdum
ueritatem cheiſim,ſiue keiſim eſt leuiſticum:ſiue dicas libyſticum:uel ligyſticum:ut Manar- R
dus ſcribit,& græci dicũt:ſiue liguſticum:a Liguria dictũ:ut Dioſcorides teſtatur. Qui etiã-
num dicit,ꝙ Ligures uocant ipſum panaciam,ſiue panacem. Et hoc eſt uerum:ꝙ incolæ la-
nuenſes ſiue Genuenſes dicti:qui ſunt ueri Ligures:uſq; hodie uerum liguſticum,panacem S
nominant:a ſimilitudine ſic uocatum:quoniam(ut Dioſcorides author eſt)uiribus & figu-
ra panaci heracleotico non ſit abſimile. Verũtamen ipſi Ligures,ſub nomine leuiſtici,aliud

A diuerſum ſimplex accipiunt:quod nunquã fuit liguſticum,nec ſpecies eius. Vnde qui deſi-
derat habere uerum liguſticum:apud ipſos panacem quærat. Diu etenim latuit: nũc autem
cœpit apportari. Et(ni fallimur)in noſtro uiret horticello. Omnes enim notæ a Dioſcoride
B deſcriptæ,ei conueniunt:& ſemen eſt,ut ſemen fœniculi:nigrius tamen:quod ut plurimum
in medicinis recipitur:quãuis & radix ipſius ſit ualde utilis,ad plura. Venit etiam ſub nomi-
ne liguſtici,& uitex.ſ.agnus caſtus:ut in Dioſcoride legitur. De cordumeno autẽ,lege in
C trochiſcis de ligno aloes.

¶ Reſtat ſermo noſter.&c. CCV.

D

HInc author incipit ſecundam partem principalem huiuſce diſtinctionis, per-
tractautem de ſpeciebus robub. Sed prius declarabimus Rob ſignificatum.

E De Rob:& Robub.

EX omni enim ſucco(ut author noſter ait)& præcipue pomorum & fru-
ctuum:per coctionem ignis:aut ſolis calefactionem,ad mellis ſpiſſitudi-
F nem redacto:rob efficitur. Et nil aliud ſecundum arabes rob ſignificat:q̃(ut dictum eſt)ſuc-
cum cuiuſcũq; rei coctum,uel inſpiſſatum ui ignis,uel ſolis calore:uſq; ad duarum ſeu triũ
partium conſumptionẽ. Teſte ipſo authore noſtro in Rob myrtino:dicente. Et omnis qui-
G dem ſyrupus factus ex ſuccis:ſi inſpiſſetur:præter mel,& zuccharũ uocatur rob. Dixit autẽ
præter mel,& zuccharum:quia nec mel:nec zuccharum uocatur rob:non obſtãte,ꝙ zuc-
charum fiat ex ſucco quarũdam cannarum:quia non eſt regula:quæ non patiatur aliquam
H exceptionem. Excipitur ergo zuccharum:& mel omne: a generibus rob. Et Auicenna in
quinto.cañ.in principio de ſyrupis,& robub dicit. Et differentia quidem inter ſyrupos,& ro-
bub eſt:ꝙ robub ſunt ſucci inſpiſſati per ſe ipſos:& ſyrupi ſunt decoctiones:& ſucci inſpiſ-
I ſati cum dulcedine. Et in rob de cytoniis:&c.dicit. iſta omnia ſunt ſicut ſyrupi eorum : niſi
quia ipſi ſucci eorum inſpiſſantur cum facilitate,abſq; dulcedine. Pro dulcedine autem his
in locis:intellexit mel,& zuccharum:quia aliter eſſet falſum:quod dicit.ſ.ꝙ ſucci inſpiſſan-
K tur abſq; dulcedine:quoniam nullus ſuccus dulcis per ſe poteſt inſpiſſari abſq; ſua dulcedi-
ne. Immo dulciores,in ipſa decoctione ſeu inſpiſſatione efficiuntur ipſi ſucci:ut probatur p
rob uini muſti,& ſimilia. Vnde pro dicta dulcedine:mel,& zuccharũ intelligi debet. Quaſi
L diceret,ꝙ ipſi ſucci inſpiſſantur abſq; aliena dulcedine.ſ.mellis:aut zucchari:quæ non uo-
cantur abſolute rob. Miſtum autem mel,aut zuccharum,cum aliis ſuccis ſyruporũ: & una
cum ipſis inſpiſſatum:non prohibet ipſos ſyrupos:ſiue ſuccos nuncupari rob:Vt probatur
M per filii Serapionis,Hali filii Abbas,& aliorum deſcriptiones de rob:quæ recipiunt & mel,
& zuccharum,& alia. Et ſciendum,ꝙ omne rob poteſt uocari ſyrupus: ſed non econtra.
Quod probatur per Serapionis filium:capitulo de ſyrupis:ubi ſub nomine ſyrupi deſcripſit
N rob citri. Et immediate ſub nomine rob:poſuit aliam deſcriptionem: quæ incipitur. Ope-
ratio alia rob citri bona:&c. Quaſi dicat:ꝙ de prima operatione ipſius rob:iam loquuti ſu-
mus:ſupple ſub nomine ſyrupi. Vnde non ignorandum:ꝙ ſub nomine ſyrupi,computan-
O tur omne iuleb,ſecaniabin,mellicratum,miua,oxymel, oxyzaccharõ,rob, decoctiones, &
alia plura:ſed non econtra. De iuleb,ſecaniabin,& mellicratũ,eſt clarum:de oxymelle aũt,
iam dictum eſt in oxymelle ſquillitico:ꝙ ſub nomine ſyrupi ponit author ipſum oxymel
P in capitulo de alfeſcera. Et ꝙ decoctiones etiam ueniãt ſub nomine ſyrupi: probatur in ſe-
ptima diſtinctione.ſ.in decoctione fumi terræ:ubi in fine dicit author:fiat ſyrupus ſicut di-
ximus. Et ꝙ miua uocetur etiã ſyrupus:poteſt probari per Raſim in nono ad Almanſorem:
Q capitulo de debilitate ſtomachi:in quo deſcribens miuam:dicit:Miua autem hoc modo fit:
&c. in fine autem dicit. Deinde ſyrupus recõdatur:&c. Coquitur autem ſuccus,ſeu inſpiſſa-
tur:ut per talem operationem:diu conſeruetur in illo eſſe:in quo poſt dictam decoctionis,
R ſeu inſpiſſationis operationem,reperitur. Qui quidem ſuccus aliter non bene diu ſeruare-
tur. Pluralitatẽ enim ſuccorum inſpiſſatorum Arabes robub appellant. Sed quãdo ſim-
pliciter & abſolute reperitur rob:per antonomaſiam intelligitur rob,ex muſto uuæ. Quod
S aliter ſapa,muſtum coctum,uinum coctum,carenum,paſſum,defructum,& ſimpliciter co-
ctum dicitur. Et apud Paulum Aeginetam:& Aetium. Hepſema,& ſiræon appellatur. Et li-
cet aliqui faciant differentiam inter carenum,& muſtum coctum:attamẽ parum,quaſi nihil

differunt inter ſe:& alterum pro altero poteſt ſumi. Carenum quidem eſt muſtum coctum: A
ſed habet minorem coctionem.ſ.ꝙ ex eo ſit cóſumpta in igne medietas,ſeu pars tertia:un-
de dicitur carenum:quaſi carés tertia parte. Sapa uero eſt ipſum muſtum magis decoctũ.ſ.
ꝙ poſt decoctionem:ſupereſt tertia,aut quarta pars ipſius crudi. Puſca autem licet coqua- B
tur:tamé aliud eſt a ſapa. Fit autem puſca pluribus modis.ſ.ex duabus aquæ partibus.& tri-
bus uini:& coquitur:ſecundum aliquos. Alii autem loco uini:acetum ſubſtituunt. Nonnul
li uero ex ſecundario.ſ.deuterio uino(ſi uinum dici poteſt.de quo etiã Plinius dubitat)pu- C
ſcam parant. Quod uinum ſecundarium,tribus paratur modis.ut ipſe Plinius decimo.cap̃.
quartidecimi libri teſtatur his uerbis. Decima parte aquæ addita:quæ muſti expreſſa ſit:& ita
nocte,& die madefactis uinaceis:rurſusq; prælo ſubiectis. Alterum quomodo græci factis- D
tauere: Tertia parte eius:quod exp̃ſſum ſit:addita aquæ:expreſſoq; decocto ad tertias par-
tes. Tertium eſt ſecibus uini expreſſum:quod fecatum Cato appellat. Hæc ille. Ex ſecundo
autem ſecundario dicto.ſ.ex eo quod ſit ex tertia parte aquæ:credimus fieri ueram puſcam. E
Dictum quidem ſecundarium uinum,a græcis deuterion,ſiue deuteria appellatur. Et deu-
terion etiãnum apud ipſos(quod & chorion dicitur)teſte Paulo,eſt:quod ianne ſecundæ di
cuntur.ſ.quæ uulgo ſecundina mulieris uocatur. Et proprie ſecũdæ,ſeu ſecunda,eſt ille ſol F
liculus,ſiue illa pellicula:qua inuoluitur infans in utero matris. Quæ niſi infans ea ueſtitus
(ut ita dicamus)exierit:ſtatim ſecundo loco infantem ſequitur. Vnde ſecundæ dictæ ſunt.
Præterea,nuncupatur etiam dictum ſecundarium uinum Lora,ſiue Lorea. Et Romæ apud G
uulgares aquatum,& aquatellum dicitur. Item,plurimi uocant puſcam quandam commi-
ſtionem aquæ,& uini:ubi plus aquæ immiſcetur. Sed nõ eſt uera puſca. Neq; puſca(ſit quo-
modocũq; parata)poteſt uocari rob,ſimpliciter:nec loco rob ea debemus uti.niſi per co- H
ctionem ita inſpiſſetur:ꝙ ſit conſumpta tota aqua:& pars uini ſit ad ſpiſſitudinem mellis re-
dacta. Et tunc neceſſitate cogente:putamus loco rob poſſe poni.
I

ℂ Rob de ribes:&c. CCVI.

Obub ſequentiũ equidem omnes deſcriptiones:ſunt per ſe clariſſimæ.pau- K
cis dũtaxat exceptis:de quibus:pro minus peritis aliqua ſubſcribemus. igi-
tur in fine iſtius deſcriptionis:ubi dicit author. Et ſcito ꝙ rob herbæ aceto-
ſæ:eſt in uirtute eius:ſubintelligitur etiãnum,ꝙ modus faciendi ipſum rob L
herbæ acetoſæ:eſt ſicut modus ipſius rob de ribes. Et ſecundum Raſim.rob
de ribes ualet ut rob de acreſta:ſed parum plus operatur.

De Ribes. M

Ribes,ſiue(ſecundum Stephanum)Ribeſum:non eſt hoc arbuſtum:cuius fructu in ita-
lia falſo pro uero ribes,omnes utuntur pharmacopolæ. Nam ſi Serapioni creditur:
ribes eſt herba habens capreolos rubeos,& magna ſolia,betæ ſimilia:quorum ſapor eſt ace N
toſus,cum aliqua dulcedine. Ex his ergo foliis,atq; capreolis:necnõ & ex ſeminibus recen
tibus ipſius plantæ excipitur ſuccus:ex quo rob de ribes:& ſimiliter ſyrupus de ribes confi-
citur. Non obſtante,ꝙ a noſtro authore non ſcribatur talis ſyrupus:qa forſan utebatur rob O
de ribes loco ſyrupi:uel ſub nomine rob:ſyrupum ipſum intelligebat:quoniã (ut diximus)
omne rob eſt ſyrupus. Et ꝙ ſyrupus ex ribes reperitur apud authores:lege Serapionem in
capitulo de ribes dicentem. Et modus ſyrupi eius eſt:ſicut modus ſyrupi de citro. Et quod P
eo in loco non putes ipſum intellexiſſe de rob:in eodem capitulo ſuperius,& inferius,par-
ticulariter de rob eius pertractat. Superius enim ſic ait. Et rob eius confert cardiacis:& uo-
mitui:&c. Item. Et in rob eius eſt dulcedo:& acetoſitas:ſine ſtipticitate:&c. Inferius autem Q
authoritate Abẽmeſuai dicit. Et rob eius eſt ſicut rob acetoſitatis citri:& acreſte:&c. Pluries
nempe fratribus noſtris mediantibus,e partibus Hieroſolymitanis,& Syriæ:delatum eſt no
bis rob ueri ribes:& quandoq; ſuccum purificatum,aut ſyrupum factũ ex zucchare,& ſuc- R
co ipſius habuimus. Et licet ex fructu plãtæ ueri ribes exprimatur ſuccus:unde & Raſis(te-
ſte Serapione) memorauit ribes inter fructus:tamen non per hoc debemus intelligere fru-
ctum ribes,eſſe fructum illius arbuſti:quo (ut diximus) falſo pro ribes utuntur aromatarii S
hodierni. Quod quidem arbuſtum(ut plures cõiectant)a Galeno in ſeptimo Miamyr nun-
cupatur Arciuua. Sic enim legitur. Quæ dicitur arciuua,in Ponto naſcitur:plãta eſt humi-

A lis,& fruticoſa:folia habet ſimilia memæcylo:fructum rubrum producit:& rotundum:gu-
ſtu auſterum hanc uocant arciuuam. Hæc Galenus,ſecundum unam traductionem. Verū-
tamen ſecundum alias interpretationes,ad ueritatem græcorum codicum:nō arciuua,ſed
B urſi uua legitur. ἄρκτος enim græce:urſus latine eſt. Vrſi uuam autem nonnulli potius opi-
nantur eſſe Rhus ponticum:q̃ plantam ribes uocatam. Et non mirum eſt,ſi Galenus dicat
in Ponto naſci:quia quaſi antonomaſtice,ſemper rhus ponticum ab eo ſcribitur magis lau-
C datum:&c. Rhus ponticum enim (ut Paduæ nobis oſtenſum fuit) habet folia memæcylo
ſimillima:& fructum rotundum,rubrum,auſterum,ac in racemulis:&c. proprie ut ipſe Ga-
lenus ſcripſit,producit. Sed aduerte,ꝙ rhus ponticum differt a ſumach:quod eſt rhus ob-
D ſoniorum:de quo infra. Attamen quia difficilius habetur rob ueri ribes:melius nobis uide-
tur eſſe:ſi loco ipſius compenſetur,aut rob de ſucco acetoſæ:aut rob de cornis:aut rob ace-
toſitatis citri:aut rob de acreſta:aut rob de berberis:aut rob de granatis acetoſis.(Quæ o-
E mnia & ſingula,ſecundum probos authores,ualent ſicut rob de ribes.) q̃ rob de fructu ſu-
pradicto. Etiam in defectu omnium præfatorum:ſi quis uti uoluerit rob de urſi uua prædi-
cta (ſi tamen ipſa eſt) non male aget. Quoniam & ipſe Galenus præcitato libro:ad eundem
F effectum,ad quem ordinauit rob,ideſt ſuccum urſi uuæ: ordinauit & ſuccum cornorum.
Nam ita deſcripſit. Vrſi uuæ lib. ſexdecim aquæ pluuialis ſextarii ſexdecim. Coquito ad ter-
tias:ſuccoq́ expreſſo,repouito. Aliud. Cornorū fructus lib. ſexdecim,aquæ pluuialis tan-
G tūdem:facit ſimiliter. Hæc ille. Ex quo,ſi rob cornorum ualet ſicut rob de ribes:& rob urſi
uuæ ualet ſicut rob de cornis:ergo rob urſi uuæ ualet ſicut rob de ribes. Etiam loco ueri ri-
bes,in carentia omnium prædictorum,poteſt compenſari ſuccus ſiue rob fructus iſtius uul-
H garis arbuſti dicti ribes:tam pro rob:q̃ pro ſyrupo. Quoniam (ſaluo ſemper meliori iudi-
cio) nos putamus iſtum fructum non elongari a uirtute cornorum,& berberorum,& cæ-
terorum ſupradictorum fructuum. Quid aūt proprie ſit ipſe fructus:adhuc nos latet. Scien-
I dum quoq́,ꝙ in quibuſdam Italiæ locis:ut in Aprutio:arborē berberorum,uuam urſi no-
minant. Tamen ipſi (ut credimus) decipiuntur:quoniam arbor berberorū græcis eſt oxy-
acantha:de qua ſeparatim capitulum faciunt:cuius fructus eſt acetoſus:& non auſterus: ut
K eſt fructus urſi uuæ. Et ſimiliter fructus arbuſti præfati uocati ribes eſt acetoſus:ex quo pro-
batur,neutrum ipſorum eſſe urſi uuam.

L ℂ Rob de Acreſta:&c. CCVII.

SEcundum Serapionem capitulo de Ribes,præſens Rob ualet ſicut rob de ri-
M bes:unde poteſt poni alterum pro altero.

ℂ Rob de Cornis:&c. CCVIII.
N ℂ Rob de Berberis:&c. CCIX.
ℂ Rob de Sumach:&c. CCX.
ℂ Rob de Moris de ſcemi:&c. CCXI.
O ℂ Rob de Cytoniis:&c. CCXII.
ℂ Rob de Pomis:&c. CCXIII.
ℂ Rob de Pyris:&c. CCXIIII.
P ℂ Rob de Prunis:&c. CCXV.
ℂ Rob de Granatis acetoſis:&c. CCXVI.
ℂ Rob de Perſicis:&c. CCXVII.
Q ℂ Rob de Acetoſitate citri:&c. CCXVIII.

IN iſtis nempe deſcriptionibus pauca ſunt declaranda.

De Cornis.

R COrnus arbor notiſſima. Theophraſtus duodecimo capitulo, tertii libri
de hiſtoria plantarum:ponit maſculum & fœminā cornum. Tam ſecun-
S dæ,q̃ quartæ declinationis reperitur,pro arbore. Rectius igitur hic legēdum
eſt: Rob de cornis:ſiue rob cornorum:tanquā ex fructu:quod uocatur cornum. Non au-
tem de cornibus:tanquā ex arboribus:ſeu ex membris animalium: quod abſurdum eſt di-
cere.

cere. Hoc cornu quidem,& hic cornus quartæ declinationis : etiam & hoc cornum ſecun- A
dæ,in animalibus ſunt: nec eſt de ipſis hoc in loco agendum.

De Berberis.

BErberi ſunt notiſſimi : a græcis quidem ipſorum arbor, oxyacantha.ſ.acuta ſpina, ſiue B
acetoſa ſpina uocatur: ut patet in capitulorũ Dioſcoridis & Serapionis cōcordatione.
Nonnunquã reperitur ſcriptum magis barbare. Amberberis, ſiue Amiberberis, ſiue Amyr
berberis, ſiue Emiberberis : & ſimilia:& idem eſt. C

De Sumach.

SVmach, ſiue ſumachium, a Dioſcoride & græcis aliis, Rhus obſoniorum dicitur. Ex eo,
ꝙ antiqui ad obſonia utebantur ipſo: ſalis uice. Inter arbuſta connumeratur : quoniam D
non multum arboreſcit. Folia fert foliis ſorbi ſimillima. Semē autem racematim producit:
quod plurimum medicinis expetitur. Et huiuſmodi planta nō eſt ignota : quoniam coria-
rii, ex frequenti uſu, ipſam uulgarem faciunt. Eſt & aliud rhus ponticum cognominatum: a E
Galeno. 7. de medicamentorum compoſitione ſecundum locos, plurimis pharmacis ma-
xime commendatum: ad cuius differentiam, ſupradictum rhus obſoniorũ inſcribitur. Ali-
quando ipſe Galenus hoc rhus ponticum (ut nonnulli coniectauerunt) urſi uuam ap- F
pellat; de quo ſupra, ſcilicet in rob de ribes, ſatis diximus. Propterea Vide ibi.

¶ Rob de fructibus: &c. CCXIX. G
¶ Rob de fructibus aliud: &c. CCXX.

PEr poma montana: intellige mala agreſtia : Et per Zarur: meſpilum tricoc- H
cum ſcilicet lazarolum. Lege de ipſis in ſuperioribus. Aquæ prunorum, &
tamarindorum faciendæ ſunt per uiam decoctionis. Et generaliter omnes
fructus: &c. ex quibus aliquo modo rob ſuorum ſuccorum per expreſſio- I
nem ſimplicem non poteſt haberi: decoquenda ſunt: & poſt competentem
decoctionem exprimenda. Et expreſſio ipſa iterum eſt decoquenda: uel ſolis calore inſpiſ-
ſanda : uſq; ad rob craſſitudinem: uel quantum oportet: & uſui reſeruanda. K

¶ Rob myrtinum; &c. CCXXI.

L

DEſcriptio præſens claudit iſtam diſtinctionem : in qua notandum: ꝙ ubi
in fine dicit author: Et omnia quidem ſyrupus factus: &c. Intelligitur (ut
ſupra iam diximus) ꝙ mel: aut zuccharum tantum : per ſe ſolum: non M
uocatur rob. Alii autem ſyrupi ex ſuccis, ſiue decoctionibus quomo-
documq; inſpiſſatis : etiam ſi receperint mellis, aut zucchari partē: poſ-
ſunt uocari, & de facto uocantur rob. Et omne rob largo modo no- N
catur ſyrupus: propterea lege ſupra.

O

EXPLICIT SEXTA DISTINCTIO.

A DISTINCTIO SEPTIMA DE DECOCTIONIBVS: ET INFVSIONIBVS.

B ¶ Septima diſtinctio eſt:&c. CCXXII.

De decoctionibus:& infuſionibus in generali.

C VLLA quippe compoſitionum iſtius diſtinctionis cõmuniter utuntur ho
die medici,in infirmorum curis:unde nec ab aromatariis parãtur. Vnuſquiſq;
autem medicorum(ut ſibi melius uidetur)ordinat & decoctiões,& infuſio-
D nes:&c.& propinat ægris cum electuariis:&c.ſecundum neceſſitatem ipſo-
rum. Nec quidem arguendi ſunt ipſi medici:cum non utantur hmõi potio-
nibus:& aliis atq; aliis compoſitionibus:quæ uidentur eſſe excellentes,& nobiles:quia for-
E ſan quæ ab ipſis ordinantur:ſunt meliores,& magis neceſſariæ:reſpectiue ſecundũ infirman
tium diuerſitates. Et hac de cauſa hmõi potiones non tenentur præparatæ:quia nõ diu poſ-
ſunt conſeruari:ni corrumpantur:ſicut conſeruantur ſyrupi cõfecti ex zuccharo:uel mel-
F le:& ſimilia. Vnde oportet eas propinare recentes. Nos autẽ ab omnibus mendis,& dubiis
purgabimus ipſas: Vt ſi forte alicui placuerit eis uti:habeat ipſas claras & emendatas. Et no
ta,ꝙ eſt differentia inter decoctionem,& infuſionem. Decoctio.n.fit in igne:mediante ali-
G quo ebullitionis ſpatio. Infuſio autem non indiget ebullitione,ſupple ſecundaria. Bene aũt
quandoq; recipit,in aliqua ſui parte,primariam ebullitionẽ:ſiue decoctionẽ. Vt exempli gra
tia. Infuſiones de hieris recipiunt decoctiones:ut patet infra:&c. Si autẽ res ipſæ poſtq̃ ſint
H infuſæ,decoquantur:ab infuſione,in decoctionẽ tranſeunt. Vnde infuſio uel fiat in liquore
frigido:uel calido:etiam & in feruenti:deinceps non eſt amplius bullienda. Et econtra: niſi
decoctio aliquantulum ferueat:non poteſt recte decoctio nominari. Sciendũ etiam: ꝙ oẽs
I hmõi potiones,& ſimiles:poſſunt aliquo modo dici ſyrupi:ut probatur in fine decoctionis
fumi terræ. Vbi ipſe author cũ dicit:fiat ſyrupus ſicut diximus:declarat hmõi potiones etiã
nuncupari ſyrupos. Sed ratio qua author fecerit de ipſis ſeparatim diſtinctionẽ: a ſyruporũ
K diſtinctione:hæc fuit.ſ.ꝙ iſtæ compoſitiones parantur ſine zuccharo:uel melle:unde (ut di
ctum eſt)non poſſunt multo tempore abſq; aliqua corruptione aſſeruari. Niſi decoctiones
ipſæ ita coquantur:ꝙ tranſeant in eſſe Rob:&c. infuſiones aũt huiuſmodi,ob id, quia ſunt
L ex uariis ſimplicibus:& non coquuntur:non perdurant. Sed infuſio alicuius rei ſimpliciter:
puta roſarum,uel uiolarum:&c. bono ſtudio:pro aliquo tempore conſeruatur. Vnde recte
iſtæ decoctionum:& infuſionũ potiones uocantur ſyrupi:ſupple recenter propinandi:&c.
M De quibus quidem ſyrupis recenter propinandis:placuit authori facere præciſe præſentem
diſtinctionem. Et ne omittas,ꝙ in omnibus decoctionibus,eſt facienda gradatio rerum.

N ¶ Decoctio capillorum Veneris:&c. CCXXIII.

SVnt etenim in p̃nti deſcriptione duæ librariorum mendæ. Prima,per quaſ-
dam impreſſiones: eſt ubi legitur Tamarindorum:ʒ.ii.Lege:℥.ii. Altera ue-
O ro menda:quæ eſt generaliter in cunctis excuſionibus:eſt ubi in fine deſcri-
ptionis legitur. Et quãdoq; ponitur loco aquæ ſeri caprini:lib.iiii. Lege ue-
rius:lib.iii.ut uetuſti codices habent. Eteni author ipſe in ꝑmutatione aquæ:
P nihil neceſſe habuit ꝑmutare quantitatẽ ipſius aquæ. Quia ſicut ipſa decoctio fieri poterat in
tribus libris aquæ:ita & in tribus libris dicti ſeri caprini poſſe fieri:nulli dubiũ eſt. De ipſo aũt
ſero,dicetur in mõ iſuſionis aq̃ caſei:q̃re ibi. Habet p̃terea,author nr̃ in cap̃.de tuſſi humida,
Q authoritate filii Humain,unã aliã deſcriptionẽ decoctiõis capillorũ Veneris:q̃ differt ab iſta.

¶ Aqua Fructuum:&c. CCXXIIII.

R VOcat author p̃ntem decoctionem,aquã. Ex quo clare probatur:quod ſupra
diximus.ſ.ꝙ antiquorũ aquæ:nõ intelligũtur iſtæ ſublimatæ. Lege de hoc in
electuario granorũ myrti. Habet ipſe author in cap̃.de ſoda calida:unã aliam
S diuerſam ab iſta,aquæ fructuũ deſcriptionem. Eſt nãq; per imp̃ſſiones,in p̃nti
deſcriptione,una mẽda. Videlicet,ubi legitur. Prunorũ numero.xl. Lege re-
ctius,numero.l. Sic.n.oĩa antiqua exẽplaria (quæ uidimus) habẽt. Itẽ ubi in impreſſis libris

legitur:

legitur. Tamarindorũ.℥.iii. Caſiæ fiſtulæ.℥.iii. In præfatis exẽplaribus pro maiori parte le- A
gitur. Tamarindorum, caſiæ fiſtulæ ana.℥.iii. Et ita putamus eſſe ſecundum ueritatẽ & me-
lius ac clarius. Quia ſine ana, poterit quiſpiam dubitare in ipſis clauſulis eſſe errorem: &c.
Demum ubi in fine deſcriptionis dicit author: fiat ut diximus. Pro hac igitur: & cæteris ſe- B
quentibus, in quibus erit opus, ſciendum: ꝙ in prædicta prima decoctione: ipſe author do-
cuit aromatarium modum & regulam cõponendi: ſiue parandi omnes conſimiles. Videli-
cet, ꝙ tamarindi, caſia fiſtula, manna, myrobalani, rhenbarbarũ, & ſimilia: non ſunt coquen C
da: ſed perfecta aliarum rerũ decoctione: immittantur: &c. Et quando particulariter, & ſpe-
cificate non aſſignatur liquor: in quo ſit facienda ipſa decoctio, ſeu infuſio: tunc in aqua pu
ra debet fieri: ſumẽdo ſemper pro rata: ex ſuperioris deſcriptionis proportione. Vnde pro D
iſta decoctione ſatis ſunt libræ tres aquæ: uel ſeri caprini, quia non multum differt a ſupe-
riori decoctione: cuius regula moderatur: &c,

¶ Modus infuſionis aquæ caſei: &c, CCXXV. E

IN præſenti deſcriptione, per omnes impreſſos codices, mendoſe legitur. Ra
ued boni: an℥.i÷. Libri antiqui aũt concorditer habent: Raued boni aũ℥.ii÷. F
Et ita rectius legendum putamus. Prætera: in fine deſcriptionis, ubi legitur:
quandoq; in defectu roſarum uiridium: fit ſine eis. Notandum ſane, ꝙ eo in
loco author prudenter egit. Quoniam ſciens ipſe omni tempore non poſſe G
reperiri roſas.ſ.flores roſarum recentes: ſeu uirentes: ne quis deciperetur putando poſſe fie
ri: aut eſſe bonum: in defectu recentium parare præſentem infuſionem, cum ſiccis roſis: de-
claravit eſſe minus malum: ſi omittantur ipſæ roſæ: q̃ ſi admittantur ſiccæ. Vnde animaduer H
tendum, ꝙ ubicunq; petuntur roſæ recentes: ſi nõ habentur: faciendum eſt potius ſine eis:
q̃ cum ſiccis. Et econtra.ſ.ꝙ in defectu ſiccarũ: non ſunt apponendæ recentes. Quãuis hoc
rariſſime, in aliqua urgenti neceſſitate poſſit accidere. Quia facilius poſſumus ſiccare roſas, I
tempore ſuo: q̃ extra tempus congruum, inuenire recentes. Sed non eſt ita dicendũ de o-
mnibus aliis floribus, fructibus, herbis, & ſimilibus: qm̃ multa ſimplicia ſunt: quæ in defectu
uirentium poſſunt cõpenſari ſicca: & econtra. Vt exẽpli gratia: In triphera perſica: & in ele- K
ctuario de pſyllio legitur. Violarum ſiccarum aut uiridium.ſ.uirentium: &c. Frequenter.n.
reperitur uiride pro uirenti poſitum ab authoribus. Et ſcias ꝙ ubicũq; petuntur roſæ: ſi non
legitur ſpecificate de recentibus: ſemper ſiccæ intelliguntur. Et hac de cauſa, uult author: ut L
potius fiat ſine eis: q̃ cum roſis ſiccis: quia pñs infuſio habet educere coleram: & roſæ ſiccæ
cum ſint ſtipticæ: non conueniunt. Et ꝙ roſæ ſiccæ ualde ſtipticent: nõ ſolum probatur per
Dioſcoridem, & cæteros authores. Verũetiam & per ipſummet authorẽ noſtrum, in capitu M
lo de roſa. Item in modo confectionis de ſucco corticum nucũ, ait. Et quando morbus eſt
in principio: aliquid de ſtipticitatẽ habẽtibus miſceri oportet: ſicut ſunt roſæ (ſupple ſiccæ):
& balauſtia. Vnde: &c. Et quãuis roſæ recentes habeant ſuã ſtipticitatem: attamen pars ſolu N
tiua in eis magis uiget: quæ cum ſiccantur, deperditur. Vnde in ſiccis nulla eſt ſolutio. Vio-
læ aũt econtra: cum ſiccantur magis ſoluunt. Quod probatur per authorẽ noſtrum, in capi
tulo de uiolis: ubi ſic ait. Quæ recens eſt: ſolutione educit per uentrẽ lambificando: quæ ue O
ro eſt ſicca: educit diſſoluendo. Nos aũt (ſaluo ſemper meliori iudicio) in defectu roſarũ re-
centium: ponere ſuccũ ipſarum: putamus non malũ eſſe. Et proprie drachmam pro uncia.ſ.
ꝙ pro qualibet uncia roſarum recentium: ponatur.℥.una uel circa ex ipſarum ſucco. P

De aqua caſei.

EX materia lactis animalium equidem, quatuor principalia habemus.ſ.butyrũ: quod pri
mitus extrahitur, ſi deſideratur: qm̃ multi non eximunt. Secundo caſeum: qui ab oĩbus Q
accipitur: mediante coagulo: ſeu alia re coagulante. Tertio.ſ.poſt caſeum: aliam habemus
rem quam Auicenna cap. de caſeo: caſeum ex ſero uocat: & uulgares Itali recoctam, ſiue ri-
coctam, & maſcherpam nominãt. Quæ quidem extracto caſeo per fortem decoctionem: R
tanq̃ ſpuma coagulatur: & ſupernatat. Quam autẽ recoctam: caſeũ ſecundariũ rectius poſſe
nũcupari fatemur. Vel ſpumã ſeri uocare, non eſſet ab re. Quarto: exempta ipſa recocta: qđ
reſiduũ eſt aquoſum.ſ.quod a paſtoribus (tanq̃ res inutilis) canibus bibẽdũ proiicitur: Serũ: S
Aqua lactis: & aqua caſei: & a nõnullis diſcoctũ dr̃. Nõ obſtãte, ꝙ aliq uelint aquã caſei, pro-
prie eẽ ſerũ: a quo nõ eſt ablata recocta.ſ.illud qđ imediate remanet a caſei coagulatiõe. Qđ

A quidem: licet non poſſit negari: ꝙ non ſit: uerũtamen tunc ipſa aqua caſei eſt tanquã ſuccus
alicuius rei non depuratus: de quo minime intendit author. Vnde oportet ipſum ſerũ de-
purari. Quia quãuis hic poſſet ſtare quoniam hæc infuſio non indiget bullitione: tamen in
B compoſitionibus: ubi aqua caſei neceſſario eſt bullienda eſſet non bonum: ſi cum dicta res
cocta fieret ipſa compoſitio. Vnde melius eſt: ut prius depuretur: & clarificetur. Et ſic erit
ipſamet aqua caſei: ſupple purificata. & erit aqua lactis mera & ſerum purum: necnon & ue
C rum diſcoctum. Igitur pro iſta infuſione: ipſa aqua caſei ſumenda eſt continuo: poſtq̃ reco-
cta fuerit ablata. Et ſic in ipſa: uel cum ipſa, actu calidiſſima: facienda eſt aliarum rerum infu-
ſio: & dimittenda uſq; mane: ut præcipitur: poſtea colanda, & propinanda: &c. Præterea in-
D ſuper ſciendum, ꝙ ex omni lacte: animalium ſupple: ex quo poteſt haberi caſeus: & ſerum
etiam per conſequens poteſt haberi. Quoniam non omne lac coagulatur. Laudatiſſimum
omnium autem, eſt ſerum caprinum. Quod quidem author ſpecificauit in præſenti deſcri-
E ptione: cum dixit: Et proprie ſumptæ ex capris. De aqua caſei enim erat ſermo. In ſuo etiã
de ſimplicibus ſcripſit particulariter capitulum de aqua lactis: in quo magnopere commen
dat aquam ſumptã ex lacte caprino. Et præciſe ex iuuenibus capris: atq; nigris: &c. Lege ibi.
F

ℭ Modus infuſionis de ſuccis herbarum: &c. CCXXVI.

G PEr nonnulla exemplaria legitur in præſenti deſcriptione: Succorũ endiuiæ:
&c. ana. ℥. iiii. & uulgares excuſiones habent peius: ana. ℥ iiii. Reliqua autem
exemplaria: & omnes impreſſiones latinæ, rectius habent: ana. ℥. viii. Nam in
H rei ueritate, de quolibet ipſorum ſuccorum. ℥. iiii. eſt parua quãtitas: pro in-
fundendis rebus illic notatis. Ideo rectius, & uerius eſt. ℥. viii. Item uulgares
impreſſiones præfatæ mendoſe etiam habent: Tamarindi. ℥. ÷. Lege. ℥. I ÷.
I

ℭ Decoctio Fumi terræ: &c. CCXXVII.

MIrari equidem quiſpiam poteſt: quare author non potius iſtam compoſitio-
K nem, q̃ ſuperiorem titulauerit de ſuccis herbarum? Cum ſit, ꝙ hic quinq; di-
uerſi ſucci recipiuntur: illic autem, nõ niſi tres. Etiam quare nominauerit iſtã:
decoctionem? quæ quidem compoſitio, clariſſime ut ſuperior, probatur eſſe
L infuſio: & non decoctio. Sed hac de cauſa (ut putamus) nominauit ſupradi-
ctam infuſionem de ſuccis herbarum: non quia iſta non ſit de ſuccis herbarum: ſicut & ipſa:
ſed quia in intentione priorum poſitarum: eſt etiam & ipſa infuſio de ſuccis herbarum. De-
M coctio autem fumi terræ præſens: licet conueniat in quibuſdam: in earũdem priorum inten
tione: tamen alias habet particulares intentiones diuerſas a ſupradictis: ut patet in litera. Et
ut nequis deciperetur in ipſis deſcriptionibus: placuit authori in iſta ſecũda deſcriptione in-
N fuſionis de ſuccis herbarum uariare titulum. Vnde & nominauit eam decoctionem: & non
infuſionem, & non de ſuccis herbarum: ſed de fumo terræ: de cuius ſucco maiorem recipit
portionem. ut mox infra patebit. Hac etiam de cauſa (ut coniectamus) titulauit eam deco-
O ctionem: quoniam ſucci in iſtam compoſitionem ingrediẽtes. ſunt aliquatenus poſt ipſorũ
depurationem decoquendi unde in litera habetur. Et proiice ſuper eis depuratis: & coctis
&c. Non obſtante, ꝙ mendoſe in impreſſis codicibus legatur per contrariũ. ſ. coctis, & de-
P puratis: Etenim fere cuncta exemplaria, ſuper hoc, ueritatem oſtentãt. Quoniam (ut iam in
modo ſyrupi acetoſi de pomis deſcriptione noſtra diximus) quando reperitur ſcriptus ali-
quis ſuccus: hoc modo. ſ. coctus, & depuratus: ſiue deſpumatus: intelligitur, ꝙ eſt decoquẽ
Q dus ille ſuccus: ſiue bulliendus: uſq; ad perfectam ſui depurationem. non amplius. Quando
autem econtra ſcribitur: depuratus, & coctus: tũc intelligitur: ꝙ poſt ipſius deſpumationẽ,
eſt etiã decoquendus, uſq; ad cõſumptionẽ tertiæ partis ad minus. Et iſto modo intelligitur
R in pñti deſcriptione. Modus aũt parandi talẽ decoctionẽ: & (ut melius dicamus) infuſionẽ:
talis eſt. Depurẽtur ſucci: & decoquãtur cũ facilitate, uſq; dũ cõſumpta ſit pars ipſoꝝ quar-
ta. & ponderẽtur: & ſtatim paſſulæ enucleatæ, & cõtritæ: & ſimiliter myrobalani enucleati &
S groſſo mõ cõtriti. & tamarindi: infundãtur in eis calidis. & dimittatur ipſa infuſio refrigeſce
re. uſq; mane. Deinde coletur: & more ſyrupoꝝ propinetur: &c. Præterea animaduertendũ, ꝙ
per oẽs impẽſſiones, in pñti deſcriptiõe, eſt unus error ualde notabilis: uidelicet, ubi legitur.
Succi

Succi fumi terræ.℥.÷.Lege rectius.℥.viii. ut omnia antiqua exemplaria (quæ ſupple uidi- A
mus) nulloq; diſcrepante, habent. Etenim pro tam modica portione: non decebat autho-
rem intitulare ipſam decoctionem: de fumo terræ. Sed reuera ipſius ſucci.℥.viii.hic recipiũ-
tur & non.÷.℥. Nam ipſe ſuccus eſt baſis, & fundamẽtum iſtius potionis, ſeu ſyrupi: ut pro- B
bari poteſt legendo omnes intẽtiones iſtius potionis: in Poſſe capituli fumi terræ. ipſius no-
ſtri authoris. Vnde etiam denominatur a fumo terræ tanq̃ a baſi: & fundamento totius cõ-
poſitionis. Ex quo rectius.℥.viii. Legendum eſt. C

ℭ Decoctio Alhaſce: &c. CCXXVIII.

CVncta uolumina impreſſa, in præſenti deſcriptione, habent unum mendum: D
uidelicet, ubi in eis legitur. Coquantur omnia in lib.iii.aquæ: rectius legen-
dum eſt: lib.iiii. ut antiqua exemplaria habent. Et ſic eſt melius: quia rerum co-
quendarum eſt bona quantitas: & quædam ex ipſis non parua indigent deco- E
ctione. In qua quidem decoctione eſt facienda gradatio ipſarum rerum. My-
robalani autem non ſunt bulliendi. ſed ultimo loco ponantur: & cõtinuo uas auferatur ab
igne. Quia hic, & in ſuperiori decoctione fumi terræ: & ſimilibus: quærit author ſolutionẽ F
ex eis unde non oportet, ut bulliant: &c. Item: animaduertant q̃ui utuntur paruis impreſ-
ſionibus operis iſtius noſtri authoris: quoniam in eis præſens deſcriptio, eſt maxime uitiata:
unde ſunt in ipſa plurimæ mẽdæ. De alhaſce: ſiue haſce: q̃d eſt thymus: q̃re in ſuperioribus. G

ℭ Decoctio Myrobalanorum: &c. CCXXIX.

SVnt etiánum & in præſenti deſcriptiõe per omnes impreſſiones latinas (ubi H
legitur: Et proiiciatur in ea. Caſiæ fiſtulæ.℥.i.turbith: agarici.ana.ʒ.÷.) duo
menda. Primum eſt: ꝙ illud. Caſiæ fiſtulæ.℥.i.uacat. Secundũ eſt ꝙ turbith
eſt.ʒ.i.& agarici.ʒ.÷.& unum quodq; per ſe, ſine ana. In nullo penitus anti- I
quorum uoluminum: neq; in uulgari æditione eſt ita. Sed concorditer ha-
bent. Et proiiciãtur in ea turbith.ʒ.i.agarici.ʒ.÷.&c. Et ſic eſt uerum. Hinc uero ſequitur. Et
quando uolueris, ut ſit medicamen debilius: ſiue medicina debilis: (utroq; enim modo inue- K
nimus) non proiiciantur in ea illa duo. ſ. turbith, & agaricum: ſed ſufficiunt caſiæ fiſtulæ.℥.
ii.&c. Myrobalani autem in fine ponãtur. Lege de eis ſupra. Scribitur quoq; hæc decoctio
ab Auicenna in quinto cañ. ſcilicet in primo tractatu ſecundæ ſummæ. Cuius inſcriptio eſt. L
Decoctio collecta: &c. Sed in aliquibus differt, ab iſta filii Meſue.

ℭ Decoctio de Stichados: &c. CCXXX.

IN paruis impreſſionibus quidem, mendoſe legitur in præſenti deſcriptione: M
Turbith albi, arundinei.ʒ.iii.rectius legẽdum eſt.ʒ.iiii.ut reliquæ impreſſio-
nes: & cuncta exemplaria habent. N

ℭ Decoctio de Eupatorio: &c. CCXXXI.

NOn eſt in præſenti deſcriptione menda. Verũtamen ubi in omnibus impreſ-
ſionibus: & in exemplaribus antiquis, pro maiori parte, legitur: Chebulo- O
rum, indorum: añ.ʒ.viii.paſſularum enucleatarũ.℥.i. In reliquis paucis exẽ-
plaribus aũt: concluduntur omnia uno ana: ſic: uidelicet, Chebulorũ, indo-
rum, paſſularũ enucleatarum: ana.℥.i. Quod quidẽ nihil refert: q̃a idem eſt. P

ℭ Decoctio Epithymi: &c. CCXXXII.

VAriæ legũtur mẽdæ, ꝑ uarias excuſiões, in pñtl deſcriptione. Vnde in q̃buſ- Q
dã: ubi legitur: chebulorũ, fumi terræ: ana.ʒ.iii.lege.ʒ.iiii. itẽ in aliis, ubi le-
gitur: Salis indi aur̃.i.lege uerius aur̃÷. Vt cuncta exẽplaria: ac etiã nõnul-
læ ĩpreſſiones habẽt. Præterea, ipſe author noſter in cura de ſoda frigida, R
habet unã aliã epithymi decoctionẽ differentẽ ab iſta. Item, Hali Abbas in
x.practicæ unã. Et Raſis in.ix.ad Almanſorẽ cap̃.de melãcolia: unã: & in
antidotario diuiſionum cap̃. etiam de medicinis ad melancoliam & lepram: &c. alteram S
quaſi eandem. Omnes tamen differunt, ab iſta filii Meſue.

A ¶ Infuſio de Hiera:&c. CCXXXIII.

ENimuero præſeus deſcriptio,& duæ ſequentes,ut habētur in codicibus im
B preſſis:rectius uocari poſſunt confuſiones:q̃ infuſiones. Abalienatæ enim
ſunt a uera authoris inteutione. Etenim non quærit author in his deſcri-
ptionibus hieram:& ultra hieram aloen:cum ana &c. ut ipſi codices men
C doſiſſime habent. Sed quærit hieram ex aloe.i.hieram picram:quæ ab ipſo
ſub Galeni cognomine inſcribitur. Quæ quidem ut ſupra.ſ.in tractatu de
hieris retulimus:ab ipſomet Galeno in ſecundo Miamyr:& alibi.hiera ex aloe nũcupatur.
D Poſuit autem author in iſtis deſcriptionibus:ex aloe:ad differentiam multarum hierarum:
quæ abſq; aloe conficiuntur. Vt exempli gratia. Sunt ſupra Hiera Archigenis deſcriptione
Pauli:& Hiera diacoloquintidos inuentione Ruffi:&c. quæ minime recipiunt aloen. Et de
E hoc teſtantur antiqua exemplaria:quæ pro maiori parte,ſic rectius habent. Recipe hieræ ex
aloe bonæ:& nonnulla ſic. Recipe ex hiera ex aloe bona.℥.÷. Nec eſt ibi ana:quia ipſa com
poſitio hieræ:tanquã ſi eſſet ſolum ſimplex:pro una ſola re intelligitur. Et uni quidem non
F conuenit,ana. Nec ſunt ibi.℥.v.ut plures impreſſiones habent:ſed.℥.÷.tantum. De facili
nẽpe(ut coniectamus) librarii errauerunt:tranſumentes pro,ex aloe:& aloes.Vnde & ſub-
ſequentes poſtea forſan putantes ibi deeſſe: addiderunt ana. Reſcribentes(quãuis falſo)
G Recipe hieræ & aloes ana:&c. Igitur rectius legendum eſt.Recipe hieræ ex aloe.℥.÷.& fun
de:&c. Quaſi de cõſimili petit filius Serapionis.in.7.ſ.in una pilularum deſcriptione cuius
titulus eſt. Pilulæ quæ cõferunt ad ægritudines coleræ citrinæ:& ſanguinis:cum dixit. Hie-
H ræ picræ,ex illa:quæ fit cum aloe abluto:&c. Ad differentiam aliarum Hierarum ſpecifica-
uit:&c. Sed animaduertendum,ꝙ in his infuſionibus quærit author ſpecies ipſius hieræ pi
cræ tantum:abſq; melle. Etiam cum ipſis ſpeciebus cõnumeratur & aloe:ne putet quis ipſas
I ſpecies abſq; aloe intelligendas eſſe:quia taliter non eſſet hiera,ex aloe:neq; poſſet uocari
picra. Præterea.ipſe author in cura de ſoda frigida habet plures quaſi conſimiles infuſiones
de hiera:in quarum nulla,eſt utrũq; ſimul poſitum.ſ.hiera & aloe. Vnde a ſimili eſt conſide-
k randum,ipſum authorem non poſuiſſe utrũq; in iſtis. Item ſciendum,ꝙ ab hac prima deſcri
ptione,ſumitur modus:ſiue regula pro reliquis ſequentibus.

¶ Infuſio alia hieræ:&c. CCXXXIIII.

L

COnſimiliter,ut præfata,& iſta præſens eſt uitiata. Sed in iſta uere ſunt.℥.v.ex
ipſa hiera ex aloe:in ſuperiori autem(ut diximus)eſt.℥.÷. Et ſciendum:ꝙ in
M nullo antiquorum uoluminum.quæ uidimus:decoctio epithymi,in præſen
ti deſcriptione:eſt ſcripta cum ſuo determinato põdere:ut eſt in impreſſis li-
bris. Simpliciter enim cuncta concorditer ſic habent. Et funde ſuper ipſam,
N decoctionem epithymi:quam diximus:&c. Tamen quia decoctio epithymi præfata cũ eſt
perfecta:non eſt niſi una libra:ideo non eſt extra rationem:in ipſis impreſſis libris:ſi ſpecifi-
cate legitur lib i. Nos autem poſuimus ſine põdere ut textus antiqui habent. item ſciendũ:
O ꝙ ubi in fine præſentis:& ſubſequentis dicit author. Et fiat ſicut diximus:intelligitur. ut in
uaſe uitreo exponatur ſoli:&c. Sicut dixit,in prima hieræ infuſione.

P ¶ Infuſio tertia hieræ:&c. CCXXXV.

AVthor in iſta ultima deſcriptione infuſionis hieræ:non ſpecificauit de hiera.
Sed ſubintelligitur de ſupradicta hiera ex aloe. Aduertendum autem,ꝙ in o-
Q mnibus impreſſionibus:mẽdoſe hic legitur. Et funde ſup ipſum decoctionis
alhaſce:lib.ii.ubi rectius legendum eſt:lib.i.ut omnes uetuſti codices habent.
Etenim probatio eius mẽdæ eſt manifeſta:q\[a] tota ipſa alhaſce decoctio.poſt
R q̃ completa eſt:non eſt niſi una libra:unde author ipſe.ſicut in ſuperioribus:ſic & in iſta:nõ
poſuit:niſi lib.i.Et conſimiliter de dicta hiera,ſumendum eſt pondus.℥.—.uel circa:quia iſta
infuſio in omnibus regulatur ex ſuperioribus. Vnde dicit. Et fiat ſicut diximus.

S De decoctionibus uſitatioribus:&c.

EQuidẽ nobis uiſũ eſt nõ eſſe ab re,hoc i loco ãnotare decoctiões cõlores,& magis uſua-
les medicinarũ:q̃bus hodie utũtur medici:& ꝓcipue in pharmacis laxatiuis propinãdis.

Sæpe

Sæpe enim ſcribunt ipſi medici. Diſſoluatur cum decoctione cordiali: ſeu cum decoctione A
florum: & fructuum cordialium: uel cum decoctione pectorali: uel cum decoctione com-
muni: & ſic frequenter in enematibus: &c. Igitur quando cum decoctione cordiali: uel cum
decoctione florum, & fructuum cordialium: quod idem eſt: ſi nõ ſpecificatur in quo liquo- B
re: debet fieri in aqua ſimplici pura. Flores autem, ac fructus cordiales cõuenientiores: pro
huiuſcemodi decoctionibus faciendis: hi ſunt. Videlicet: flores uiolarum, borraginis, & bu-
gloſſæ principaliter: & flores roris marini, thymi, atq; thymbræ: qui non ſunt ita uſuales: ut C
priores. Fructus uero ſunt. Sebeſten, pruna, (& præſertim Damaſcena nuncupata) iuiubæ,
paſſulæ enucleatæ, & tamarindi. Sed tamarindos (ut ſcimus) nullus ponit: neq; ſebeſtẽ: niſi
medicus ſpeciatim præcipiat. Etiã additur liquiritia, licet ſit radix: & non flos, neq; fructus. D
Et huiuſmodi uocatur decoctio cordialis: uel decoctio florum & fructuũ cordialium. Cui
etiãnum aliquando additur ex floribus labruſcæ pars: qui ſane cordiales ſunt: Verũtamen
quia habent de ſtipticitate non parum: ſicut & roſæ ſiccæ: & ſimilia non ſunt apponendi in E
decoctionibus, abſq; medici præcepto. Sicut etiam aliquando ipſi medici ad ſpeciales cau-
ſas: addunt huiuſmodi decoctionibus: epithymũ, uel polypodium, uel ſenæ folliculos, uel
myrobalanos: &c. in quibus aromatarius nõ debet præſumere: niſi ex iuſſione medici: pro F
quibus ipſe ordinat. Et ſi non omnia præfata poſſunt haberi: ſaltem pro maiori parte debẽt
eſſe in dicta cordiali decoctione. Decoctio autem pectoralis: fit ut plurimum, in aqua pura:
cum iuiubis, paſſerina, ſiue paſſulis enucleatis, cum liquiritia, & ficis ſiccis. Sed fici debẽt po- G
ni in minori portione. Quandoq; uero ipſa decoctio pectoralis fit in aqua hordei: & quan-
doq; additur ei pars melis. Adduntur etiãnum & alia plura: pro ut medicis uidetur eſſe ex-
pediens: ſecundum infirmantium qualitates. Decoctio autem cõmunis pro clyſteriis: fit H
in aqua pura: & pluuialis eſt melior non pluuiali: & principaliter cum malua, & planta uio-
larum (quæ uulgo dicitur mater uiolarum) & cum mercuriali, quando poteſt haberi: & æ-
ſtiuo tempore additur blitum, & hyeme additur helxine. i. quæ uulgo parietaria, uitriola, & I
herba uenti dicitur. Et ponitur ſalis, & olei oliuarum quantitas bona. Et huiuſmodi deco-
ctio, cum ſale: & oleo: poteſt ſeruari per aliquot menſes in ſua perfectione: ut ab infirmariis
noſtri conuentus aſſeruatur: & non eſt neceſſe quotidie pro quolibet clyſtere facere cõmu- K
nem decoctionem. Et talis decoctio Romæ: & aliis in locis multum habetur in uſu. Vtũtur
etiam nonnulli & alia ſimpliciori communi decoctione: uel (ut melius dicamus) infuſione
furfuris tritici: quæ quidem uirtute non eſt inferior ſupradicta: & in quacũq; hora deſide- L
ratur, parari poteſt. Et modus eius eſt. Accipe furfuris frumentacei pugillos. iiii. uel. v. plus
uel minus, ſecundum qualitatem perſonæ, pro uno enemate: & ponatur in pãno lineo: ſeu
in ſtaminea: in aliquo uaſe: & funde ſuper illud aquæ bullientis quantitatem neceſſariã, pro M
clyſterio: & exprimatur diligenter: ipſi uero expreſſioni addatur ſal: & oleum ſufficiens: &
fiat enema. Decoctionibus etiam præfatis: aliquando adduntur plura: diuerſaq; olea, mel-
la, electuaria, ouorum uitelli, fœnũ græcum, camomilla, melilotum: &c. ſecundum ægro- N
tantium neceſſitates. Sed quando hæc conueniant: potius eſt medici: q̃ aromatarii ſcire.
Præterea, multæ diuerſæq; decoctiones: & infuſiones medicinarum notantur ab Hali Ab-
bas in decimo practicæ: & a Chriſtophoro de honeſtis in fine præſentis diſtinctionis: quæ O
potius apud nos ſunt particulares: q̃ cõmunes, & uniuerſales. Antonius Guainerius quoq;
in ſuo antidotario, facit capitulum de decoctionibus: in quo ponit decoctionem pectora-
lem: & decoctionem, quam uocat communem: &c. Sed hæ ni medicus mandet: non ſunt P
adminiſtrandæ. Item dictus Antonius ibidem facit capitulum de clyſteribus:
quæ quidem clyſteria recipiunt uarias decoctiones, contra di-
uerſas infirmitates: quapropter nõ poſſunt com- Q
munia dici: nec abſq; medici iuſſione
licet alicui ipſis uti. Et de deco-
ctionibus dicta ſuf- R
ficiant.

EXPLICIT DISTINCTIO SEPTIMA. S

A
OCTAVA DISTINCTIO DE TROCHISCIS.

¶ Octaua diſtinctio eſt de Trochiſcis: & erit&c. CCXXXVI.

B
TRochiſcus potius: q̃ Trociſcus. Et ut Sypontinus in Cornucopia ſcribit:
idem eſt: quod paſtillus. Paſtillus autem a pane, dicitur quaſi paruus panis.
C Latine proprie Rotula dici poteſt. Sed differt paſtillus ab emplaſtro in hoc
ſcilicet, ꝙ emplaſtrum aliquid liquidi recipit: paſtillus autem tantũmodo
pulueres: qui aliquo liquore iunguntur & poſtea exiccantur: &c. Paulus
D Aegineta autem in. 7. cap. 12. ponit tres trochiſcorũ ſpecies. Ait enim pa-
ſtilli græce trochiſci: a figura nominantur. Tres ſunt eorum ſpecies. Alii nãq; ſunt potabi-
les: alii in aluum dantur: & alii delinuntur. Hinc ex unaquaq; ſpecie ponit differentias. Le-
E ge ibi: quia ſub nomine paſtilli: multas trochiſcorum deſcriptiones notat.

¶ Confectio Galliæ muſcatæ: &c. CCXXXVII.

F
ABhac etenim confectione author incipit ſuam octauam (quæ eſt de Trochi-
ſcis: ſiue ut mauis trociſcis) diſtinctionem. Vnde autem dicãtur Galliæ: ſeu
G Galiæ: (Vtroq; modo legitur) iſta. & quædam aliæ cõfectiones: adhuc authen
tice nõ repperimus. Serapio quidem: & Auicenna: in ſuis de ſimplicibus: fa-
ciunt capitulum de gallia. Et incipit ipſe Serapio. Such. i. galia: &c. Tamen ex
H ipſis non poteſt percipi quid hoc nomen gallia ſimpliciter ſignificet. præterq̃, ꝙ ſunt com-
poſitiones ſic nominatæ. Simon Ianuenſis autem: & Pandectarius: & ex cæteris recentiori-
bus multi, multa dicunt: ſed omnes nempe de hoc: tanq̃ in ſomniis loquuntur. Huiuſmodi
I enim galliarum compoſitiones: aliter (immo rectius cum ſint trociſci) ſub nomine tro-
ciſcorum poſſunt nuncupari. Videlicet: Trociſci de gallia, ſiue muſcata, ſiue ſebellia, ſiue
alephangina, uel alefanginæ, ſiue magna, uel regali: &c. Vel: Confectio trociſcorum de
k gallia muſcata, uel ſebellia: &c. Nam quatuor galliarum deſcriptiones habentur in præ-
ſenti diſtinctione. ſ. muſcata, ſebellia, alephangina, & quarta quæ uocatur magna, ſiue rega-
lis: quæ habetur infra ſub titulo ſucabalertiſ: ut legitur in impreſſis libris. Aliquando etiã re-
L peritur ſcriptum Algalia: ſiue confectio algaliæ: & idem eſt. Quatuor quoq; galliarum ſpe-
cies præfatus Serapio, in dicto capitulo Such, diuerſas tamen ab iſtis ſcribit. Auicenna autẽ,
unam tantum laudat: quam in ſecundo cañ. capitulo proprio: Sinian factã ex emblicis uo-
M cat. Sed animaduertendum, ꝙ in præſenti deſcriptione Galliæ muſcatæ filii Meſue, eſt unus
error ualde notabilis: ex quo quidem, generata eſt in ipſa, quædam magna cõfuſio: ut mox
liquebit. Legitur nãq; in cunctis fere impreſſionibus, in præſenti deſcriptione: Ambræ cani,
N uel canni. Et in quibuſdam cum punctulis inter mediis: ſic. Ambræ: cani: partes. iii. Cani igi-
tur, aut cãni, per ſe quid proprie ſignificet: haud reperies. Quia hoc in loco nihil præſtat ara
bice, neq; græce, neq; latine. Quãuis latine canus, na, num, denotet habens canitiem: & ca-
O nis ſignificet & animal latrabile: & ſydus cæleſte: & piſcem marinum. Etiam ſtante eo: quod
nonnulli doctores aſſeuerant. ſ. ambram in uẽtre ceti (qui eſt marinus piſcis) reperiri. Quia
ſi quis obiiciens, dicat ambram cani. eſſe ambram ceti: tanquã ſi author poſuiſſet illud cani,
P pro piſce marino: ac intellexiſſet pro ceto: Hoc ſane duplici ex cauſa ibi non poſſe ſtare,
aperte probamus. Prima: quia cete ipſa licet ſint piſces: non uocantur canes: nec cum ipſis
canibus marinis conueniunt in aliquo: præterq̃ in generibus animalium & piſcium. Et per-
Q quãmaxime differunt inter ſe, canis piſcis: & cetus: neq; eſt qui deſcribat canem, aut aliud pi
ſcium genus habere ambrã: præter cete. Quæ cete grandia uulgo balenæ dicuntur: qui ſunt
maximi omnium piſcium. Secunda cauſa eſt: quia latinitas nõ patitur eo in loco datiuum,
R pro genitiuo poni. Nam dato, ꝙ author intelligat canem piſcẽ, pro ceto (quod abſurdum
eſt audire) litera ſtaret: Ambræ canis: & non cani. Sed re uera errore literæ a pluribus non
percæpto: introducta eſt inter gentes hæc confuſio: ſeu abuſio nunciandi: atq; ſcribẽdi, Am
S bra cani. Vt in aliis multis erroribus, conſimiliter iam probauimus eſſe factum. Igitur in an-
tiquioribus exemplaribus, non Ambræ cani: nec canni: ſed Ambræ: champhoræ: uel Am-
bræ canforæ legitur. Et in quibuſdã ex ipſis (ut in octo inuenimus) habetur diſtincte & pla-

ne per

ne per literas: in aliquibus uero abbreuiatæ, ſeu incôpletæ in his & ſimilibus uariationibus: A
uidelicet, ambr: camph. amb: canf. âbr. câph. ambr: câp. âbr. cam. &c. & cum. ana partes. iii.
Et ſic eſt ſecundum ueritatem. Errorem autem huiuſmodi: ex ultima præfatarum uariatio-
num proceſſiſſe coniectamus. Quoniam quidam fortaſſe tranſſcribens: inuenerit ambræ: B
cam. & ignorans quid ſignificaret cam: facilius potuit errare conuertendo, m, in, ni. ſ. pro
cam, ſcribens cani. In proceſſu autem temporis alii forſan: putantes ambræ cani, eſſe unum
tantum ſimplex: deleuerunt illud, ana, &c. Recte itaq; ſcribendum eſt. Ambræ, camphoræ: C
ana partes iii. Etiam animaduertito, ꝙ in ſequentes. ſ. galliam ſebelliã & alephanginam ſimi-
liter ingreditur camphora. &c. Præterea ſciendum: ꝙ in compoſitionibus filii Meſue: quan-
do abſolute petitur gallia: ſemper de iſta prima: quæ muſcata cognominatur: intelligitur. In D
compoſitionibus autem Nicolai: & aliorũ (qui habent) ſuis galiis debemus uti. Item ſcien-
dum: ꝙ antiquitus, non ſolum lutum lẽnium: uerũetiam, & ſcammonium: & omnes trochi-
ſci. & alia plura ſigillabantur. Hodie autem: quia (ut dicit author noſter in capitulo de ſcam- E
monea) fides ſigillorum periit. non multi facimus ſi trochiſci ſigillentur: uel non. Bonitas
quippe ipſorum non conſiſtit in ſigillo: quia & ſigillati poſſunt eſſe mali: & econtra, abſq; ſi-
gillo poſſunt eſſe boni. Fides. n. potius danda eſt pharmacopolis: q̃ ipſis pharmacis. Quo- F
niam eadem pharmaca bona, uel mala fiunt. ſecundum, ꝙ aromatarii boni, uel mali ſunt.
Nos autem mallemus habere, & ſcammoniũ, & terram lẽniam, & trochiſcos: &c. abſq; ſigil-
lo, uera, & bona: q̃ ſigillata, falſa, & mala. Vnde nihil facit ad rem ſi non ſigillentur illi: & cõ- G
ſimiles trochiſci ut author præcipit. Similiter dicendum de ipſorum forma ſiue figura. Vi-
delicet, ꝙ nihil refert ſi ſint rotundi, uel plani, uel longi, uel conquadrati, uel alteriuſmodi
formæ. De magnitudine autem, & paruitate trochiſcorum, eſt curãdum: quia magnitudo, H
uel paruitas poteſt ipſis addere: uel minuere in bonitate, uel malignitate. &c. tũ, propter fer-
mentationem: tum uero, propter deſiccationem: & cõſeruationẽ: &c. Quãobrem, in hoc,
obſeruandum eſt authoris præcæptum. Et hoc notatum habeas, pro omnibus trochiſcis. I

ℭ Confectio Galliæ Sebelliæ, uel Sebellinæ. &c. CCXXXVIII.

K

Quid proprie Latine uelit ſignificare ſebellia ſeu ſebellina, uel ſebelia: nequa-
quam ualuimus ſcire. Pandectarius tãtum dicit: Sebelia, uel Sebenich quæ-
dam medicina inda. Sed ut coniectamus: nil aliud dicit. q̃ res aromatica. Et L
unum, & idem putamus ſebelliã, & alephanginam ſignificare. Sed ſcripſit au-
thor præſentem confectionem ſub tali titulo: ad differentiã alterius confe-
ctionis ſequentis: quæ cognominatur alephangina. Vnde titulus ipſius eſt. Confectio alia M
galliæ alefanginæ. Quia cum dicit aliam denotat prius ſcripſiſſe unam conſimilem. Ex quo
igitur, ſi gallia alefangina interpretatur aromatica: propter ſpecies aromaticas quas recipit:
quare & gallia ſebellia non debet dici aromatica. quæ recipit eaſdẽ aromaticas ſpecies? Er- N
go ſebellia poteſt interpretari aromatica. Eſt nãq; in præſenti deſcriptione unus error. Vi-
delicet, ubi legitur. Ambræ: & camphoræ. an. aur. ÷. rectius legendum eſt. an. aur. i. ut in ma-
iori parte exemplarium inuenimus. Non obſtante, ꝙ in aliquibus ex ipſis exemplaribus le- O
gatur: Ambræ aur. i. câphoræ. aur. ÷. quia (ut diximus) maior pars ipſorum habet Ambræ:
& camphoræ. ana. aur. i. Præterea: hæ nempe trochiſcorũ de gallus confectiones per ſe ſim-
pliciter non habentur in uſu. ſed parantur pro eo: ꝙ recipiuntur in aliis compoſitionibus. P
Sed animaduertendum, ꝙ in præparatione iſtius galliæ nonnulli iuniores errauerunt: &
anſam errandi pluribus tribuerunt intelligendo per contrarium ſenſum, clauſulam illam:
uidelicet: Recipe foliorum roſarum recentium: & humidarum: quæ iam incipiunt reſerare Q
nodos. Primo errant quia falſo intelligunt per nodum roſarum illud pomellum. ſiue pyru-
lum: in quo ſemina roſarum concreſcũt, & ſeruantur ad maturitatem quodq;, defluxis fo-
liis, reſtat in planta: & tẽpore maturationis fit rubrum: &c. Secundo quidem, (ueremur di- R
cere) ꝙ ita allucinati ſunt: ꝙ pro reſerare: intelligunt claudere: & non aperire. Tertio errãt:
ꝙ cum author quærat roſas immaturas: tanquã magis ſtipticas. & confortatiuas: ipſi autem
per contrarium, accipiunt folia roſarum, quaſi in ipſorũ defluxu: quæ ſunt magis ſolutiua: S
& minus confortatiua. Expreſſe omnia contra authoris intentionẽ. Et hoc annotauimus
pro imperitis, & iuuenibus: quia circũfertur libellus quarundam declarationum ſuper ea-

A nominibus, & antidotario filii Meſue: partim latine: & partim uulgariter impreſſus: intitula-
tusq́, Opus quibuſlibet aromatariis neceſſarium. Innominato authore: quãuis nõnulli (ut
ſupra diximus) aſſeuerent ipſum opus, a quodam Petro Paulo Villano aromatario Neapo-
B litano eſſe æditum. Quod quidem opus ex iuuenculis, & minuſperitis aromatariis quidam,
tanquã oraculum Apollinis amplectuntur. In quo opuſculo: licet ſint aliqua bene poſita:
tamen plurimæ interſeruntur fatuitates: ac innumeri ſunt errores. Vnde in hoc quod dixi-
C mus: tam ipſe Petrus Paulus: q̃ Quiricus de Terthona dictus Lumen apothecariorũ: q̃ etiã
Paulus Suardus cognominatus Theſaurus aromatariorum magnopere errauerũt: Vt quiſ-
libet ſcripta ipſorum intueri poteſt. igitur per nodum roſarum non intelligit author ſupra-
D dictum pomulum. ſed calicem folia florum roſarum cõtinentem. Et calices roſarum pro-
prie ſunt illi: qui uulgariter bottones roſarum dicuntur. Et cum dicit author: Quæ iam inci
piunt reſerare nodos: non intelligit, ꝙ roſæ ſint ita completæ: ꝙ folia ipſarum ſtent in pri-
E mo defluxionis gradu pendentia uerſus ſtipitem: ac incipientia circũdare: & occultare præ-
fatum pomulum: ut prænominati authores male exponũt. Sed dicit author (ut peritos nõ
latet) ꝙ illa folia roſarum ſunt accipienda: quæ iam incipiũt reſerare: ideſt aperire nodos. ſ.
F calices. quarum rubedo adhuc ex pelliculis: ſeu folliculis ipſius calicis, pro parte occulta-
tur. Et proprie in principio apertionis ipſorum florum. ſ. antequã aliquod foliorum ſepa-
retur in totum a reliquis. ſed adhuc ſint omnia in unum ad inuicem colligata. Quia autho-
G ris intentio eſt per hanc confectionem ſtipticare: & confortare: & nõ ſoluere: ut legenti eſt
clarum. Ex quo etiam ipſa confectio recipit & Ramich: quæ eſt compoſitio ad ſtipticandũ:
de qua infra. Etiam nota, ꝙ iſtarum galliarum, & ſimilium confectionum ſpecies, ſunt ulti-
H mate puluerizandæ. Ex quo ipſe author poſuit in deſcriptionibus: ſicut alcohol.

Confectio alia galliæ alephanginæ, & eius interpretatio eſt aromatizatum: &c. CCXXXIX.

I DEclaratur nempe in præſenti deſcriptione: ab interprete ſignificatum hu-
ius uocabuli. hoc eſt: Alephangina: uel alefangina: dicente. Et eſt eius in-
K terpretatio, aromatizatum: ſiue aromaticum. Tanquã ſi author dixiſſet in
hunc modum. Confectio galliæ aromatizatæ: ſiue aromaticæ. Vnde ſpe-
cies alephanginæ, ſunt ſpecies aromaticæ. Et dicitur in ſingulari: Alefangi
L na, æ, & in plurali: Alephanginæ, arum. Ex quo quandoq; reperitur ſcri-
ptum: ſpecierum alefanginæ, & alefanginarum: & Gallia alefangina, & alephanginæ. Et ſi-
milia. Et dicitur proprie res alephangina: rès aromatica. Vnde largo modo omnes ſpecies
M aromaticæ: poſſunt dici alefanginæ: ut latius, in modo operationis conditi de cytoniis. ſ. in
prima miua iam loquuti ſumus. Et ſimiliter ſebelliã (ut etiam ſupra diximus) coniectamus
illud idem ſignificare: &c. Sunt equidẽ in præſenti deſcriptione, per impreſſos codices, nõ-
N nullæ mendæ. Quãobrem, ubi legitur: Ramich. ℥. i ÷. roſarum. ℥. x. gariofilorum. ℥. x. le-
ge rectius ſic. Ramich. ℥. i ÷. roſarum: gariofilorum ana. ℥. x. Item, ubi legitur: Muſci bo-
ni. ℥. i. lege uerius. ℥. i ÷. quia ſic per exemplaria antiqua, probauimus eſſe ſecundum ueritaa-
O tem. Præterea ſciendum, ꝙ ubi author dicit in præſenti deſcriptione: Et fundatur ſuper eos
aquæ roſatæ, bonæ, & electæ: infuſionis roſarum ſiccarum, & corticum citrorum: lib. ÷. nõ
intelligitur ut ſumatur aqua roſacea ſublimata: & in ipſa infundantur roſæ ſiccæ: & cortices
P citrorum &c. ut aliqui opinati ſunt: quod litera non habet. Sed pro ea aqua, intelligitur in-
fuſio ipſa roſarum ſiccarum: quam ad differentiam alterius, quæ fit ex recentibus roſis, ſpeci
ficauit. Quia (ut alias diximus) generaliter quando doctores in ſuis libris petunt aquam ali-
Q cuius rei: intelligunt ſuccũ, uel infuſionẽ, uel decoctionem illius rei: & non aquam ſublima-
tam: quæ nõ legitur apud antiquiores: & rariſſime apud ipſum filium Meſue. Et illa bonitas;
& electio referuntur ad infuſionem: & non ad aquam: tanq̃ ſi ſic legas. Et fundatur ſuper eos
R aquæ roſatæ: uidelicet ex bona, & electa infuſione roſarum ſiccarum: & corticum citro-
rum: lib. ÷ &c. Vnde facienda eſt ipſa infuſio, in bullienti aqua pura, cum roſis ſiccis: ſicut fit
cum recentibus: & cum pmutatione roſarum: &c. ut ſupra dictum eſt. Et quia author non
S notauit quantitatem corticum citrorum: ideo cum diſcretione poni debent. Videlicet, per
quartam, ſeu quintam partem ad roſas: & debent ipſi cortices eſſe præſiccati: ſicut flores ro-
ſarum: & in particulas incidendi ſunt ante infuſionem: &c.

¶ Confectio Trociſcorum Diarhodon:&c. CCXL. A

D Iarhodon certe idem dicit:quod,de roſis. Igitur cũ iſta:ſunt quatuor de-
ſcriptiones trociſcorum,ſub hoc titulo,de roſis, in præſenti diſtinctione. B
Haii Abbas enim decimo practicæ,habet tres deſcriptiões.ſed una ex eis:
quæ intitulatur. Diarhodon trociſci:differt ab iſta filii Meſue. Necnon &
reliquæ etiam ſunt differentes. In antidotario Nicolai quoq;,ſunt trociſci C
Diarhodon differentes ab iſtia.Et in ſeptimo breuiarii filii Serapionis,ſunt
quinq; trociſcorum de roſis deſcriptiones: In Auicennæ.v.cañ.autem undecim. Apud Ra-
ſim etiãnum,capitulo.xi.decimi ad Almanſorem.eſt cõfectio trociſcorum diarhodon: qui D
cognominantur parui. Non obſtante ꝙ poſtea ſequatur ſub titulo de roſis:ex quo proba-
tur ꝙ idem eſt diarhodon:& de roſis. Item:in eodem decimo: capitulo.7.ipſe Raſis habet
trociſcoa de roſis completos:ſiue perfectos,ut in antiquo exempiari legitur.Et in nono ad E
eundem Almanſorem.capitulo uidelicet.6 ;.habet unam aliam deſcriptionẽ trociſcorum
de roſis. item in antidotario diuiſionum:capituio.3 ſ.duas deſcriptiones:& una ipſarũ inti
tulatur maior:omnes tamen in aliquibus differũt,ab iſtis filii Meſue. A Paulo Aegineta etiã F
iu duodecimo ſeptimi,ſcribitur paſtillus.ſ.trochiſcus diarhodon:ſed eſt alteriuſmodi com
poſitionis. Item actuarius libro de medicamentorum compoſitione habet paſtillum.ſ.tro-
chiſcum diarhodou: id eſt e roſis:& ſimiliter differt. G

¶ Confectio Trociſcorum de roſis ſtomachum:&c. CCXLI.

P Er omnes fere impreſſiones,in præſenti deſcriptione, eſt unus librariorum H
error,tam clarus,& mauifeſtus.ꝙ nõ indiget alia probatione:tamen ne inta
ctus pertranſeat:ubi mendoſe legitur: Adde ſcamoneæ.lib.iii.lege recte.ʒ.
iii. Nicolaus Præpoſitus habet.ʒ.ii.ſed putamus etiam eſſe mendã librario- I
rum. Sciendũ præterea,ꝙ quando ſpeciatim petuntur trociſci diarhodon:
de ſupradictis intelligitur. Per trociſcos de roſis autem abſolute:de iſtis eſt intelligeudum:
ſuppie per opera filii Meſue. Quia ſequentes trociſci non ſunt de roſis ſimpliciter.ſed de ro K
ſis & eupatorio:& ultima deſcriptio:in pauciſſimis exẽplaribus habetur: ex quo pōt dubi-
tari: an ſi: addita huic antidotario:& per conſequeus non poteſt abſolute de ipſa intelligi:
ſed de præſenti:&c. L

¶ Confectio trociſcorum de roſis:& eupatorio:&c. CCXLII.

I N quibuſdam impreſſionibus, præſens deſcriptio eſt in uno uitiata: uideli- M
cet ꝙ ubi legitur: Raued ſeni.ʒ.iii.Legendum eſt.ʒ.iiii.ut reliquæ impreſſio-
nes:& cuncta exemplaria antiqua rectius habent.

N

¶ Confectio trociſcorum de roſis ſicut:&c. CCXLIII.

V Bi legitur in fine iſtius deſcriptionis: Aqua decoctionis radicum: intellige O
(ſecundum communem opinionem)aquam decoctionis,ex quinq; radi-
cibus communioribus:quæ ſunt:uidelicet: Radices apii paluſtris, & apii
domeſtici(.ſ.uulgaris uocati petroſelini)aſparagi,bruſci,& fœniculi. Sed P
animaduertẽdum,ꝙ(ut ſupra diximus)hæc trociſcorum deſcriptio:nec-
non & aliæ plures ex ſequentibus:non ſunt in maiori parte exemplariũ:nec in illis,in qui-
bus habentur,ſunt locatæ eo loco,& ordine:ut impreſſiones habent. Quapropter dubita- Q
ri poteſt iu aliquibus ex ipſis:an ſint a proprio authore:uel ab alio:&c.

¶ Such alharif. Et eſt Gallia magna:ſiue regalis:&c. CCXLIIII.

R

F Atemur.n.ueritatem,ꝙ in quinq; exemplaribus tantum,repperimus præſen
tem & ſequẽtem trociſcorum deſcriptiones:& nõ in hoc loco:ubi in impreſ-
ſis libris habentur:ſed hincinde tranſpoſitas. Nec in ipſis quidem exemplari- S
bus,titulatur præſens deſcriptio,Suchahalertif: ſed in tribus eſt, Such alhe-
ref:& in uno,Suchalherif:& in alio,Suchalheriffi. Vnde coniectamus uerum

A ſuum uocabulum eſſe, Such alharif. Sicut etiānum ſunt ſupra confectiones electuarii alha-
rif. Such enim (ut probatur per Serapionem: & alios authores) idem dicit: quod Gallia. Et
ſic, Such alharif. i. gallia albarif. Sicut etiam reperitur quãdoq; apud authores, ſuch campho
B ræ: ut eſt apud Raſim, in antidotario ſeparato: uidelicet, in olei citri deſcriptione: non obſtã
te, ꝙ per impreſſiones mendoſæ ibi legatur: Adde ſuccum camphoræ. Non enim a cãpho-
ra extrahitur ſuccus. Lege igitur rectius: adde ſuch camphoræ. i. galliam camphoræ: &c. Et
C ne quis dicat, ꝙ per ſuccum camphoræ, intelligat ibi Raſis aquam camphoræ (de qua infra
dicemus in declaratione ipſius camphoræ) quoniam hoc nõ poteſt eſſe: quia author ponit
ibi galliam camphoratam, cauſa aromatizandi ipſum oleum: & nihil neceſſe habet ibi pone
D re aquam, ſeu alterum liquorem: poſt perfectam ipſius olei decoctionem. Albarif autem uel
ſignificare dixeris. quod latine, magna, ſeu regalis (quia in litera legitur. Et eſt gallia magna:
ſiue regalis) uel denotare bonum ſaporem (tanq̃ ſi diceretur. Such albarif. i. gallia boni ſa-
E poris: ut diximus in prima confectione electuarii alharif) uel aliud: nihil refert. Nec multi
facimus, ſi ignoretur.

F

¶ Confectio Ramich: &c. CCXLV.

ALiter uocatur iſta confectio: Confectio trociſcorum Ramich. Ex quo legitur
G in ipſa: fac trociſcos ſubtiles: &c. Sed ualde admirati ſumus (cum ſit ꝙ reci-
pitur in aliis compoſitionibus) hanc confectionẽ deeſſe in maiori parte exẽ-
plarium. Etenim neceſſario debet adeſſe. Ramich, autem (prout coniectare
H potuimus) idem ſignificat: quod res ſtiptica. ſ. compoſitio rerum ſtipticarũ:
&c. Nam modi faciendi Ramich, plures ſunt: ut habentur apud Serapionem & Bulcbaſim:
&c. Sed in compoſitionibus filii Meſue: ſuo ramich debemus uti. In interpretationibus Bel
I lunenſis autem, legitur Ramech. Et ſimiliter in ſecundo cañ. Auicennæ: capitulo proprio.
Sed in quinto cañ. ipſius: in pluribus compoſitionibus: in quibus recipitur: legitur ramich.
Conſimiliter eſt in libris Hali filii Abbas. ſ. ramich & ramech. Et in nono Raſis ad Almanſo-
K rem, cap̃. de caſu uueæ legitur. Et in eius expoſitionibus, ſic habetur. Ramech confectio eſt:
de qua fit gallia. Pandectarius quoq; in capitulo ramich: habet & rimich. Ergo ramech, ra-
mich, & rimich: ſunt unũ & idem: & accipitur pro confectione iſta. Rimech autem, ſiue aric
L mech, ſiue arimec) quod rectius putamus alrimech) ſecundum dictum Pandectarium: her-
ba eſt naſcens in parietibus: habenſq; odorem cinnamomi: deſiccatiua: & conſolidatiua ul-
cerum: &c. Quam quidem herbam, adbuc ignoramus.

M

¶ Confectio trociſcorum de rheubarbaro: &c. CCXLVI.

N PEr cuncta nempe antiqua exemplaria, præſens deſcriptio trociſcorum de
rheubarbaro, locatur ante deſcriptionem trociſcorum de camphora. Et ſic
uiſum eſt nobis, in noſtro libello deſcribere. Eſt præterea in præſenti deſcri-
O ptione per impreſſos codices unum mendum. Videlicet, ubi legitur. Amyg
dalarum amararum. ℥. iiii. legẽdum eſt: uerius. ℥. ii ÷. Vt habetur in omnibus
fere præfatis exemplaribus. Auicenna in quinto cañ. & Hali Abbas in decimo practicæ. ha-
P bent unam deſcriptionem trociſcorum de rheubarbaro. Raſis autem in antidotario diui-
ſionum: cap̃. de medicinis hepatis: habet duas deſcriptiones. item, ipſe Raſis in nono ad Al
manſorem capitulo de dolore hepatis: ſub titulo de raued: habet unam aliam deſcriptionẽ.
Q Et ſimiliter filius Serap̃. in. 7. habet ſuam deſcriptionem, ſub titulo de raued. Omnium tamẽ
præfatorum deſcriptiones, ſunt in pluribus differentes ab iſta authoris noſtri. Raued enim
& Rheubarbarum idem eſt. Sed aliquãdo uariatur titulus compoſitionum: ad maiorẽ de-
R clarationem differentiarum ipſarum: ut ſupra etiã ſunt trociſci diarhodon. & trociſci de ro-
ſis: & infra pilulæ de raued: & pilulæ de rheubarbaro: &c. De raued autem, & rheubarbaro,
dicetur in pilulis de rheubarbaro. Præterea: ſunt aliquæ compoſitiones, & trociſcorum, &
S pilularum: &c. in quibus author ſubticuit liquorem: cum quo excipiendæ ſunt: ut eſt præ-
ſens deſcriptio: & confectio trociſcorum de lacca: & confectio trociſcorũ Hamech: & de-
ſcriptio ſecunda pilularum alandahal: & pilulæ ad omnes morbos catarrhi: & pilulæ de Se

rapino:&c. Iuniores autẽ: ut Luminare maius:&c. declarant, ꝙ iſti trociſci excipiendi ſunt A
eupatorii ſucco. Sed neſcimus an ipſi intelligãt alium ſuccum eupatorii recenter extractũ:
quia cum notato in deſcriptione, non poteſt fieri quia ſuccus eupatorii, abſynthii, liquiri-
tiæ, & conſimiles: quando in huiuſmodi & ſimilibus compoſitionibus recipiuntur. ſemper B
condenſati ponendi ſunt. Filius Serapionis, Auicenna, & Raſis ſimiliter: ut author noſter:
ſubticuerunt liquorem. Hali Abbas autem in ſua deſcriptione, præcipit: ut conficiantur cũ
ſimplici aqua. Vnde poteſt coniectari, ꝙ authores dimittunt huiuſmodi confectiones, ad li- C
bitum conficientis: & parum æſtimant: ſi cum aliquo liquore (non contrario ſupple) uel cũ
aqua pura conficiantur. Verũtamen omnes compoſitiones debent fieri, eo meliori modo,
quo poſſint: & magis expedit infirmantium curis. D

ℭ Confectio trociſcorum de camphora:&c. CCXLVII.

E
IN præſenti deſcriptiõe, per plura antiqua exemplaria ı liquiritia, & ſpodium:
uno concluduntur ana. Et ſimiliter crocus, & ſemina communia:&c. alio cõ-
cluſa ſunt ana. Quod quidem nobis uiſum eſt melius: & ita reſcripſimus. Fi- F
lius Serapionis in. 7. habet unam deſcriptionem trociſcorum de camphora.
Et Hali Abbas in decimo practicæ duas. Auicenna autem in quinto cañ. quinq;
ponit deſcriptiones. Raſis uero in nono ad Almanſorem duas habet. Vnam uidelicet, capi- G
tulo de tremore cordis: & alteram, capitulo de ictericia. Item, in decimo ad eundem ı capi-
tulo de febre Ethica: unam aliam. Et in antidotario diuiſionum: capitulo de medicinis hepa-
tis: unam aliam deſcriptionem habet. Sed omnes differunt ab iſta authoris noſtri. Per gum- H
mi autem ſimpliciter ſcriptum: quid ſit intelligendum: Lege in lo hoc alio noſtro de inten-
tione hac.

De camphora.

CAmphora: ſiue chãphora: ſiue canfora. ſiue per, k, kanfora: kafor: & alia plura unum I
& idem ſignificant. Res quidem nobis minus, ꝗ̃ ſeminota. Tum, quia ignoramus ue-
rum originem eius: tum etiam, quia authorum opiniones, de ipſius qualitatibus contrarian-
tur ad inuicem. ſ. ꝙ aliqui ut Serapio: Auicenna:&c. dicunt ipſam eſſe gummi. ſeu reſinam: K
aut pinguitudinem medullarem quarũdam arborũ: & infrigidare: ac deſiccare in tertio gra-
du. Alii autem, ut Auerois:&c. aſſerunt ipſam in mari naſci: & eſſe calidam & ſiccã in ſecun-
N bum eſſe minus bonum:igitur ſi citrinum fuiſſet pars albi:nõ eſſet melius rubro. Immo eſ-
ſet inferius eo:quod eſt contra oẽs authores. Reperitur quandoq; ſcriptum:ſandali maha-
zari:&c.quod accipitur pro citrino. Et de hoc ſatis dictum eſt ſupra.

O De Lacte acetoſo.

LAc acidum,ſiue acetoſum:oxygala græce dicitur. Modum autem faciẽdi ipſum docet
nos author noſter cap̃.de ptiſi. Inquit enim.Operatio lactis acetoſi, eſt ſecundum hũc
P modum. Accipe lac caprinum,mundum:habens bonitatem:ex ſanitate animalis : & con-
gruitate paſcui ipſius: & extrahatur ex eo butyrum:& dimittatur una nocte in aere tempe-
rato. Mane autem agitetur uehementer:& excludatur ſpuma eius. Eſt autem lac huiuſmodi
Q ſedatiuum uehementis caloris:conſtrictiuum:& conſolidatiuum. Hæc ipſe. Hoc igitur la-
cte acetoſo debemus uti in ſuis confectionibus:quia & alii modi reperiuntur apud alios. Vt
apud Plinium nono cap̃.uigeſimioctaui libri. Et apud Columellã:viii.cap̃.tertiidecimi:ſiue
R ultimi ſui libri:&c. Fit etiãnum ex acido lacte caſeus,a græcis oxygalactinus dictus: qui ſi-
militer ut lac acetoſum habet uim conſtrictiuam:teſte Paulo Aegineta cap̃.37.quarti libri:
Vbi ſic ait. At ex acido lacte caſeus (qui oxygalactinus dicitur (uulnera quoq; ampliora
S committit.

¶ Confectio alia trociſcorum de ſandalis:&c. CCLXII.

SVperior deſcriptio eſt magis uſualis: tamen præſens non eſt deſpicieñda. Vbi A
autem dicit author: fiant trociſci: & adminiſtrentur ſicut primi. Intelligitur,
ꝙ conficiendi ſunt iſti cum aqua portulacæ: & dãdi cum lacte acetoſo: &c.
ſicut primi. Sed per dictam portulacæ aquam: intellige ſuccum: uel ſaltem B
ipſius decoctionem: & non aquam diſtillatam.

℄ Confectio trociſcorum Hamech: &c. CCLXIII.

C

ISti trociſci aliter, dicuntur trociſci de uiolis Hamech. Habet nãq; author no-
ſter quaſi ſimilem deſcriptionem trociſcorum, in cap̃. de turbith: Hamech etiã
authoritate: ubi ait. inquit Hamech. Fiũt trociſci ex eo: & duplo ponderis ex D
foliis uiolarum: &c. Item, cap̃. de ſcãmonea authoritate eiuſdem Hamech, ha
bet quoq; trociſcos de uiolis huiuſmodi: ſed loco turbith ponit ſcãmoneam.
ubi dicit. Inquit Hamech. Accipe duplum eius foliorum uiolarum: &c. Item, cap̃. de uiolis, E
uidetur tangere præſentes trociſcos: cum dicit. Et quidam addunt quantitati earum medie-
tatem ex turbith: & faciunt trociſcos: &c. Item, cap̃. de Aſthmate ponit unam aliam deſcri-
ptionem trociſcorum de uiolis, quaſi ſimilem huic in ſimplicibus: ſed recipit ſcãmoneã. Ra F
ſis autem: qui (ut probauimus in confectione Hamech prima) eſt ipſe Hamech: in antidota-
rio diuiſionum: cap̃. de medicinis colicæ: habet duas deſcriptiones, differentes ab iſta: qua-
rum una ſcãmoneã recipit. Item filius Serap̃. in. 7. duas quoq; habet deſcriptiones. Hali Ab- G
bas etiam in decimo practicæ ponit unam deſcriptionem. Item In Antidotario Nicolai ſunt
trociſci diani, uel diaui: quod putamus minus corruptum: licet imperfectum. Tanquã ſi di-
ceret: trociſci Diauiolarum. Vnde interpretantur de uiolis albis. Omnes tamen differũt ab H
iſta deſcriptione filii Meſue. Præterea: quia ab authore pro informatione iſtorum trociſco-
rum: non aſſignatur liquor: ideo ſciendum: ꝙ ſi humiditas uiolarum non ſufficerit ad ſuſci-
piendum: & incorporãdum alias res: poteſt liquefieri tereniabin cum modico optimi uini: I
& cum eo informandi ſunt ipſi trociſci: quia Serapionis filius cum uino informat ſuos: uel
liquefiat cum aqua: quia Hali Abbas aqua ſuſcipit ſuos. Vel informandi ſunt cum mucilagi-
ne pſyllii (quod putamus melius) quoniam ſic Raſis ſuos informat. Vel cum aqua uiolarũ: K
& proprie ex infuſione earum. Et ſic ipſi trociſci erunt ualentiores.

De Violis.

VIola, quam uulgo mamulam cognominãt: notiſſima eſt. De qua Dioſcorides libro. 4. L
capitulum facit. Vbi dicit ipſam a Romanis uiolam purpuream nuncupari. Et de iſta
ſemper intelligitur: cum abſolute deſcribitur. Eſt & alia uiola purpurea apud Dioſcoridẽ:
in tertio libro, cap̃. de uiola alba: quam leucoion uocat: ubi diſtinguit ſpecies eius, a florum M
uarietate. Vnde illa quæ florem gerit purpureum: uiola purpurea dicitur: & quæ album, al-
ba: &c. Ex quibus, lutea in medicina præfertur. Quas quidẽ uiolas, Arabes keiri, ſiue cheirii
uocant. Vnde ſupra nominati trociſci de uiolis albis Nicolai. ex cheiri albis intelligũtur. Et N
licet keiri cum flore purpureo: dicatur uiola purpurea: tamen abſolute deſcripta uiola: uel
uiola purpurea: quaſi antonomaſtice, de uiola purpurea mamula intelligitur: quæ etiã uio-
la ſylueſtris, & muralis a Dioſcoride dicitur: non obſtante, ꝙ rariſſime in muris reperiatur. O
& non intelligitur de keiri purpureo. Viola alba autem keiri, a Dioſcoride uiola matrona-
lis, ſiue autũnalis. ac aliis nominibus uocatur. Sed ſciendũ, ꝙ licet Dioſcorides capitulo de
uiola purpurea, nõ ponat plures ſpecies: attamẽ nos propriis manibus: in Alpino, ſiue Apẽ P
nino monte: qui uulgo dicitur cornea inter Italiam & Prouinciam: collegimus uiolas ma-
mulas, circa finem menſis Maii: non purpureas: ſed luteas: Immo croceas. ſ. ꝙ habebãt flo-
res croceos: ac ſplendidos. In reliquis autem, nihil uidebatur ipſa planta differre: a planta Q
uiolæ purpureæ: præter q̃ ꝙ folia ipſius erant magis clara. Vnde ſicut uiola purpurea eſt du
plex: ita & lutea. Sed per luteam abſolute: non eſt intelligenda iſta: quæ paucis eſt cognita:
ſed illa keiri dicta: quæ eſt uulgaris: & magis communis. Etiam audiuimus ꝙ in montibus R
prope Brixiam reperitur uiola mamula alba: ſed adhuc non uidimus ipſam. Igitur ſi ita eſt:
ſicut de keiri ſunt tres ſpecies. ſ. lutea, purpurea, & alba: ita & de mamulis eædem reperiũtur.
Demum ſciendum etiam, ꝙ quãuis author in præſenti deſcriptione, & alibi: dicat Recipe fo S
liorum uiolarum: &c. non tamen eſt intelligendum de foliis plantæ: ut nonnulli minus pe-
riti putant: ſed de floribus. Quia ſicut ſcribitur de foliis roſarum: ita & de foliis uiolarũ eſt

A intelligendum, In confectionibus, electuariis, trociſcis, & ſimilibus. In enematibus aũt, ſiue
clyſteriis, & emplaſtris, & ſimilibus: aliquando per folia uiolarum intelliguntur folia plan-
tæ: quæ quidem uulgo matres uiolarum uocantur. Et hæ notæ ſunt.

B

Confectio trociſcorum de cyperis: &c. CCLXIIII.

C DElendum eſt per impreſſiones latinas, a præſenti deſcriptione, gummi ara-
bicum. In nullo nempe exemplari legitur: neq; in uulgari æditione: neq;
Luminare malus, & Nicolaus Præpoſitus habent, in ſuis deſcriptionibus.
D Quapropter non admittatur: niſi medicus præcipiat. Et ubi legitur, cinna-
momi: lege rectius cinami. Et ubi: Et in alio, muſci chitatas. ii. lege uerius.
Et alii (ſupple addunt) muſci chirat. ii. quia ſic eſt in præfatis exemplaribus.

E

De Cypero, ſeu Cypiro.

CYperus, & cypirus legitur apud authores. In iuncorum generibus, & cyperus connu-
meratur. Eſt enim ipſe iuncus triangulus: &c. Sed an uerus cyperus ſit: quo hodiernis
F temporibus utuntur aromatarii. hoc nempe primum perſcrutandum duximus. Et certe cũ
loquitur Dioſcorides de eius planta: uſq; ad minimum iota conuenit plantæ uſualis cyperi.
Sed cum de radice ipſius pertractat: multum diſſentire uidetur. Etenim ipſe dicit cyperũ ha-
G bere radices, olearum figura, & magnitudine: oblongas, aut rotundas: inuicem commiſſas,
obnigras, amaras, & iucunde odoratas, craſſaſq;: &c. Radices autem cyperi: quæ commu-
niter ab omnibus accipiuntur: ſunt ſarmentoſæ, lignoſæ, longæ, nodoſæ, & neruoſæ, quã-
H doq; digitalem craſſitudinem excedentes, ruſæq; intus, & foris ſubnigræ, odorem tamẽ bo-
num ſpirantes. Si autem ſunt ueri cyperi radices: uoſipſi o lectores iudicate. Præterea: dicit
Muſa Braſaulus in ſuo ſimpliciũ examine: ꝙ Ferrariæ ſunt radices cyperi tales: quales a Dio
I ſcoride notantur: poteſt eſſe ꝙ ſint: tamen in ueritate opus ſuum Romæ adhuc erat in præ-
lo: cum nos oſtendimus ei ueri cyperi radices: quas uidens: tanquam de re ſibi noua, ualde
gauiſus eſt. Vnde ſciendum, ꝙ nos colligimus ueriſſimi cyperi Dioſcoridis radices: in Ro-
K mano ſolo: ac etiam intus Romam. Quæ radices quidem, non excedunt olearum figuram,
& magnitudinem: & ſunt connexæ ad inuicem, filo mediante, ſicut radices herbæ uulgo di-
ctæ filipendulæ. Nulla deniq; nota a Dioſcoride poſita, deeſt eis. Planta etiam ſimiliter con-
L uenit deſcriptioni ipſius Dioſcoridis ad unguem ſicut altera: excepto, ꝙ reſpectu alterius
plantæ. ſ. cyperi uſualis: hæc planta eſt minima. Raro equidem iuncus eius triquetrus ſupra
binum palmum erigitur. Supradictam autem cyperi uſualis plantam: multoties ultra nonũ
M palmum uidimus protenſam. Huius igitur dictæ paruæ plantæ cyperi radicibus utimur: cõ
tra communem uulgarium uſum. Et indubiæ tenemus hunc eſſe uerum Dioſcoridis cype-
rum. Et licet apud nos ſit parua planta: poterat tamen apud Dioſcoridem in maiorem alti-
N tudinem extolli: quoniam ipſe dicit caulem eius cubitalem aut maiorẽ eſſe. Nam (ut ſupra
diximus) reſpectu diuerſitatis locorum: plantæ diuerſificantur: &c. Attamen non eſt tã par
ua planta: ꝙ altitudo iunci eius, non poſſit menſura unius cubiti parui: ac etiam communis,
O demetiri. Etenim (ut diximus) pluries uidimus iuncos ipſius duobus palmis altiores. Cubi-
tus enim ſecundum doctores triplex eſt. ſ. cubitus paruus: qui cõtinet pedem cum dimidio
ſcilicet duos palmos extenſos. Cubitus cõmunis: qui capit duos pedes. Et cubitus magnus:
P qui comprehendit nouem pedes. Quãuis etiam ſecundũ eccleſiaſticos, aliter accipiatur cu-
bitus: pro menſura arcæ Fœderis, & arcæ Noe: &c. Quãobrẽ cum Dioſcorides dixit ꝙ eri-
gitur in cubitalem altitudinem: de cõmuni cubito intellexit. Quia, ut ait Galenus, primo de
Q diebus creticis: cap. nono: palmus, cubitus, ſignificant menſuram cõmunem notam, deter-
minatam: niſi addatur longum: aut curtum. Menſura igitur cypiri: quo nos utimur: ad cubi
tum paruum: ſeu communem refertur: & ad mentem authoris magis appropinquat. Men-
R ſura autem cyperi uſualis aliorum: ad cubitum magnum debet referri: de quo Dioſcoridem
minime intellexiſſe credimus. Item Auicenna in ſecundo cañ. cap. de cypero: laudat cype-
rum paruam habentem plantam: dicens. Melius eſt illud: quod eſt ſpiſſum, graue, difficile ad
S frangendum, aromaticum: cuius herba eſt breuis: &c. Ergo ſecundum ipſum, inuenitur cy
perus paruæ, ſiue breuis plantæ: & cyperus longioris plantæ: Et ab eo magis laudatur cype
rus paruæ plantæ. Ergo cyperus quo nos utimur eſt uerior, & laudabilior illo communi, &

uulgari. Etenim dudum cœpit agnoſci. Verũtamen non audemus dicere, illum magnũ non A
eſſe cyperum. Quia licet ab ipſo Dioſcoride, & aliis authoribus non præciſe ſcribatur: ha-
bet tamen (excepta radice) omnes alias notas cypero attributas. Nec magnitudo eius facit
aliquid. ut non ſit cyperus. Fatemur enim ipſum eſſe cyperi ſpeciẽ: ſed a uarietate formæ ra- B
dicum ipſorum: alterum rotundum: alterum uero cyperum longum appellamus. in uſum
autem medicum: rotundum magis commendamus. Porro in calce capituli Dioſcoridis de
cypero legitur, aliud cyperi genus in India naſci, zinziberis effigie: quod manducatum: cro C
ci uim reddit: &c. Quod nonnulli putant eſſe illam radicem: quæ cõmuniter in officinis ha-
betur pro curcuma. Nam in omnibus, deſcriptioni correſpondet. Et in rei ueritate ipſa ra-
dix: non eſt curcuma: quoniam (ut dictum eſt ſupra) curcuma eſt chelidonia. Præterea, ad D
meliorem declarationem præfatorum cubitorum: ac aliarum menſurarum: quæ frequẽter
contingere poſſunt: cum uirorum authoritate doctorum: ſub breuitate hic annotare, no-
bis percommode uiſum eſt. Vt quilibet facilius dignoſcat in omnibus plantis: altitudinem, E
latitudinem, & profunditatem, eis ab authoribus contributas. inquit. n. Vitruuius: libro. 3.
cap̃. primo. Menſurarũ rationes: quæ in omnibus operibus uidentur neceſſariæ eſſe: ex cor
poris membris collegerunt. Ex manibus, denarius digitorum numerus: ex digitis uero pal F
mus: & ab palmo, pes eſt inuentus. Hæc ille. Georgius Valla libri decimi, cap̃. 109. & Oron
tius libri primi: cap̃. xl. dicunt: ꝙ digitus eſt latitudo digiti pollicis hominis mediocris ſtatu-
ræ: & bene formati. Palmus comprexus (qui græce Paleſtes dicitur: ut ſcribit Hermolaus in G
Plinianis annotationibus) eſt latitudo palmæ: quæ capit latitudinem quatuor digitorũ. Pal-
mus extenſus (qui & ſpitame dicitur) cõtinet tres palmos comprexos. ſ. duodecim digitos:
Dodrans idem eſt: quod palmus extenſus. Pes continet quatuor palmos cõprexos. i. ſexde H
cim digitos. Cubitus paruus comprehendit dodrãtes duos. i. pedem cum dimidio. Hoc eſt;
Sex palmos comprexos. ſ. uigintiquatuor digitos. Cubitus communis, continet duos pe-
des. i. octo palmos comprexos. Cubitus autem magnus, capit nouẽ pedes. Vlna uero qua- I
tuor pedes habet. Seſquipes: idem eſt quod paruus cubitus. Cætera dimiſimus: tanquã hic
non multum neceſſaria. Hæc autem breuiter dicta ſufficiant.

De Chirat. K

KIrath, ſiue chirat, uel chiratas, uel chirates: &c. ut ex ultimo ſeptimi breuiarii filii Sera-
pionis: & ex ultimo quinti can̄. Auicennæ: atq; ex aliorum multorum interpretatio-
nibus habetur: eſt pondus quatuor granorum hordei. Et ita cõiter tenetur a iunioribus. L

¶ Confectio trociſcorum de ligno aloes: &c. CCLXV.

M

EST nãq; in præſenti deſcriptione, per omnes impreſſiones, unus error. Vi-
delicet ubi legitur. Heil, baucie. Legendũ eſt rectius. Heil baugue: uel heil
bangue: ſicut antiqua habent exemplaria. Et eſt unum tantum ſimplex: & N
non duo. Non enim recipitur baucia, in p̃ſenti confectione. Nicolaus præ
poſitus quidem animaduertit errorem: unde ſcripſit, heil bace. Rectius ta-
men (ut putamus) baugue legendum eſt. O

De Heil baugue, uel bangue: &c.

HEil baugue: &c. (ut uerum fateamur) eſt cardamomum minus Arabum. Sed aduerten-
dum, ꝙ aliud eſt cardamomum Græcorum: & aliud Arabum. Cardamomum quidem P
Græcorum. ſ. Dioſcoridis: &c. apud Arabes uocatur Cardamenum, uel cordumenum, ſiue
cardameni, uel cordumeni, magis barbare: & non cardamomum. Vt patet conferendo ca-
pitulum Dioſcoridis de cardamomo capitulo Serapionis, & Auicennæ de cordumeni, ſiue Q
cardameni. Arabes enim ut Serapio, & Auicenna: faciunt plura cardamomi genera: ut pa-
tet in ipſorum deſcriptionibus. Attamen ipſe Auicenna confundit ſpecies ipſius: in diuerſis
capitulis. Vt in capitulo Cardamomum: & capitulo Cobzbague: & capitulo Elbue. Inter- R
pres etiam Serapionis. ſ. Simon Ianuenſis: in capitulo Sacolla: quod eſt de cardamomo (ut
putamus) errauit: ac etiam aliqua de ſuo addidit. ſ. uerba hæc: quæ a nõnullis coniectantur
non eſſe authoris: uidelicet: Cardamomum maius eſt heil: & minus eſt hilbane: ſiue heilba- S
ne (quod putamus minus corruptum) & eſt maſculus. Et illud idem ſcripſit in ſua claui in li
tera cardamomũ. Et ſimiliter errauit, in capitulo. 316. quod incipit Cardamemi: quia non

A debuit intitulare ipſum de carui agreſti: quoniam nõ eſt de carui agreſti: ſed de cordumeni:
ut mox patebit. Et quãuis ipſe interpres uerum dicat, ꝙ heilbane: ſeu heilbaugue ſit carda-
momum minus: tamen heil abſolute: non eſt cardamomum maius. Vt probari poteſt per
B plures deſcriptiones, nõ ſolum ſeptimi breuiarii filii eiuſdem Serapionis, & quinti canonis
Auicennæ: Verũetiam & per deſcriptiones præſentis antidotarii filii Meſue. Et particulari-
ter: per cõfectionem de xyloaloes: & per electuarium ſarboteng: & per confectionem de
C cinnamomo: & per electuarium indum maius: &c. in quibus ſcribuntur ambo. ſ. cardamo-
mum, & heil: ſimpliciter, & abſolute: ut cuilibet legenti patet. Nam ut omnes communiter
tenent: quando abſolute eſt ſcriptum cardamomum: ſemper maius eſt intelligendum. Ergo
D Heil non eſt cardamomum maius. Hali Abbas etiã in decimo practicæ: cap. 16. in uno pul
uere. habet heil, & cacale. Quod cacale eſt cardamomum maius. Et ꝙ Heil abſolute nõ ſit
cardamomum minus (quia neutrum eſt. ſ. nec maius, nec minus abſolute deſcriptum) pro-
E batur per dictum filium Serapionis. ſ. in capitulo. 23. ſeptimi ſui breuiarii: uidelicet in ope-
ratione ſyrupi de cytoniis: qui eſt miua. Et ſimiliter per Auicennã in quinto cañ. tract. de ſy-
rupis. ſ. in ſyrupo de cydoniis: qui ſimiliter eſt miua: ubi uterq; habet cardamomum maius,
F & minus, & heil: ſpeciatim, & clare: &c. Heil baugue autem uerиſſime eſt Arabum cardamo-
mum minus: Quod quidem plures teſtantur. Et inter eos quoq; Bellunenſis in ſuis interpre
tationibus: ſic ait. Eilbua eſt cardamomum minus: & eſt granum apud Italos appellatũ Mele
G gete: & dicitur etiam heilbua, & tinalſil, & thairbua. Hæc ille. Quando autem author petit
cordumenum: ut in Diamoruſia, & in Athanaſia magna, & in Diaſulphure, & in cõfectio-
ne alſeſcere, & aliis pluribus: tunc non petit cardamomum Arabum: ſed cardamomũ græ-
H corum: quod quidem ipſi Arabes, ſub nomine cordumeni, ſiue cardameni deſcribũt. Vnde
ſciendum, ꝙ cardamomi ſunt quatuor genera. uidelicet: Cardamomum maius, & minus: &
heil: & cordumenũ. Et omnia quatuor genera tangit Plinius. 13. cap. libri duodecimi. Non
I obſtante, ꝙ hodie haud eſt (ut ſciamus) qui cognoſcat ea omnia. Heil aũt (ut coniectamus)
deſcribitur ab Auicenna, ſub titulo cobzbague: in proprio capitulo. Et ſic in quatuor capi-
tulis: quatuor cardamomi genera habet. Quia licet capitulo de cardamomo tangat maius:
K & minus: tamen quo ad uirtutes, loquitur tantũmodo de maiori: quod arabice etiã num per
k, uel per c, cacule, uel cacale, ſiue chacolla, & ſacolla dicitur. Et in capitulo: Elbue deſcribit
uirtutes minoris. Vbi nempe dicit, ꝙ eſt ſubtilius ꝗ kacule. ſ. maius. Quod quidem etiam te-
L ſtatur a Serapione. Vnde apud ipſum Auicennam capitulum de cardamomo: eſt de kacule
ſcilicet de maiori. Et capitulum de eibue: eſt de minori. Et capitulum de cobzbague: eſt de
heil. Et capitulum de cordumeni, ſiue cardameni. eſt de cardamomo græcorum. Sed non-
M nulli iuniorum, ut Simon ianuenſis, Pandectarius, Luminare maius: &c. ita & taliter confun
dunt cordumeni Arabum (quod quidem carui agreſte falſo interpretatum legimus) ꝙ uix
erit lector: qui ſciat ab ipſorũ laqueis immunis abire. Nam plura ſimplicia, atq; diuerſa, pro
N uno, & eodem intelligunt: de quorum ſingulis, & apud Dioſcoridem, & apud alios plures,
ſunt diuerſa capitula: per quæ clare percipitur aliud ab alio, eſſe diuerſum: &c. At nos quidẽ
breuitatis cauſa: tot ipſorũ confuſas de huiuſmodi lectiones, curioſis lectoribus dimiſimus
O perquirendas: &c. Hoc autem dicimus: ꝙ fatemur nos neſcire, quid ſit Arabum cardamo-
mum maius: & heil penitus ignoramus: & cordumeni Arabum. ſ. Dioſcoridis cardamomũ:
quid certe ſit, adhuc non bene percæpimus. Minus autem cardamomum, quod aliter heil-
P baugue: &c. appellatur: authoritate Belluuenſis: &c. tenemus pro certo eſſe melegetam
ſiue meleghetam uſualem: quam omnes aromatarii cognoſcunt. Et hæc ponẽda eſt in præ
ſenti cõfectione. Cordumeni autem: ſiue cardameni (quod eſt cardamomum Dioſcoridis:
Q quodq; interpres Serapionis declarauit eſſe carui agreſte, & male: quam interpretationẽ, te-
ſte Hermolao Barbaro, ſignificare ſylueſtre caron, non ambigimus) ꝙ non ſit carui ſylueſtre
ſiue agreſte: patet expreſſe. Quoniã ſi cardamomũ Dioſcoridis, quod eſt cordumeni arabũ,
R erit ſylueſtre caros: ſtaphylinos agrios igitur (de quo Dioſcorides. 3. libro facit capitulũ)
quid erit? Nam ſecundum ueritatem ſtaphylinos agrios, ſylueſtre caros, baucia, & carui a-
greſte, idem ſunt. Etenim res ipſa eſt tam clara: ꝙ nõ indiget probatione. Et in ſuperioribus
S de huiuſmodi ſatis dictum eſt. Vnde non ita malum erat: ſi poſuiſſet ſimpliciter titulum præ
fati capituli Serapionis: De cordumeni. Dũmodo autẽ ignorauerimus, quid ſit cordume-
num: poſſumus (authoritate Pauli ſcribentis pro cardamomo) ponere cyperum: aut myr-

tum. Vel authoritate Auicennæ, poſſumus uti harmel.i.ruta agreſti: & ſquinanto. Et loco A
cardamomi maioris Arabum: ac etiam loco heil: licet nobis uti minori cardamomo.ſ.me-
legeta. Quod minus uocatum: eſt maius in bonitate: quia legitur nempe: ꝙ eſt nobilius ma
iori. Melegeta, ſiue melegete, uel meleghete, uel melegheta autem: ſecundum diuerſos au- B
thores etiam tot hæc ſynonyma habet. Chairbua, cacolla, ſiue cacalla minor (ut in electua-
rio de ambra filii Serapionis: & in ſeminum puluere Hali Abbas, capitulo. 16. decimi practi
cæ legitur. Cardamomũ minus, Ealbua, Heilbagne, Heilbague, Heilbane, Heilbãgue, Heil- C
baugue, Eilbua, uel Heilbua, Elbue, Grana paradiſi, Hilbaue, Mela ægyptia, Melikeia, Nux
ægyptia, Nux ſatta, Sacolla mior, Thayrbua, Tinalſil, Vimbue, ſiue uizbue, & alia plura. In-
ſuper Magnopere errant ex iunioribus nonnulli aſſerẽtes cordumeni, & keiſim, eſſe unum D
& idem. Lege in oxymelle ſquillitico deſcriptiõe Democriti: ubi utrũq; recipitur. Vbi & Lu
minare maius etiam plura confundit. Breuitati nempe ſtudentes, multa dimiſimus: quæ cõ-
gruebant ad declarationem errorum quorũdam iuniorum qui non ſolum aſſeruut cordu- E
meni eſſe cheiſim: ſed & ſeſeli, & peucedanum, & alia plura.

¶ Confectio trociſcorum de capparibus: &c. CCLXVI. F

IOannes Serapionis in ſeptimo habet unam deſcriptionem trociſcorũ de cap
paribus. Auicenna ſimiliter in quinto cañ. unam. Hali Abbas autẽ in decimo G
practicæ duas. Et Raſis quoq; duas: unam uidelicet, in nono ad Almanſorem
cap̃. de dolore ſplenis: & alteram in antidotario diuiſionũ: cap̃. de medicinis
ſplenis. Actuarius etiam habet paſtillum de capparibus. Omnes tamen ſunt H
differentes, ab iſta deſcriptione filii Meſue.

De Cappare.

CAppar, ſeu capparis: quæ manditur ſale macerata, aut aceto condita: non eſt fructus I
ipſius: ſed flos immaturus.ſ.qui nondum floruit. Romæ in muris ſeu parietibus uetu
ſtis abſq; ſpinis naſcuntur. In quibuſdam locis Apuliæ autem cappares ita campos replent:
ꝙ & ſata multoties lædunt. Res notiſſima in italia. Et teſte Plinio. laudabiliores ſunt Cappa K
res Italicæ: omnibus aliis cuiuſcunq; regionis. Folia etiam ſale, aut aceto præparata man-
duntur. Cortices radicum maxime expetuntur medicinæ: raro autem ſemen uel folia: &c.
Spleneticis mire prodeſt capparis. Et cocta incolumior exiſtit: Dioſcorides author eſt. L

De Agno caſto.

VItex.ſ. Agnus caſtus, uulgaris notitiæ eſt. Folia, flores, & ſemina, in medicinis recipiun
tur. Dicitur autem græce agnus: latine uero caſtus: quoniam ad caſtitatem conſeruan M
dam: ſeu ad libidinem reprimendam magnopere iuuat. Vnde & a quibuſdã piper eunucho-
rum uocatur. Dicitur etiãnum & piper agreſte: & ſalix marina, ſeu amerina: & ligos, ſiue li-
guſticum: & aliis atq; aliis nominibus uocitatur. N

¶ Confectio trociſcorum de Charabe: &c. CCLXVII. O

LEgitur mẽdoſe in præſenti deſcriptione ꝑ omnes impreſſiones latinas: poſt
cornu cerui adusti: gummi adusti. Quod quidem gummi, in exemplaribus
uetuſtis non legitur: neq; in uulgari æditione; unde putamus nõ eſſe admit- P
tendum. Item, eædem impreſſiones omnes habent in hac deſcriptione ipo-
quiſtidos: ſed putamus non recte: quia in cũctis præfatis exemplaribus. hen-
ſiſtides legitur. Quod quid ſit in ſuperioribus eſt declaratum. Item, aliquæ impreſſiones: ex Q
magis deprauatis: pro papaueris nigri aſſati: habent mendoſe: papaueris nigri: aſſari. Et con
ſimilis error paſſim, in huiuſmodi libris excuſis reperitur. Qui quidem error, in nonnullis
confectionibus, eſt non parui momenti. Raſis enim in nono ad Almanſorem: cap̃. de uictu R
ſanguinis, & puris habet unam deſcriptionem. Et in antidotario diuiſionum: cap̃. de medi-
cinis menſtruorum, & hæmorrhoydarum: alterã. Sed utraq; differt ab iſta. Hali abbas ẽt in
decimo practicæ habet unam deſcriptionem, ſimiliter differentem. Auicenna autem in qn- S
to cañ. uidelicet, in quinto tractatu, ſecundæ ſummæ: habet nonnullas trociſcorum deſcri
ptiones: in quibus recipitur charabe. Quæ licet non intitulẽtur de charabe: attamen habent

A multam cõſimilitudinem cum iſta deſcriptione. Vnde (ut putamus) poſſunt aliqui ipſorum
dici trociſci de charabe. Et ſpecialiter ille: cuius initium eſt; Trociſcus alius. Recipe chara-
be, coralli: &c.

B
De Charabe ſiue Karabe.

DIſceptatio non minima eſt inter doctores, de hoc ſimplici: & confuſio magna in ipſo-
rum deſcriptionibus reperitur: ita ꝙ nobis uidetur impoſſibile: & ſupra uires noſtras,
C concordare ipſorum dicta: ad dandam ueram, & abſolutam de hoc charabe diffinitionem:
ſeu declarationem. Melius enim eſt quandoq; tacere: q̃ male loqui. Nam Auicenna in ſecũ-
do cañ. habet quatuor capitula, ad hoc ſimplex pertinentia: quorum tria de arboris qualita
D te loquuntur: reliquum uero, de ipſius arboris gummi tantũmodo pertractat. Quod dicit
eſſe hoc karabe. Capitula autem hæc ſunt, uidelicet. De hauro romano: De hauro: De kara-
be: & De nuce romana. Aduertẽdum autem, ꝙ primum, & quartum: eſt idem bis deſcriptũ:
E ut legentem non latet. Braſaulus quidem omnium fere authorum collegit opiniones. Le-
gito apud ipſum. Nos autem perlectis omnibus, tam græcis, q̃ latinis, q̃ etiam arabibus: tam
antiquis, q̃ iunioribus: nihil reſolutum accæpimus: præter q̃ ꝙ ſecundum ipſorum ſcripta:
F in multis uocabulis plura cõfundunt: & quaſi de uno, & eodem uidentur loqui. Hæc enim
quæ ſequuntur ſecundum ipſos: & barbara, & non barbara uocabula, ſunt ad charabe per-
tinentia. ſecũdum omnes uariationes: quas inuenimus. uidelicet: Acchiros, Achiros, Achi-
G roſa, Achiruſes, Achirus, Acruches, Acruſex, Acruſos, Actuſex, Agiros, uel Agyros, Alaptõ,
Ambra, Ambrum, Ambar, Ampar caninum, Archiroſa, Argyra, Arſopodon, Haur, Haurcu
ma, Haur romanum, Haur romi, Haur romu, Haurromu, Haur rum, Haur rumi, Haurũ ro-
H manum, kakabre, Caraba: karaba, charaba, uel per, e, in fine horum trium. item. Carba, ke-
kabre, Chryſophoron, Aegiros, Electrum, Gagates, Gelber, Giauzi rumi, Gleſſum, Gummi
funeris, Gummi populi albæ, & nigræ, leum, Lachryma populi albæ, & nigræ, Laurcuma,
I Leum romi, Nux gallica, nux romana, Rapiens paleas, Sandaracha, uel ſandaraca, ſuccinũ,
& ſuccinum orientale: Et alia plura magis barbara: quæ non ponimus. Et ſunt qui ex popu
li arboribus: & ſunt qui ex pini generibus: Et qui in Oceani ſeptentrionalis inſulis: & qui in
K Eridano, & qui in Rhodano, & qui in Gange, & qui in Nylo, & q in Pado fluminibus: & aliis
lacubus, ac locis: fabulantur huiuſmodi ſimplex gigni: & cætera multa quæ dimittimus: ne
amplius lectoribus faſtidium inferamus. Quibus omnibus bene perlectis, & examinatis: ue
L ritas rei adhuc ita in tenebroſiori loco occultata iacet: ꝙ lector tanquã excitatus a ſomno:
phantaſiari non deſinit: ex tot uariis uocibus, ac opinionibus: cui debeat potius adhærere.
O utinam in hoc ſolo ſimplici fuiſſet dubietas: ꝙ certe pro nihilo reputaſſemus. Demum ne
M longius in his fabuloſis contentionibus protrahamur: dicimus. Quod licet ignoretur ue-
ritas originis huius charabe: ſiue (ut mauis) ſuccini, aut electri: tamen res ipſa: qua pro cha-
rabe utimur: quaſi in omnibus uidetur conuenire cum deſcriptionibus authorum, de kara-
N be, ſiue ſuccino, ſiue electro. Ex quo tanquã uerum charabe, uel ſuccinum, ſiue electrum, ſi-
ue gummi populi albæ, uel nigræ: uel quomodocũq;, & qualitercũq; alteriuſmodi tibi pla-
cuerit ipſum uocare: ubicũq; opus fuerit: confectionibus admiſcendum non deſpicimus.
O Et ꝙ charabe arabum ſit electrum: & populi albæ gũmi. ſiue lachryma: probatur conferen-
do Serapionem cum Paulo: Qui Serapio capitulo de charabe, authoritate ipſius Pauli, ſic
ait. Karabe eſt gummi arboris haur romi: emanat ab haur romi: & coagulatur: & eſt coloris
P auri: & quando ipſum bibitur, retinet fluxum uentris, & ſtomachi, & abſcindit fluxum ſan-
guinis. Illud idem Paulus, lib. 7. ſcribens: dicit. Electrum populi albæ lachrimã dicunt: quæ
iuxta amnem Eridanum deſtillat: & inſpiſſitudinem coit: aureo colore: quod ſi læuigatũ bi-
Q batur: ſtomachi, & alui fluxiones, & ſanguinem compeſcit. Hæc Paulus: ut quilibet legere
ualet. Non obſtante, ꝙ Braſaulus ſcribat Paulum de gũmi albæ populi pertractare: ſed non
dicere eſſe electrum: Quia in ſupradictis patet contrarium. Forſan, ꝙ textus Pauli (ob diuer
R ſas traductiones) apud ipſum aliter ſe habebat. Item, ꝙ etiam Karabe ſit gũmi populi nigræ:
probatur per dictum Serapionem ſcilicet ꝙ in eodem capitulo authoritate Dioſcoridis: il-
lud idem dicit: quod Dioſcorides, in capitulo de populo nigra: ut legenti, & ad inuicem cõ-
S ferenti, non eſt dubium. Cætera uero: quæ huic eſſent tanquam neceſſaria adducenda: & ob
breuitatem omiſſa: ſtudioſis committimus perquirenda.

Confectio trociſcorum alchechengi:&c. CCLXVIII. A

ESt etiánum & in præſenti ultima trociſcorum deſcriptione,per quaſdã ma
gis mendoſas excuſiones,una menda:uidelicet ubi in ipſis legitur: ſeminis B
citrulli:&c.ana.ʒ.i÷.Legendum eſt rectius:ana.ʒ.iii÷ Vt reliqui libri tã im
preſſi:q̃ manuſcripti habent. Auicenna quidem in quinto cañ. tractatu de
trociſcis:habet duas deſcriptiones trociſcorũ alkekẽgi differentes ab iſta. C
Et ſecunda ipſarum ponitur iterum ab ipſo Auicenna in eodẽ tractatu: ſub
titulo. Trociſci diſulidis, ſiue diſſulidis. Raſis quoq; in antidotario diuiſionum:capitulo de
medicinis urinæ:habet duas deſcriptiones. Sed titulus primæ eſt:Confectio ad ulcera renũ, D
& ueſicæ:&c. Secundæ autem: Confectio trociſcorum ultimorũ:&c. Vbi infra dicit: Et no-
minantur alkekengi. Et ſimiliter differunt ab iſta. Hali abbas etiam in decimo practicæ, ha-
bet unam deſcriptionem:ſub titulo: Trociſcorum apſolidis aſsignatio: qui ſunt trociſci al- E
chechengi. Sed pro alchechengi:legitur ibi caquenegi:& ſimiliter eſt differens ab iſta. Ioan-
nes Serap. quoq; in ſeptimo habet deſcriptionem trociſcorum alchechẽgi:ſed intitulatur:
Trociſci aleſculidus. Deprauationes enim barbarorum ſunt. Rectius phyſſalida eſt legen- F
dum:& non Diſſulidis, Apſolidis, & Aleſculidus: ut mox patebit. Bartholomæus Monta-
gnana etiam in ſuo antidotario, habet unam deſcriptionem, conſimiliter differentẽ ab iſta.
habet etiánum in de medicamẽtorum compoſitione Actuarius Paſtillum diaphyſſalidon.i. G
e ueſicaria. Paulus Aegineta conſimiliter in ſeptimo cap̃.12.habet paſtillum ex ueſicariis:
Diaphyſalidon dictum. qui paſtilli:differunt ab iſtis trochiſcis. Item ipſe Paulus habet unam
aliam deſcriptionem:quæ intitulatur. Paſtillus diaalicacabu:ſed intelligitur fortaſſe de alia H
ſolani ſpecie, ſic dicta.

De Alchechengi, ſiue Kekengi, & omni ſolano.

SOlani, ſiue (ut mauis) ſolatri.ſ.ſtrychni: plura ſunt genera, & differẽtiæ. Vnde ſciendum, I
ꝙ Alchechengi eſt unum ſolani genus:quod Dioſcorides peculiari nomine Halicaca-
bum.i.ueſicariam:aut phyſalida uel phyſſalida nominat: Et hoc genus non ignoratur. Im-
mo uulgares hodie in Italia proprie, alchachengi ipſum appellant. Non eſitur ſolum:ſed ſe- K
men eius in pharmacis receptũ:ueſicæ infirmitatibus, mire prodeſt. Aliud ſolani genus (qđ
abſq; apparenti nocumento, manditur quodq; a Dioſcoride ſolanum hortenſe nũcupatur)
notiſſimum eſt. Vulgo abſolute ſolatrum:& a nonnullis corrupto uocabulo, cacabaſcium L
ſiue cacauaſciũ quaſi cacabalum dicitur. Eſt & aliud genus apud nos uulgaris notitiæ:quod
omnes ſolatrum maius uocant:quid autem ſit in Dioſcoride:adhuc nõ bene percæpimus.
Facit enim Dioſcorides plura huiuſmodi generum capitula:cum nullo tamen ipſorũ uide- M
tur hoc ſolatrum maius conuenire. Enimuero ipſa capitula ſunt ualde cõfuſa: & capitulum
de Halicacabo quod eſt in calce primi libri:eſt illud idem:quod eſt in quarto libro, de ſola-
no ſomnifero:quod quidem autumant nonnulli redundare in ipſo primo libro: Non enim N
deſcribi conuenit inter arborum genera. Hali abbas autem in ſecũdo practicæ:cap̃.34. Vo-
cat ſolanũ, caquenegum. A Serapione uero Hameb athahaleb:uel ameb alchahalch:& uua
uulpis, legitur appellatum. Et pro alkekengi ſcribitur ab ipſo Serapione. Kekengi, Kakemb, O
& Keleb:&c. Reliqua ſolani genera, a Dioſcoride poſita ignoramus.

De Albateca:ſeu Albatecha:&c.

ALbatecha idem eſt quod batecha. Batecha autem, ſiue bateka (ſi credendum eſt Bellu- P
nenſi, in ſuis interpretationibus:uidelicet, in literis, B, &, M,) eſt nomẽ æquiuocum: ad
omne genus melonum, ſiue peponum, cucumerum, & citrullorum. Et ſimiliter melo, cucu
mer, ſiue cucumis, & anguria:ſunt nomina æquiuoca, ad eadem omnia, & ſingula præfata. Q
Sed quando abſolute ſcribuntur:unũquodq; ipſorum antonomaſtice habet ſuum ſignifi-
catum. Vnde Batecha abſolute non intelligitur (ut fere omnes iuniores exponũt) melo ma
gnus uiridis:quem Serapio capitulo proprio.ſ.244. Dullaba uocat. Sed intelligitur melo, R
ſiue pepo communis: ut probari poteſt per dictum Serapionem, cap̃.245. quod eſt de me-
lone, cucumere, & citrullo. Vbi uocat melonem batecha:& cucumerem chathe:& citrul-
lum kura. Et patet ꝙ pro batecha itelligit melonem:ſi confers cap̃. Dioſcoridis de melone S
ſiue pepone, cum authoritate ipſius Dioſcoridis:quam ipſe Serapio adducit in declaratio-
nem batechæ. Et ſimiliter cap̃. Auicennæ de batecha:eſt cap̃. de melone: ut legenti non eſt

A abſconditum. Etiam probatur per filium ipſius Serapionis in ſexto ſui breuiarii. cap̃. xi. uidelicet: in una deſcriptione trociſcorum conferentiũ febri ethicæ. Quæ incipit. Recipe arnogloſſæ. ʒ iii. &c. Vbi diſtincte recipiuntur quatuor ſemina cõmunia frigida maiora. ſ. cu-
B curbitæ: citrulli: melonis: & cucumeris. Sed loco ſeminis melonis legitur ſemẽ bateke. igitur bateka ſiue batheca ſimpliciter ſcripta eſt melo cõmunis. Et melo etiam abſolute: intelligitur ipſe pepo. Et cucumer abſolute: eſt melo magnus uiridis. Et anguria abſolute: eſt cu-
C cumer longus anguinus. Et citrullus ſimpliciter eſt ipſemet citrullus. Non obſtante, ꝙ alterum, pro altero, libere poteſt ſubſtitui: quia (ut cõmuniter tenetur) nihil: aut parum inter ſe differunt uirtute. Et hæc omnia, & ſingula, notiora ſunt: q̃ ut declarari debeant. Sed ex eo-
D rum generibus ſunt aliqua: quæ dicuntur hyemalia: pro quibus uide ſupra. ſ. in modo ſyrupi acetoſi de pomis deſcriptione noſtra.

¶ De bolo non armeno.

E HAbet author in præſenti deſcriptione bolum armenum: & poſtea aliud bolum ſimpliciter & abſolute deſcriptum: pro quo eſt intelligendum alterius generis non armeni. Quoniã ad bolum: non additur armenum: niſi ad differentiã aliorum: quæ non ſunt arme-
F na. Quia in re ſciendũ: ꝙ ſub nomine boli quælibet rubrica põt intelligi: ſed particulariter illa: quam uulgus macrã, aut ſynopiam uocat. Et Dioſcorides minium ſynopicum: & miltonſynopicã nominat. Auerois in quinto colliget: cap̃. de medicinis: quæ ex mineris ſunt:
G dicit: ꝙ bolum cum quo tinguntur parietes: eſt Almogra. Vbi rectius putamus legendũ. Almagra: quaſi almacra. ſ. macra: qua carpentarii. ſ. fabri lignarii utuntur, in ſignandis lignis: ſilo uidelicet in ipſa intincto. Et hæc a pluribus non ignoratur. Vnde ſi nos nolumus pro
H ipſo bolo ſubſtituere armenum (quod fore optimum non dubitamus. ſ. multiplicare quantitatem boli armeni: ut fungatur alterius boli uice) ponere ipſam macrã, pro dicto bolo: putamus non eſſe malum. Dummodo ſit ipſa (de qua loquuntur authores) iſta que habetur in
I uſu. Quoniã Auicenna in. 2. cañ. cap̃. de luto macra, ſiue (ut mauis) magra: authoritate Pauli, dicit: ꝙ ipſum eſt in operationibus ſtipticitatis: & exiccationis, melius q̃ ſigillatũ. Eſtq; in Paulo libro ſeptimo in his uerbis. Synopis rubrica uehementior, q̃ lẽnia, emplaſticis miſce-
K tur medicinis. Item Serapio etiam capitulo de ſynopida: authoritate dicti Pauli ait. Magra: id eſt ſynopida: eſt fortior bolo Romano: luto ſigillato: & ideo intrat in confectionibus unguentorum. Suſpicamur enim hic, ſcilicet in iſta authoritate: apud Serapionem: mendoſe
L pro bolo Armeno: legatur bolo Romano. Vel loco præfati boli: cui non placuerit ſynopida, macra nuncupata: poterit ponere, ex optimo bolo Appulo (quod fortaſſe eſt illud Romanum Serapionis) ſeu ex bolo Theutonico: ſiue ex altera quauis rubrica. Præterea: non-
M nunquam dubitauimus: aliquo modo fuiſſe additum iſtud bolum, ad præſentẽ deſcriptionem: quoniam apud nullum authorum ſcribentium huiuſmodi trociſcos, legitur: Sed quia in cunctis exemplaribus: & impreſſis libris: nulloq; di-
N ſcrepante, inuenimus: putamus non eſſe ammouendum ab ipſa deſcriptione. De bolo armeno autem dictum fuit in trochiſcis de terra ſigillata. Vide ibi.

EXPLICIT OCTAVA DISTINCTIO.

DISTINCTIO IX. DE SVFFVFET, IDEST A
PVLVERIBVS.
CCLXIX. .B

De Suffuf in generali.

SVffuf Arabice,& Suffufet:idē eſt:quod latine puluis,& pulueres. Vnde ſcien
dum,ꝙ titulus huius diſtinctionis:ab imperitia librariis(ut putamus)depra- C
uatus eſt. Quia ubi legitur: De ſuffuf & pulueribus:rectius legendum eſt:De
ſuffufet,ideſt pulueribus. Nam illud,&,non debet ſeparari a ſuffuf:nec ſtare
pro copula. De ſuffuf autē,idem dicit:quod latine de puluere. Igitur uanum D
eſt dicere de puluere & pulueribus:tanq̄ ſi nō intelligeretur puluis,in pulueribus. Sed re ue
ra interpres filii Meſue dimittens ſtare titulum ipſum (ut coniectamus) arabico uocabulo:
Hoc eſt. De ſuffufet:immediate ſubiūxit interpretationē:ſcribena ideſt de pulueribus. Cor- E
ruptores autem potius q̄ ſcriptores poſtea(ut credimus) intelligentes diſiunctim illud, &,a
ſuffuf: Et uidentes non bene ſonare. De ſuffufi & ideſt pulueribus:deleuerunt illud ideſt. Et
q̄ male nunc ſonat: De ſuffuf,& puiueribua:intelligentes iudicent. Tanquam ſi ſuffuf non F
eſſet puluis. Sed pro certo ſcitote:ꝙ adhuc extant piura exemplaria antiqua:in quibus le-
gitur aperte & clare ſic:uidelicet.Diſtinctio nona,De ſuffufet,ideſt pulueribus. Et nonnulla
cum abbreuiationibus ſic. Diſtinctio.ix.de ſuffufet.i.pulueribus. Et his igitur modia, eſt G
ſecundum ueritatem.

℃ Suffuf de Ligno aloes:&c. CCLXX. H
℃ Suffuf de Ligno aloes aliud:&c. CCLXXI.

ET quāuis non utantur medici noſtri temporis his pulueribus:deſcriptiōes
tamen ipſorum emendabimus:ut ſi cuipiam placuerit eis uti:habeat unde I
recte componat. Igitur in ſecūda iſtarum deſcriptionum: ubi per impreſ-
ſos codices mēdoſe legitur:Cardamomi:&c.ana.ℨ.ii.lege rectius:ana auř.
ii.quia ſic eſt in uetuſtis exemplaribus. K

℃ Suffuf Diarhodon:&c. CCLXXII.

NOn ignorandum enim ꝙ trochiſci ingredientes iſtud ſuffuf: ex ipſomet au- L
thore accipiendi ſunt;& non ex Nicolao:aut alio quouis authore.

℃ Suffuf Aromaticum:&c. CCLXXIII. M

SVnt in præſenti deſcriptione per omnes impreſſiones duæ mēdæ. Prima ui-
delicet,ubi legitur:ſeminis fœnicuii:auř.iiii.Lege:auř.vi. Secunda eſt:ubi le
gitur.Galliæ muſcatæ:auř.ii.Lege uerius:auř.i.ut in antiquis exemplaribus N
inuenimus. Et ita ſimiliter habent:Nicolaua Præpoſitus,Luminare maius,&
Theſaurus aromatariorum.

℃ Suffuf bonum impinguatiuum:&c. CCLXXIIII. O

De Riſo.

RIſum,ſiue Rizum,ſiue Rizi.ſ.Oriza:eſt genus frumenti albi:quod in aquo- P
ſis naſcitur. Vulgo riſum:aut granum riſum uocant. Notiſſimum eſt.Come-
ditur in cibariis:& ptiſanariis multum:ſed panis ex eo non fit in Italia.

De Tritico. Q

TRiticum quidem ſecundum iſidorum. 17. Etymologiarum libro: a
tritura dictum:idem eſt:quod frumentum.Sed frumentorū plura ſunt genera. Vnde & in ge
nere frumenti oriza præfata,& far,& adoreum,& ſiligo,& alia plura. De meliori igitur fru- R
mento,ſiue tritico,ſemper eſt intelligendum:cum abſolute legitur. Et quāuis ſit quaſi pro-
prium frumenti habere ariſtas;:tamen eſt in ora Italiæ (quæ olim Magna Græcia diceba-
tur: nunc uero Apulia) unum optimi frumenti genus:quod non producit ariſtas: uul- S
goq; caruſellam uocant: Eſt etiamnum & frumentum, uuigo Indianum dictum: nuper in
Italiam aduectum:quod ſaginæ modo fruticat: ferens ſpicas magnas,teretes,longas,atque

A cuſpidatas,granis rotundis modo albis,ſiue ſubflauis,modo rubris,piſorum magnitudine,
miro ordine plenas. Neq; hoc genus in ſuis ſpicis ariſtas gerit. Sed trahentes ad granorum
colorem,floccos quoſdam capillaceos,molles,longos,atq; tenues. Serunt itaq; nonnulli
B ex noſtris hoc frumenti genus:in uiridariis,ad decorem:non autem ad uitæ ſuſtentamen-
tum. Et de hoc genere non debet intelligi:cũ triticum,ſeu frumentum nõ ſpeciatim legitur.

De Hordeo.

C HOrdei nãq; tria facit Iſidorus genera. Quæ quidem tria,ſub uno poſſunt intelligi:tanq̃
unius generis:ſiue ſpeciei,differentiæ indiuiduales. Quoniam Dioſcorides hordeum
non diuidit in ſpecies. Hordeũ enim notius eſt q̃ ut repræſentari debeat. Sed hodiernis tem
D poribus:ſeritur alterum hordei genus:quod q; hordeum mundum uocatur : ex eo ꝙ ſpo-
liatur folliculis ſuis:ſicut triticum. Quod quidem aliquando ſuſpicati ſumus eſſe ſiliginem.
Quia licet aliqui connumerent ſiliginem in triticeis generibus: uerũtamen Auicenna capi-
E tulo de hordeo aſſerit ſiliginem eſſe ſpeciẽ hordei ſine cortice. Et Dioſcorides cap̃.de zea:
de qua duo genera facit(quorum alterum:olyram. quæ & ſiligo dicitur:intelligit:ut in cap̃.
de olyra.ſ.de ſiligine aperte declarat)dicit,ꝙ zea nutrit magis q̃ hordeum:& minus q̃ triti-
F cum. Vnde ſiligo:quod genus zeæ probatur eſſe:eſt inter hordeum & triticum. Et quia me-
dium participat de utroq; extremorum:recte igitur ſiligo connumeratur inter tritici,& hor
dei genera. At ſi hoc hordeum mundum præfatum erit ſiligo:quid ergo erit illa:quam uul-
G go ſecalam uocant:quæ & ab omnibus communiter pro ſiligine habetur? Hactenus autem
ſuper hoc,quid ueri tradamus:non habemus:ſed determinationi ſapientiorum hæc,& cæ-
tera libenter committimus. Hoc uerum ſane fatemur.ſ.ꝙ hoc hordeum mundum, iudicio
H noſtro:& aliorum plurium:non eſt inferius communi,& uſuali. Vnde libere poſſumus eo
uti,in omnibus:in quibus hordeum eſt neceſſarium.

De Tortellis de Scemi.

I TOrtella eſt panis biſcoctus de ſimila:ſeu de meliori farina frumẽti,quæ fieri poteſt. Et
debet eſſe ipſe panis fermentatus. Nõnulli ex iunioribus ſcribunt,ꝙ faciendus eſt ipſe
panis cum aqua maſticis:& uua paſſa. Et in rei ueritate ſomniant:quia(ut mox patebit) non
K eſt,niſi ſimplex panis biſcoctus. Accipe igitur optimum panem biſcoctum:ſeu taliter coctũ:
ꝙ poſſit perquã optime puluerizari:non autem ſit crematus,& niger:ut Luminare maius di-
xit. De Scemi autem,& nõ de Seni.ſ.de illa patria. quæ(ut aliqui exponunt)eſt Syria: Quã-
L uis & Seni etiam ſit nomen patriæ,nihil obſtat:tamẽ in multis exemplaribus legitur Scemi.
Sed tu nihil cures de ſyriaco pane:cum Romæ,& per totam Italiam optimum habeas pa-
nem. Immo filius Serapionis in ſeptimo capitulo.27.in uno medicamine:quod incipit:Di-
M madh:quod fit cum extremitatibus myrti:&c.dicit panem Romanum biſcoctum eſſe tor-
tellam. Hæc.n.ſunt uerba apud ipm̃. Recipe panis Romani:& eſt tortella.i.biſcoctus:&c.
Et nihil ibi loquitur de aqua maſticis:uel de uua paſſa:&c.quæ iuniores fabulantur. Aduer-
N te tamen ꝙ pro ſimila,non intelligimus furfurem,frumentaceæ farinæ:quem uulgares Ro
mæ ſemulam uocãt. Sed intelligimus meliorem frumenti partem:quã etiam in regno Nea-
politano,ſemicorrupto uocabulo,ſemulam,& ſemulellam dicunt. Ex qua fiunt panes bi-
O ſcotelli albiſſimi:quos in Apulia friſellas nominant. Quæ friſellæ ſunt albiorea:& pulchrio
res:q̃ Romanæ zambellæ. Sic enim appellitant Romæ panes,digitali groſſitudine:longos,
atq; retortos:uariisq; modis conformatos. Veneti autem buccellada dicunt.
P

¶ Suffuf de granis myrti:&c. CCLXXV.

De Coriandro.

Q COriandrum,& Corianum dicitur. Petit itaq; author in præſenti ſuffuf corian
drum ſiccum:ad differentiã uirentis forſan:quia cum eſt uirens peſſime olet:
cum autem ſiccatur.malus odor in bonum conuertitur. Sed melius(ut puta-
R mus)eſt diffinire:ꝙ petit ſiccum.i.non recens:quoniam recens eſt magis ma-
lignum. Nam cum coriandrum,ſit hic neceſſario puluerizandũ:non erat ne-
ceſſe ſcribere ſiccum. Virens enim non poteſt puluerizari. Idcirco neceſſe eſt ad alium ſen-
S ſum reducere illud ſiccũ ſcilicet ꝙ poſuit ſiccum,pro non recenti. Sed re uera coniectamus,
ꝙ author,conſiderata coriandri malignitate: præcæpit ſumi uetus: tanquam minus ma-
lignum. Et fortaſſe, ꝙ etiam ſcripſerit : ſed Interpres pro non recenti uerterit ſiccum.
Vnde

Vnde ſaluo ſemper meliori iudicio:credimus ſemen coriandri ante annum,non eſſe admi A
niſtrandum. Et de ſemine ſemper intelligitur,cum abſolute coriandrum legitur. Quod ſe-
men eſt lignoſum,ſiue paleaceum:rotundum,ſiccum bene odoratum:omnibus notũ:&c.
Præparatur,ſiue corrigitur in aceto:& zuccharo ueſtitũ mãditur libentius ab italis.ſ.a pran B
dio:uel poſt cœnam. Non tamen large ſumunt. A nonnullis uulgo pitartima uocatur. Her
bam ſane ipſius coriandri:quãuis ſit cimicibus fœtentior: tamẽ Hiſpani abundantius come
dunt:& non ſolum in iuribus coctam ut apium:uerũetiam & crudam acetariis large immi- C
ſcent. Quam ob cauſam,putamus eſſe,ꝙ per totam Hiſpaniam ſit maxima fatuorum copia:
quod & coriandrum facere,non ſolum Dioſcorides,lib.6.ſed & omnes fere authores aper
te teſtantur. Plura nempe hoſpitalia in ipſis Hiſpaniis uidimus: quæ ſcimus erecta eſſe tantũ- D
modo ad dictorum fatuorum ſuſtentationem:in quibus,diligens habetur de eis cura.

De Sauich:& Nabach.

E

Diuerſi nempe de ſauich,diuerſa dicunt. Et ſunt qui hoc:& ſunt qui illud eſſe affirmant.
Sed perlectis omnium opinionibus:quas,ne tedio lectores afficeremus,libẽter dimi-
ſimus:quod autem uerius compertum habemus,afferimus. Igitur ſciendum,ꝙ nil aliud eſt F
ſauich,apud Arabes:ꝗ quod polenta apud latinos. Vt probatur concordando plura capitu
la Dioſcoridis:cum capitulis Serapionis:& Auicennæ.ſ.ꝙ eo in loco:ubi Dioſcorides ha-
bet polentam: Arabes ſauich habent. Vt exempli gratia. Dioſcorides cap̄.de coriandro ait. G
Illitum(.ſ.coriandrum)cum pane,aut polenta:ignibus,& ulceribus:quæ ſerpunt,medetur.
Serapio autem in eodem capite. Quando fit emplaſtrũ cum eo,& pane:aut cum ſauich:cu-
rat eriſipilam:& formicam. Item:Dioſcorides cap̄.de hordeo. Ptiſana plus alimẽti præbet: H
ꝗ polenta ex hordeo facta. Serapio autem ibidem. Aqua hordei eſt pluris nutrimenti:ꝗ ſa-
uich. Et Auicenna in eodem cap̄. Aqua hordei eſt nutribilior:ſauich ipſius. Et cætera conſi
milia multa. Sed ſciendum,ꝙ polenta proprie eſt ſubtilis farina:ſiue per ſe ſicca:ſiue in pul- I
tis modo redacta. Sed in hoc ſuffuf:& ſimilibus locis,polenta.ſ.ipſum ſauich debet eſſe pul
uis:quia tota compoſitio hæc,ex pulueribus conſtat. Alioqui non eſſet ſuffuf:quod puluis
interpretatur. Et non ſolum intelligitur ex tritico,hordeo,& huiuſmodi ſimilibus: ſed ex fa K
bis,ciceribus,fœnugræco,& cæteris leguminum,ac ſeminum generibus. Etiam fit ex thure:
& aliis atq; aliis rebus. Vnde legitur apud Auicennam in quinto cañ.tract.de ſuffuf et:uideli-
cet,in deſcriptione Kamiati melonis longi:Sauich de nabach:& ſauich de bdellio. Et apud L
filium Serapionis in ſexto breuiarii:cap̄.xi.ubi ait.Et detur in potu ſauich de meſpilis:aut de
nabach:& ſauich de granis granatorum:& ſauich de malis:abſq; zuccharo. Sed qñ ſimpli-
citer & abſolute legitur ſauich:ſiue polenta:ſemper de hordeo:aut tritico intelligitur. Et M
quaſi antonomaſtice,polenta:ſeu ſauich,intelligitur ex hordeo. Farina autem ex frumen-
to. Vnde in capitulo de coriandro Auicennæ:cum legitur. Et cum farina fabarum,aut ſa-
uich,aut farina ciceris:&c.pro ſauich abſolute(quod eſt polenta)intelligitur farina hordei. N
Polenta quidem(ut nonnullis placet)a polline deriuari uidetur. Polen autem eſt puluis fari
næ ſubtiliſſimus:qui circa molendinum colligitur. Vnde polẽta:quaſi farina ſubtilis: ad po
linis ſimilitudinem. Igitur ſauic alnabach,ſiue anabach,ſiue de nabach:eſt polenta.ſ.farina O
de nabach:&c. Nabach autem,ſiue anabach:&c.non eſt nomen patriæ,ut nõ nulli falſo pu
tauerunt:ſed ſecundum ueritatem(ut probatur conferendo ad inuicem capitulũ.120.Se-
rapionis:quod eſt de Sadar,& nabach:cum capitulo Dioſcoridis de loto arbore:quã in pri P
mo libro poſuit)eſt fructus ipſius loti. Lotus enim apud Arabes(ut legitur apud præfatum
Serapionem:Auicennam:& Raſim:&c.) Sadar,ſeu ſedar uocatur. Fructus autem ipſius ſa-
dar:apud ipſos dicitur nabach. Vnde Serapionis ſadar:eſt arbor:& fructus eius eſt nabach. Q
De quo fructu,conſueuerunt ipſi Arabes facere ſauich. Vt legitur in p̄ſenti ſuffuf:& in præ-
fato kamiato Auicennæ:ac etiam in proprio cap̄.de nabach ipſius Auicẽnæ dicentis. Eſt ſti-
ptica:& proprie eius ſauich. Et infra. Cõfert:&c.& proprie eius ſauich. Et ſimiliter in præ- R
fata authoritate filii Serap̄.& alibi. Ex quo patet,ꝙ nabach nõ eſt Nabathi:ut quidam expo-
ſuerũt:&c. Ponit ẽt Auicẽna aliud capitulũ:quod ĩtitulatur de grano aneſcen:ſiue(ut Bellu-
nenſis traduxit)de hab almẽſem:in quo uidetur deſcribi fructus loti.ſ.nabach:ſi cõfers capi S
tulũ Dioſcoridis de loto arbore:cũ ipſo capitulo de grano aneſcẽ. Sed aiaduertẽdũ ẽt,ꝙ Si-
mon Ianuẽſis Serap̄.interpres,in cap̄.186.errauit:inſcribẽs ip̄m cap̄.nabach. Quod qdem

A cap̄.eſt proprie,& quaſi ad literam,capitulum Dioſcoridis de narcaphtho:ſiue naſcaphtho.
Cuius minus recta tradu ctio,pluribus ex iunioribus anſam ſimiliter errãdi tribuit.Et ibi re-
ctius(ut putamus)ſcribere debuiſſet lahaſaten:uel latine aliquid ſignificans illud:q̃ nabach.
B Et probatur,ꝙ eſt ſuus,& non librariorum error:quoniam eũdem errorem in ſua claui plu-
ribus in locis commiſit.Lotus autem,ſiue lotos arbor(quæ & faba græca:ſiue ſecundũ Ser-
uium,faba Syriaca dicitur)ſi non eſt illa arbor:quæ uulgo Romæ pulſaraca nuncupatur:a
C nobis penitus ignoratur.Sed inclinatur animus ad illam:tum, quia Dioſcorides dicit lotũ
eſſe arborem uaſtæ magnitudinis(Quod quidẽ Plinius.30.capite libri ſextidecimi melius
declarauit:addens,ꝙ in Italia ceraſorum modo fructificat: quod etiãnum.17.cap̄.lib.13.
D dixerat)tum quoq;,quia Hermolaus coralliorum libro:cap̄.de loto arbore:tradit accolas
Padi,ipſam arborem baccam ſyriacam appellare:& ꝙ uulgo Romæ puls ſyriaca uocatur.
Vnde coniectamus,ꝙ corrupto uocabulo,pulſaraca:quaſi puls ſyriaca:a uulgaribus Ro-
E manis hodie dicatur.Præterea quidam frater minor Siculus:cum oſtendiſſemus ei ipſam ar
borem pulſaracam uocatam:dixit nobis:ꝙ in Sicilia uocabatur faba inuerſa.Sed arbitra-
mur ipſum erraſſe:& ꝙ pro faba græca:fabam inuerſam protuliſſet.Quoniam faba inuerſa
F ſecundum iuniores:aliud,atq; aliud eſt.Et ſcias,ꝙ ſub eiſdem uocabulis.ſ.faba græca,faba
ægyptiaca,faba alexandrina,faba baſiria:&c.etiam quædam pondera denotantur.Ex ſupra
dictis igitur colligitur:ꝙ fructus huius arboris pulſaracæ,ſiue puls ſyriacæ:eſt nabach:cu-
G ius ſauich quærit author,in præſenti ſuo ſuffuf.Vnde colligendus eſt ipſe fructus:& præſic
candus:& poſtea molendus:&c. Demũ non ignorandũ,ꝙ loti diuerſa ſunt genera:unde
aliud arboreum:aliud herbaceum:&c.De quibus ſcribit Dioſcorides lib.iiii.Item ex arbo-
H reo,aliud ſpinoſum:& aliud lene:ut in cap̄.Sadar,authoritate Haboaniſæ, Serapio ſcribit.
Item,diuerſum ab iſtis genus pingit Theophraſtus cap̄.x.lib.quarti de hiſtoria plantarum.
Item,ex præfato arboreo genere:aliud magnæ ramorum proceritatis:aliud paruum.item,
I aliud multi fructus:aliud pauci.Et aliud coloratius,odoratius,ſaporoſius,ſiue dulcius alte-
ro.Quãuis hæc & ſimilia accidentia:ſeu differentiæ:teſte Plinio,atq; Hermolao:ex regio-
num diuerſitate,eis adueniãt.item,alterius fructus,abſq; interiori nucleo(qui bonitate præ
K fertur cæteris)alterius uero oſſeus:ut eſt fructus noſtræ pulſaracæ.Et licet in loto arbore o-
mnes præfatæ,aliæq; notæ,& differentiæ reperiantur:attamen non legitur alicuius autho-
ritate,lotos per hyemem non ammittere folia.Hoc nempe dicimus:quia fere omnes iunio-
L res allucinantur,aſſerentes loton eſſe arborem agrifolium,ſiue acrifolium uulgo nuncupa
tam.Nam ipſam arborem agrifolium dictam:oculata fide,toto hyemali tempore, uidemus
ſeruare folia:nec bruma illis utcũq; frigidiſſima nocet.Et ꝙ lotus arbor abiiciat folia:ait Pli
M nius.30.cap̄.libri ſextidecimi.Nec aufert ſolem hyeme decidentibus foliis.Multas & alias
notas omittimus:quibus probare poſſumus:agrifolium non eſſe lotum arborem:Et ꝙ agri
folium non extendit ramos in longum:&c.Ergo lotus,quãuis reperiatur ſpinoſa:non po-
N teſt eſſe agrifolium dictum.Quod putamus rectius dicendũ aquifolium:ſeu aquifolia:quod
qdẽ eſt ilicis genus.Quodq; Theophraſtus primo de hiſtoria plantarũ inter ea genera:quæ
per hyemẽ ſeruant folia cõnumerauit:xv.cap̄.dicens:buxus:ilex:aquifolia:celaſtrus:&c.

O De Charub,ſeu Carnub de ſpinis.

NOnnulli quidẽ ſunt(quãuis errent)tenentes nabach charub de ſpinis:ad unum & idem
referri debere.Pro nabach(ut ſupra iam diximus)intelligẽtes Nabathi.ſ.regionẽ quan
P dam ſic dictam.Cuius & meminit Auicenna cap̄.de Charnub.Ob quã cauſam magis(ut cre
dimus)fuit inclinatus eorum animus,ad tenendum fuiſſe ſecundum ſuam æſtimationem.ſ.
ꝙ pro nabach:ſit intelligẽdum Nabathi.Et ſenſus erit.Charub de arbore ſpinoſa:de illa re-
Q gione Nabathia dicta.Sed re uera,falſa eſt ipſorum opinio.Nec bene quadrat dicere,uel cre
dere,authorem primum ſcripſiſſe regionem:& poſtea ſimplicem.Sed author uult utrũq;.ſ.
ſauich de fructu nabach dicto:& uult etiã Charub de ſpinis.Quoniam utrũq; competit huic
R ſuo medicamini.Carnub aũt,ſiue charub,declarat Bellunẽſis in ſua arabicorũ nominũ inter
pretatione:eſſe xylocaractã ſpinæ:uidelicet in litera Aliẽbut:dicens.Aliẽbut eſt nomen cõe
ad arborẽ ex qua fit pix:& ad plantã,in qua producitur carnub ſeuchi.i.xylocaracta ſpinæ.
S Et Ebeneſis:& oẽs alii Arabes in libris ſimplicium dicunt:ꝙ eſt carnub Nabathi:ſeu carnub
ſpinæ:cuius plãta a terra eleuatur per cubitũ:& eſt ſpinoſa:& eius fructus eſt lõgus,& groſ-
ſus:ad magnitudinẽ dactyli magni:ſed tẽdit ad obliquũ:& noĩatur ſiliqua:ſeu carnub ſpinæ.

Et licet

Et licet tendat ad rotundum ſicut dactylus: tamen ſecundum colorem, & ſemina intrinſeca, A
ſimilatur ſiliquis: ſeu carubiis domeſticis: & communiter uſitatis in cibo. Et Damaſci repeti-
tur huiuſmodi fructus. Hæc Bellunenſis. Verũtamen quia talis fructus de facili nõ poteſt ha
beri. quia in partibus noſtris non reperitur: putamus loco illius fructus, uti noſtris ſiliquis, B
ſiue charubiis, ſiue uaginulis, uel uaginellis nuncupatis, non eſſe malum: quas uaginulas Ap
puli ut Iuuenarienſes: &c. Piſtaczas uocant: quarum arbores in foliis: & fructificatione ma-
xime emulantur caſiæ fiſtulæ arbores. In caudice: & quaſi per totam arborem, ut ficus ægy- C
ptia, fructum producunt. Et quãuis ſemel in anno fructum ferat hmõi arbor: tamen nunquã
eſt abſq; fructu. Etenim ante unius maturationem: alterum .ſ. ſequentis anni formatũ oſten-
dit. in campania autem circa Gaietam, ſunt huiuſmodi arbores admodum paruæ. neq; fru- D
ctus ipſarũ ſunt ita boni: Sylueſtres enim ſunt. Apulienſes aũt ſunt domeſticæ: & meliores.

De Glandibus.

NOn una tantum arbor glandes gerit. Etenim plures ſunt iut quercus, robur, ilex, ſuber, E
& arbuſtum generis aquifolii: quod etiam fert coccum. Eraliæ plures: quas Plinius po-
nit. Sed cum abſolute leguntur (ut hic) ex ilice: uel e quercu ſumi debent. Quãquam in inui
cem, omnes & ſingulæ .ſ. altera pro altera cõmutari poſſunt. Iliceæ tamen, & quernæ, ſunt F
cæteris meliores. Illud idem dicendum de cupulis, ſiue copulis glandiũ abſolute deſcriptis.

De Curt & Tarathit.

SVnt per omnes impreſſiones latinas, & pauca quædam dũtaxat exemplaria, in fine præ- G
ſentis deſcriptionis, duo ſimplicia: quæ in maxima exemplariorum parte non leguntur.
Neq; ſunt in uulgari æditione. Vnde contigit a nobis dubitari: an ſint addita iſti deſcriptio-
ni: an uere ab ipſo authore poſita. Sed quia non uidentur eſſe contraria: nobis uiſum eſt de- H
ſcribere ea: ſignata tamen. Et hac de cauſa etiam non abſtulimus: quoniam filius Serapio-
nis in ſexto breuiarii: cap. xl. quaſi conſimile ſuffuf habet: in quo utrũque recipitur. Sed pro
Curt: ibi legitur: corth. Inquit enim. Et ſi cogeris: da ſuffuf de granis granatorũ: cum corth, I
& tarathit, & granis myrti. Hæc illæ. Curt autem, uel curthi, uel corth, uel curthcuri: &c. plu
ra: ſunt barbara, atq; corrupta uocabula. Rectius tamen putamus legendũ Chard, uel Cha-
rad, uel Karad, ut Bellunenſis in ſuis interpretationibus ſcripſit: quæ eſt arbor acaciæ. Et in- K
telligitur hic pro ipſa acacia: & non pro gummi arabico: ut nonnulli falſo putauere. Pande
ctarius autem, & recentiorum plurimi: in his, & conſimilibus uocabulis, multa confundũt.
De acacia quidem dictum fuit in modo confectionis iacur. De tarathit autem: quod eſt ipo- L
quiſtidos: uide in confectione trociſcorum de terra ſigillata. Ibi etiam diximus: q; hæc duo
poſſunt ad inuicem commutari.

M

Suffuf ad tuſſim antiquam: &c. CCLXXVI.

REgitur mendoſe in præſenti deſcriptione, per omnes impreſſiones: ſupple N
latinas: ſeminis fœniculi. ℥. i. legendum eſt rectius. ℥. ÷. ut eſt in cunctis exem
plaribus antiquis: necnon & in æditione uulgari.

EXPLICIT NONA DISTINCTIO.

A DECIMA DISTINCTIO DE PILVLIS.

¶ Pilulæ Alephanginæ,& eius interpretatio eſt,de
B aromatibus:&c. CCLXXVII.

PILVLAE Alephanginæ,ſeu alefanginæ : idem eſt:quod pilulæ de ſpecie-
C bus : ſiue de aromatibus:ut textus declarat. Pilulæ autem diminutiue, a pi-
la:quaſi paruæ pilæ dicuntur . Coecia,& catapotia etiam uocantur:a uerbo
græco:quod ſignificat deuorare. Quoniam id genus,nõ eſtur, nec lingitur:
D ſed deuoratur. Hæ quidem pilulæ (ut habetur in litera) ſunt ex inuentio-
ne ipſius filii Meſue. Verũtamen nobis uidetur:ꝙ ipſe author noſter in iſta ſua deſcriptiõne
incluſit tres filii Serapionis deſcriptiones pilularum de ſpeciebus: quæ habentur in ſepti-
E mo breuiarii. Quarum tituli ſunt. Pilulæ de aloe,cum ſpeciebus multis. Pilulæ de ſpecie-
bus:diminuto aloe: & Pilulæ de ſpeciebus:cum myrobalanis.Has igitur deſcriptiones ua-
riauit author:ut ſibi uiſum eſt. Vnde huiuſmodi uariationes forſan intelligit eſſe,ex Inuen-
F tione ſua. Hali abbas quoq;,in decimo practicæ,habet pilulas aromaticas.quæ in multis cõ
ueniunt cum iſtis:ſed magis cũ prima deſcriptione filii Serapionis. Et in ſeptimo dictæ pra-
cticæ,capitulo quinto:habet unam aliam deſcriptionem magis differẽtem. Bartholomæus
G Montagnana etiam in ſuo antidotario:habet pilulas de aloe præparato:quæ ſunt multum
cõſimiles iſtis. Præterea:fere omnes impreſſiones habent mẽdoſe in præſenti deſcriptio-
ne : Abſynthii ſicci:roſarum:ana.℥.v. Lege uerius.ʒ.v. Item,ubi legitur in cunctis impreſ-
H ſionibus,ac etiam & in nonnullis exemplaribus,in præſenti deſcriptione:Et quandoq; exi-
git diſpoſitio:ut minuatur ex eis uirtus aloes:uidetur nempe eſſe minus recta circũloquu-
tio. Non enim uult author,ut minuatur uirtus aloes:tanquam ſi uoluiſſet aloen minus bo-
I nam(quod abſit)ſed uult,ut minuatur pondus,ſiue quantitas ipſius bonæ: immo optimæ
aloes. Quod poſtea in ſequentibus probatur:cum dicit. Et tunc ponimus ex eo.℥.iiii. Nam
uirtus aloes(teſte Galeno octauo Miamyr,cum aliis pluribus) minuitur: in ipſius lotione.
K Vnde ſi author uoluiſſet minuere uirtutem eius:non dixiſſet: Et ponimus ex eo:&c. Sed di-
xiſſet: Et lauamus ipſum:&c. Igitur rectius, & clarius lege:ut eſt in multis de antiquioribus
exemplaribus: Et quandoq; exigit diſpoſitio,ut minuatur pondus aloes:&c. Alias quoq; li
L teræ deprauatiões inuenimus in præſenti deſcriptione:quas in receptario correximus : ut
legenti:& cum aliis conferenti liquido patebit.

De Aloe.

M PEr uarios authores:uarie legitur aloe.ſ.maſculino,fœminino,& neutro genere. Opti
mæ latinitatis amatores(ut ſcimus)fœminino,ut plurimum utuntur : & more græco-
rum declinant. Videlicet,aloe,aloes:&c.& tam pro herba:q̃ pro eius ſucco. Barbari autem,
N ſimili modo ut ireos;chamædryos;hypociſtidos:&c. genitiuo tantum,more inflexibilium
utuntur:aloes quaſi ſemper ſcribentes. Herba quidem aloes cognoſcitur : & ſuccus ipſius
non ignoratur:cum ſit ubiq; in frequenti uſu. Cognominatur autẽ hepatica:a colore:quem
O cum hepate communẽ habet:uel quia in operatione ſua:cum ſumitur:non tranſcendit he-
par: Vt Galenus:& cæteri teſtantur. Author enim noſter in ſuo de ſimplicibus faciens capi-
tulum de aloe:Succotrenſem magis laudat. Dioſcorides autem,licet numeret multa loca:
P in quibus aloe naſcitur:tamen non commendat magis unam : q̃ aliam regionem. Excæpit
autem illam dũtaxat:quæ naſcitur in Andro inſula:quæ non eſt apta ad ſuccum extrahen-
dum:ſed ad agglutinanda uulnera,emplaſtri modo appoſita. Vnde ſi non poteſt haberi ſuc
Q cotrina:ex qualibet regione poteſt ſumi:dũmodo non ſit arenoſa,uel nigra,ſeu adultera.a
cum aliis extraneis liquoribus:quoniam huiuſmodi aloen omnino authores deſpiciunt.
De aloe autem caballina,ſiue alterius generis:non eſt opus pertractare:quoniam non ex-
R portantur ad nos amplius. Aloe autem abſolute:ſuccus intelligitur.

De Aloes ablutione.

NOn eſt minima inter Phyſicos, & aromatarios, iurgatio:de lauanda aloe. Et ſunt qui
S uolunt , ut abiiciatur aqua eius : & ſunt qui non : ſed fiat per modum Imbibitio-
nis ſeu nutritionis: & ſunt qui aliter,& aliter tenent. Nos autem dictis omnium bene con-
ſideratis : reſpondemus abſolute : ꝙ ualde errant qui de aloe: & maxime optima atq; ele-

cta:cum

ſta:cum lauant abiiciunt aquam lotionis eius. Immo(quod peius eſt)ſcimus nonnullos ita A
obcæcatos:& a quadam ignorātia craſſa circūuentos:qui lauantes aloen cum aqua ſpecie-
rum: proiiciunt & ipſam aquam: quam nos potius eligeremus, tanquam partem melio-
rem ipſius aloes. Sed qua authoritate muniantur,ut aqua aloes ablutæ ſit abiicienda, neſci- B
mus. At nullus eſt ex fidedignis authoribus:qui hoc dicat. Author.n.noſter,cap̄.de aloe:cū
loquitur de qualitatibus optimæ aloes:nihil dicit de eius ablutione: cum autem pertractat
de aloe non bona:tunc declarat ipſam eſſe lauandam lotione:per quam fiat abſterſio.i.ſepa- C
ratio partiū immundarū. Inquit.n. In aloe aūt quod elōgatum eſt,& declinat a proprietati-
bus bonis:magnificātur hæc tria:quæ diximus:ſupple ſupra:in rectificatione.ſ.ꝙ eſt ex tar-
de ſoluentibus:&,ꝙ non extenditur in corpore:&,ꝙ aperit orificia uenarū:quæ malignita- D
tes,in aloe minus bona,ſunt maiores:q̄ in aloe bona. Vnde ſeqtur corollariū:ꝙ quāto aloe
ſit minus bona tanto maiores illas tres malicias habet. Et ultra dicit author,ꝙ adhuc etiam
eſt conturbatiuū faciens dolorē uentris:& nocet ſtomacho,& hepati,& cætera quæ ſequun- E
tur. Quæ quidē,in optima aloe minime ſunt. Vnde cōſequenter de rectificatione malignæ
aloes ſequitur author dicens. Et nos rectificamus hmōi lauando lotione,qua partiū immun-
darum fiat abſterſio:&c. Quaſi dicat:in aloe bona,nō erat opus hmōi lotionis:& ideo hu- F
cuſq; diſtulimus eam annotare. Similiter & Dioſcorides faciēs duo aloes genera.ſ.unū pu-
rum,bonū,iocineris hns colorem:&c.alterum malum,ſabuloſum,ſiue arenoſum,quod eſt
tanq̄ purgamentum boni:& loquēs in fine capituli,de aloes ablutione.clare patet:ꝙ de ma- G
ligno genere intelligit:cum dicit. Lauatur,ut quod ſit arenoſiſſimum tanq̄ inutile ſubſidat:
& leue ac pinguiſſimum aſſumatur. idem dicit Serapio:authoritate ipſius Dioſcoridis. Igi-
tur in aloē puram,non cadit iſta ablutio. Sciendū etiam,ꝙ ex ſupradictis:intelligēs lector & H
aduertens,pōt percipere:ꝙ non ſolū ex bona aloe:nō eſt abiicienda aqua lotionis eius: ſed
neq; ex mala. Quæ ſi arenoſitatis,uel alteriuſmodi cauſa,ſit mala:ſeu nō pura:lauanda,atq;
purificanda eſt:his ſeu aliis cōſimilibus modis:uidelicet,poſt congruā triturationem,lique- I
fiat per quāoptime incōpetenti aqua pura,& clara. Hinc coletur per ſtamineā raram:ut ſi qd
in ea piloſi,aut paleacei,ſeu(ut barbare loquamur)ſcoſoſi fuerit:una cū calculis maiuſculis:
in ipſa ſtaminea remaneat:& proiiciatur. Deinde quod colatū eſt:poſt modicā quietem (ad K
hoc:ut ſi quid arenoſi habuerit:fundū petat)tranſmittatur in aliud uas diligēter. Et quod in
fundo repertū fuerit ſabuloſum:abiiciatur. Quod aūt purū tranſmiſſum eſt:in ſole ſiccetur.
Sed ſi prima uice non bene purgabitur ex arena,tranſfundatur in aliud uas:&c. donec ha- L
beas aloē mundiſſimam,atq; puriſſimā. Et ſic lauatur optime:& proprie,ad proborū uirorū
mentem. Et omnino non eſt abiiciēda aqua ipſius lotionis. Præterea ad obiectionē aliquo-
rum(quam poſſent afferre)dicentiū. Cum ſit,ꝙ teſte Galeno:ac etiā ipſo filio Meſue,in ſuis M
canonibus:&c. aloe lota minus ſoluat:hoc non poſſe euenire ei:niſi p abiectionē aquæ lo-
tionis eius:credendum eſt. Reſpondemus:Quod cū aloe lota ſiccatur:in ipſa euaporatio-
ne aquæ,& humiditatis eius:euaporat conſimiliter & pars uirtutis ipſius ſolutiuæ. Et ſic effi- N
citur minus ſolutiua:& magis confortatiua. Et ideo non eſt neceſſe,ut abiiciatur ipſa ablu-
tionis aqua. Et ne dicat aliquis:ꝙ per uiam nutritionis(ſicut declarauimus)non eſt lotio:qa
probatur ꝙ ſic. Et primo per præſentem deſcriptionem: in qua author dicit. Et quandoq; O
exigit diſpoſitio ut lauetur aloes prius cum aqua myrobalanorum: &c. Et inferius. Et laua
ultimo cum aqua de ſpeciebus. Et illud idem dicit filius Serapionis,in ſua deſcriptione pilu-
larum de ſpeciebus,cum myrobalanis. Non enim proiiciuntur aquæ myrobalanorum: & P
ſpecierum. Item,in canone de modis lauationum ipſe author noſter dicit. Et lauamus aloē:
non lotus enim:&c.ubi intelligitur per modum enutritionis:& cum aqua ſimplici:quia po-
ſtea ſequitur præciſe de ablutione per uiam abſterſionis: ad differentiam enutritionis. Vbi Q
ait. Et quandoq; lauamus ubi oportet abſtergere partes immūdas. Hinc ſequitur.de lotio-
ne enutritionis aquæ ſpecierum:ad differētiam aquæ ſimplicis præfatæ. Vnde dicit. Et quā-
doq; lauamus aliquid ut magnificetur uirtus eius:ſicut lauamus aloen cum aqua ſpecierum R
aromaticarū:ut magis cōfortet:& cætera:quæ inibi legūtur. Ergo lauatio ſeu ablutio intel-
ligitur ēt per uiā nutritionis. Similiter probatur in libro Bulchaſis:q dicitur ſeruitor:uideli-
cet in.2.tract.ubi de ablutione aloes loqtur: quā poſtea p uiā enutritionis fieri docet. Vbi S
etiānū præcipit aloē ſemp elotā,ſiue pparatā in aqua ſpecierū,eſſe adminiſtrandā,in oībus
confectionibus,& electuariis:in qbus aloe expetitur. Quod qdē laudamus. Tamen ſemper

A intelligitur, ſicut ipſe in fine ſecundi modi ablutionis aloes ſcribit. Videlicet ꝙ tua intereſt:
ut addas, & minuas, ac permutes ex medicinis iſtis: ſecũdum opportunitatem ægritudinis.
Quia non omnes ſpecies indifferenter uni: ac omni competunt infirmitati: Sed hoc potius
B eſt medici: q̃ aromatarii ſcire. Igitur cum dicit author: Et accipe aloes ſuccotrini: lib.i. & la-
uetur in ſcutella lapidea uitreata: cum aqua pluuiali: lauationibus pluribus: deinde exicce-
tur: &c. Intelligit, ꝙ tu accipias aloẽ: & laues illam per uiam abſterſionis partium immũda-
C rum: modo ſupradicto: ſi eſt neceſſe: donec iudicaueris ipſam puriſſimam, atq; mundiſſimã.
Et idcirco author non determinauit uices ablutionis eius: ſed iudicio noſtro illud dimiſit. ſ.
ꝙ ſi non ſufficerit ſemel, aut bis: lauetur ter, & quater, & quinquies, & centies: ſi opus fuerit.
D Et nullo pacto abiiciatur aqua: ſed permittito ſiccari ſemper. Poſtea (ut præcipitur) laua, cũ
aqua ſpecierum: & deſicca: & tere: uel ſerua.

De Decoctione ſpecierum alephanginarum.

E ET licet ſit clarum, ꝙ author dicat in canone decoctionum: ꝙ tibi ſupereſt ſcire medici-
nas: quæ debilem coctionem ſuſcipiunt: & quæ fortem: ac poſtea doceat te cognoſce-
re ipſas: dicens. Omnia enim quorũ uirtus facile reſoluitur: aut ſunt debilis ſecturæ: aut uir-
F tutem habent poſitam in ſuperficie: debili coctione indigent; &c. Et infra dicit. Et quando
permiſcentur medicinæ diuerſarum intentionum: &c. Hinc addit. Et ſi ſit una ex eis debi-
lior, q̃ altera: oportet, ut gradatio in decoctione earum fiat: plus, uel minus: &c. Tamen in
G præſenti deſcriptione, uidetur ſibiipſi contradicere: cum ſcribit ſpecies alephanginas, ſine
aliqua gradatione, bulliendas eſſe in duodecim libris aquæ: uſq; ad duarum partiũ conſum-
ptionem. Nam cum præcipit, ut primum infundantur: certum eſt, ꝙ ipſe author nõ uult in
H ipſarum decoctione gradationem. Et generaliter omnes ſpecies aromaticæ paruam ſubſti-
nent decoctionẽ. Igitur, quid eſt hoc: quod dicit in præſenti deſcriptione? Et certe ſi apud
filium Serapionis: & Hali filium Abbas: & apud Bulchaſim ſimiliter non inueniſſemus: iudi-
I caremus eſſe mendam in codice. Sed filius Serap. & Hali Abbas dicunt, ut bulliant, uſq; ad
medietatem. Quod parum differt. Bulchaſis autem in primo modo conuenit cum iſtis: ut
bulliant uſq; ad medietatem: in ſecundo autẽ modo: ſicut author noſter ſcripſit. Vnde pro-
K batur ꝙ non errore: ſed omni diligentia: & bono modo: quo debuit, hoc eſſe factum. Qua
in re ſciendum: ꝙ non eſt regula generalis tam abſoluta: ꝙ aliquam non patiatur exceptio-
nem. Igitur a generali regula decoquendi gradatim medicinas: excipitur decoctio ſpecierũ
L alephanginæ: pro lauanda aloe: quæ aliter eſt faciẽda: ut textus declarat. Et hac de cauſa (ut
arbitramur) authores permittunt diu bullire has ſpecies: ut ſi forte in eis ſit aliqua pars non
confortantis uirtutis: remoueatur ab ipſis: & ſic poſtea ſint magis confortatiuæ. Vt exempli
M gratia: ſupra diximus de myrobalanis: qui magis bulliti: ſunt minus ſolutiui: & plus confor
tatiui: & econtra. Vnde authores uolentes confortare aloẽ: neceſſario habuerunt perdere
alteram ipſarum ſpecierum partem. ſ. non confortantem. Et hac intentione non contradi-
N cit ſibiipſi author: & debet fieri, ut ipſe præcipit. Species autẽ aleſanginæ quæ ſint: ſupra. ſ.
in prima mina, declaratæ fuerunt.

O ℂ Pilulæ ſtomachicæ: &c. CCLXXVIII.

EST in præſenti deſcriptione per omnes impreſſiones unus error, uidelicet,
P ubi legitur: Abſynthii, Scammoneæ: ana. ℥.iii. Lege rectius. ℥.iiſ. ut in cun
ctis exemplaribus inuenimus. Sciendum etiam, ꝙ uniformiter in omni-
bus codicibus, tã impreſſis, q̃ manuſcriptis: legitur in præſenti deſcriptio-
Q ne, hieræ picræ. ℥.vii. Luminare maius autem habet. ℥.viii. quod, uel libra-
riorum uitio (ut putamus) uel quomodocũq; factum ſit: non recte manet.
item, lege epithymi cretenſis: ut habetur per omnes fere codices tam manuſcriptos: q̃ excu
R ſos: non autem hortenſis: ut Chriſtophorus de honeſtis allucinanter ſcripſit: ac declarauit.
Præterea, neſcimus, quam ob cauſam, author noſter poſuerit pilulas ſtomachicas, & ſimi-
liter alandahal, & de rheubarbaro, ſiue de raued, & de Serapino, hincinde diſperſas per præ
S ſentem diſtinctionem: & non iunctim omnes uni titulo in unum: ut de aliis fecit. Nam in-
fra habet quinq; alias pilularum ſtomachicarum, ſiue (ut mauis) ſtomaticarũ deſcriptiones:
de quibus locis ſuis. Etiam capitulo de cura ſodæ a permiſtione coloræ nigræ: & flegmatis:

habet

habet unam aliam deſcriptionem: omnes tamen ſunt differentes. Ioannes Serapionis in. 7. A
unam tantum habet deſcriptionem, authoritate Gabrielis, ſub hoc titulo: ſed ſupra, & infra
ipſam, habet plures alias deſcriptiones: quæ faciunt ad diuerſas ſtomachi infirmitates. Aui-
cenna autem in quinto cañ. authoritate Alkindi, habet unam deſcriptionem ualde differen B
tem. item Petrus Apponus, ſiue de Ebano: capitulo de medicinis materiam a ſtomacho re-
pellentibus: ponit plures pilulas facientes ad ſtomachum: inter quas etiam & præſentẽ de-
ſcriptionem habet: diuerſam tamen in aliquibus paucis: & ſub diuerſo titulo: Hic eſt. Pilu- C
læ purgantes ſtomachum, ab omni ſuperfluitate: &c. Pro tribus myrobalanis autem: intel
lige citrinos, chebulos, & indos. Qui quidem, unico capitulo tantũ, ab authore noſtro de-
ſcribuntur. Lege de ipſis in confectione Hamech ſecunda. D

Pilulæ aggregatiuæ ex inuentione noſtra: &c. CCLXXIX.

E

CVm dicit author. Ex inuentione noſtra: declarat ipſas, apud alios nõ eſſe quæ-
rendas. Sunt etenim & in iſta deſcriptione aliqua emendanda. Et primum ui-
delicet: ubi per impreſſiones legitur. Recipe myrobalanorum citrinorum, ra F
ued ſeni: ana. ʒ. iii. rectius lege ana. ʒ. iiii. Secundũ: ubi per nonnullas impreſ-
ſiones legitur. Succi eupatorii, ſucci abſynthii: ana. ʒ. ii. Lege uerius ana. ʒ. iii.
Vt cuncta exemplaria habent. Tertium: ſciendum, ꝙ cũcta excuſa uoſumina habent in præ G
ſenti deſcriptione: turbith boni, aloes: ana. ʒ. vi. Lege melius ana. ʒ. vii. Vt in maiori parte
exemplarium inuenimus. Et certe ſi author poſuiſſet. ʒ. vi. Feciſſet unum ana, cum ſcamo-
nea: cuius ſimiliter. ʒ. vi. recipiuntur. Item ſciendum, ꝙ electuarium roſatum cum quo con H
ficiendæ ſunt iſtæ pilulæ: ex deſcriptione ipſius authoris, & non alterius ſumendum eſt. Cu
ius titulus eſt. Modus electuarii roſati: &c. De quo quære ſupra. Præpoſuit author hanc ſuã
confectionem: tãquam alius nobiliorem, & meliorem: quæ ubiq; habetur in uſu. Quãquam I
& ſequentes etiam, a nonnullis quandoq; parantur.

Pilulæ aggregatiuæ maiores: &c. CCLXXX. K

SVnt & in iſta deſcriptione per impreſſos codices quatuor mendæ. Prima ui
delicet, deſunt in primo ana myrobalani bellerici. Sic enim legendũ eſt. Re- L
cipe bdellii: myrobalanorũ nigrorum, bellericorum, & emblicorum: &c.
Vti cuncta exemplaria habent: necnon & uulgaris æditio: & Luminare ma-
ius: & Nicolaus Præpoſitus. Secunda: Ante cinnamomum, deeſt zinziber. M
Lege rectius ſic. Zinziberis, cinnamomi, cardamomi: &c. Tertia eſt: ꝙ ubi legitur: penidia-
rum albarum. ʒ. iiii. legẽdum eſt. ʒ. x. ut exemplaria ipſa teſtantur. Quarta autem eſt: ꝙ in fi-
ne huius deſcriptionis, per omnes impreſſiones legitur. Et unge manus tuas cum oleo ſam N
bucino. Quod oleum apud nullum authorum legitur. Nec illud quod falſo legitur in ulti-
ma diſtinctione huius antidorarii, per omnes eoſdem impreſſos libros, eſt oleum ſambuci-
num: ſed eſt oleum ſambacinum: ſiue ſaubacinum. Quod quidem petit author in præſenti O
deſcriptione: ut probari poteſt per multa exemplaria: in quibus tam hic: q̃ ibi legitur aper-
te, & clare: oleum ſambacinum. Et in nonnullis (quod putamus minus recte) ſaubacinum: &
non ſambucinum. Plures nempe in affinitate uocabulorum ſæpe decipiuntur. Sambac au- P
rem ſiue zambac, ſiue ſadbac, eſt illud: quod & ſcribitur: & uulgo profertur ieſminum, ſeu iaſ
minum, ſiue magis barbare ieſemin, uel iaſmin: uel ſecundum Raſmi tertio cap. antidotarii
ſeparati: ieceminum. Cuius planta, ſecundum Serapionem, & Auicennam, trium generum Q
eſt. ſ. ꝙ quædam fert flores albos: quædam citrinos: & quædam purpureos, ſiue lazulinos.
Apud nos autem non niſi album iaſminum cognoſcitur: quod quidẽ in uiridariis, opere to-
piario, ad decorem, a multis colitur. Sed aduerte, ꝙ apud Auicennam in quinto cañ. nõ po R
nitur capitulum de ſambuco: & illud quod falſo inſcribitur de ſambuco: eſt capitulum de iaſ
mino. Vnde legendum eſt ibi: de ſambuco, ſiue de iaſmino: ut Bellunenſis emendauit. Et le-
genti, & conferenti ipſum capitulum: cum capitulo de iaſmino Serapionis, non eſt dubium. S
Oleum autem ſambacinum: hoc eſt de iaſmino: a multis commemoratur: ut, præter autho-
rem noſtrum, a Dioſcoride in primo libro: de quo facit capitulũ. Et petitur in præſenti de-

A ſcriptione:& in unguento de bdellio:ubi ſimiliter impreſſiones deprauatæ ſunt:ut ibi dice-
mus. Et legitur etiam in capitulo Serapionis de ieſemin. Et ponitur quoq; a filio Serapionis,
in pluribus deſcriptionibus ſui antidotarii. Et habetur in ſecundo cañ. Auicennæ capitulo
B de ſambaco:quod falſo(ut diximus)inſcribitur de ſambuco. Ac etiam notatur ab ipſo Aui-
cenna cap̄.de nefrin uel neſrin:ſiue neſerin:quod eſt de roſa parua,ſylueſtri,alba: uulgo di
cta damaſcena,ſeu damaſchina:& a nonnullis roſa muſcatella dicitur. Vbi aſſerit neſrin eſſe
C in uirtute ſambaci:debilius tamen:& oleum eius eſt proximum uirtuti olei ſambacini:quā-
uis debilius:quod quidem etiam dicit Serapio, authoritate Meſarugie in cap̄.de neſrin.ſ. ꝙ
eſt ſimile in uirtute ſua ieuſemin. Vnde ſciendum:ꝙ in defectu olei ſambacini poſſumus uti
D oleo de neſrin.i.de roſis damaſcenis,ſiue muſcatellis præfatis. Item:notatur in eodē ſecun-
do cañ. Auicennæ capitulo de oleis:& in qnto cañ.ipſius.ſ.in deſcriptione olei de euphor-
bio. Et alibi. Item apud Raſim in antidotario ſeparato.ſ.in compoſitione olei citri:recipitur
E oleum zambac:quod idem eſt:quod oleum ſambacinum:&c. Oleum autem ſambucinum
(ut diximus)adhuc nuſquā legimus:niſi errore poſitū pro ſambacino:ut hic:&c. Lege igi-
tur rectius. Et unge manus tuas,cum oleo ſambacino.
F

ℂ Pilulæ aggregatiuæ minores:&c. CCLXXXI.

G Mendoſe legitur per oēs impreſſiones,in pn̄ti deſcriptione. Recipe myrobala
norū:&c.ana.ʒ.iii. Cū rectius ſit legēdū:ana.ʒ.iiii. Vt habetur in antiqa exem
plaribus. Et ſimiliter habet Petrus Apponus:q ponit pn̄tē confectionē autho
H ritate iudæi:in cap̄.de medicinis materiā a ſtomacho repellētibus. Cuius titu
lus eſt.iudæus.Pilulæ cōfortātes ſtomachū:&c. Sed abſq; raued ſeni:& addi-
tis ſucci roſarum.ʒ.iii. Ponitur & ab Auicenna in quinto cañ.præſens deſcriptio authorita-
I te filii Hilgebē:ſed differt in pōderibus.nec habet raued ſeni. Præterea:legitur in fine hu-
ius deſcriptionis: Confice cum ſucco apii:& da.ʒ.ii.cum aqua calida. Illud cum aqua cali-
da:in maiori parte exemplarium:nō legitur. Vnde putamus:ꝙ uel eſt additio librariorum:
K uel eſt mēda in codice:ut ſimiliter eſt in ſequētibus pilulis de eupatorio.Et ſic forſan intelli-
gat author ipſas pilulas conficiendas eſſe cum ſucco apii:uel cum aqua calida. Nam & Aui-
cenna cum ſimplici aqua ſuas informat. Et tunc ſic,eſſet legendum. Cōfice cum ſucco apii:
L uel cum aqua calida.& da.ʒ.ii. Nos aūt tanquā ſuperfluum deleuimus ab ipſa deſcriptione.

ℂ Pilulæ de Eupatorio maiores:&c. CCLXXXII.

M

Haec quidem pilularum deſcriptio ponitur a filio Serapionis in.7.in princi-
pio capituli decimiſeptimi,quod eſt de pilulis:ſed in his tantum diſcordat ab
N iſta. Videlicet,ꝙ habet aloes.ʒ.iii.author noſter.ʒ.v.Itē Raued ſeni.ʒ.ii.au-
thor autem noſter.ʒ.iii.÷. Præterea:Peruerſe legitur in fine præſentis deſcri-
ptionis. Confice cū ſucco endiuiæ:doſis eius eſt.ʒ.ii.cum aqua caſei. In exē-
O plaribus antiquis autem,ſic rectius legitur.Confice cum ſucco endiuiæ:uel cum aqua caſei.
doſis eſt.ʒ.ii. Et ſic (ut credimus) eſt ſecundum ueritatem. Filius Serapionis aūt,habet ſim-
pliciter cum aqua endiuiæ.
P

ℂ Pilulæ de Eupatorio minores:&c. CCLXXXIII.

Conſimiliter ut in præfata:eſt & in fine præſentis deſcriptionis. Immo peruer
Q ſiſſime legitur.Confice cum aqua apii.da.ʒ.ii.& in alio cum aqua endiuiæ. In
maiori parte exemplarium antiquorū ſic inuenimus:uidelicet. Confice cum
aqua apii:uel cum aqua endiuiæ:& da.ʒ.ii. Et in nonnullis ſic. Confice cum
R aqua apii:uel cum aqua caſei:aut cum aqua endiuiæ:& da.ʒ.ii. Et huiuſmodi
lectionem credimus eſſe ueriorem. In tribus uero ex ipſis exemplaribus:nec aqua caſei:nec
aqua endiuiæ legitur. Sed ſimpliciter ſic. Confice cum aqua apii:& da.ʒ.ii. Filius Serapionis
S quidem:& Auicenna:ille in ſeptimo,& iſte in quinto habent iſtāmet deſcriptionē:ſed abſq;
raued ſeni:& abſolute conficiunt cum aqua apii.Hali Abbas autem in.x.practicæ,ſub titulo
Pilularum gafeti:habet unam deſcriptionem:diuerſam tamen ab iſtis.

¶ Pilulæ de Rheubarbaro:&c. CCLXXXIIII. A

AD diuerſas intẽtiones:diuerſas author noſter pilularum de rheubarbaro po
ſuit deſcriptiones. Et ut ne quis decipiatur in eis:alteram deſcriptionem ac- B
cipiendo,pro altera:uariauit etiam & ipſarum inſcriptiones. Et has præſen-
tes pilulas de rheubarbaro:illas autẽ,quæ ſunt infra,de raued titulauit. Ete-
nim bene ſciens ipſe,ꝙ rheubarbarum:& raued ſunt idem:ne quiſpiam ſuſpi C
caretur ipſum,imprudenter:ſeu ignoranter hoc feciſſe:titulans iſtas de rheubarbaro:ſcri-
pſit poſtea: Recipe raued:&c. Vnde ſciendum:ꝙ pro pilulis de rheubarbaro abſolute(ſup-
ple ipſius) ſemper iſtæ debent intelligi:& non illæ quæ dicuntur de raued. Et econtra, illæ D
ſemper de raued:& non iſtæ. Petrus Apponus nempe auctor libri filii Meſue:in fine capitu-
li de ægritudinibus,& opilationibus hepatis:habet unam deſcriptionẽ pilularum de rheu-
barbaro:differentem tamen ab iſta. Raſis quoq; in antidotario diuiſionum:capitulo de me- E
dicinis hepatis:habet unam,ſimiliter differentem. Et in nono ad Almanſorem : capitulo de
hydropiſi.habet pilulas de raued:quæ ſimiliter differunt ab infraſcriptis:& ab iſtis. Sed filius
Serapionis in ſeptimo habet eandem præfatam,& infraſcriptam deſcriptionem pilularũ de F
raued:in quibuſdam tamen paucis differentem: Et in eodem capitulo,habet etiam iſtãmet
deſcriptionem pilularum de rheubarbaro:in aliquibus ſimiliter differentem. Sed nõ inſcri-
bitur de rheubarbaro. Et proprie eſt ſecunda deſcriptio,in ordine ipſius capituli de pilulis. G
Bartholomæus à Montagnana in ſuo antidotario:cap̃.de pilulis:habet pilulas rheupontì-
ci:quæ(ut putamus)non intelligendæ ſunt de rheubarbaro:quoniam ipſe forſan uulgares
ſequutus:non tenebat rheuponticum eſſe rheubarbarum. Quod probatur in eodẽ ſuo an- H
tidotario:capitulo de electuariis.ſ.ꝙ in electuario ad coleram praſinam:utrũq; deſcripſit.ſ.
rheubarbarum:& rheuponticum: Quod nuſquã ab alio priorum legitur eſſe factum. Vnde
dictas pilulas potius ſuſpicamur eſſe de maiori centaurio:ꝗ de rheupontico. De ꝗbus mox I
dicemus. Præterea,aliquæ impreſſiones habent mendoſe in præſenti deſcriptione:Myro-
balanorum citrinorum.ʒ.iii ÷.Verius eſt.ʒ.ii ÷. Vt in cæteris impreſſionibus:& cũctis exem
plaribus legitur. K

De Rheubarbaro,Rheupontico,& Raued.

SVpra uires noſtras equidem labor eſt:de rheubarbaro pertractare. Sed neq; fas erit ip-
ſum abſq; declaratione pertranſire. Et quãuis rhaponticum,ſiue rheuponticum nõ no L
minetur in iſta deſcriptione:tamen & de ipſo neceſſarium eſt aliqua conſcribere:ob melio-
rem rheubarbari declarationẽ. Rheubarbarum igitur,ſiue(ut mauis)rhabarbarum:ſi ue-
ritati uolumus adhærere:idem eſt:quod rhaponticum.i.rheuponticum. Differentia.n.quæ M
eſt inter ipſa:eſt diuerſitas locorum. Vnde pro rheu:ſiue rha,ſiue raued,uel rauet:ſemper in-
telligitur genus radicis illius:quod uulgo rheubarbarum nominamus. Quod quidem,ſi na
ſcitur in Ponto:dicitur rheu,uel rha ponticum. Si autem in Barbaria habet ortum ſuum:di- N
citur rheu,uel rha,uel raued,uel rauet barbarum. Si uero in Turchia:nominatur rheu:&c.
turchium:uel turchicum. Et ſi in ſeni,uel ſini,ſeu ſceni:uocatur rheu,ſeu raued ſeni,uel ſini:
&c. Quod & teſtatur ab authore noſtro:capitulo de rheubarbaro:dicente. Ex ſpeciebus ra- O
uet,aliud eſt quod naſcitur in India:& eſt rauet ſceni:& aliud eſt rauet barbarum:& aliud eſt
rauet turkium. Et ſimiliter a Simone Ianuenſi,& Pandectario:in litera raued. Iſidorus quoq;
capitulo nono libri decimiſeptimi Etymologiarum : ait. Rheubarbarum,ſiue rheuponti- P
cum,illud quod trans Danubium,in ſolo barbarico:iſtud quod circa pontũ colligitur no-
minatum eſt. Rheu autem radix dicitur. Rheu barbarũ ergo,quaſi radix barbara:rheu pon-
ticum,quaſi radix pontica. Hæc Iſidorus. Celſo enim abſolute radix pontica dicitur. Differt Q
etiam rha ponticum:a rha barbaro:in hoc.ſ.ꝙ ponticũ(ut Dioſcorides:& Plinius tradunt)
eſt inodorum:& ualde leue:barbarum autem,eſt odoratiſſimum:& põderoſius. Et hoc non
magni facimus:quia plurima ſunt:Theophraſto teſte. quæ recentia,minimum:aut nullum R
habent odorem:ſicca autem,ſunt odoratiſſima:& econtra. Vt exempli gratia. Radicem gen
tianæ,omnes ſcribunt inodoram eſſe:ſed de recenti.ſ.uirenti intelligunt:quæ certe(ut plu-
ries experti ſumus)cum eſt recens:quaſi nullum habet odorem:ſicca autem maximum:& S
non ingratum ſpirat odorem. Et ſimiliter eſt iris:& alia plura. Vnde poteſt eſſe forſan:ꝙ rheu
barbarum recens ſit inodorum:etenim ad nos nũquam exportatur uirẽs. Non obſtante,ꝙ

A Manardus dicat in ſuis Epiſtolis:ſe habuiſſe uerum rheuponticum inodorum: forſan ſi ha-
buiſſet & rheubarbarũ ita recens:ſicut & ponticum habuit: probaſſet ẽt ipſum non ita odo-
ratum eſſe. Rauet aũt ſeni,eſt ut barbarũ:ſed melius & electius: Teſte ipſo authore nr̃o:quod
B ad nos amplius nõ defertur. Raued barbarũ tantum conuehitur:& hoc aliqñ uitiatum. Per
rheu turchiũ uero,putamus authorem nr̃m intellexiſſe rheuponticũ:qm̃ aliter rheuponti-
cũ nõ deſcripſit. A Plinio rhacoma.ſiue rhecoma ſcribitur. Igitur pro rheupontico,& rheu
C ſini:optime ſubſtituitur hoc rheubarbarũ:quo utimur. Præterea:quia doctorũ ſuper his, &
præſertim iuniorum:uariæ ſunt opiniones:eas ſtudioſis legendas dimittimus. Concordant
tamen nobiſcum Ruellius:& Gulielmus Puteanus(qui aduerſus Manardum, & Leonardũ
D Fuchſium,longa diſputatione comprobauit rheubarbarum,a rhapontico nõ differre:niſi
natali ſolo)& alii plures. Animaduertendum autem:ꝙ pro rheupontico non intelligimus
hoc:quod falſo ſic nominant hodie uulgares:quod quidem nõ e Ponto:ſed ex Montegar-
E gano Apuliæ:& aliis locis affertur:quod certiſſime eſt centaurium maius. Quãuis Braſau-
lus aliter ſentiat. Sed rheuponticũ dicimus illam ſpeciem rheubarbari(ut ita dicamus)quæ
in Ponto naſcitur. Apud Aetium autem,& Actuarium,& nonnullos græcorum:legitur ali-
F quando in ſuis compoſitis rhabarbarum,radix pontica,rheu indicum:&c.

¶ Pilulæ de Alchechengi. CCLXXXV.

G

IStarum pilularum deſcriptio:(ut putamus)non eſt ex propria authoris no-
ſtri inuentione:quia licet legatur in textu: ex inuentione noſtra(quæ uerba
H poſſunt eſſe addita ab aliis:ad ipſum textum)ponitur tamen a filio Serapio-
nis in ſeptimo quaſi ad literam:& locatur tertio loco,in capitulo pilularum.
Cuius titulus eſt. Pilulæ,quæ cõferunt ad febres antiquas:&c. Item: ponitur
I ab Auicenna in quinto cañ. & titulus eius eſt. Pilulæ conferentes ad febrem cronicam: &c.
Præterea:intitulantur hæ pilulæ de Alchechengi:quarum inſcriptio,uel eſt mendoſa(quo-
niam poſtea non legitur alchechengi in tota deſcriptione:& neq; in filio Serapionis neq;
K in Auicenna eſt huiuſmodi titulus) uel author per aquam ſolatri(cum qua conficiuntur
ipſæ pilulæ)intellexit ſuccum alchechengi:quod eſt ſpecies ſolatri. Et ſic per ipſam aquam
ſolatri:qui eſt ſuccus:ut in Auicenna clare patet: intelligendus eſſet ſuccus alchechengi:
L quod quidem nobis non diſplicet. Verũtamen ſic dimiſimus:quia ſic inuenimus,in exẽpla-
ribus antiquis etiam. Item ſciẽdum:ꝙ præter unam:quæ eſt de modernioribus: omnes ex-
cuſiones,quas uidimus: habent in iſta deſcriptione mendoſe excuſum: Caſiæ fiſtulæ. In præ
M fatis cunctis exemplaribus autem legitur abſolute: Caſiæ:& ſtat pro caſia lignea,uel eius ſpe
cie:quoniã filius Serapionis loco caſiæ:habet Seitaragi. quo nomine(ut ſuperius diximus)
quædam ſpecies caſiæ ligneæ etiam nuncupatur. Auicẽna autem nihil eo in loco habet. Et
N licet pro caſia fiſtula,quandoq; intelligenda ſit caſia lignea:tamen pro ſimplicioribus: qui fa
cillime in æquiuocis peccant:non eſt bonum ut ſcribatur cũ additione fiſtulæ. Per uenas
liquiritiæ:intellige radices illius. Filius Serapionis autem,& Auicenna in tali loco:ſuccum
O liquiritiæ habent:quod putamus melius.

¶ Pilulæ ad febres antiquas:inuentione Philagrii: &c. CCLXXXVI.

P

POnuntur hæ pilulæ ab authore noſtro: inuentione Philagrii. Habentur au-
tem in ſeptimo filii Serapionis,ſub eodem titulo: ſed nõ ex inuentione Phi
Q lagrii. Differunt tamen in quibuſdam ponderibus: nec recipiunt trociſcos
de rheubarbaro. Præterea ſciendum:ꝙ in præſenti deſcriptione,per omnes
impreſſiones,deſunt myrobalanorum chebulorum. ʒ.iii. In cunctis.n.exẽ-
R plaribus inuenimus: & ſimiliter ſunt in deſcriptione filii Serapionis,quapropter reſcriben-
dæ ſunt in ipſis impreſſionibus. Et debẽt locari poſt trociſcos de rheubarbaro:ſic uidelicet.
Recipe trociſcorum diarhodon,trociſcorum de rheubarbaro:ana. ʒ.iiii. myrobalanorum
S chebulorum. ʒ.iii. ſucci eupatorii:&c. Item:ubi legitur in ipſis impreſſis libris:ſalis indi. ʒ.
i ÷. Lege rectius. ʒ.i.quia ſic eſt ſecundum ueritatem in præfatis exemplaribus: & ſic etiam ha
bet filius Serapionis.

Pilulæ indæ quas ſcripſit Hali:&c. CCLXXXVII. A

VBi Hali Abbas deſcribat has pilulas:adhuc nõ ualuimus inuenire. Vel for-
ſan eſt alrer Hali:cuius operibus caremus.Et ꝙ fuerit alter huius nominis: B
præter filium Abbas:poteſt coniectari ex uerbis ipſius authoris noſtri, in
cap̃.de ſarcocolla,dicentis. Confectio pilularum ex ſarcocolla:quas fe-
cit Hali ſenex. Senẽ forſan poſuit,ad differentiam alterius iunioris. Et ſimi C
liter Hali filius Abbas,forſan ſic cognominatur ad differentiã alterius Ha-
li non filii Abbas. Ponit quoqꝫ author præſentem deſcriptionẽ,capitulo de helleboro. Vn-
de rationabiliter poſſunt etiam dici:pilulæ de helleboro. Non obſtante,ꝙ ipſæ deſcriptio- D
nes uarient,in quibuſdam,inter ſe. Etiam quaſi conſimilem deſcriptionem, authoritate Sa-
bor heben Girges,habet ipſe author in capitulo de ſoda frigida ab humore melãcolico. In
quinto cañ.Auicẽnæ autem ſunt pilulæ indæ factæ cum muſco.Et in ſeptimo filii Serapio- E
nis ſunt duæ deſcriptiones pilularum indarum:& una ipſarum fit cum muſco.Quæ omnes
ſunt ualde differentes ab iſta filii Meſue. Sunt præterea:in præſenti deſcriptione aliqua emẽ
danda. Et primo ubi legitur per omnes impreſſos codices. Agarici:&c.ana.ʒ.iiii. Legendũ F
eſt ana.ʒ.iii. Item,in nonnullis ex ipſis impreſſis codicibus:in quibus legitur:Epithymi, ſti-
cados,ana.ʒ.v.legendum eſt.ana.ʒ.vi.quia ſic inuenimus eſſe ſecundum ueritatẽ. Nicolaus
præpoſitus autem in iſta deſcriptione:præter epithymum:habet & thymum:qui apud nul- G
lum aliorum legitur:deleatur ergo.

Pilulæ Alandahal Hermetis:&c. CCLXXXVIII. H

PEr impreſſos nãqꝫ libros,præſens deſcriptio,in quibuſdam clauſulis,ita con
fuſe legitur:ꝙ uix aromatarii utcũqꝫ periti:poſſunt capere uerum ſenſum
ipſius:& rectam authoris intentionem:de modo conficiendi ipſas pilulas. I
Etenim exemplaria antiqua ſic rectius & clare habent.Omnia,præter lauda-
num:& maſticem,terantur:& cribrellentur:& in unum miſceãtur.Maſtix ue
ro diſſoluatur cum pauco oleo nucum:& liniantur cum eo ſpecies cribrellatæ. Deinde cũ K
laudano conficiantur in mortario:terendo ea cum piſtillo calido:& fiãt pilulæ groſſæ: &c.
Infra author ponit aliam quaſi ſimilem deſcriptionem:ſed abſqꝫ hiera:& maſtice. Et inferius
habet aliam diuerſam deſcriptionem:ſub cognomine de coloquintida. L

De Laudano.

QVa planta Ladanum,ſiue laudanum colligatur: a Dioſcoride clare deſcribitur. Ex
ciſti enim.ſ.barbæ hircinæ genere cõſtat:longioribus,ac ſtrictioribus foliis.Quod M
quidem (ni fallimur)ſæpe uidimus in italia. Sed tam paruam pinguitudinem generat:ꝙ nõ
colligitur ex eo laudanum. E Cypro inſula optimum habetur:ſed ad nos raro non adulte-
ratum conuehitur. Qui emunt igitur animaduertant:ut purum emãt. Quod eſt:ut ſit ſub- N
uiride,molle,pingue,reſinoſum,odoratum,nihil habens arenæ,ſeu alterius immundiciæ.
Reperitur quãdoqꝫ ſcriptum ſub noĩe conſitæ:ut eſt infra.ſ.in emplaſtro Oribaſii.Legeibi.

O

Pilulæ de Sarcocolla:& ſunt pilulæ Hali:&c. CCLXXXIX.

HAs nempe pilulas ad literam ponit author,In capitulo de Sarcocolla: ex au- P
thoritate Hali ſenis. Vbi dicit:confectio pilularum ex ſarcocolla:quas fecit
Hali ſenex:&c.Vnde probatur titulus præſentis deſcriptionis,per impreſſos
libros,eſſe deprauatus:& pro Hali impreſſum eſt albæ. Plura etenim adhuc Q
extant exemplaria:quæ habent clare per literas Hali:& nonnulla abbreuia-
te. Hal.uel ſic.al.ex quibus error originem ſumpſit.

De Sarcocolla. R

SArcocolla gummi eſt arboris in Perſide naſcentis:ut inquit Dioſcorides. Sed a noſtro
authore,in proprio capitulo,additur,ꝙ eſt ſpinoſa:& nõ admodum magna:ſed tãquã
frutex:& ꝙ eſt duum generum.ſ.alterum album:& alterum ſubcitrinum:& ꝙ potentius eſt S
albo ſubcitrinum. Subcitrinum putamus poſuiſſe,pro ruſo:quoniam Dioſcorides ſarco-
collam rufam eſſe dixit. Auicenna quidem,ut author noſter,loquutus eſt. Plinius autẽ ca-

A pitulo. 14. libri. 24. dicit: Vetuſtate ſarcocollam maxime nigreſcere: addéſq; candidiorem
eſſe meliorem. Et libri. 13. cap̄. xi. ſcripſit: Sarcocollæ gummi candidum eſſe melius: q̄ ru-
ſum. Et Idem dicit Serapio, authoritate Abix. ſ. ꝙ albior eſt melior. Ex quo, ſi uetuſtate ni-
B greſcit: ergo quanto albior, tanto recentior: & ſi albior eſt melior: ergo quãto recentior: tan
to melior. item, concordat author noſter cum Dioſcoride, de amaritudine: amarioréq; cõ-
mendans. Et illud idem dicit Serapio: authoritate Dioſcoridis, & Galeni. Plinius uero, aſſe-
C rit ipſam cum quadam acrimonia eſſe dulcem. Nos autem in hoc ſimplici, potius credimus
Dioſcoridi, & Galeno: & per conſequens Authori noſtro: q̄ Plinio. De huiuſmodi uero, &
cæteris ſimplicibus externis: malam poſſumus habere cognitionem: ex quo uelimus, noli-
D mus: oportet nos de eis, negociatoribus præſtare fidem. Adulteratam ut plurimũ nobis uen
dunt: quoniam ut ipſi de ſe teſtimonium perhibent: ab infidelibus puram nequaquam eme
re ualent.

E

¶ Pilulæ fœtidæ maiores: &c. CCXC.
¶ Pilulæ fœtidæ minores: &c. CCXCI.

F FEre per omnes impreſſiones, eſt una menda in prima iſtarum deſcriptionũ. ui-
delicet ubi in ipſis legitur. Scammoneæ. ℥. iiii. legendum eſt rectius. ℥. iii. ut per
cuncta exemplaria habetur: & per deſcriptiones filii Serapionis, & Auicennæ
G probatur. Qui duplicato pondere ſcribentes, habent ſcammoneæ. ℥. vi. Au-
thor enim noſter in ſumma quarta de ægritudinibus neruorũ: habet quatuor
pilularum fœtidarum deſcriptiones: binas uidelicet, & binas. ſ. maiores, & minores: quæ in
H aliquibus cum iſtis non conueniunt. Filius Serapionis in ſeptimo habet maiorũ deſcriptio-
nem, ſimilem huic: præter q̄, ꝙ non habet hæc quatuor ſimplicia. ſ. hermodactylum, aiſce-
bram, turbith: & zinziber: & recipit minorem euphorbii portionem: ſi ipſa deſcriptio non
I eſt aliquo modo deprauata. Habet quoq; duas minorum deſcriptiones: quarum prima, ad
literam conuenit cum iſta minori. Auicẽna autem in quinto cañ. habet quatuor deſcriptio-
nes: quarum tituli ſunt. Pilulæ fœtidæ magnæ, fœtidæ maiores, fœtidæ minores, & fœtidæ
K Alkindi. Maiores autem, & minores: ad unguem ut filius Serapionis poſuit. Dempto ꝙ mi-
nores non habent myrrham. Raſis uero in nono ad Almanſorem: cap̄. de Paralyſi, habet pi
lulas fœtidas: & in antidotario diuiſionum: cap̄. de medicinis ad torturam: eaſdem poſuit:
L ſed cum additione maioritatis: & differunt ab iſtis: in multis. Hali Abbas quoq; in. x. practi-
cæ ponit duas deſcriptiones ſimiliter differentes. Etiam Arnaldus a Villanoua in ſuo antido
tario habet duas deſcriptiones, iſtis diſſimiles.

M

De Ammoniaco: ſiue (ut mauis) Armoniaco.

QVod ad armoniam non pertinet: barbare quidẽ armoniacum dicitur. Rectius au-
tem dicendum eſt Ammoniacum ab Ammone: iuxta cuius oraculum in Aphrica:
N ſeu in Libya, ſecundum Marcelium, plurimum gignitur. Gũmi modo concretus ſuccus eſt:
e ferulacea planta eiuſdem nominis: qua nos caremus: Dioſcorides author eſt. Vnde conſi-
militer, ut de ſarcocolla: & de hoc, & aliis pluribus: mercatoribus creditur. Sed nota, ꝙ hoc
O nomen. ſ. ammoniacum, eſt commune ad plura. Vnde etiam quoddam ſal, ammoniacũ di-
citur: de quo alias. Et licet ammoniaci ſuccus a Romanis. ſ. Latinis (ut Dioſcorides ſcribit)
gutta dicatur: tamen pro gutta ſimpliciter ſcripta (quæ certe res aromatica eſt: unde in pſal-
P mo: Myrrha, gutta, & caſia legitur) a doctis, non ammoniacũ: quod male olet: ſed ſtacte, ſiue
ſtyrax liquida intelligitur. Et non per hoc quia ipſe Dioſcorides dicit: ꝙ ex ammoniaco fit
thymiama: intelligatur, ꝙ ammoniacum ſuaue oleat: quoniam antiqui in thymiamatis com
Q poſitionibus, multa olfactu horrida immiſcebant. En ipſemet author declarauit ſuũ malum
odorem: dans caſtorei ſimilitudinem. Et res ipſa olfacientibus maximum ueritatis rei præ-
bet teſtimoniũ: ex quo igitur non dubitamus, ipſum eſſe uerũ: quo utimur: adulteratũ ſupple.

R

De Hatmel.

HVcuſq; diſtulimus de Hatmel pertractare: ex eo, ꝙ in præſenti deſcriptione nonnulli
peſſime declararunt Harmel (quod eſt genus, ſiue ſpecies rutæ ſyluestris, & montanæ)
S eſſe cicutam. Non enim ſciunt quid loquuntur. O utinam in compoſitionibus, quæ ore ſu
muntur: non fuiſſet expreſſe contrarium, cicutam pro harmel ſubſtituere. Neſcimus quip-
pe qua authoritate Pandectarius, Lumẽ apothecariorum, & Theſaurus aromatariorũ: &c.

dicant cicutam uocari harmel:uel cũ aſpiratione,uel ſine ea. Atqui non legitur hoc in Dio- A
ſcoride:non in Galeno,non in Paulo,non in Serapione:& quod maius eſt,neq; in Auicen-
na:cuius authoritate male intellectã forſan aliq ex ipſis muniuntur:ut mox uidebimus. Sed
neq; eſt in aliquo ex iunioribus non ſpernẽdis:ut ſunt:Ruellius, Braſaulus, Manardus:&c. B
Nam quid Dioſcorides libro.3.cap.de ruta ſylueſtri:de huiuſmodi re dicat,audiamus. Per-
tractans enim de ſylueſtri Galatica:& Cappadoca ruta:ait. Sunt qui eam armalam uocent:
Syri Beſaſam:qui Cappadociam incolunt,moly:quoniam quandam cum moly ſeruet ſimi C
litudinem:&c. Armala,pro armel,ſiue armela ponitur. Non obſtante,ꝙ armala,ſiue armel,
& beſaſa etiam uocetur ruta ſatiua,& hortẽſis:ut apud ipſum Dioſcoridem legitur : quoniã
abſolute,& quaſi per antonomaſiam(ut ab omnibus fidedignis receptũ eſt)ruta ſylueſtris, D
& montana intelligitur. Et ſecundum traductiones Ruellii,& Marcelli : ſine aſpiratione in
principio,ſcribitur. Hermolaus autem,aſpirate traduxit harmala. Quid autem Galenus lib.
6.Miamyr.ſ.in Diabeſaſa deſcriptione,aſpirate ponat,afferatur. Beſaſa(inquit) ꝙ nonnulli E
harmala uocant:eſt autem ruta ſylueſtris. Et Paulus lib.7.fine h:ſic ſcribit. Moly:quod nõ-
nulli rutam ſylueſtrem:alii armalam dicunt:Syrii Beſaſam. Serapio autem.285.cap.(quod
eſt de harmel)nonne illud idem,quod Dioſcorides,de ruta ſylueſtri galatica ſcribit? Et Aui F
cenna in ſecundo cañ.cap.de harmel:quid aliud:ꝗ eandem rutam ſylueſtrem intellexit? En
probatur,per authoritatem Dioſcoridis:quam ipſe in dicto ſuo capitulo adduxit. Ait enim
Membra oculi. Dioſcorides dixit,ꝙ ipſa trita cum melle,& uino,& felle alcubugi,& galli- G
narum,& aqua fœniculi:conueniens eſt debilitati uiſus. Deeſt quidẽ in iſta authoritate cro-
cus:& fortaſſe librariorum in curia. Dioſcorides autem in præfato cap.eadem ſententia:de
ſemine ipſius rutæ pertractans:ſic ſcribit. Quod cum melle,uino,croco,& fœniculi ſucco, H
ac gallinaceo felle teritur:contra retuſam oculorum aciem. Etiam ꝙ minime intellexerit ci
cutam:manifeſte patet.quoniam infra in eodem ſecundo cañ.habet cap.de ſuccaram:quod
eſt de cicuta. Illud autem:quod poſitum eſt ab ipſo Auicenna in quarto cañ.fen.vi.tract.iii. I
cap.33.de cura morſus uiperarum:non contradicit ſibiipſi:ut plurimi falſo arbitrati ſunt.
Vnde non bene percipientes ſenſum illius circũloquutionis:non ſolum errauerũt ipſi:ſed
& aliis plurimis anſam errandi contribuerunt. Hæc nãq; ſunt Auicennæ uerba. Ruta ſylue K
ſtris:& non eſt alharmel:ſecundum ꝙ exiſtimauerũt quidam:immo eſt ſpecies rutæ ipſius.
Non enim afferit alharmel non eſſe rutam ſylueſtrem:immo confirmans ꝙ eſt:& declarans
dicit,ꝙ ipſe non intelligit in illo loco,illam rutam ſylueſtrem:quæ ſpeciali uocabulo,uoca L
tur harmel:ſed uult aliam ſpeciem ipſius rutæ ſylueſtris.Et ꝙ ſint plures ſpecies rutæ ſylue-
ſtris:non ſolum per Dioſcoridem:uerũetiam & per alios plures authores aperte deſcribi-
tur. Interpres operum Auerois,etiam magnopere errauit in quinto colliget:declarãs alhar M
mel eſſe cicutam:ubi debebat dicere eſſe rutam agreſtem,harmalam nuncupatam:quia in-
fra declarauit aliam ſpeciem rutæ ſylueſtris:ſub nomine Alſedep. Et manifeſtauit ibi errorẽ
ſuum:ſcribens contra omnes doctores,cicutam eſſe calidam,& ſiccam in tertio gradu:quæ N
eſt frigidiſſima:&c. Ex quo probatur,quod nõ Auerois:ſed ipſe interpres errauit:quia Aue-
rois pro alharmel intellexit rutam ſylueſtrem: unde notauit ipſam calidam. Authoritates
uero iuniorum aſſerentium harmel eſſe rutam agreſtem:& nõ cicutam:ne ſimus prolixio- O
res:non ſcribimus:ſtudioſi quidem facillime omnia percurrunt. Hanc itaq; rutã ſylueſtrem
harmalam,ſiue harmel uocatam,Venetiis primum uidimus:& exinde Romam detulimus:
& in noſtro Aræcæli hortulo ſeuimus:ſed bellis ſuperuenietibus in Clementem ſeptimum P
tunc pontificantem:ob ſubſequutam Vrbis captionem:&(ut ita dicamus)deuaſtationẽ:ad
alia maioris momenti animum uertentes:minime de ipſa nobis cura fuit. Ac ſic periit. Tota
deniq; ipſius planta deſcriptioni Dioſcoridis ad unguem correſpondebat:ut in foliis lõgis, Q
flore albo,ſemine triquetro:&c. Sed quia hæc de facili non reperitur:poſſumus in eius uice
uti herba:quæ androſemon:ſiue hypericõ uocatur:& uulgo perforata dicitur:quæ paſſim
habetur:quæ quidem eſt peganon agrion.ſ.alia ruta ſylueſtris ipſius Dioſcoridis. Quoniã R
(ut patet legẽtibus)unum & idem capitulum eſt,bis nempe deſcriptum,in Dioſcoride. Sed
aduerte,ꝙ per harmel abſolute:ſemen ipſius rutæ ſylueſtris intelligitur:cuius tãtum in me-
dicina eſt uſus:ut Dioſcorides,& cæteri tradunt. Et in defectu ipſius:ſubſtitue ſemen hype- S
riconis. Etiam & ſemen hortenſis rutæ(ut multis placet)poteſt ſubminiſtrari. Nec omnino
cicutam nomines:in his & ſimilibus confectionibus:quod eſt uenenum peſſimum,& mor-

A tiferum,per os propinare.

De Scebram.

IN modo nãq; confectionis alſcebram: quid ſit ipſum Scebram ſatis declaratum eſt. Hic
B autem ſatiſfaciemus mentibus legentium: ex quadam dubitatione: quæ poſſet oriri: ex
mala declaratione cuiuſdam mendæ, in libro noſtri authoris. Vnde ſciendũ, ꝙ ioannes Ia-
cobus de Manliis allucinatus ab ipſa menda: quæ eſt in capitulo de cura maniæ: & melanco
C liæ ſanguineæ libri filii Meſue: multa confundit: declarando ſcebram, in pilulis fœtidis: & in
Dianalturtio. Nam ille bonus uir legens in dicto cap̃. ſcebram: ſiue (ut ipſe ſcribit) ſceſcebrã
i. ozimum maius: Et neſciens mendam in codice: fecit differentiam inter ſcebram, & ſceſce-
D bram. Cum in rei ueritate ſcebram, ſceſcebram, ſebram, alſcebram, ſeu alſcebrẽ, &c. conſimi
lia barbara uocabula (quæ quidem omnia ſunt ſcriptorũ deprauationes) unum & idem ſi-
gnificent. Etenim ultra quadraginta uariationes: per diuerſa uolumina de huiuſmodi uoca
E bulo inuenimus. Ergo ſecundum ipſum: quadraginta ſimplicia diuerſa denotant illæ qua-
draginta uariationes. Quas ſi ſcripſiſſemus: ridicula fore non dubitauimus. Et præſertim eo
in loco (ubi diximus: ꝙ per impreſſiones, mẽdoſe declaratur eſſe ozimum maius) quot ſunt
F exemplaria: tot ſunt uoces: uidelicet ubi per additionem unius literæ uel plurĩu: & ubi per
diminutionem: & ubi per tranſpoſitionem literarum: uel ſyllabarum: &c. Impreſſiones ta-
men uniformiter habent, in illo loco ſcebram: & nõ ſceſcebram. Et in uulgari æditione de-
G claratur ꝙ eſt eſula: &c. Vnde ſciendum, ꝙ uera litera præfati capituli, in eo loco (ut per plu
ra exemplaria aperte probatur) hæc eſt. Filius Zachariæ. Modus cõfectionis conferentis me
lancoliæ, & timori. Recipe myrobalanorum nigrorum. ℨ. xx. harmel, polipodii, ſcebram
H ana. ℨ. i. ozimi maioris: marrubii albi: ana. ℨ. v. &c. Ergo nõ eſt ſcebram ſiue ſceſcebram ozi-
mum maius. &c. Sed huiuſmodi mendam, unde coniectamus ortum habuiſſe, longum eſ-
ſet declarare: qualiter omiſſis, e medio illud ana: & illa. ℨ. dimiſſo illo. i. ſignificãte unã drach
I mam: & poſtea acceptum eſt illud. i. pro id eſt: breuitatis cauſa, ſolerti ingenio præditis, di-
mittimus conſiderandum.

De Porro.

K POrrum enim notiſſimum eſt. A Dioſcoride praſon cephaloton: hoc eſt, porrum capi-
tatum, dicitur. Qualiter porri magni fiant: & de ipſorũ ſatione, cultu, ac medela: a Con-
ſtantino Cæſare. 12. ſuæ agriculturæ libro, diffuſe ſcribitur. Duo eius genera faciunt autho
L res: ſed ſæpe alterum, in alterum tranſit.

¶ Pilulæ de Serapino: &c. CCXCII.

M DIſſimilem huic, quo ad modum, habet infra author unam aliam deſcriptio
nem pilularum de Serapino: ſed quo ad effectus, multum ſimilẽ. Filius Se-
rapionis in ſeptimo habet quatuor deſcriptiones. Auicenna autem in qui-
N to canone unam tantum. Et Hali Abbas in decimo practicæ unam. Om-
nes tamen differunt.

De Serapino.

O SAgapenum, ſiue Sagapenium: a doctioribus ſcribitur. In libris Arabum autem latinitati
donatis: interpretes Serapinum: pro ſagapeno uerterunt. Arabicæ uero, ſechbinegi: ſi-
ue ſachabenigi dicitur. Et ſuper hoc etiam negociatoribus datur fides. Quoniam e Media
P defertur nobis. Quãquam Plinius teſtetur in italia naſci: & Braſauolus ſignet locũ ſcilicet in
Apulia: tamen nos adhuc non uidimus plantam illam ferulaceam: ex qua ſagapenum exci-
pitur. immo deſideramus ipſam. Auicenna quidem in duas diuidit ſpecies. Et quã dicit me-
Q liorem eſſe: cõtrariis Dioſcoridi depingit notis. Videlicet, ut exterius ſit alba: & intus rubra:
Econtra Dioſcorides: ſagapenum ab extra ſubrubrũ: intus uero album eſſe aſſerit. Quodq;
in uſuali ſagapeno, probatur uerum. Vnde eo in loco Auicennæ textum, uel a malo inter-
R prete, uel a librariis: deprauatum eſſe putamus. Author enim noſter facit capitulum de Se-
rapino: & dicit, ꝙ eſt gummi alhaſce hundeg: & ꝙ eſt arbor ſimilis oleandro montano. Sed
quid ſint alhaſce hundeg: & oleandrum montanum ignoramus. Dicit etiam, ꝙ melius eſt
S illud: quod habet odorem porrorũ: & ꝙ non multum olet aſſam: nec habet Galbani odorẽ.
Econtra Dioſcorides laudat illud: quod habet odorem inter galbanũ: & laſer. ſ. aſam. Vnde
uel interpres non recte interpretatus eſt: uel ipſe author noſter, neſciuit quod ſcripſit.

¶ Pilulæ

ℭ Pilulæ de Euphorbio:&c. CCXCIII. A

IN ſumma de ægritudinibus neruoꝝ,authoritate Humaim, author nr̃ habet
unã aliã quaſi ſimilẽ deſcriptionẽ:in qua recipitur & maſtix.Ponitur ẽt pñs de
ſcriptio & a filio Serap̃.in.7.& ab Auicẽna in.v.ſed in hoc differt Auicẽna ab B
iſtis.ſ.ꝙ cõficit cũ aqua caulis:iſti aũt cũ aqua porri. Differũt ẽt filius Serap̃.&
Auicẽna,ab authore nr̃o ĩ hoc:uidelicet,ꝙ author nr̃ habet,aloes.ʒ.v.ipĩ aũt
ſcribẽtes pro medietate,hñt aloes.ʒ.ii.Dubitauimus de mẽda ĩ iſta deſcriptiõe authoris nr̃i: C
an forte rectius ſit legẽdũ:aloes.ʒ.iiii.ut cõueniat cũ deſcriptionibus p̃fatoꝝ. Tñ in cunctis
exẽplaribus:nulloq; diſcrepãte:iuenimus,ſicut in imp̃ſſis libris:aloes.ʒ.v. Et ſic dimiſimus.
Forſan ꝙ ipſe author auxerit unã drachmã p̃fatæ aloes:ad ſuã deſcriptionẽ,cõiectandũ eſt: D
ex quo non eſt amouenda.

De Euphorbio.

GVmmi Euphorbiũ dictũ:quo cõiter utimur:iuxta nr̃m,& alioꝝ pluriũ,iudiciũ:eſt ip̃m.
Verũtñ nos deſideramus uidere plantã eius. Author.n.nr̃ ponit cap̃.de Euphorbio:in E
quo teſtatur euphorbiũ excedere oĩa alia gũmi gñã in calefaciendo,& ſubtiliãdo:quapro-
pter,añ ipſius adminiſtrationẽ,eſt bũ rectificandũ.Vnde & ip̃e ibidẽ,plures poſuit ip̃m recti-
ficandi,ſiue corrigendi modos.Lege ibi.Dioſcorides.n.duo ſucci ipſius gñã notauit:dixitq; F
trãſlucẽs eligẽdũ eſſe. Adulteratur ſæpe ſarcocollæ gũmi admiſto:&c. Lege Dioſcoridẽ.

ℭ Pilulæ de Raued:&c. CCXCIIII. G

IEgitur in præſenti deſcriptione per omnes impreſſiones. Opopanacis.ʒ.iiii.
mezereon:gummi(.ſ.arabici)ana.ʒ.iiii. Lege,ut eſt in exemplaribus antiqsr
& rectius opopanacis,mezereon,gummi:ana.ʒ.iiii. Vide etiam de iſtis pilu- H
lis:in pilulis de Rheubarbaro.

ℭ Pilulæ de Mezereon:&c. CCXCV. I

AD literam ponit author præſentem deſcriptionem in cap̃.de mezereon. Sed
aduerte,ꝙ in pñti antidotario,per oẽs impreſſiones,in iſta deſcriptione men
doſe legitur: Cõfice cum tereniabi:& tamarindis diſſolutis in aqua endiuiæ. K
Antiquorũ exemplarium aũt,pars abſolute ſic habet:Confice cum tereniabi
diſſoluto in aqua endiuiæ. Et ſimiliter non recte. Et pars habet,ſicut etiã eſt in
deſcriptione capituli,per oẽs codices:quod iudicamus uerius. Videlicet:ꝙ loco copulati- L
ue:eſt diſiunctiua. Vnde lege rectius. Confice cũ tereniabĩ:uel tamarindis diſſolutis in aqua
endiuiæ. Hinc in oĩbus exemplaribus p̃fatis ſeqtur. Doſis eſt:ʒ.i÷.Quæ deeſt in cunctis im-
preſſionibus.Petrus Apponus qdẽ cap̃.de cura hydropicorũ,habet pilulas maiores de me- M
zereon. Filius Serap̃.in.7 habet duas deſcriptiones. Raſis quoq; in antidotario diuiſionũ:
cap̃.de medicinis hepatis:habet quatuor deſcriptiões piluiarũ recipiẽtiũ mezereõ:ſed una
ipſarum tantum intitulatur de mezereon. Omnes tamen differunt ab iſta filii Meſue. N

ℭ Piluiæ Lucis maiores:&c. CCXCVI.
ℭ Piluiæ Lucis minores:&c. CCXCVII. O

PIluiæ lucis dicũtur:qm̃ ad lucẽ,& aciẽ oculorũ,& reſtaurationẽ uiſus,maxi-
me cõferũt.In maiorũ deſcriptione aũt,p oẽs imp̃ſſiones,eſt una mẽda.Vide
licet,ubi legitur:Eufragiæ.ʒ.vi. Legẽdũ eſt rectius.ʒ.vii.Vt uniformiter cun P
cta exẽplaria habent.

De Euphragia,ſeu Eufragia.

NOn ſcribi a Dioſcoride:& ueteribus euphragiã fere oẽs iuniores teſtãtur.Sed tẽporibus
filii Meſue:iã cognoſci cœperat:qa & in ſuis cõpoſitis cõmiſcuit. Et p̃ſertim medicami Q
nibus illis:q̃ ad uiſus,& oculorũ corroborationẽ faciũt.Eteni quotquot de ipſa ſcribũt:oẽs
in hoc unũ cõueniũt.ſ.ꝙ euphragia eſt bona oculis,quocũq; mõ exhibita. Secundũ Ruelliũ
euphraſia rectius dr̃:tñ gñaliter euphragiã ſiue p,f,eufragiã fere oẽs ſcribũt:& uulgo noĩant. R
Plãtula ipſa,herbariis nõ eſt ĩcognita.Vt plurimũ unico,rufo,exiguoq;,uidelicet,dodrãtali
caule.folio paruo:p ãbitũ ſerrato:gallicuii criſtæ p̃ſimili:puſilloq; flore:qñq; luteo,aut ſub
rubro:qñq; ſubalbido cõſtat.Macro gaudet ſolo:atq; a uẽtis pflato.Semẽ eſt ei longũ:& ſub S
nigrũ:&c.ſylueſtris.n.herba eſt.Et ubi citius:& ubi tardius ſecũdũ loca:inter kal.Maii:& nonã
Iulii:nõ ãplius repitur uirẽs.Cũ floret colligitur:& ĩ umbra ſiccatur:atq; uſui aſſeruatur.

A De Lycio.

NVlli dubium eſt, ꝙ hodiernis temporibus, caremus ueris lyciis: quoniam neq; ex Cap-
padocia: neq; e Lycia (quod lycium eſt ex pixiacantha) & minime ex india (quod eſt ex
B lonchite ſecundũ Dioſcoridem: ſiue etiã ex pixiacantha ſecũdum Plinium) ad nos amplius
defertur. Et cũ ſit, ꝙ Dioſcorides dicat: lyciũ pixiacanthum non ſolũ in Cappadocia: & Ly-
cia (quæ loca, ob maximã illius exuberantiã noĩauit.) ſed & aliis pluribus locis naſci: poteſt
C igitur eſſe, ꝙ in aliqua parte Italiæ (Quæ nulli inferior eſt: ad procreandũ herbas, & arbores)
naſcatur. Tamen non tantum a iunioribus ignoratur: ſed neq; (quod ualde mirandum eſt)
a nemine ſeniorũ memoriæ traditũ eſt. Braſaulus ſolus dicit ſe eqtaſſe, per innumeras pixia-
D canthas ſupra Lyguriæ montes. Nullum .n. arbuſtũ ſpinoſum: habens folia buxi: & ſemẽ ni-
grum, piperis magnitudine: adhuc nos uidiſſe meminimus. Neq; quæ nã ſit illa planta arbu
ſta indica, lonchitis dicta: uel quo noĩe apud noſtrates uocetur: ualemus coniectare. Et cum
E hoc nomen .ſ. lonchitis, apud Dioſcoridẽ ad plura ſit cõmune: ut ad herbas Aſplenõ, & ia-
mioiam, & longinã, quæ eſt lonchitis trachea &c. tñ ipſe Dioſcorides de his herbis, nõ tra-
dit fieri lyciũ. Auicenna quidẽ in fine capituli de lycio ſcribit, ꝙ loco lycii: põt poni feluza-
F haragi. Sed feluzaharagi, ſiue feluzeharagi: uel (ut Bellunẽſis traduxit) felizherẽgi: idem eſt:
quod ipſa lycii arbor: ut per ipm̃, in proprio cap̃. declaratur. Sed hoc nobis eſt tãquã nihil:
quoniã caremus & ipſa arbore. O utinã ſi haberemus talẽ arborem: qa & lyciũ haberemus.
G Itẽ dixit ipſe Auicenna: ꝙ loco lycii, ponitur æquale pondus ex aggregatis inſimul faufel, &
ſandalo. Faufel aũt (ut in ſuperioribus diximus) eſt quoddã genus auellanæ indicæ: habens
uirtutẽ propinquã ſandalo rubro. Sed qa neq; de iſto genere apud nos eſt aliquod ueſtigiũ:
H poſſumus in lycii uice ſandalũ rubrũ abſolute ſubſtituere. Iuniorum aũt nonnulli, ut Guilel
mus Placẽtinus, Luminare maius: &c. ſcribunt fieri lyciũ: ex uariis rebus: ut ex alcãna .ſ. cy-
pro (quod eſt uerũ liguſtrum) & ex caprifolii baccis, & ex granatis ſylueſtribus .ſ. berberis, &
I ex pruneolis ſylueſtribus atrineis uocatis: & aliis, atq; aliis rebus. Quod qdẽ unde approbe-
mus: aut reprobemus: adhuc nõ habemus. Verũ Braſaulus ex oĩbus hmõi, & ſimilibus gene
ribus factitatũ commendat. Tamen indiſcriminatim, in oculorũ medicamentis (ut in iſtis pi
K lulis: &c.) quolibet ipſorũ uti non poſſe credimus. Quoniã Dioſcorides: &c. antiqui nõ tra-
dunt ipm̃ lycium totũ ſimpliciter, & abſolute prodeſſe oculis: ſed ſpumã ipſius tantum. De
qua intellexiſſe authorẽ non dubitamus: cũ ſcripſit lyciũ in præſenti cõpoſitione. Vnde cõ-
L ſulimus aromatariis: necnõ (& cum ſupportatione) minus peritis medicis: pro meliori par-
te, minus malũ ſumere .ſ. ꝙ minus malũ eſt: (ſi quo modo nõ erit bonũ) demere abuſta, & ſi-
mili cõfectione, ipm̃ lycium: q̃ loco eius ſubſtituere aliquod cõtrariũ effectui ipſius confe-
M ctionis. Præterea: ſcribunt opinanter nõnulli lyciũ, a Lycia dici: hac de cauſa: quia a Dioſco
ride deſcribitur Lycia abundare eo: tñ ſecundum ueritatẽ alia cauſa eſt: per quã lycium di-
catur. Nam ſi a prouincia propter exuberantiã nomen ſibi acqſiuit: quare nõ potius Cappa
N docium, a Cappadocia: q̃ ab ipſo Dioſcoride pſcribitur, tanq̃ melior: q̃ lyciũ, a Lycia? Nec a
bonitate loci: ut alii exiſtimauerũt: qa ſi a bonitate: quare nõ potius Indicũ nũcupatur: quod
Dioſcorides, Galenus, Paulus, Plinius, Serapio, & (ut paucis cõcludamus) fere oẽs authores
O melius eſſe teſtantur? Sed uerius coniectandum eſt .ſ. in Lycia fuiſſe primũ inuentum: unde
ſemper poſtea nomẽ retinuit. Qualiter aũt fiat ipſum Lyciũ medicamen: a Dioſcoride, & cæ
teris clare notatur. De Celidonia.

P CHelidonium, ſiue chelidonia, ſiue (ut mauis) celidonia: quæ & hirũdinaria interpreta-
tur: eſt curcuma: de qua dictũ eſt ſupra. Duplex .n. deſcribitur .ſ. maior: & minor. Maior
quidẽ uulgatis notitiæ herba eſt: ita ꝙ mulieres, & pueri eã agnoſcunt. Minor etiã pluribus
Q non eſt incognita: uulgo teſticulus ſacerdotis: dicitur. Et de ipſa quoq; dictum eſt. Præterea,
decipiũtur .n. nõ pauci: credentes, memithe Arabũ (quod eſt glauciũ Dioſcoridis) eſſe ſuccũ
chelidonii maioris: ob id, qa aſſerit ipſe Dioſcorides chelidoniũ, ab aliqbus, glauciũ dici. Sed
R hi non aduertunt, ꝙ chelidoniam omnes teſtantur eſſe calidam: & glaucium (quod barbare
memith: ſiue memithe dicitur) eſt ſuccus frigidus, cuiuſdam herbæ: quæ habet folia corni-
culato papaueri ſimilia: ut Dioſcorides ſcribit. Et nec eſt ipſum papauer corniculatum: ut ſi-
S militer nonnulli falſo putant. Vocatur & ipſa herba memithe: ſiue glauciũ: ut Serapio ſcri-
bit: Sed non eſt illa herba glaux, ſeu glauca dicta: quam Dioſcorides libro quarto tradit: iu-
xta mare naſci: quia hanc, non corniculati papaueris, ut glauciũ: ſed cytiſi: aut lenticulæ di-
cit habere

cit habere folia. At re uera, alia herba eſt: ex qua glaucium exprimitur: quæ apud nos nõ co A
gnoſcitur. Igitur animaduertant medici: quando pro oculorũ infirmitatibus ordinant me-
mithe: ut aromatarii pro memithe, non mittant ſuccum celidoniæ: quia licet celidonia me-
dicinis oculorum competat: tamen non omnibus: & ſimiliter memite. Nam ualent ambo: B
ſed ad diuerſas oculorum infirmitates: quoniam celidonia calida eſt: & glaucjũ, ſiue memi-
the frigidum. Et quidem calidum, & frigidum, ſunt contraria ad inuicem: quæ in uno, & eo-
dem ſubiecto: pari ratione non poſſunt conuenire. C

¶ Pilulæ ſtomachicæ: ſtomachum: &c. CCXCVIII.

QVaſi omnes impreſſiones latinæ, in præſenti deſcriptione mendoſe habent: D
Trium myrobalanorum, abſynthii: ana. ʒ. ii. Legendum eſt rectius: ana. ʒ. iii.
ut cuncta exemplaria: quæ uidimus: necnon & uulgaris æditio habent. Per
præſentem nãq; deſcriptionẽ patet expreſſe: ꝙ per tres myrobalanos abſo- E
lute: intelliguntur citrini, chebuli, & indi: qui cognominãtur nigri. Qui tres
ab authoribus uno tantum capite deſcribuntur. Quoniam poſtea ſpeciatim deſcribũtur in
iſtamet deſcriptione, bellerici: & emblici. Et de his omnibus, ſatis dictum eſt, in ſecunda con F
fectione Hamech: propterea uide ibi.

¶ Pilulæ ſtomachicæ & ſunt: &c. CCXCIX. G

ESt & in præſenti deſcriptione, per omnes præfatas impreſſiones, una men-
da. ſ. ubi legitur. Cardamomi: &c. ana. ʒ. ii. Lege rectius: ana. ʒ. i. ut præfata
exemplaria, & uulgaris æditio uniformiter habent. H

¶ Pilulæ ſtomachicæ aliæ, ſtomachum: &c. CCC.
¶ Pilulæ ſtomachicæ noſtræ: &c. CCCI.
¶ Pilulæ Alandahal: &c. CCCII. I
¶ Pilulæ ſtomachicæ aliæ noſtræ: &c. CCCIII.

NOn eſt in iſtis deſcriptionibus quid declarãdum: præter q̃, ꝙ duæ priores, in K
impreſſionibus, erant tranſpoſitæ: in cunctis enim exemplaribus, & in uulga
ri æditione, tali ordine manent: ut nos poſuimus.

¶ Pilulæ de Agarico: &c. CCCIIII. L

HAbet ipſe author noſter p̃ntem deſcriptionem in cap̃. de aſthmate: ſed ibi ſcri
bit ipſam duplicatis põderibus. Animaduertendũ aũt, ꝙ in curia librariorum M
(ut putamus) ibi mẽdoſe legitur per oẽs impreſſiones: Turbith: ʒ. viii. Cum ſit
uerius legendũ. ʒ. x. ꝙ probatur nõ ſolum per iſtã antidotarii deſcriptionẽ: &
per deſcriptionẽ Auicẽnæ in q̃bus omnibus tã in exemplaribus quã in excu- N
ſionibus: pro medietate legitur: turbith: ʒ. v. ſed p̃ præfata exẽplaria: q̃ ibi habẽt clare, & aper
te: turbit. ʒ. x. Et ita eſt ſecũdũ ueritatẽ. Auicẽna aũt habet ipſam deſcriptionẽ quaſi ad literã:
in tertio cañ. ſen. x. tract. i. cap̃. de cura aſthmatis: non obſtante, ꝙ ibi legatur abſq; myrrha: q̃ O
certe deficit. Et patet quidẽ, quia Belliunẽſis reintegrauit. Verũtamen dimiſit ibi ipſe Belliunẽ-
ſis alium errorẽ. ſ. ꝙ ubi legitur ibi: Coloqntidæ, ſarcocollæ: ana. ʒ. i. legendũ eſt rectius: ana
partes. ii. Etiã minus recte poſuit: myrrhæ. ʒ. i. Melius erat, & uerius: myrrhæ partem. I. Quia P
ſcribens Auicẽna p̃ partes reliqua: nõ bene ſemp̃ poſſunt cõuenire illæ drachmæ cũ ſupra-
dictis partibus, tã maioribus, q̃ minoribus. Et ꝙ dictæ coloqntidæ & ſarcocollæ habent eſſe
partes. ii. probatur p̃ iſtas deſcriptiones filii Meſue, per oẽs impreſſiones: & p̃ cuncta exẽpla- Q
ria, tã in antidotario, q̃ in dicto cap̃. de aſthmate: in q̃bus oĩbus (intelligẽdo. ʒ. pro parte) legi
tur: coloqntidæ, ſarcocollæ ana. ʒ. ii. Et certe Auicẽna feciſſet unũ ana, ex coloqntida, ſarco
colla, & myrrha: ſi partes nõ fuiſſent diſpares. Putamus. n. ꝙ e medio: una cũ myrrha: ſubla- R
tæ fuerũt illæ p̃tes duæ: & poſtea pars myrrhæ adhæſit ana p̃dicto: &c. Ingenioſi bñ p̃cipient
uerba nr̃a. Præterea ſciẽdũ, ꝙ Luminare maius, Lumẽ apothecarioꝝ, Theſaurus aromatario
rũ, & Nicolaus p̃poſitus hñt maſtichẽ in p̃nti deſcriptione: q̃ ſaluo meliori iudicio, niſi medi S
cus ſpecificate p̃cipiat: nõ eſt admittẽda. In duobus exẽplaribus: & in uulgari æditiõe inueni
mus: in deſcriptiõe antidotarii tm̃. Reliqua aũt, ut uniuerſæ imp̃ſſiones: una cũ Auicẽna non

A habent. Sed tam in deſcriptione antidotarii: q̃ in deſcriptione præfati capituli de aſthmate: abſolute habent: Recipe agarici. ʒ.iii. &c. Raſis.n.in antidotario diuiſionũ: cap̃. de medicinis hepatis habet unam deſcriptionẽ, huic diſſimilem. Filius quoq; Serapionis in.7.habet unã,
B ſimiliter differentem.

De Agarico.

IN agarico non eſt dubiũ: quin ſit ip̃m: quo utimur. Author.n.noſter in ſuo de ſimplicibus. de eo capitulũ perpulchrum facit. Dioſcorides aũt tertio libro ſcribens: declarat ſe
C neſciuiſſe uerã agarici originem. Igitur potius q̃ Dioſcoridi, credendum eſt Plinio, & authori noſtro: &c. qui abſolute dicunt eſſe fungũ in arboribus. Et ita eſt: ut unuſquiſq; facillime ſcire põt: quia etiam & in Italia.ſ.in Alpinis, atq; Apenninis montibus, nõ modicum colligitur.
D Omnes diſtinguunt in maſculinũ, & fœmininum: ſed fœmininũ magis cõmendatur. Plinius etiã ſcripſit agaricũ eſſe odoratum. Poteſt eſſe, ꝙ loquatur de recẽti: quod aliquo modo putamus habere odorẽ: quoniam in ſicco nullus ſentitur odor. Caueãt omnino aromatarii ab
E nigro agarico: ſiue maſculino: ſiue fœminino: quoniã (ut Dioſcorides libro.6.teſtatur) ſtrangulationes facit. Præterea, ſunt nõnulli male declarantes quædã uerba authoris noſtri, in dicto cap̃. de agarico. Hæc uidelicet. Et melior pars totius corporis eius, eſt ſuperior pars ip-
F ſius. Dicentes: ꝙ illa intelligitur ſuperior pars agarici: quæ naſcitur in ſuperiori parte ipſius arboris: & non prope radices. Quod quidẽ non ſolũ author non dicit: ſed nunquã excogitauit. Author.n.pro ſuperiori agarici parte, intelligit illã. quæ protenditur, & elongatur ab
G ipſa arbore: quia illa: quæ tangit arborẽ: eſt tanq̃ radix ipſius agarici. Et ſicut radix intelligitur inferior pars cuiuſcũq; plantæ: ita & in agarico, muſco, & ſimilibus: etiã dependentibus. Pars uero quæ arbori cõiungitur: ſemper inferior iudicatur. Vnde & in ſequentibus uerbis,
H ipſe author declarat: cum dicit. Et ſtipes eius nõ eſt bonus: habẽs quaſi ſemitas ligni putrefacti: Stipitem.n.uocauit inferiorem partẽ arbori annaſcentem. Sciendũ etiam, ꝙ licet in hoc antidotario author nõ ſcribat trociſcos de agarico: utimur tamen ſuis. quos in cap̃. poſuit.
I

De Lilio cæleſti.

LIlium cæleſte. quidem non eſt aliud, q̃ iris ſiue (ut aromatarii dicunt ireos. Et probatur per deſcriptionem capituli de aſthmate: ubi loco radicis lilii cæleſtis legitur, ireos. Lege
K de hoc: in Lohoc de pino,

¶ Pilulæ quæ conferunt ad febres colericas: &c. CCCV.

L PVrganda nẽpe eſt præſens deſcriptio: ex nõnullis confuſionibus, & mendis: quæ in ipſa, per impreſſiones reperiuntur. Legitur.n. & male: foliorum roſarum, ſeminis citrulli, raued ſeni: ana. ʒ.iii. & in alio raued. ʒ.vi. Tollatur igi-
M tur a dicto ana: Raued ſeni. Et ſimiliter quod ſequitur. (Hoc eſt. Et in alio) deleatur: & rectius legatur ſic. Foliorum roſarum, ſeminis citrulli: ana. ʒ.iii. raued: ʒ.vi. Item, ubi legitur: Scammoneæ coctæ in cytonio: ʒ.i ÷. in alio. ʒ.ii ÷. Deleatur hoc
N totum: uidelicet, in alio, ʒ.ii ÷. & legatur ſimpliciter. Scammoneæ coctæ in cytonio. ʒ.i ÷. ſucci eupatorii: &c. Sic enim legitur fere in omnibus exemplaribus antiquis: & ſimiliter in uulgari æditione. Sic & Nicolaus Præpoſitus habet. Inuenimus tamen aliqua pauca dũ-
O taxat exẽplaria: quæ minus recte habebãt ſic. Foliorũ roſarum, ſeminis citrulli, raued: ana. ʒ. iii. Scãmoneæ coctæ in cytonio: ʒ.ii ÷. Vnde putamus, ꝙ librarii: neſcientes in uariis lectionibus uteriorẽ literam utrãq; impreſſerũt. Filius Serapionis in.7.habet unã deſcriptionem:
P cuius titulus eſt. Pilulæ quæ conferunt ad ægritudines coleræ citrinæ & ſanguinis: quæ in multis cõuenit cum iſta. item ibidẽ habet aliã deſcriptionem: cuius inſcriptio eſt. Pilulæ ualentes ad oẽs febres colericas: &c. quæ etiã habet aliquã ſimilitudinem cũ iſta. Præterea: cum
Q legatur in fine huius deſcriptionis: Mellis aggregationis caſiæ fiſtulæ, & tamarindorũ, & ſucci endiuiæ: quantũ ſufficit: pauciſſimi.n. ſunt aromatariorũ qui uerũ huiuſce lectionis percipiunt ſenſum. Q̃m non uult author in p̃ſenti deſcriptione mel apum in quo ſit aggregata
R pars caſiæ fiſtulæ, & tamarindorum, & ſucci endiuiæ: ut nõnulli falſo opinantur. Sed dicit: ut caſiæ fiſtulæ, & tamarindorum partes æquales: immittantur in aliqua ſucci endiuiæ quantitate: & poſt aliquod ſpatium: per ſtamineam exprimantur: ita ꝙ expreſſio ipſa non ſit mul-
S tum liquida: ſed tanquam mel. Quod quidẽ uocat mel aggregationis caſiæ fiſtulæ: &c. cum quo melle cõficiendæ ſunt iſtæ pilulæ.ſ.cum ipſius quãtitate ſufficiẽti. Et omnino mel apũ: ſeu alterius rei: non intelligitur in ipſa præfata aggregatione. Et de conſimili ubi neceſſe fuerit: poteſt

rit:poteſt fieri mel ex aggregatione aliarum plurimarũ,atq; uariarum rerũ:quarum expſſio A
uocatur mel:quoniam ad ſpiſſitudinem mellis,expreſſa ſit,ex rebus ipſis inſimul aggregatis.
Et non eſt apponendum mel apum:niſi ſpeciatim legatur.

¶ Pilulæ Diarhodon:&c. CCCVI. B

¶ Pilulæ de Turbith:& dicuntur pilulæ aureæ:&c. CCCVII.

IN pilulis diarhodon non eſt aliquid declarandum. In iſtis aũt de turbith ſcien C
dum:q aliquando ſcribuntur a medicis ſub hoc titulo:uidelicet. Pilulæ au-
reæ turbithatæ. Filius Serapionis in. 7. habet unã pilularum deſcriptionẽ:cu
ius titulus eſt.Pilulæ allebeen: quæ dicuntur pilulæ abri. Quæ quidẽ in ſim- D
plicibus non diſcordat ab iſta.In ponderibus aũt aliqualiter eſt diuerſa. Et for
ſan,q ubi ibi legitur abri:rectius legendum ſit auri. Sæpius enim,b,&,u, confunduntur ab
interpretibus:& minus peritis peregrinarum linguarum. Vnde pilulæ auri:& pilulæ aureæ E
(ſicut author noſter poſuit)idem ſignificant.

¶ Pilulæ de Turbith aliæ:&c. CCCVIII. F

SCiendum quippe,q præſens deſcriptio pilularũ de turbith:& deſcriptio ſu
pra notata:cuius initium eſt: Pilulæ ſtomachicæ aliæ noſtræ:eſt una,& eadẽ
compoſitio:ſub diuerſo titulo,bis ab authore noſtro poſita:ut intuenti non G
eſt dubiũ. Quod aũt male legitur,per cunctas excuſiones in calce præſentis
deſcriptionis.ſ.Et in alio ſalis indi:ʒ.ii.caſſetur:& ſic(ut eſt in libris correctis:
& ſimiliter in præfata pilularum ſtomachicarũ deſcriptione)rectius ſcribatur. Croci,& ſalis H
indi:ana.ʒ.i. Fiant pilulæ ſicut diximus. Supple in immediate præſcripta deſcriptione pilu-
larum aurearum,ſiue de turbith. Scilicet,q iſtæ conficiendæ ſunt cum ſucco abſynthii:ſicut
& illæ. Et conſimiliter ſtomachicæ prædictæ,ſucco abſynthii excipiuntur. I

¶ Pilulæ de Lapide lazuli:&c. CCCIX.

FIlius Serapionis in ſeptimo,ponit præſentem deſcriptionem:quæ in quibuſ- K
dam paucis differt:& cõficitur cũ aqua apii:ſed intelligitur cum ſucco:quod
probatur per authorem noſtrum:qui ſpeciatim poſuit,cum ſucco apii.

¶ Pilulæ de Lapide Armeno:&c. CCCX. L

AVthor noſter in cura de ſoda frigida,ab humore melancolico:ex Alexandri
authoritate:habet unã quaſi ſimilem deſcriptionẽ. Actuarius etiã ponit cata M
potia.ſ.pilulas:ex armeniaco lapide:quarũ deſcriptio in multis cõuenit cum
iſta. Animaduertendũ aũt, q per impreſſiones ſunt aliquæ mendæ in pñti de-
ſcriptione. Vnde ubi legitur: Epithymi,Polypodii:ana.ʒ.viii. Lege uerius. Epi N
thymi,polypodii,agarici:ana.ʒ.viii. Probatur.n.p multa exẽplaria:q debet eſſe agaricũ in
pñti deſcriptione. Etiã in deſcriptione pfatæ curæ:& apud Actuariũ legitur. Et lege(ut eſt)
ana.ʒ.viii.non aũt.ʒ.iiii.ut Nicolaus Præpoſitus,mẽdoſe habet. Itẽ lege ſcãmoneæ coctæ in O
cytonio.ʒ.iii÷. Impreſſiones quidem mendoſe habent.ʒ.iii.

De Lapide Armeno.

ET quãquam omnes lapides utriuſq; Armeniæ:recte lapides Armeni ſint uocãdi:tñ quo P
ad medicinæ uſum:ubi petitur lapis armenus:non qlibet ipſorũ indifferenter eſt admit
tendus. Sed eſt apud Armenos unũ genus lapilli:q alibi eiuſmodi nõ inuenitur:qui peculia-
ri noĩe abſolute,& antonomaſtice;Lapis Armenus ab oĩbus dicitur. De quo ſemp intelligi Q
tur:cũ lapis armenus legitur. At uero ad nos amplius nõ defertur. Nec putamus hodie repe
riri hoiem in tota Italia:qui eũ,ſuppie uerũ,aliqñ uiderit. Neq; ſi in maiori:aut in minori Ar-
menia ſit hmõi lapidis minera:a quoq̃ ſcire potuimus. Quãobrẽ nõ facillime haberi poteſt. R
Vnde cum ſit,q pilulæ de lapide lazuli non differant ab iſtis,in ſuis proprietatibus:ſiue ope
rationibus:loco iſtarum,poſſumus illis uti. Quoniã & lapis lazuli:& lapis armenus(ut per
authorem noſtrum probatur in propriis capitulis)non differunt uirtutibus. Et quãuis lapis S
lazuli ſit debilior armeno:poſſumus tamen alterum pro altero ſubſtituere. Ex quo igitur in
iſtis pilulis:ſi quis uoluerit eas parare:non habens Armenum lapidẽ:ponat loco eius,opti-

A mi lapidis lazuli portionem. De his lapillis autem, qualiter ſint: & de ipſorum ablutionibus: per quãoptime: & ab authore noſtro, in ſuis capitulis: & ab aliis pluribus deſcribitur. Sed ad uerte ne decipiaris cum aliquibus ex iunioribus aſſerentibus lapidem Armenum: & lutũ Ar
B menum: unum, & idem eſſe. Quod uel cogitare nefas eſt.

¶ Pilulæ ad omnes morbos catarrhi: &c. CCCXI.

C A Nonnullis præſentes pilulæ, uocãtur pilulæ de cynogloſſa. Ponit etiã author præſentem deſcriptionem, in fine capituli de cura catarrhi, authoritate Alexandri: ſed abſq; croco: quod putamus eſſe additionem ad præſentem deſcri
D ptionem. Tamen non deleuimus: quia in exemplaribus antiquis inuenimus. Signauimus autem ipſum: ut non ſine bonorum medicorum examinatione admittatur. Etiã ipſe author loquitur de ipſis pilulis inter medicinas tuſſis catarrhalis frigi
E dæ. Vbi ſic ait. Alexander. Confectio pilularum ad tuſſim catarrhalẽ: & eſt ex medicinis benedictis: & eſt ex ſecretis: & confert ad omnes ægritudines catarrhales: & uocantur pilulæ alchabei: & dictæ ſunt in cap̃. de catarrho. Hæc illæ. Tamen in dicto cap̃. de catarrho, nõ le
F gitur alchabei. ſed alcalcachar, & alchazaber: ſecundum impreſſiones: quia ſecundũ exemplaria: tot ſunt uariationes: quot ſunt deſcriptiones. Quãquam hæc omnia barbariſma, coniectamus unum & idem ſignificare. Et nil aliud proprie, q̃ cynogloſſam. ſ. linguam canis: her
G bam uidelicet ſic appellatam: ut per concordationem deſcriptionum ipſarum percipi põt. Ponitur etiam per impreſſos libros in antidotario Nicolai: & ſimiliter ſine croco: ſed in fine ipſius adduntur tria ſimplicia: quæ ſunt, Gariofilus, cinnamomum, & corcubrum, ſiue co
H zumbrum cum ana. ℥. ii. Diximus enim per impreſſos libros: quia in multis exẽplaribus Nicolai, e manu, quæ uidimus: non habetur huiuſmodi pilularum deſcriptio. Et in prima Nicolai impr̃ſſione legitur ipſa deſcriptio: ſed abſq; illis tribus ſimplicibus: & abſq; croco. Sed
I addito rhodoſtomate: cum quo conficiuntur: cætera ad literam, ut in iſto antidotario poſita ſunt. Ex quibus dubitamus ipſam deſcriptionem: eſſe forſan aliquorum additionẽ in ipſo Nicolai antidotario. Item aduerte, ꝙ radicum linguæ canis, non recipiuntur in iſta deſcri
K ptione: niſi. ℥. iiii. & locantur in ana, cum opio & hyoſcyamo: quoniã ſic eſt in exẽplaribus. Poſtea legitur: croci. ℥. i ÷. impreſſiones aũt, mendoſe habent: radicum linguæ canis. ℥. iiii ÷. Præterea: cum ſit, ꝙ author non ſpecificet in iſta deſcriptione rem, cum qua ſint conficiẽdæ
L ipſæ pilulæ: putamus melius eſſe ſi conficiãtur cũ ſucco cynogloſſæ (quẽ credimus ſignificare: cũ ſucco alchazaber: quod legitur in p̃fato cap̃. de catarrho) q̃ cũ rodoſtomate: ſicut Nicolaus præcipit. Quod rodoſtoma, tradũt iuniores ſignificare aquã roſaceam. Demũ ſcien
M dum, ꝙ hæ pilulæ maxime commendantur in paſſione catarrhali a Hieronymo Accorõbono de Eugubio in ſuo tract. de catarrho: uidelicet, in q̃nto remedio curæ catarrhi calidi: ubi probat illas eſſe Alexandri Traliani: & non Nicolai. Vide ibi.

N De Cynogloſſa. ſ. Canis lingua.

CYnogloſſa idem dicit, quod canis lingua: ſiue dictionibus inuerſis: lingua canis, ſeu lingua canina. A Dioſcoride nẽpe ſcribitur ipſa: ſed ſine caule creſcens. Illa aũt qua uti
O mur: apud nos aliquoties caulẽ profert. Et hoc excepto: in oĩbus aliis notis ad unguẽ cõuenit deſcriptioni Dioſcoridis. Poteſt. n. eſſe, ꝙ in aliq̃bus locis nõ producat caulẽ: & præſertim ubi Dioſcorides cõſiderauit ipſam plantã. Quia (ut alias diximus) teſte Theophraſto: ſæ
P pe ſecundũ loca diuerſificãtur plantæ: & in qualitatibus: & proprietatibus: &c. Vnde habere caulem: non facit, ut non ſit lingua canis, ipſa planta: qua utimur. Etiam poſſumus dicere ꝙ ſunt plures ſpecies: quia ut Plinius. 25. lib. cap̃. 8. Eſt alia ſimilis ei: & quæ ferat lappas mi
Q nutas. Et iſta eſt noſtra uſualis: quæ quidem notiſſima eſt.

¶ Pilulæ de Serapino: &c. CCCXII.

R I N iſta ſecunda deſcriptione pilularũ de Serapino: per impreſſos codices duæ mẽdæ cognoſcũtur. Prima uidelicet, ubi legitur: Recipe Serapini: &c. ana. ℥. ii ÷. Lege rectius: ana. ℥. ii. Secunda ubi legitur: calamenti, ſolii, centaureæ: &c.
S lege uerius: calamenti fluuialis, centaureæ: &c. quoniã ita eſt in cunctis exemplaribus, quæ uidimus. Per Seitaragi indi: intellige ſpeciem Caſiæ ligneæ: & non lepidium, ut Manardus declarauit. Lege de eo ſupra.

¶ Pilulæ

Pilulæ de Bdellio maiores:&c. CCCXIII. A
Pilulæ de Bdellio minores:&c. CCCXIIII.
Pilulæ de Bdellio ex inuentione noſtra:&c. CCCXV.

B
HAe tres pſentes deſcriptiões:excepto in aliquibus barbaris uocabulis:nõ in-
digent declaratione. Filius Serapionis in.7.habet quatuor deſcriptiones pi-
lularum de bdellio : quarum ultima non intitulatur de bdellio : Sed titulus C
eius eſt. Pilulæ quæ conueniunt ad hæmorrhoides:quæ fiunt in ano:&c. Se
cunda autem ipſarum quaſi ad literam,conuenit cum præſenti maiori. Raſis
uero in nono ad Almanſorem:cap̃.de hæmorrhoidibus:habet unam diuerſam deſcriptio- D
nem. Et fere eandem habet in antidotario diuiſionum:cap̃.de medicinis menſtruorum : &
hæmorroidum. Hali Abbas quoq; in.x.practicæ,habet unam deſcriptionem : ſimiliter diffe
rentem. Bartholomæus Montagnana quoq; in ſuo antidotario habet duas deſcriptiones: E
quæ etiam differunt. Animaduertant autem utentes uulgari æditione; ꝙ deſcriptio minor
iſtarũ pilularũ, eſt in eius imp̃ſſionibus multũ deprauata. Legant potius imp̃ſſiones latinas.

De Bdellio. F

SVpta etenim ubi de myrrha pertractauimus:diximus,ꝙ hæc,qua utimur,potius eſt ſpe-
cies bdellii: q̃ myrrha. Nam & in bdellio uſuali hæſitare cogimur:cum non uidemus ip-
ſum eas habere notas:quas illi attribuunt authores. Vnde non eſt amarũ:nec habet bonum G
odorem:&c. Et ſi non eſt illud:quod Dioſcorides dicit ex india aduehi nigrum,& malum:
proculdubio tenemus non eſſe bdellium:nec ſpeciem eius. Ex quo minus malum putamus
eſſe,ponere ipſam myrrham uſualem:quæ(ut diximus)non myrrha:ſed ſpecies bdellii iudi H
catur: q̃ hoc falſum bdellium. Quod, quid ſit, cum apud nos non naſcatur:nõ de facili poſ-
ſumus coniectare. Etiam negociatores, qui uendunt:minime ſciunt:quia non ipſi colligũt:
ſed a Saracenis: & infidelibus barbaris:ut ſarcocollam,ammoniacũ, atq; his ſimilia: & hoc I
pſeudo bdelliũ emũt.

De Veneris,uel Venereis.

PEr uarios codices,uarias inuenimus deſcriptiões unius ſimplicis:quod recipitur in ma-
iori iſtarum deſcriptionum. Et ubi legitur uenarum aduſtarum: & ubi uenenatũ,uel ue- K
nerarum,uel ueneriarum,uel uenerearum,uel auellanarum : & cætera fere innumera bar-
bara uocabula. Vnde & iuniores: prout uaria inuenerunt:ſunt qui unum: & ſunt qui aliud:
uariaq; interpretati ſunt. Nos autem ex ipſis dictionibus barbaris,uer iores putamus eſſe: ue L
neriarum, & uenerearum:quoniam ſic legitur in ſecunda, & quarta deſcriptione filii Sera-
pionis. Venerea autem, ſiue ueneria:ut apud Dioſcoridem probatur:eſt nomen commune
ad plura. Vt ad radicem acori: & ad ſiſymbrium: & ad lonchitim:&c. Pandectarius autem, M
& nonnulli ex ipſis iunioribus dicunt etiam ſignificari per huiuſmodi nomen:quoddam ge
nus oſtraciorum:ſiue conchularum maris. Quod quidem hic nobis ſatis conſonũ uidetur:
cum ſit,ꝙ in tertia iſtarum.ſ.in pilulis de bdellio,ex inuentione noſtra:ſpeciatim, & clare le N
gitur conchulæ aduſtæ. Et ita tenent,ex non ignaris plurimi. Igitur conchulæ aduſtæ appo
nendæ ſunt. Sed quia(ut ſupradictum fuit)cõchularum: & oſtraciorum plura ſunt genera:
ex nobilioribus autem ſunt cõchilium purpuræ: & illa uulgo dicta matriperna: & ſic quodſ- O
libet iſtorum poteſt poni. Quod autem aliqui declarant eſſe illas conchulas:quas peregri-
ni in pileis portant a ſancto Iacobo Galliciæ ridiculum eſt. Lege de hoc,in confectione ele-
ctuarii ex inuentione noſtra. P

Pilulæ de Coloquintida:&c. CCCXVI.

POſuit author ſupra duas alias deſcriptiones:ſub titulo pilularum alandahal. Q
Præſentem autem uocauit de coloquintida,ad differentiã ipſarum:necnõ &
ad differentiã pilularũ de bdellio:qm̃ & in iſtã confectionẽ ingreditur bdel-
lium. Et licet intituletur hæc deſcriptio de cologntida:non tñ (ut nonnulli R
falſo opinati ſunt)ponẽda eſt ipſa cologntida incorrecta. Quod quidẽ erro
neum eſt: & contra authoris intentionẽ. Trociſci alandahal.n.ſemp. ponendi ſunt:ubi co-
logntida petitur:p̃ter in aliqbus decoctiõibus. Præterea aiaduertẽdũ,ꝙ in pñti deſcriptiõe p S
diuerſos libros:tripliciter iuenimus poſitũ unũ ſimplex. Videlicet aliq libri, & cõiter ĩpreſſi:
& Nicolaus præpoſitus habent abſynthii Romani. Aliqui autem manuſcripti, & Luminare

A maius:Viſci Romani. Alii ſimiliter e manu,& uulgaris æditio:muſci Romani habent. Duo-
bus dũtaxat demptis:in quibus abſolute legitur muſci. Verũtamen quales ipſorum ſint ue-
riores non facile poteſt cognoſci: quia in unum quodlibet ipſorũ trium,plures conueniũt.
B Etenim uiſcum romanum non niſi apud recentiores legimus:quod & maſticem eſſe decla-
rant. Quod quidem minime credi poteſt:quoniam maſtix Romæ non oritur. Huiuſmodi
enim pilularum deſcriptionem:apud quẽquam aliorum authorum adhuc non inuenimus.
C Iudicio enim noſtro potius legẽdum eſſe abſynthii:ꝗ uiſci,aut muſci credimus:quia roma-
num quod ſequitur:potius cõpetit abſynthio:ꝗ uiſco:aut muſco. Verũtamen ſi alicui me-
lius uidebitur:fiat. Nos quidẽ hæc,& omnia:ſemp meliori iudicio cõmittenda relinqmus.

D De Naſturtio albo.

ALiqua nempe de naſturtio,in Triphera minori ex arte Fenonis deſcripſimus. Sed quia
in præſenti deſcriptione ſpeciatim legitur:naſturtii albi:ideo ſciendum,ꝙ naſturtii ſa-
E tiui Plinius duo facit genera.ſ.album & nigrum. Sed per ipſius uerba,non poſſumus perci-
pere:an hoc domeſticum notum,ſit album,uel nigrum:quoniam unum tantum genus ſa-
tiuum ſcitur hodie apud nos:quod uulgo Romæ,allegrettum nominant. Sed ipſum quale
F ſit:uidelicet album,uel nigrum:a nemine declaratur. Neq; ſi ex ſemine,uel flore,aut planta:
ſiue ex radice dicatur album,ſeu nigrum:memoriæ traditum eſt a quoq̃. Conſtat enim hoc
notum habere ſemen luteum:& non album,uel nigrum. Igitur ex ſemine neutrum erit. Si
G autem ex floribus:ſeu e planta:aut ex radice ipſum conſiderabimus:album erit:quoniã flo
rem lacteum habet. Et folia maxime albicantia ſunt. Immo ſtipites:& thecæ ſeminis albiſſi-
ma conſpiciuntur. Radix quoq; eſt illi alba:ut quilibet non cæcus uidere poteſt. Ex quibus
H quidem notis:recte nos poſſumus dicere hoc eſſe naſturtiũ album. Etiam dato ꝙ ſit nigrum:
poſſumus eo libere & pro albo uti:quoniam fere cuncti teſtantur eandem uim in omnibus
eſſe. Sylueſtris etiã naſturtii plura ſunt genera:& hæc ut plurimum apud herbarios nota
I ſunt. Ab authoribus nempe magis commendatur Babylonicum naſturtiũ:ſed quia illud nõ
facilius haberi poteſt:licet nobis noſtrate uti.

K ❡ Pilulæ de Opopanace:&c. CCCXVII.

EX Ioannitio author noſter,in capitulo de paralyſi ponit unam aliã deſcri-
ptionem,in multis differentem ab iſta. Auicenna autem in quinto cañ. ha-
L bet iſtammet deſcriptionem:ſed in quibuſdam paucis differt. Bartholo-
mæus quoq; a Montagnana,in ſuo antidotario habet unam deſcriptionẽ:
ſed non eſt ſimilis huic.

M De Opopanace.

REctius dicitur opopanax,ꝗ oppoponax:& opopanacium,ꝗ oppoponacum:quod eſt
ſuccus panacis:ab opo & panace:&c. Author enim noſter de huiuſmodi planta: non
N ſincere ſcripſit. Vnde potius Dioſcoridi ꝗ ipſi credendum eſt. Nam Dioſcorides tria pana-
cis genera facit.ſ.Heracleum:ſiue ut mauis Herculeum dicere:Aſclepium:& Chironiũ. Sed
de Heracleo tantum,tradit ſuccum opopanacium colligi. Quod Heracleum,folia ut ficus
O habet:&c. Author enim noſter potius Aſclepium:ꝗ heracleũ pingit:cum de foliis eius per-
tractat. De quo non dicunt authores ſuccum excipi. Et ſic in ſuo cap̃.confundit plura Dio-
ſcoridis capitula. Panax autem heraclea habetur in Italia:ſed ignauia incolarum non colli-
P gitur opopanax. Hoc opopanacium,quo utimur:ſæpe adulteratum uenditur. Nos pluries
uidimus plantam opopanacis:ſed comoditatis penuria:non collegimus ſuccum eius.

Q ❡ Pilulæ de Hermodactylis maiores:&c. CCCXVIII.
❡ Pilulæ de Hermodactylis minores:&c. CCCXIX.
❡ Pilulæ de Hermodactylis deſcriptione noſtra:&c. CCCXX.

R

RAſis quidem in nono ad Almanſorem:cap̃.de podagra:habet unam deſcri-
ptionem pilularum maiorum de hermodactylis. Et filius Serapionis in ſepti
S mo habet etiam pilulas de hermodactylis:omnes tamen differunt ab iſtis.

De Hermodactylis.

HErmodactylorum non minima copia reperitur apud nos:in montanis

pratis,

ptaris, & aliis locis: & groſſi: pulchriq; ſunt: taliter, ꝙ ſi neſciuiſſemus eos eſſe malignos: ali- A
quando comediſſemus ipſos. Quoniam (ut Dioſcorides refert) recentes magnam uolupta-
tem afferunt aſpicientibus: & præcipue incautis de illorum malignitate: eo maxime, ꝙ dul-
ces guſtatu ſentiuntur. Sed neſcimus deſiccare eos: ſicut orientales faciunt. Pluribus enim B
modis tentantes experiri ipſorum deſiccationem: nunquam effectum deſiderii noſtri con-
ſequuti ſumus. Etenim multos de hoc iterrogauimus: a quibus uarios accæpimus modos:
Verũtamen ſemper omni modo efficiuntur duri ut lapidea, rugoſi, & uti carbones nigri: ſor- C
ſan quia alio ſolo & cælo naſcuntur. Colchicon græce idem eſt: quod hermodactylus. La-
tine etiam bulbus agreſtis dicitur. Author enim noſter, in proprio capitulo: duo genera fa-
cit. Vnum quod eſt longum, ut digitus: & aliud rotundum. Rotundum quippe eſt colchi- D
con. Prolongo autem putamus intellexiſſe ephemeron: de quo Dioſcorides ſeparatim ca-
pitulum fecit. in quo dixit ephemeron habere radicem unam longam, digitali craſſitudine:
&c. Non obſtante, ꝙ dicat colchicon etiam ab aliquibus ephemeron uocitari. Similiter Se- E
rapio in uno ſuo capitulo de Hermodactylis: duo capitula Dioſcoridis conſtrinxit. ſ. capitu-
lum de colchico: & capitulum de ephemero. Vbi per ephemeron, barbare achimeron legi-
tur. De rotundo autem: quod eſt colchicum: author noſter ſimiliter, ut Serapio, poſuit tres F
differentias. ſ. ꝙ hermodactylorum alius eſt albus: & alius rubeus: & alius niger. Et ꝙ albus
eſt eligendus: rubens uero, & niger ſunt mali. Hermodactyli quidem aromatariis: & herba-
riis noti ſunt. Sciendum tamen: ꝙ recentes non ſunt adminiſtrandi. Teſte ipſo filio Meſuer G
qui ſic ait. Et meliores ſunt, in quibus iam præteriit medius annus: poſt bonam eorum exſic-
cationem. Auicenna autem dicit, ꝙ eſt radix plantæ habentis roſas albas, & citrinas: in qui-
bus uerbis: manifeſtatur uel ipſius: uel interpretis eius: mala intelligentia. ſ. ꝙ pro flore cro- H
ci albicante (ut in Dioſcoride legitur) intellexit: florem croceum. ſ. citrinum: & album. Vn-
de dixit: roſas albas, & citrinas.

De Carthartico. I

CAtharticum, ſiue per k, katarticũ, omnes teſtãtur, idem ſignificare: quod purgatiuum,
ſeu ſolutiuum, aut ſimile. Vnde apud Galenum quinto de ſimplicium medicamentorũ
facultatibus: cap. 19. cathartica declaratur facultas purgans. Addit autem roſatum: ad diffe- K
rentiam aliorum ſolutiuorum: ſeu purgatiuorum: quæ a roſis non denominantur. Vnde qa
in hoc ſuo antidotario non habet aliud purgatiuum roſatum: ꝗ electuarium roſatũ: de ipſo
haud dubie eſt intelligendum. Et probatur per illud quod ſequitur. ſ. ꝙ in pilulis de hermo- L
dactylis, de ſua deſcriptione, poſuit aperte & clare. Videlicet: fac pilulas cum electuario ro-
ſato. Non autem cum electuario de ſucco roſarũ: quod eſt in antidotario Nicolai: ut Chri-
ſtophorus de honeſtis declarauit. M

¶ Pilulæ Sebelliæ: &c. CCCXXI.

N

SEbelliæ. i. aromaticæ. Dicuntur ſic, ob uarias ſpecies aromaticas: quas reci-
piũt. Vnde rectius erat ſcribere ipſas, immediate poſt pilulas elephanginas:
tamen non eſt noſtrum peruertere authoris ordinem. Per libros impreſſos O
enim generaliter in præſenti deſcriptione, eſt una menda. Videlicet, ubi le-
gitur: ℞ aned, agarici, epithymi: ana. ℥. iii. Legendum eſt rectius: ana. ℥. iiii.
Quoniam ſic inuenimus in cunctis exemplaribus: necnon & in uulgari æditione. P

EXPLICIT DECIMA DISTINCTIO.

A DISTINCTIO VNDECIMA. DE
VNGVENTIS: ET
B EMPLASTRIS.
CCCXXII.

C De Emplaſtris, & Vnguentis in generali.

ANtequam ad alia tranſeamus: Primum uidendum eſt, quid intereſt, inter em-
D plaſtrum: & unguentum: & cæratum: uel cærotũ: &c. Certum nãq; eſt, ꝙ un-
guentum, & emplaſtrum: poteſt largo modo, alterum pro altero nuncupari.
Vnde præſentem diſtinctionem indifferenter, & quaſi communiter fecit: De
E unguentis, & emplaſtris. Sed magis ſtricte conſiderantes (ut Sypontinus ſcri-
bit in Cornucopia) quæ hodie unguenta, ſupple falſo uocamus: ſunt illa proprie: quæ a do
ctis, græco uocabulo emplaſtra dicuntur. Quæ autem emplaſtra, ſupple etiam falſo uulgo
F nominamus: a peritis cataplaſmata, ſiue malagmata uocitantur. Vnde ſequitur: ꝙ unguen-
ta proprie ſunt alteriuſmodi. Sed ſecundum communẽ modum loquendi: omnia. ſ. & illa,
& iſta, poſſunt ad unum & idem uocabulum. ſ. unguentum deduci. Diuerſa tamen unguen-
G torum genera reperiuntur. Et illorum, quæ proprie unguenta dicuntur: alia ſunt ex ſuccis:
& hæc Stagmata græce appellantur. Alia conſtant ex corporeis rebus: quæ Hedyſmata græ
ce. Et alia ex pulueribus odoriferis: quæ quidem Diapaſmata græci nominãt. Et proprie illi
H paſtilli poſſunt ſic uocari: quos myropolæ, ſiue ſeplaſiarii fingẽtes uẽdunt: atq; uulgo pro-
fumos appellitant. Feces autem unguentorum: Magmata, uocãtur. Ex quo, crocomagma,
fex crocini unguenti interpretatur. Generaliter uero omne: ex quo aliquid poteſt ungi: un
I guen, ſiue unguentum dicitur. Vnctio autem, ab ungo deducitur. Vnde unguentum: quaſi
ungimentum dici poteſt. Cæratum uero, ſiue cærotum proprie: non eſt emplaſtrum, nec pa
ſtillus, neq; unguentum: quãuis & aliquando ueniat ſub nomine emplaſtri, & unguenti: &c.
K Vt exempli gratia. Author noſter iſopi cærotum deſcriptione Philagrii uocat unguentum:
cum dicit inibi: Et cum cæteris fiat unguentum. Et apud Auicennam in quinto cañ. idem cæ
rotum uocatur Emplaſtrum Philagrius: &c. Conſtat enim cærotum ut plurimum, ex paſtil
L lis: & rebus duris: quæ igne molleſcunt. Denominatur autem cæratum ſiue cærotum, a cæ-
ra: quæ in omnibus cæratis recipitur. Vnde ſequitur corollariũ: ꝙ aliquod huiuſmodi ge-
neris non recipiens cæram: recte nõ poſſe cæratum dici: niſi aliquo modo per ſimilitudinẽ.
M Linimentum autem, & unctio, non differunt. Manardus etiam in exordio huius diſtinctio-
nis teſtatur ſimiliter: ꝙ iuniores non conueniunt cũ antiquis, in nominibus huiuſmodi con
fectionum. Ait enim: Vnguenti, & emplaſtri nomine: ſed & cæroti: aliter antiqui: aliter neo
N terici uſi ſunt. Illi enim unguenta ea dũtaxat uocabant: quæ ex odoratis rebus conficieban
tur: emplaſtra: quæ ex metallicis: cærota: quæ ex oleo & cæra. Neotericis unguenti nomẽ,
ad antiquorum emplaſtra: & cærota extenditur: cærota ea ſolum uocãtes: quæ ita cuti hæ-
O rent: ut uix auelli poſſint: quæ ab hærendi ui, a Galeno ἐγχρίσματα dicta ſunt. Emplaſtra ue-
ro neoterici: quæ antiqui cataplaſmata nominant. Hæc ille. Nicolaus autem in ſuo antido-
tario. ſ. in emplaſtro quod dicitur apoſtolicon, definiuit: ꝙ emplaſtrum eſt dura confectio.
P Nonnulli autem dicunt: ꝙ triplex eſt emplaſtrum. ſ. durum, mediocre, & molle. Et confun-
dunt ſub nomine emplaſtri: & unguenta & cærota: &c. Sed hæc dicta ſufficiant.

Q ❡ Iſopi cærotum deſcriptione Galeni: &c. CCCXXIII.

DEnominantur Iſopi cærota iſtæ compoſitiones: ab Iſopo humida. ſ. ſorde
R lanarum ouium: de qua magnam recipiunt quantitatem. Luminare maius
enim & uulgaris æditio: & pauca quædam exemplaria (ut in duobus legi-
mus) non recte habent in præſenti deſcriptione: cærã in uno ana cũ oleis.
S etenim rectius impreſſiones latinæ: & Nicolaus Præpoſitus: & fere cuncta
exemplaria ſic habent. Recipe cæræ citrinæ: ℥. iii. olei chamæmillini, olei
Irini: ana. ℥. vi. &c. Item, falſo apud ipſum Luminare legitur: Croci: ℨ. I. & falſiſſime. Iſopi hu-

midæ.ʒ.x.cum cæteri libri tam antiqui,q̃ impreſſi,uniuerſaliter habeant:croci.ʒ.i÷.& iſopi A
humidæ.ʒ.lxxx. Et ſic eſt uerum.

De Cæra.

VEre ex tã exigui animalis(.ſ.apis)induſtria:magna nobis Deus noſter maximus,& be- B
nedictus,contulit bona. Vt ſunt mel:& cæra. Non enim mortalium quiſpiam(ut pu-
tamus)ſuo ualeret ingenio,minimam utcũqꝫ particulam horum colligere. Igitur:Non no-
bis domine,non nobis:ſed nomini ſancto tuo,omnis laus datur,& gloria. Cæra itaqꝫ notiſ- C
ſima eſt:atqꝫ frequenter uariis adhibetur uſibus. Reperitur nãqꝫ citrina, ſiue fulua,ſiue mel-
lea:quæ & mellis colorem,& odorem habet. Et hæc eſt illa:quæ,expreſſo melle,remanet in
prælis. Et hæc petitur ab authore in præſenti cæroto,& ubiqꝫ:ubi cæra citrina:uel cæra ab- D
ſolute legitur. Reperitur etiãnum & cæra alba:quæ & duplex eſt.ſ.naturalis: & artificialis.
Sed naturalis eſt illa:quæ in aluearijs abſqꝫ melle inuenitur:quæ quidem a Dioſcoride pro-
polis uocatur:& uulgo cæra uirgo nominatur. Eſt enim alba:ſed non in ſuperlatiuo gradu. E
Alia autem alba artificialis dicta(ex eo,ꝙ arte dealbatur)albiſſima eſt:quæ hodiernis tempo
ribus Venetiis:& alibi,aqua marina.&c. Sicut Dioſcorides docet:in magna paratur copia.
Aliiqꝫ diuerſi modi cæram dealbandi habentur:quos breuitatis cauſa pertranſimus. Vetuſta F
te quoqꝫ efficitur alba:quæ prius erat citrina. Tingitur quandoqꝫ cæra uariis coloribus: ex
quibus poſtea uaria ſortitur cognomina:ut a cinnabari,ſeu minio:cæra rubra:& a uiridi æ-
ris cæra uiridis dicatur:&c. G

De Maſtice,& Lentiſco.

REſina lentiſci enim,maſtix:& lentiſcina uocatur. Nam quaſi per totam Italiam, magna
reperitur lentiſcorum copia:tamen cæli qualitas non dat eis copioſe reſinam produ- H
cere:ut in Chio inſula:& alibi. Raro in Italia ſcimus lentiſcum ferre reſinã. Etenim poſt reſi-
nam terebinthi.i.terebinthinam,ſecundum Dioſcoridem,maſtix obtinet bonitatis locum.
A nonnullis glutẽ Romanum:& uiſcum romanũ uocatur:quãuis putamus non recte. Res I
quidem non ignota: Sed in trituratione ipſius animaduertant aromatarii: ut madefaciant
prius mortariolum:& piſtillum aqua pura:& ſic nihil adhærebit ipſis. Similiter etiam poteſt
fieri in trituratione uernicis,thuris,& ſimilium. Lentiſcum aũt Græci ſchinon.ſ.ſchinum K
uocant. Sed non eſt idem cum ſchœno. A terebintho parũ differt lentiſcus:uires quoqꝫ cõ-
ſimiles habet. Et(ut Dioſcorides tradit)ipſa:aut ſuccus foliorũ eius:in uicem acaciæ, & hy-
pociſtidis:peroptime compenſatur. Fit etiam ex eius granis oleum:quod oleum lentiſci- L
num:ſiue de lẽtiſco,uocatur:ad multa utile. Ipſa quoqꝫ grana matura per ſe ſimpliciter: aut
muria macerata:a pluribus,non ſine uoluptate,comeduntur. In præſentiarum etiãnum,ut
Dioſcoridis tẽpore,ex lentiſci ſurculis dentiſcalpia fiunt. Vnde Romæ plures ſunt:q quo- M
tidie ex induſtria:& lucro horũ dẽtiſcalpioꝝ:uictus,ac uitæ neceſſaria,ſibi nõ parce acqrũt.

De Terebinthina:& Terebintho.

TErebinthina,a terebintho:uel terminthina,a termintho dicitur. Græci enim termin- N
thum,quod latini terebinthum,uocant. Nonnunquam minus recte,& quaſi barbare,
per uarios libros:terbentina,ſeu terebintina,uel trebentina,ſiue trementina,aut termẽtina
legitur. Omnibus aliis reſinis a Dioſcoride iſta præfertur. Nam & ipſa(ut diximus)non ſo- O
lum numeratur inter reſinas:ſed principatum omnium reſinarum habet: poſt ipſam uero,
maſtix locum tenet:quæ quidem(ut ipſe Dioſcorides author eſt)in omnibus terebinthinæ
correſpondet. Quãobrem,quia uera terebinthina rariſſime habetur:tutius eſt in eius caren P
tia ponere maſticem:q̃ aliud. Hæc autem,qua utimur ſub terebinthinæ nomine:pro certo
compertum habemus:ꝙ ex laricis arbore excipitur:& ueriſſime ſuum proprium nomẽ La-
ricina eſt. Vnde & a nonnullis hodie larga,quaſi larica dicitur. Tamen Aetii authoritate:ad Q
omnia quæ terebinthina ualet:& hæc accommodari poteſt. Habuimus aliquando Venetiis
ex uera terebinthi reſina:e Cypro inſula aducta. Quæ licet non ſit in ea bonitate:in qua eſt
illa:quæ ex Cycladibus inſulis ſumpta, a Dioſcoride magis commẽdatur:attamen eſt me- R
lior q̃ laricina. Terebinthi quidem arbores,in nonnullis Italiæ locis:ac etiam intus Vrbem
naſcuntur:ſed experti ſumus ipſas rariſſime producere reſinam:ſicut & plures aliæ arbores
ſunt in Italia:quæ uel raro,uel nunquam producunt gummi:ſeu reſinas:cum alibi,extra Ita- S
liam,id abundantius faciant. Vt eſt arbor ſtoracis,& lentiſcus,de quo mox ſupra,& cypreſ-
ſus,& oliua,& ficus,& hedera,& aranciorum,& citrorum arbores: &c. Inuenimus tamen

A aliquando in huiuſmodi arboribus: & reſinas, & gummi: reſpectiue ſupple. Vulgo Romæ, terebinthum: cornucapræ uocant. Et ab Arabibus helcalimbat, albotin, ſiue botin, uel boſton, aut baton appellatur. A Raſi autem haelchalimbit ſcribitur. Non elõgatur a lentiſci ſi-
B militudine. Nam ſecundum Serapionẽ, ſpecies unius generis ſunt terebinthus, & lentiſcus: ſed terebinthus folia maiora q̃ lentiſcus habet. Fructum fert duplicem: & quandoq; triplicem. Primus non maturatur. Secundus uero tempore uindemiarum racematim, maior q̃
C fructus lentiſci: rubeus primitus conſpicitur: poſtea ſubuiridis, ad nigredinem tendens. Vnde eſt, ꝙ granũ uiride ab Auicẽna, & aliis pluribus nominatur. Tertius (ſi fructus dici poteſt) uariis coloribus, & formis, in modum ueſicarum ulmi prouenit. Huiuſmodi enim tertii ali-
D qui ſunt longi, depreſſiq;, parum curui: cornibus caprarum ſimillimi: unde cornucapræ nomen ſibi arbor uendicauit. Alii ſunt rotundi: & ex eis magni, & parui, ut mala: alii oblongi ut pruna: &c. Ex quibus omnibus, alii ſunt ex parte colorati, albi uidelicet, & rubri: alii ſub-
E citrini, & albi: alii per totum albi: & alii ſubuirides: &c. ita pulchriores omnes, ꝙ magnã afferunt aſpicientibus uoluptatem. intus uero cuncti, cum ſunt maturi: culicibus, ſeu muſcis paruis pleni ſunt. Nonnulli etiam ex ipſis intus, habent quendam humorem ſicut eſt in ueſi-
F cis ulmi: &c. quos fructus: immo pſeudo fructus: pluries manibus propriis ex terebinthi arbore collegimus. Et ꝙ terebinthus producat huiuſmodi fructus: Lege Theophraſtum in capitulo .xv. libri tertii de hiſtoria plãtarum: ubi terebinthorũ genera optime ſcribit. Et etiam,
G quod reperitur terebinthus maſcula: & terebinthus fœmina: ſed maſculam dicit eſſe ſterilem, & infructiferam.

De omni Reſina, & Gummi.

H INter arborum, ſiue arbuſtorum, & plantarum, ſeu herbarum genera: aliqua reſinam, aliqua gummi, aliqua uero neutrum producunt. Quandoq; tamen ab authoribus confunduntur: & alterum pro altero capitur. Ex his autem arboribus, quæ reſinam fundunt: ſunt
I Terebinthus, Lentiſcus, Populus, Larix, Abies, Pinus, Picea, Cypreſſus, arbor Thuris, Iuniperus: &c. Ex arbuſtis uero: ut eſt in Hiſpaniis quoddam arbuſtum: quod uulgari eorum lingua Sciara dicitur: &c. Ex herbis, ſeu plantis autem colligitur: ut ex Condrilia, Chamæleo-
K ne albo: & ſimilibus. Gummi conſimiliter ex arboribus: ut ſunt arbor Acaciæ, Ceraſus, Prunus, Amygdalus, & aliæ multæ. Ex fructicibus autem, ſeu arbuſtis: ut ſunt Hedera, Cyprus, Pruneolus: &c. Ex herbis quoq;, ſeu plantis: ut ex Tragacantha, & uariis herbis ferulaceis:
L &c. Quæ uero neutrum producunt, ut Taxus, & ſimilia: pene innumera ſunt. Sed (ut optime Braſauolus ſcripſit) in his differentia principaliter cognoſcuntur ab inuicem: reſina, & gummi. ſ. ꝙ reſina naturam oleaginam: gummi uero aqueam habet. Quodq; triplici experientia
M probatur. Videlicet, ꝙ reſina ad ignem faciliter accenditur: gummi uero crepitat. Item: difficilius eſt, reſinas & aquam miſcere: facilius autem, gummi & aquam. Item, econtra: faciliter reſinas & oleum commiſcere: difficulter autem, gummi & oleum. Et ſcias, ꝙ omnis pix eſt
N reſinæ ſpecies. Abuſiue quidẽ illud, quod adhæret parietibus doliorum uini, & aceti: a nonnullis uocatur reſina: longe enim differt ab iſtis. Et rectius (ut in ſuperioribus iam diximus) raſina dici debet: non obſtante, ꝙ iſtæ etiam ſimiliter abuſiue, a quibuſdam raſine dicantur.
O Vnde paſſim in aliquibus libris legitur: raſina, abſolute: & raſina pini: &c. Et uulgo raſa pini uocitatur. Reſinarum autem, aliæ ſunt liquidæ: & aliæ duræ: ita ꝙ poſſunt puluerizari: aliæ uero inter liquidum: & durũ mediantur. Omnibus enim reſinis (ut ſupra diximus) a Dioſco-
P ride, Paulo, & aliis pluribus: præfertur terebinthina. Reliquis uero poſt ipſam, lentiſcina. ſ. maſtix. Serapio autem primum authoritate Galeni: dicit, gluten Romanum (quod declarat eſſe maſticẽ) eſſe melius omnibus glutinibus: infra poſtea authoritate Dioſcoridis: dicit ali-
Q ter. ſ. ꝙ terebinthina eſt melior: & poſt ipſam maſtix: Vnde poteſt coniectari: ꝙ ambæ ſint æquali uirtute: & bonitate munitæ: uel ſaltem ꝙ parum differãt inter ſe. igitur cum ſint multæ reſinarum ſpecies: de qua autem ſit intelligendũ: cum abſolute (ut in præſenti deſcriptio-
R ne) legitur. uariæ ſunt iuniorum opiniones. Nam ſunt qui uolunt, ut intelligatur terebinthina: alii autem maſtix: ex eo ꝙ altera ipſarum cæteris præferatur. Quorum opiniones ꝑ præſentis cæroti deſcriptionẽ (in qua recipitur terebinthina: & maſtix: & per ſe reſina) refellun-
S tur: atq; confutantur. Alii autem & melius, tradunt illam abſolute eſſe intelligendũ: quæ ex pini arbore tantum ſumitur. Quoniam licet terebinthina, & maſtix, in genere reſinarũ, ſint præſtantiores: tamen ſemper ſpeciali nomine deſcribuntur: & non generali. Vnde antonoo-

maſtice per hoc nomen.ſ.reſina abſolute, neutra ipſarum poteſt intelligi. Sed re uera, ꝑ an- A
tonomaſiam, reſina e pinu intelligitur. Non quia melior: ſed quia copioſior habetur. Vnde
Plinius. ; .cap. trigeſimiſeptimi libri, dicit reſinam proprie pineis in eſſe. Et uulgaris uſus uo
candi adhuc extat. Omnes enim reſinam pini: ſiue raſam pini uocant. Et ſic eſt ſecundũ ue- B
ram authoris intentionem: & ita debet intelligi.

ℭ Operatio iſopi humidæ: &c. CCCXXIIII. C

IStius operationis deſcriptio, ſatis eſt clara. Sed ſciendum, ꝙ alius modus di-
uerſus ab iſto, colligendi hanc lanarum ſordem, Iſopum humidam dictã: po- D
nitur a Dioſcoride. 2. libro. Quiibet nẽpe eſt bonus. De iſopo humida: quæ
œſypus græce dicitur: quære in ſyrupo de hyſopo.

ℭ Iſopi cærotum deſcriptione Philagrii: &c. CCCXXV. E

CAerotum præſens ſub nomine emplaſtri ponitur ab Auicẽna in quinto cañ. F
cuius titulus eſt: Emplaſtrum Philagrius. Differt tamen, in aliquibus paucis.
Ponitur etiam & a filio Serapionis in ſeptimo cap. 2 7. ſub titulo. Dhimadh, ſi
lagrii: tamen in pluribus eſt differens. Animaduertendum autem, ꝙ præſens G
deſcriptio eſt multum deprauata: & confuſio non minima eſt in ipſa, per im-
preſſos codices. Vnde primo ſciendum, ꝙ ubi legitur: Bdellii: &c. ana. ʒ. vii. Legendũ eſt re-
ctius: ana. ʒ. viii. Quia ſic habent cuncta exemplaria antiqua: & uulgaris æditio: & Lumina- H
re maius. Et ſimiliter filius Serapionis, & Auicẽna. Item, ubi legis in ipſis impreſſionibus: te-
rebinthinæ: ℥. I÷. Lege uerius: ℥. ii÷. quoniam ſic eſt ſecundum ueritatem, in præfatis exem-
plaribus. Itẽ, quod habetur in fine deſcriptionis: uidelicet: Et in alio ceræ lib. i. minus quar- I
ta. Dele ex libro totum: & lege ſimpliciter: Sepi uitulini. ʒ. xv. & eſt conuenientius. Quia il-
la eſt additio imperitorum impreſſorum: nec eſt in exemplaribus antiquis: neq; in Nicolao
Præpoſito. Et cum hoc patet, ꝙ eſt confuſa loquutio. Quia cum ſit ſupra: ceræ citrinæ. lib. I. K
neſcitur modo per hanc ſuperadditionẽ tan de ipſa cæra ſuprapoſita, ſit minuẽda pars quar-
ta: uel cum aliis additionibus: ſit ſuperaddenda alia ceræ libra minus quarta. Vnde ſi ſuper-
additur, certum eſt, ꝙ non erit: quod ſequitur. Hoc eſt. Et eſt conuenientius. Immo diſcon L
uenientius erit: quoniam tanta quantitas ceræ non competit huic cæroto: ut bene fiat. Igi-
tur non eſt admittenda: neq; eſt minuenda quarta pars libræ ſuperius poſitæ.

De Medullis. M

EX duobus tantum generibus oſſium medulla colligitur. ſ. ex ſpina dorſi: & ex cruribus
animalium: quãuis etiam & in mandibula reperiatur: quæ poſſet colligi. Vnde ad diffe- N
rentiam illius, quæ ſpinæ dorſi eſt: author ſpecificauit cruris. Et poſuit uaccæ: ad differentiã
aliorum animalium: quoniam ex uariis animalibus ſumitur. Vnde ſecũdum Dioſcoridem:
medulla ceruina eſt omnium laudatiſſima: & poſt ipſam, uitulina: deinde taurina: cum qua O
intelligitur etiam & uaccina: ſiue (ut melius dicamus) bouina: quoniam bos communis ge-
neris eſt. In cuius uice: etiam & bubalina poteſt ſubſtitui. Poſt bouinam autem: caprinam, &
ouillam, ipſe Dioſcorides numerauit. Poſtea ſubĩtellige ex cæteris animalibus: quæ fere in- P
numera ſunt. Et ex quolibet cum poteſt haberi: colligenda eſt: atq; ſeruanda. ut ex hædo:
agno: equo: aſino: chamelo: cane: lupo: &c. Et ſeorſum altera, ab altera: nec ſimul aſſeruari
debet quæ eſt ex cruribus: cum ſpinali. Etiam & humana medulla habenda eſt; quam (ſaluo Q
meliori iudicio) nos putamus omnium optimam. Et nota, ꝙ quãdo petitur medulla ex alte
ro unius ſpeciei animalium: puta ex maſculo: ſi non poteſt haberi: ſumatur ex fœmina eiuſ-
dem ſpeciei: & econtra. Ex cruribus autem, ſiue ex alis uolatilium: nuſquam legimus admiſ- R
ſas eſſe medullas. Nec enim putamus ipſas omnino uirtute carere. Vt ſunt medullæ crurũ,
& alarum anſeris, anatis, gruis, cyconiæ, ſtruthionis, ſiue ſtruthiochameli: &c. tamẽ nos (ni
fallimur) credimus ipſas eiuſdem uirtutis eſſe, cum alia ipſorum pinguedine: & optime pro S
ea poſſunt ſubſtitui. Non obſtante, ꝙ talium medullæ ſint generaliter liquidæ plus: q̃ me-
dullæ quadrupedum.

De Adipibus.

A ADeps,& pinguedo,ſiue pinguitudo:& quod uulgo graſſum dicitur:unum & idem ſi-
gnificant. Et ſunt nomina generalia,ſeu communia ad omne oleoſum: non ſolum in
B materia carnis,cuius ſunt propria:uerũetiam & ad alia referũtur. Vnde Pſalmographus. Ci
bauit eos ex adipe frumenti:& Geneſeos.27.de pinguedine:& in pinguedine terræ:&c.Ga
lenus autem.xi.de medicamentorum facultatibus:facit differentiam inter adipẽ:& pingue-
C dinem. Et pro adipe intelligit tantum ſeuum:& pro pinguedine axungiam:tamẽ poſtea ſcri
bit.ꝙ omnis adeps in animali poteſt dici pinguedo:& ecõtra:omnis pinguedo poteſt adeps
denominari. Attamẽ differt adeps,ab adipe:ſiue pinguedo,a pinguedine:ut mox dicemus.
D Adipis igitur:ſiue pinguedinis,plures ſunt ſpecies,ſeu differentiæ.ſ.ſeuum(quod & ſebum,
& ſepum etiam dicitur)axungia,ſiue axũgnia,ſiue minus recte aſſungia:laridum(quod quaſi
per ſincopam,lardum uulgus uocat)unctum, medulla: &c. Sed ſepum,ſiue ſeuũ,reperitur
E in animalibus cornigeris,una tantum parte dentatis. Axungia uero:& laridum ſunt in ani-
malibus non cornigeris:quorum quatuor dentes,ut plurimum,prominẽt.Vt ſunt porcus,
ſiue ſus,aper,porcus ſpinoſus,ericius ſylueſtris,mus,gliris,felis,canis,urſus,elephas, & his
F ſimilia. Inter quæ:& homo etiãnum poteſt connumerari. Vnde ad differentiam aliarũ axun
giarum:multoties ſpecificatur de porcina. Vnctum tamẽ ſpecialiter dicitur de pinguedine:
quæ eſt in dorſo porci. Medulla autem in innumeris animalibus fere eſt. In auibus uero,nõ
G ſeuum,nec axungia,nec laridum dici libet:ſed tantũmodo adeps,ſeu pinguedo,quæ & pin
guitudo dicitur. Author enim noſter in hoc cærotο ſpecificauit de adipe anſerina:ad diffe-
rentiam aliarum. Anſer quippe,auis aquatilis eſt:& notiſſima. Vulgo autem Ocha:& Papa-
H rum,ſiue paparus appellatur. Et omnis adeps:ſi non ſpeciatim legitur de ueteri,aut ſalita:
ſemper intelligitur recens:& abſq; ſale: Quomodo aũt purgandus ſit,atq; aſſeruandus om-
nis adeps:a Dioſcoride optimo ſermone declaratur. Sed nota,ꝙ quandocũq; legitur ſim-
I pliciter,& abſolute,alicuius animalis adeps:ſeu pinguedo:ſemper intelligitur illa: quæ cir-
ca renunculos,& iecinora ipſius animalis reperitur. Sed in eius carentia.ex aliis quoq; eiuſ-
dem animalis partibus,adipem ſubſtitue.

K
De Fœnu græco.

QVare dicatur fœnu græcum,ignoramus. Non enim e Græcia apportatur:nec ma-
gis græcum,ꝗ Italicum laudatur. Nam & in italia:& præcipue circa Orthas in ma
L gna ſeritur copia. Herba quidem nota:ſemẽq; notiſſimum eſt. A nonnullis fœnu græcũ do
meſticum,ſiue ſatiuum nominatur:ad differentiam alterius plantæ:quod fœnu græcum ſyl
ueſtre uocant. Quodq; ab aliquibus ruta capraria:ſiue capragina nuncupatur. Vulgo autẽ,
M ſunt qui taurinam:& ſunt qui martanicam:& ſunt qui herbã neſam appellant. Tota pſimil-
lima eſt fœnu græco ſatiuo.ex quo fœnu græcum ſylueſtre dicitur. Non ſeritur in Italia:ſed
locis pinguibus,humectiſq; copioſe prouenit. Apud antiquos quippe huiuſmodi plãtam,
N adhue non legimus:tamen a pluribus ſcimus expertam eſſe:in morbos peſtilentes:& con-
tra uenenata maximam uim habere.

O
¶ Iſopi Cærotum deſcriptione Pauli:&c. CCCXXVI.

PAulus in ſeptimo cap̃.17.habet unum Iſopi liquidi medicamentum:quod
quidem longe differt ab iſto cærοto. Aduertẽdum autem,ꝙ per impreſſio-
P nes latinas,mẽdoſe legitur in præſenti deſcriptione:Cæræ:ʒ.iii.lege uerius:
℥.iii÷.Vt eſt in cunctis exemplaribus:necnon & in uulgari æditione. Nico-
laus præpoſitus uero habet:℥.ii÷. Et Luminare maius:ʒ.iii÷. Vterq; ſimili-
Q ter mendoſe. Putamus enim ꝙ librariorum in curia:in Nicolao ſit diminuta illa uncia:& in
Luminari:poſita,ʒ,pro,℥.Item quædam impreſſiones de recentioribus:mẽdoſiſſime etiam
habẽt:Sepi,& medullæ uituli:ana.ʒ.ii.Lege.℥.ii.ut eſt in omnibus aliis libris:tam manuſcri-
R ptis:ꝗ impreſſis. Pro Sigia autem,intellige ſtoracem liquidam:& de ipſa quære in ſuperio-
ribus. Et pro ireleo,ſiue irileon:intellige oleum irinum. Et de ipſo dicetur in diſtinctione de
oleis. Aliud iſopi cærotum deſcriptione Democriti,habetur infra:de quo loco ſuo dice-
S tur. Item aliud diuerſum ab iſtis,habet author:authoritate Aboali:in capitulo de bothor:&
apoſtemate aurium. Item:quaſi ſimilem compoſitionem cæroti:ex iſopo humida habet cir
ca finem capituli,de aſthmate quod inſcripſit:Cærotum ex inuentione noſtra.

ℭ Vnguentum Diaphinicon conferens:&c. CCCXXVII. A

ANimaduertendum,ꝙ circa finẽ huius diſtinctionis ſunt duæ unguenti palmei
deſcriptiones:quæ ſatis parum differunt ab iſtis.ſ.præſenti:& ſequenti deſcri B
ptionibus unguentorũ diaphinicon. Quæ quidẽ deſcriptiones finales: cum
duobus aliis.ſ.ante & retro ſibi adhærentibus:in multis antiqs exemplaribus
non ſunt. Et in aliquibus prima tantũ unguenti palmei deſcriptio legitur:ſe- C
cunda minime. ita ꝙ pauca ſunt exemplaria: quæ utráꝗ; habent deſcriptionem. Vnde du-
bitamus,ne forte ſint additiones,ad præſentem diſtinctionem:tum,propter hoc:quod dixi
mus.ſ.ꝙ in paucis habentur exemplaribus:tum etiam,quia ſeorſum locatæ ſunt ab iſtis,in D
ipſa diſtinctione:Quoniam clarum eſt:ꝙ hoc primum unguentũ diaphinicon:& illud pri-
mum palmeum:eſt idẽtidem,bis deſcriptum. Non obſtante,ꝙ ſint in eis,aliquæ paruæ diffe
rentiæ:quæ quidem non faciunt:ut utrũꝗ; non ſit idem unguentum. Sed quia(ut diximus) E
ꝙ in quibuſdam paucis dũtaxat exemplaribus leguntur: nõ uiſum eſt nobis delere ipſas de-
ſcriptiones a libro:neq; a loco ſuo mouere. Sciendum tamen,ꝙ illud primum unguentum
palmeum:ex primo Galeni librorum chatageni,quaſi ad literam ſumptum fuiſſe probatur. F
Quod quidem a filio Serapionis authoritate ipſius Galeni:fere de uerbo ad uerbum in ſepti
mo ſui breuiarii:ſub titulo unguenti de calcadis ponitur. Et ſub eodem titulo:& eadem au-
thoritate:magis tamẽ ſuccincte:ponitur ab Auicẽna in qnto cañ.ab Hali filio Abbas quoq;, G
cum inſcriptione,colcorati unguẽti:ſimiliter ex Galeno:ſcribitur in decimo ſuæ practicæ.
Galenus autem libro præallegato dicit uocari ipſum: Emplaſtrum diachalciteos:ſed a pal-
ma Emplaſtrum diaphinicon,ſiue phinichinon appellat. Vnde Emplaſtrum chalciteos,ſiue H
chalcitis: idem eſt:quod emplaſtrum:ſiue(ut mauis)unguẽtum de calcadis filii Serapionis:
& Auicennæ. Et ex eo,ꝙ uocatur de palma:ſiue diaphinicon:idem dicit:ꝙ unguentum pal
meum:& unguentum diaphinicon filii Meſue. Infra etiam,ſunt alia duo emplaſtra,diaphi- I
nicon cognominata:quorum ſecundum,authoritate Alexandri ponitur. Sed utrũꝗ; ipſo-
rum alteriuſmodi compoſitionis eſt. In Hali aũt,a malo interprete (ut putamus) pro chal-
citi:ſiue chalcade,quod idẽ eſt:uerſum fuit colcotar:quod eſt alia uitrioli ſpẽs:ut ſupra.ſ.in K
trochiſcis de croco,latius declarauimus. Similiter interpres filii Meſue in hmõi unguentis
hoc ſimplex:non recte interpreratus eſt. Quoniam in hoc unguento diaphinicon primo:
non colcothar:ſed chalcitis:ſeu(ut mauis)chalcadis uertere debuiſſet:ut in ſecundo(quod L
deſcriptione Arabica inſcribitur)fecit. Et ſic nos tanquã melius:non colcothar:ſed chalca
dis reſcripſimus. Etiam in illis unguenti palmei deſcriptionibus:minus recte ipſe interpres,
uitrioli,non ſpecificate uertit. Et aliis in locis,conſimiles errores paſſim legũtur. Ex quo le- M
ctores ſemper animaduertant:ne cum ipſis in eorum errorem incidãt. Diaphinicon autem
dicitur huiuſmodi unguentum:ſeu palmeum:aut de palma:a ramis dactylorũ,ſeu palma-
rum,cum quibus cõficitur. Phenichia enim,dactyli ſunt. Et ſub eodem nomine palma etiã N
intelligitur:quoniam dactyli,& palmæ,ſunt unius generis ſpecies. Et indiſcriminatim poſ-
ſumus altero,pro altero uti:reſpectiue tamen:de arbore,uel de fructu. Verũtamen in defe-
ctu ramorum dactylorum:ſeu palmarum:(ut in unguento palmeo ſecũdo legitur) radices O
cannarum ſubſtituuntur. Manardus autem dicit:ſe aliquando cum ramo quercus parari fe-
ciſſe:& inuenit ipſum utile. Et hoc(ut putamus)a Guillelmo Placentino accæpit:qui in qn-
to ſuæ practicæ:cap.2 1.uidelicet,in ſuo unguento de palma dicit. Vt agitetur ipm unguen P
tum,cum ſpatula palmæ:uel ligni glandium:&c. igitur authoritate iſtorũ:& huiuſmodi ra-
mis:pro palmarum:& dactylorum ramis,in neceſſitate,poſſumus uti,in cõfectione talium
& ſimilium unguentorum. Q

De Zirbo.

ZIrbus nempe(ut iuniores concorditer tenent)idem eſt:quod reticulum,ſeu pannicu-
lus inuoluens inteſtina. Et proprie eſt illud:quod uulgo Italice ratta:& ab aliis raticel- R
la,ſeu reticella dicitur. A nonnullis etiam abſolute rete uocatur:quoniam retis ſimilitudi-
nem habet. Quod quidem reticulum in omnibus quadrupedibus non reptantibus reperi-
tur. Sed in uno animali:magis pingue:ꝙ in alio. Et quandoq; pro toto animalis adipe,lar- S
go modo intelligitur. Stricte autem pro dicto reticulo:aut pro axungia tantum. Quando
autem non ſpecificatur,de quo animali:ut in iſta deſcriptione:ſemper de ſuillo.ſ.porcino

A reticulo:tanquam de pinguiori intelligendum eſt. Generaliter enim omnes libri tam anti-
qui,q̃ impreſſi:quos uidimus,in iſta deſcriptione:habẽt zirbi abſolute:præter unam de ulti
mis impreſſionibus:& Nicolaum Præpoſitum:in qbus ſpeciatim legitur zirbi cerui: Et unũ
B exemplar quod habet ſcriptum zirbi hirci. Verũtamen utrũq; eſt falſum:quoniã aperte pro-
batur eſſe zirbum porci. Nam Galenus:ſic clare ſcribit. Vetuſti adipis:quem inſtitores axun
giam appellant. Certum nãq; eſt:ꝙ axungia abſolute:ſemper de porco intelligitur. item:
C Hali Abbas clarius poſuit:in his uerbis. Sume zirbi porci:aut adipis,ſine ſale:&c. itẽ:in un-
guentis palmeis:uidelicet,in primo ſic legitur. Axũgiæ ueteris de puratæ a ſale:&c. Et in ſe-
cundo latine ſic. Pinguedinis porcinæ depuratæ a ſale &c. Ergo prædictum zirbum non eſt
D cerui,nec hirci:ſed porci. Lege etiam Galenum:& uidebis,ꝙ magis cõpetit huiuſmodi un-
guento adeps porcinus:q̃ alterius cuiuſcũq; animalis. Vnde author tanquam excellentio-
rem:præpoſuit ipſum,adipi uitulino,in præſenti deſcriptione. Et ſic eſt uerum.

E

℄ Vnguentum Diaphinicon deſcriptione Arabica:& eſt unguen-
tum Arabicum:&c. CCCXXVIII.

F

HOc præſens unguentum,non negatur ab authore eſſe idem cum ſupradicto:
tamen dicit,ꝙ eſt ipſum:ſed ſecundum deſcriptionem Arabicam. Tanquam
G ſi diceret. Arabes uariauerunt ipſius deſcriptionem,in hunc modũ:&c. Dans
intelligi,ꝙ ſuprascriptum eſt ſecundum puram græcorum deſcriptionẽ:&c.
Sunt autẽ in iſta deſcriptione,per impreſſos codices,aliquæ librariorũ men-
H dæ. Et primo. Fere in omnibus dictis codicibus legitur: foliorum cheiri,ſaluiæ,triaphyllõ,
alleſa,acori:&c. Super quibus uerbis,uariæ ſunt iuniorum opiniones. Vnde aliqui per tria-
phyllon,intelligunt ſpeciem ſatyrionis.ſ.teſticulum uulpis:ex eo,ꝙ tria folia,nec plus, nec
I minus habet: Alii intelligunt trifolium acetoſum:alleluia nuncupatum: & ſic diuerſimode
ipſi ſcribunt. Vnde apud aliquos legitur:triaphyllon acetoſi:& apud alios:triaphyllon.i.al-
leluia:& nihil de alleſa tangunt. Alii autẽ dicunt,triaphyllon per ſe:& alleluia per ſe,debere
K intelligi. Alii autem uolunt:ut per triaphyllon,intelligatur lotus domeſtica: & pro alleſa,
ſiue alliſa,intelligatur alyſſon:uel aliſma Dioſcoridis. Et alii aliter ſomniant. Nos autem his
omnibus uiſis:atq; cunctis(quæ habuimus)exemplaribus perlectis:dicimus breuiter:ꝙ ue
L ritas literæ talis eſt. Recipe foliorum cheiri,ſaluiæ,triaphyllõ alleluia, acori:&c. Quoniam
ſic inuenimus:in decẽ & octo ex ipſis exemplaribus antiquis. Et in quinq; aliis:legitur tria-
phyllon acetoſi:quod idem ſignificat. Et in duobus legitur ſic. Triaphyllon.i.alleluia:quod
M ſimiliter eſt idem. In nonnullis aliis etiam,eſt ſimpliciter:alleluia. Et in aliis paucis: triaphyl
lon abſolute. In nullo enim penitus legitur alleſa:quod quidẽ,ſi in impreſſionibus legitur:
eſt librariorum deprauatio,poſita pro alleluia:de qua mox dicetur. Sed author ſciens plu-
N rimas eſſe trifolii ſpecies:ad maiorem cautelam:ne cõmitteretur error:noluit abſolute ſcri
bere illud. Et ideo cum ſcripſit triaphyllon:mox declarauit:addens alleluia. Videlicet ſigni-
ficans quod,ex tot ſit accipiendum. Secundo,ubi legitur. Ex foliis earũdem herbarum:ana
O ℥.iiii.lege.℥.iii.quia ſic eſt in omnibus exemplaribus:& ita ſimiliter habẽt Luminare maius:
Nicolaus Præpoſitus:& uulgaris æditio. Tertio,ubi legitur. Litargyri mundi,& triti contri
tione ultima lib.iii. Et in alio:lib.iii÷.Caſſetur hoc:uidelicet. Et in alio:lib.iii÷.quoniam eſt
P additio librariorum ſuperflua:qui forſan ex uariis codicibus tranſſumentes:& ita inuenien
tes:utrũq; poſuerunt. Etenim non legitur in dictis exemplaribus:neq; in Nicolao Præpoſi-
to. Vnde legatur abſolute litargyri: &c.lib.iii. Et ſic eſt uerum.

Q De omni Trifolio.

TRiaphyllon,ſiue triphyllon græce:latine trifolium ſignificat. Plura etenim ſunt gene
ra,ſpecies,& differentiæ trifoliorum. Vnde in generibus triphylli.ſ.trifolii ueniunt.
R Trifolium aſphaltitum,ſiue acutum,aut odoratum:Medion:quod etiam trifolium odora-
tum dicitur. Melilotum:Lotum urbanum:ſeu(ut magis placet)lotus urbana:& lotum ſyl-
ueſtre:quod,trifolium minus cognominatur. Cytiſſus:quod eſt trifolium maius. Teſticu-
S lus uulpis,Fragaria,Sampſuchũ,Staphiſagria,Andacocha,Alleluia:de qua nobis eſt ſermo.
Et alia plura:quæ licet a nobis uiſu cognoſcantur: tamen ea ſcripta apud authores hucuſq;
non inuenimus. Vt eſt trifolium ſatiuum:quod communiter non ignoratur:quoniam plu

ribus ſeritur locis:pro iumentorum pabulo. Et aliud trifolium maxime odoratum: quod A
uulgo Romæ tribulum(quaſi trifolium)appellatur. Quodq́ large mulieribus:& aliis uen-
ditur:quoniam diſtillant ipſum:pro ſuffumigiis:& aliis uariis odoramentorum laſciuiis fa-
ciendis. Aliter adhuc in uſu medico non recipitur. Item:ſunt quædam alia trifolii genera: B
quæ paſſim naſcuntur:& quoddam ex ipſis habet in foliis maculas albas:ad lunæ nõ plenæ
ſimilitudinem:quod trifolium lunatum appellamus:& aliud habet maculas nigras,in pupil
læ oculi figura:quod trifolium oculatum:ſeu maculatum nominare non diſplicet. Et alia C
plura:quæ ſuperfluum eſt ſcribere:cum apud authores neſciamus ea capitulare:&c. Allelu
ia autem:quæ rectius(ut putamus)Luila dici debet:a nonnullis trifolium acetoſum: ſiue pa
nis cuculi nuncupatur. Et ab aliis uulgo acetoſella:& ſalſarola dicitur. Ex eo ꝙ in ſalſis.ſ.in D
condimentis libenter cõmiſceri ſolet. Folia.n.fert ad corculi effigiem:in quolibet pedicu-
lo tria. Potius reptat:ꝗ eleuatur:ſemen habet in ſiliquis minimis rectis,triquetris:quæ pro-
pe maturationem,cũ tanguntur(quaſi zelantes ſemina:ne accipiantur)continuo crepitant: E
& ſemina hincinde diffunduntur. Quæ quidem ſemina:tanꝗ ſi uiua eſſent:ut pulices ſaltan-
do,ſe capi non permittunt. Ac ſic in terram deſcendunt. Naſcitur frequẽtius circa ſepes &
inter ſaxa. A pluribus quoq́ in hortis colitur:unde non ignoratur. F

¶ Emplaſtrum Arabicum:&c. CCCXXIX.

PRæſentis emplaſtri Arabici deſcriptio:ab immediate præcedenti unguento G
Arabico dependet:unde abſq́ illo,ſtare non poteſt. Quia cum legitur hic.
Recipe ex foliis herbarum earũdem:Et diſſoluantur in uino:aut ſucco her-
barum:ſicut hic proxime diximus:declarat aperte: de ſuperiori unguento H
Arabico eſſe intelligendum. Sed nota,ꝙ cum dicit diſſoluantur: &c.nõ in-
telliguntur omnia ſupradicta:ſed myrrha,aloe,& ſarcocolla tantum. Eſt autem in pñti de-
ſcriptione per impreſſos libros unũ mendum. Videlicet ubi legitur:uitrioli:auř.iii. legendũ I
eſt:uitrioli:auř.iiii.ut cuncta exemplaria antiqua:nec non & Nicolaus præpoſitus:& uulga-
res impreſſiones habent. Non obſtante,ꝙ in ipſis uulgaribus impreſſionibus mendoſe im-
preſſum ſit. Myrrhæ,aloes:ana:℥.xii.pro.ʒ.xii. K

¶ Vnguentum mirabile relatum ad Nicodemum:&c. CCCXXX.
¶ Vnguentum Nicodemi aliud:&c. CCCXXXI. L

IStorum Nicodemi unguentorum deſcriptiones,melius,atq́ rectius ſcriben
dæ ſunt:ſine determinato medicinarũ pondere:ut in exẽplaribus uetuſtis le-
guntur. Prima.uidelicet ſic. Recipe myrrhæ,aloes,ſarcocollæ:ana partes æ- M
quales:&c. Secunda aũt ſic rectius legitur. Recipe myrrhæ, aloes: quantũli-
bet:&c. Illæ nouẽ drachmæ:quæ in impreſſionibus ſequũtur:ab imperitis li-
brariis poſitæ ſunt. Qui forſan legẽtes,ana,abſolute,abſq́ quãtũlibet:uel abſq́ partes æqua N
les:ac ſine pondere:illud qđ ſequebatur immediate.ſ.uini (ut putamus)intellexerunt.viiii.
uidelicet.v.pro quinq́:&,ini,pro quatuor:tanꝗ ſi eſſent,quatuor ſic.iiii.Et interponẽtes.ʒ.
fecerunt,ut legeretur.ana.ʒ.viiii.Vt in uno mendoſo exemplari inuenimus.in quo ad ma- O
iorem mendi declarationẽ:ſequebatur ſimpliciter ſic.albi quantũ ſufficit. Nec erat ante:uel
poſt illud adiectiuũ(.ſ.albi)uini,aut alterius rei ſignũ:pro ſubſtantiuo ipſius adiectiui. Vnde
poſtea alii utrũq́ poſuerunt.ſ.ʒ.viiii.& uini:&c. Sed multũ differt:& non eſt parui momẽti: P
inter partes æquales:&.ʒ.ix.pro eo quod ſequitur. Hoc eſt. Et ſunt,qui addunt uitrioli,par
tis unius quartam. Nam ſi legitur:ana.ʒ.ix.neceſſario quælibet drachma erit pars:& ſic non
adderetur uitrioli:niſi quarta pars unius drachmæ. Quod eſt tanquã nihil.Si autem ſtat,ana Q
ſcilicet quantũlibet:uel partes æquales:Et(exempli gratia)puta intelligis de quolibet ſimpli
ci,pro parte una,etiam.ʒ.ix.uitrioli quidẽ non quarta pars unius drachmæ:ſed quarta pars
unius integri ſimplicis recipitur. Et ſic tunc nouem drachmarum quarta:quæ ſunt duæ.ʒ. R
& quarta alterius:erit quantitas uitrioli recipienda in ipſum unguentum. Et ita eſt uerum:&
ſecundum ueram authoris literam:atq́ intentionem. Etiam uulgares excuſiones habẽt cla
re:& recte:ana quanto tu uuoi.ſiue.ʒ.viiii. Nota etiam,ꝙ ubi dicitur in iſtis unguentis:uini S
albi boni quantum ſufficit:Intellige ad diſſoluẽdum ea ſcilicet myrrham,& ſimilia:quæ ne-
ceſſario ſunt diſſoluenda.

A ℭ Vnguentum Cæſareos magnum:&c. CCCXXXII.
ℭ Vnguentum Cæſareos paruum:&c. CCCXXXIII.

B Etenim hæc duo unguenta,in cunctis fere exemplaribus:& in uulgari ædi
tione.non ceraſeos(ut per impreſſiones latinas legitur) ſed Cæſareos inti
tulantur. Tanquam a Cæſare:quod putamus rectius. Non enim recipiunt
C ceraſia:ut ex ipſis denominari credantur. In magno iſtorum unguētorum
per nonnullas impreſſiones,mendoſe legitur:floris æris.ʒ.ii.Lege rectius:
ʒ.iii.ut eſt in cæteris libris.Item ſciēdum,ꝙ omnes impreſſiones:ac etiam
D quædam pauca minus correcta exemplaria,in hoc unguento magno,habent duas literarū
deprauationes: uidelicet ubi legitur. Ammoniacum,& bdellium diſſoluātur in aceto: &c.
Et infra. Et proiice ſuper ipſum ammoniacum,& bdellium diſſoluta in aceto:&c.tanquam
E ſi conſimilia gummi:ut Galbanum,opopanacium.&c.non eſſent diſſoluenda:quod eſt falſum:& omnino contra authoris intentionem. Immo non ſolum ammoniacum,bdellium,
Galbanum:& ſimilia:quæ non poſſunt conteri:ſunt diſſoluenda.ſed & myrrha,& aloe, &
F alia plura:quæ aliquo modo conteruntur:& puluerizantur:quandoq; præcipit author, ut
diſſoluantur. Et huiuſmodi paſſim legitur. Vt exempli gratia. In Iſopi cæroto deſcriptione
Philagrii.& in unguento Arabico:& in Emplaſtro Arabico:& in unguento mirabili Nicodemi:&c.
G Et in unguento arthanitæ magno dicit. Quæ ſunt terenda tere. Ex quo neceſſario
ſequitur corollarium.ſ.Et quæ ſunt infundenda:ſeu diſſoluenda:infunde,& diſſolue:ut ibi
inferius clarius patet:cum dicit. Et proiice ſuper colaturam: Serapini:aur̃.v.myrrhæ aur̃.ii.
H ita ꝙ reſoluantur prius in aceto uini:&c. Ergo præter ammoniacum,& bdellium:diſſoluen
da ſunt & galbanum,& opopanacium,& myrrha,& ſimilia. Vera etenim litera,ut in multis
uetuſtiſſimis exemplaribus legitur,ſic ſe habet. Ammoniacum,bdelliū,& ſimilia diſſoluan-
I tur in aceto:&c.Et infra. Et proiice ſuper ipſum,ammoniacum:& cætera diſſoluta in aceto:
Et in uno ſic inuenimus. Et proiice ſuper ipſum,ammoniacum:& omne quod diſſolutū eſt
in aceto. Vnde in hoc unguento diſſoluenda ſunt:ammoniacum,bdelliū,ſarcocolla,myr-
K rha,galbanum,aloe,& opopanacium.Similiterq; in conſimilibus eſt faciendum. Aduertendum
etiam,ꝙ in utraq; iſtarum deſcriptionū,per uulgares impreſſiones, ſunt plures mēdæ.
Item ſciēdū,ꝙ hæc unguēta a nōnullis:unguēta apoſtolorum:& unguenta gr̃a dei uocātur.
L
ℭ Vnguentum Arthanitæ magnum:&c. CCCXXXIIII.

Præſens magnum,& ſequens paruum unguenta de arthanita.ſ.de pane por-
M cino:ſcribūtur etiam ab ipſo authore,in capitulo de arthanita. Sed ipſæ de-
ſcriptiones differūt in quibuſdam paucis inter ſe:ut mox patebit. Igitur præ
ſens unguentum magnum deſcriptum in antidotario:uniuerſaliter per oēs
N codices,tam impreſſos,ꝗ manuſcriptos:habet myrrhæ:aur̃.ii.Deſcriptio ca
pituli autem,etiam uniuerſaliter per omnes & ſingulos eoſdem libros : habet myrrhæ:aur̃.
iii.An ſi uel hic imminutus:uel illic ſit auctus unus aureus:minime cōiectare ualuimus. Item:
O in ultimo ana:per omnes præfatos libros,in iſta antidotarii deſcriptione:nō legitur cinna-
momum:quod quidem in cunctis eiſdem libris:in deſcriptione capituli habetur . Sed ani-
maduertendum,ꝙ per impreſſiones,ipſa capituli deſcriptio,in uno eſt uitiata: uidelicet ubi
P legitur euphorbii:℥.i.rectius legendum eſt:℥.÷.Vt eſt in exemplaribus antiquis:in ipſo capi
tulo:& in cunctis libris in deſcriptione antidotarii. Non obſtante,ꝙ illæ paruæ impreſſiōes
etiam mendoſe habeāt,in iſta antidotarii deſcriptione:euphorbii:ʒ.÷:in quibus,impreſſo-
Q rum incuria:poſita eſt.ʒ.pro:℥. Non parua differentia eſt,inter.℥.i.&.ʒ.÷.quāuis utrūq; nō
recte:Lege igitur:℥.÷.Aduerte etiam,ꝙ quædam de ultimis impreſſionibus, ſimiliter men-
doſe habent.pulpæ coloquintidæ:℥.iiii. Verius lege:℥ iii.ut eſt in cæteris libris. Vulgares
R quoq; impreſſiones,in utraq; unguenti arthanitæ deſcriptione,multa menda habent. Item,
Luminare maius:Lumen apothecariorum:ac Theſaurus aromatariorū:non recte hn̄t. Fellis
uaccini:aur̃.vi.Lege:aur̃.v.ut eſt in cæteris libris tā impſſis ꝗ manuſcriptis.Hæc igitur in hoc
S magno unguēto annotāda repperimus.

De Arthanita.

Scribens itaque author noſter,in ſuo de ſimplicibus , capitulum de arthanita : declarat
eſſe cyclamen . Et dicit , ꝙ ex eo reperitur magnum , & paruum : ex quo conuenit

cum

etim Dioſcoride:&c.qui cyclaminis duo genera ponunt Plinius aũt tertium genus addidit: A
quod & ſe uidiſſe fatetur. Apud nos quidem radix maioris cyclaminis tantũ habetur in fre-
quenti uſu. Minoris autem radix:teſte Dioſcoride,atq; Galeno:nullius iuuamenti eſt. Non
obſtante,ꝙ in quibuſdam de nouis Impreſſionibus:ad capitulum authoris noſtri, ſit additũ B
a librariis:utrunq; bonum eſt:& competit uſui medicinæ. Quod ſane non legitur in aliis im
preſſionibus:neq; in aliquo exemplari inuenimus. Et licet minoris ſemẽ(ut præfati Dioſco-
rides & Galenus tradunt)ualeat ad lienem:&c:per quod uerificari poſſit prædicta librario- C
rum additio. Videlicet:ꝙ utrunq; bonum ſit:& competat uſui medicinæ: tamen ibi non in-
telligitur ſecundum diuerſas partes:quia author noſter de radice tantum pertractat:& intel
ligit. Et ideo illa additio eſt mala. Cyclamẽ uero, fere apud omnes,uulgaris notitiæ eſt:& uſi- D
tatiori uocabulo,panis porcinus dicitur:quoniam plurima ſunt eius ſynonyma. Vt Artha-
nita,ſiue Hartanitha:Cyclamen,& cyclaminum neutri generis:& cyclaminus fœminei ge-
neris: Bochormarien, uel Buchormarien,ſiue Bothormarien,uel Buthormariẽ, uel Botho E
marien,uel Buthomarien:& ſimilia plura. Item: Panis alcurit,panis fauni,panis porcinus;
Caſſamum,uel caſſanum,ſiue quaſſamus,Rapum terræ,malum terræ,tuber terræ, umbili-
cus terræ:& alia plura nomina,& cognomina:quæ apud Dioſcoridem,Pandectariũ:& cæ- F
teros authores leguntur. Qui Pandectarius,ſub nomine arthanitæ,etiam & peucedanũ in-
telligit:ut in ſuo.355.cap.quod eſt de peucedano,legitur. Sed nota,ꝙ quandocũq; legitur
abſolute arthanita:ſiue cyclamẽ;&c.ſemper de radice maioris intelligitur. Præterea,ne qſ- G
piam in aliquibus ſupradictorum ſynonymorum(Raſim, Serapionem, Auicennam, Pande
ctarium, & nonnullos alios ex recentioribus legens)cõfundatur:animaduertat:ꝙ hæc no-
mina barbara.ſ.bochormariẽ: & ſimilia:ſiue a malis interpretibus:ſiue a minus peritis libra H
riis factum ſit:ſunt ita confuſa:& intricata:ꝙ ſummopere confundunt legẽtis mentem. Ita,
& taliter,ꝙ in ipſis lectionibus:tot ſunt pedicæ:quot ſunt uerba. Quaſi impoſſibile nobis ui
detur ab ipſis non illaqueari,& irretiri. Conabimur tamen pro poſſe:ſi non in totum,ſaltem I
ex parte,aliqua enodare. Nã ſæpe mali interpretes:aut addendo:aut minuendo: aut permu
tando:aut(ut paucis concludamus)peruerſe interpretando,multa confundunt. Et præci-
pue in æquiuocis peccant. Igitur ſi legis apud Serapionem,cap.de cyclamine: Buchorma- K
rien.i.cyclamen. Et in ſecũdo cañ. Auicennæ,capitulo de arthanita:illud idem.ſ. Et eſt bu-
chormarien. Et cap. Facaileſus ipſe Auicenna dicit. Facaileſus.quid eſt.dicitur ꝙ eſt ſpecies
buchormariẽ:& eſt genus arthanitæ. Et apud Pãdectarium: Buchormarien.i.Buthomariẽ. L
Et in additionibus nouis;Buchormarien.i.malum terræ:nonne clare,& aperte intelligis bu
chormarien eſſe cyclaminum? Item:ſi legis apud eundẽ Pandectarium:Bothormariæ.i.pa-
nis porcinus. Item:bothomarien, quid eſt:lege buthomarien. Quaſi dicat:ꝙ idem eſt:ſiue p M
o,ſiue per u,legatur. Et capitulo.114.Buthomarien:uel alcharincha:uel arthanita Arabi-
ce:Latine uero panis porcinus. Et in litera, A, Arthanita.i.buthormarien:nõne indubie per
cipis buthormarien,ſiue bothormarien,ſiue buthomarien:&c.illud idem.ſ.panem porcinũ N
ſcilicet cyclaminum ſignificare? Præterea:ſi legis in tertio cañ. Auicennæ: fen.16.tractatu
quarto cap.4.in uno clyſtere,ſimul & immediate:buchormariẽ: & arthanita. Et capitulo de
colica in nono Raſis ad Almanſorem:etiam in uno clyſtere immediate: buchormarien,ar- O
thanitæ:amborum ana:&c. Et in ſynonymis libri Serapionis. Arthanita.i.cyclamen:tamen
non eſt buchormarien. Et apud Simonem Ianuenſem in litera Arthanita. Buchormariẽ: qđ
eſt dictum fumigium:nonne plane cognoſcis buchormarien:ſiue bochormarien,non eſſe P
arthanitam? Similiter legens in eodem Raſis libro:capitulo de apoplexia:in uno alio clyſte
re:mediate tamen:ſic. Bothormarien:centaureæ minoris:arthanitæ:&c. Sine dubio uides
bothormarien,eſſe aliud ab arthanita. Quid ergo dicendum ad hæc? Quoniã ſiue per c,ſiue Q
per t,ſcribantur:ſunt,& non ſunt:ſecundum dicta. Amplius lege apud Auicennã in ſecun-
do canone:capitulo de Arbore Mariæ dicentem:Arbor Mariæ:quid eſt:eſt Buchormarien.
Quod cap.eſt de roſmarino:ut patet cõferendo cum capitulis aliorum authorum. Et quã- R
uis in ipſo capitulo Auicennæ legatur. Et iam dictum eſt de ea:non reperitur tamen ali-
ter, ſub quouis uocabulo, capitulum de roſmarino: in toto illo ſecundo canone. Vnde
neſcitur ubi dixerit de ea. Conſimiliter paſſim apud ipſum Auicennam legitur: Iam di- S
ximus: Iam dictum eſt: Dicetur: & huiuſmodi ſimile: quæ nuſquam poſtea reperiun-
tur. Bellunenſis autem, pro arbore mariæ: reſcripſit: Segiar marien. Hinc lege apud

A Serapionem,cap̃.327.Xaieralmariẽ.i.arbor Mariæ:uel roſmarinus. Et ſecundum Pande-
ctarium,cap̃.386.Laieralmarien: eſt arbor Mariæ:græce libanotida:latine roſmarinus.
Ex quibus patet,ꝙ buchormariẽ(quod eſt arbor Mariæ)eſt roſmarinus:quoniam arbor Ma
B riæ apud Serapionem,eſt roſmarinus. Quod confirmat Pandectarius,ponens falſitatem in
Auicennam:in litera,A,dicens:Arbor Mariæ ſecundum Auicennã,eſt buthomarien:ſed fal
ſo.quoniam buthomariæ,eſt herba nõ arbor:ſicut patet in litera buthomarien. Sed arbor
C Mariæ eſt roſmarinus:pro qua lege laieralmarien. Hæc Pandectarius. Et in ſynonymis libri
Serapionis. Buchormarien.i.incenſum.Vltra.Lege in Bellunenſis interpretationibus: Se-
giarmarien:ſeu arbor Mariæ:uel plãta Mariæ: ſicut ſcribit Eberbitar:eſt herba:quæ dicitur
D alachuẽ:quæ eſt matriçaria:& apud italos uulgares nominatur herba ſanctæ Mariæ.Et Se-
giatmariẽ,dicitur etiam de arbore:cuius folia ſimilantur foliis arboris cytoniorũ:& ex ea
colliguntur grana algul in ægypto. Et in græcia colligitur ſtorax ſicca,gummoſa,aromati-
E ca,& odorifera:quæ ab Auicenna ſecundo cañ.dicitur Aſtarach:& apud uulgares Arabes
bachurmarien. Hoc eſt. Suffumigium Mariæ. Hæc Bellunenſis.Franciſcus de Pedemontiũ
autem,cap̃.de dolore inteſtinorum.in uno collyrio,ſcripſit ſic. Burchormarien:& eſt radix
F pyrethri:uel mali terræ. De quare,a Luminari maiori arguitur. Et certe a propinquitate uo
cabuli deceptus:errauit. Quia ut legitur in præfatis ſynonymis Serapionis. Bochormaſen
eſt radix pyrethri:& non burchor,ſiue buchormarien. Ex quibus ergo prædictis Bellunen
G ſis uerbis:non te latet cognoſcere buchormarien:& ſimilia:non eſſe arthanitã:neq; roſma-
rinum. Igitur,hoc magnum Chaos quis euadet? Nam ſupradicta collegimus quia non pla
cuit nobis diſtinctionem:quam facit Luminare maius.ſ.ꝙ per,c,buchormarien ſcriptum ſit
H roſmarinus:& per,t,buthormarien:ſit cyclamẽ. Et uel ipſe bonus uir falſo inducit authori-
tatem capituli Serapionis de cyclamine:uel codex Serapionis apud ipſum erat in illo loco
mendoſus. Non enim in dicto cap̃.Serapionis de cyclamine legitur buthormariẽ: ut Lumi
I nare teſtatur:ſed buchormarien.Quod etiam probatur ſic eſſe:per Simonẽ Ianuenſem:qui
in fine literæ buchormariẽ ait. Apud Serapionem uero buchormarien,eſt cyclamen. Cæte
rum.ut præfati Simon Ianuenſis:& Pandectarius exponunt:buchor,ſiue bochor:uaporem
K etiam,& fumigium,ſignificat. Aiunt enim Buchor Arabice:uapor, fumigium: Buchorma-
rien,eſt dictum uapor uel fumigium Mariæ. Item Pandectarius. Buchur ſudel.i.fumigatio
nigra. Etiam per bothor,interpretatur puſtula,ſeu tumor in carne:&c. Vnde pro conclu-
L ſione:omnibus bene penſitatis:melius eſt coniectandũ. Hoc eſt:ꝙ bochormarien, buchor
marien,buthormarien:&c.idem ſignificant:& ſunt nomina cõmunia,ſeu æquiuoca ad cy-
clamen,roſmarinum,matricariam,ſtoracem,uaporem,ſeu ſuffumigium:& ad alia plura.Et
M ſic in præfatis locis,Raſis,& Auicennæ:in quibus legitur buchormarien:uel ſimile:& artha-
nita:non eſt falſitas,neq; error:ſed pro ipſo barbaro uocabulo,intelligi debet:uel roſmari-
num,ſiue roſmarinus:uel matricaria:uel ſtorax.ſ.illud ex eis:quod ad ipſum pharmacum,
N ſeu clyſterium,conueniennius iudicatur. Quapropter animaduertant aromatarii: & nouitii
medici,in huiuſmodi uocabulis:cum inuenerint:ut non indifferenter ſemper ponãt artha-
nitam:neq; roſmarinum:&c. Sed prius diligenter examinent compoſitionem: & illud po-
O ſtea ſubſtituant:quod magis competierit. Demum,non ignorandũ:ꝙ in ſecundo can̄.Aui-
cennæ:ſunt duo capitula de arthanita:unũ uidelicet,quod proprie inſcribitur de arthanita:
alterum uero,Facaileſus titulatur.Capitulum autẽ de arbore Mariæ(ut diximus)eſt de roſ-
P marino. Sed non intelligitur de iſto uulgari:quem roſmarinum coronariũ Dioſcorides no
minat. Nam ſunt apud Dioſcoridem:& ſimiliter apud Serapionem quinque roſmarini ge-
nera. De tribus prioribus,eſt iſtud capitulum Auicennæ. Quæ tria: cum quarto etiam
Q quod Theophraſto inſcribitur:a raris cognoſcuntur. Quintum uero genus:quod coro-
narium cognominatur:eſt iſtud uulgare. Item ſciendum,ꝙ ipſe Auicenna capitulo de Ar-
thanita commiſcuit capitulum Dioſcoridis de Struthio,ſcilicet de radicula:quæ & lanaria
R herba:& herba fullonum dicitur. Et hoc(ut putamus)a falſo codice Dioſcoridis:quẽ ha-
bebat. Quoniam in Dioſcoride primum eſt capitulum de radicula:quod immediate ſequi-
tur capitulum de cyclamino. Arabici autem interpretes:ſeu ſcriptores:de duobus fecerunt
S unicum capitulum:quod inſcripſerunt:de cyclamino.ſ.arabice,de arthanita. Vnde fuit: ꝙ
ipſe Auicenna intellexit herbam lanariam eſſe arthanitæ ſpeciem. De qua herba lanaria:in
oleo de Euphorbio loquemur. Quære ibi.

De Cucu-

De Cucumere aſinino. A

CVcumer aſininus:& cucumis ſyluestris,idem eſt. A Dioſcoride etiã elaterium dicitur:
quãquam & elaterium quoq;,peculiariter nominet medicamentum factũ, e ſucco fru
ctuum ipſius cucumeris ſyluestris:de quo & diſtinctum capitulum poſuit. Planta ipſa,cucu B
mer aſininus dicta notiſſima eſt:& tam ipſa,q̃ fructus eius:ita nominatur. Macris,atq; incul
tis ſponte naſcitur locis:&c. Secundum Dioſcoridem:& alios plures:ſeorſum,tam de fru-
ctu q̃ de radice:q̃ etiam ex foliis colligitur ſuccus:pro uariis medicaminibus aſſeruandus. C
Author enim noſter in proprio capitulo:ex foliis non ſcribit aſſumendum eſſe ſuccum. de
fructu,& radice tantum pertractat. Vnde apud ipſum quocũq; nõ ſpecificate ponitur.ſemp
de fructu intelligitur:qui ſi non haberi contigerit:ex radice compenſari oportet. Etiam ſe- D
cundum Dioſcoridem,a bimatu ipſius expreſſionis uſq; ad decennium uires habet. Plinius
autem libro.20.ex Theophraſto dicit:uſq; ad ducentos annos aſſeruari:& ꝙ non ſit me-
dicamentum:quod eo diutius duret. A trimatu incipit:& uſq; ad quinquageſimum annũ lu E
cernas extinguit:ſi eis approximetur:quodq; ex eo uetuſtius eſt:illud eſt melius:&c. Vnde
ante biennium huiuſmodi ſuccus non eſt adminiſtrandus. Immo tutius erit:ſi ſecundũ Pli-
nium:tranſacto triẽnio adminiſtretur.Sed hoc intelligitur de illo:qui per os ſumitur.In un- F
guentis autem:ut hic,& in conſimilibus:de recenti author intelligit. Quod probatur:cum
dicit. Et ſubmerge in ſuccis:&c. In ſucco enim condenſato non poſſunt res illæ ſubmergi.
Nec poteſt intelligi de ſolo arthanitæ ſucco:cum dicit in ſuccis:& nullus alius:præter iſtos G
duos:in hoc unguentum,ſuccus ingreditur:ergo recens eſt intelligendus. Qualis autem ſit
huiuſmodi ſuccum extrahendi modus:& ab authore noſtro:& a Dioſcoride,in propriis
capitulis:necnon & ab Bulchaſi:& aliis pluribus:ſatis clare deſcribitur. Nec omittatur:quin H
ſcribatur in cuiuſlibet uaſe:annus ſuæ collectionis. Vt ipſi non obliuiſcantur:& etiam po-
ſteri ſciant tempus,quo fuit extractus,& aſſeruatus ipſe ſuccus:& cognoſcant ſi eſt admini-
ſtrandus,uel non. I

De Felle.

FEl etenim eſt pars animalis nota. Et ex omnibus animantibus(ex quibus haberi poteſt)
accipiendum eſt:atq; aſſeruandum,a bono aromatario:quoniam non ſemper quodli-
bet animal ad uotũ reperitur. Author enim noſter ſpeciatim poſuit hic de uaccino:ſub cu- K
ius cognomine intelligitur & taurinum:quod eſt melius:tamen poteſt poni alterũ,pro alte
ro. Modus autem conſeruandi fel,duplex ponitur a Dioſcoride ſecundo lib.uidelicet ali-
ter pro medicamentis oculorum:& aliter pro aliis medicamentis. Lege ibi. L

¶ Vnguentum Arthanitæ paruum:&c. CCCXXXV.

M
SVpra nempe diximus:ꝙ hoc unguentum ſcribitur etiam ab authore,in ca-
pitulo de Arthanita:ſed differunt in quibuſdam paucis,ipſorum deſcriptio-
nes. Animaduertendum autem ꝙ per impreſſiones,in præſenti deſcriptiõe, N
ſunt plures mendæ. Vnde per cunctas impreſſiones ubi legitur:iſopi humi-
dæ:ʒ.v. lege uerius:℥.xv. Item:ubi legitur:Ammoniaci,bdellii:ana.ʒ.i÷.Le
ge rectius:ana:℥.i÷. Quia ſic eſt in cunctis exemplaribus antiquis:& ſimiliter in deſcriptiõe O
capituli. Item plurimæ excuſiones ſunt:in quibus mendoſe legitur:ſpicæ:ʒ.iiii.lege.ʒ.iii.
Item:in nonnullis aliis etiam minus recte legitur:ſucci extremitatum tamaricis:ʒ.ii.lege.℥.
ii.ut in cæteris libris:tam excuſis,q̃ manuſcriptis,probatur eſſe ſecundum ueritatem. Vulga P
res aũt impreſſiones,in huiuſmodi unguentis etiam,ſunt multum deprauatæ.

De Filice.

DVplex eſt filix.ſ.maſcula:& fœmina. Serapio autem,in albam:& nigrã diuidit. Et ma- Q
ſculam dicit eſſe nigram:fœminam uero albam. Filix igitur fœmina.ſ.alba:notior eſt
maſcula:quoniam ubiq; paſſim reperitur:& ita campos replet:ꝙ uix poteſt quis tranſire
per ipſos. Maſcula autem filix:quæ & nigra dicitur:non ita in campeſtribus inuenitur: R
neque tam copioſe prouenit. Naſcitur enim in petroſis:atque umbroſis locis. Vulgo
quidem a nonnullis os mundi:ſiue os munda uocatur. Neutra florem:aut ſemen fert:
Irridendi ſunt enim nonnulli ſuperſtitioſi:qui in nocte diui Ioannis Baptiſtæ,pergunt S
ad colligendum Filicis ſemen. Qui licet fruſtra pergant:tamen cum hoc grauiter pec-
cant:& ipſi,& qui ipſis credunt,participantes cum ſuis ſuperſtitionibus. Sed hæc tranſeant:

A quoniã non eſt hic locus de conſcientiæ caſibus pertractare. Filicum igitur radices tãtum,
in uſu medico recipiuntur: ſecundum authores. Non obſtante, ꝙ aſparagi, ſiue cauliculi no
uiter e terra prodeuntes elixi mãdantur ad aluum emolliendã: ut Dioſcorides ſcribit. Quan
B do autem ſimpliciter filix legitur: ut in præſenti unguento: ſemper de maſcula. ſ. nigra eſt in-
telligendum: quam Dioſcorides: & cæteri authores: alteri. ſ. fœminæ præponunt. Et proba
tur, ꝙ hic magis conuenit maſcula: ꝗ fœmina: quoniam principalis intentio huius unguẽti
C eſt curare ſpleneticos: ut in exordio ipſius deſcriptiõis apparet. Dioſcorides de maſcula lo
quens (. ſ. de illa: quæ oſmunda dicitur) aſſerit lienoſis maxime prodeſſe. in capitulo uero de
filici fœmina: nihil de liene meminit. Ergo maſcula competit huic unguento: & non fœmi-
D na. Attamen ſecũdum ueritatem poſſumus altera, pro altera uti. Quia Galenus dicit utraq;
eandem habere uim. Et Serapio authoritate ipſius Galeni: illud idem teſtatur: in fine capitu-
li de filice: quod incipit Sarax. Sic enim arabice nuncupatur. De alba loquẽs: Virtus eius (in-
E quit) eſt ſicut uirtus ſarax ſupradictæ: nec plus: nec minus. Sed nota, ꝙ licet filicula: quod eſt
polypodium: intelligatur ſub filicis nomine: tamen cum legitur filix abſolute: non intelli-
gitur polypodium: ut quidam falſo declarauerũt: ſed ipſa filix, Pteris græce dicta: quæ & ma
F ſcula eſt. Vel alia: quæ a græcis Ptelypteris dicitur: quæ filix fœmina eſt; debet intelligi.

De Cauenizich: ſeu Cauenzigh: &c.

EST in præſenti deſcriptione unum ſimplex. Videlicet: in primo anaſita barbarizatum: ꝙ
G nos oportet potius diuinare: ꝗ interpretari, quid ſit. Tam ex impreſſis: ꝗ ex manuſcri-
ptis: quaſi ſinguli ſingula: uidelicet: quaſi quilibet liber habet diuerſam ab aliis ſuam barba-
ram dictionem. Vnde ſunt qui cauenizich: & ſunt qui cauẽzigh: & qui kamenelis: & qui the
H rineatis: & qui cameartis: quãuis ſemibarbare: & qui aliter, & aliter habent. Vſq; ad triginta-
ſeptem uariationes: per uarios legimus codices. Ex quibus barbariſmis: nulla dictio eſt: quæ
poſſit auribus noſtris aliquid intelligibile, græce: uel latine ſignificare: niſi cameartis: quæ di
I ctio: in duobus tantum exemplaribus uetuſtiſſimis: & in Nicolao Præpoſito, per nos reper-
ta eſt. Ex quo cõiectamus ueram eſſe aliquorum iuniorum interpretationem: qui uidelicet
interpretati ſunt eſſe chamæacten. Et certe pluribus doctis uiris non diſplicet talis interpre
K tatio. Ex eo maxime ꝙ in dictis exemplaribus legitur. Putamus enim ipſas barbaras dictio-
nes, cunctas eſſe librariorum deprauationes ex chamæacte proceſſas. Vnde ſi ita eſt: uera li
tera: chamæactes: ſiue (ut mauis) chamæactis ſtare debet. Et ſignificat paruã ſambucum: quã
L latini ebulum nominãt: & uulgo Romæ uebio dicitur. Nam acte ſambucus eſt. Vtraq; enim
notiſſima eſt. Sed animaduertendum, ꝙ author addens ad hoc unguẽtum radicis ebuli ſuc-
cum: minorauit pondus aliorum duorum ſimplicium: quæ in eius ana compræhenduntur.
M Vnde in deſcriptione capituli de Arthanita: dictorum duorum ſimplicium: ana lib. i. recipi-
tur: hic autem ex tribus: ana. ℥. ix. poſuit. Et addidit inſuper radices capparorum, & ſpicam:
quæ non ſunt in dicta capituli de arthanita deſcriptione.

N

Vnguentum de Lino: &c. CCCXXXVI.

O HOc præſens unguentum intitulatur de lino: ob id quia recipit raſuram panni
lini antiqui.

De Lino.

P LInum equidem herba eſt. Et ſicut eſt notiſſima: ita & utiliſſima. Vnde non
ſolum pãnos, ſiue telas lineas habemus: ſed ex ipſa, ac ex ſuo ſemine, mul
tas ſuſcipimus medicinas. Quod quidem ſemen: cum fœnugræci ſemine: eandem uim ob-
Q tinuit: ut Dioſcorides memoriæ tradidit. Ex quo altero, pro altero poſſumus uti.

Vnguentum Alariel: &c. CCCXXXVII.

R IN præſenti deſcriptione, præter unum barbarizatũ uocabulum (de quo mox
dicetur) eſt fere per omnes impreſſiones, unum notabile mendum. Videlicet
ubi legitur: Axungiæ porcinæ: ʒ. x. uel. v. rectius legendum eſt. ʒ. xlv. ſci-
S licet quadragintaquinque: ut in cunctis exemplaribus: & in una de nouis
impreſſionibus legitur: & Luminare maius habet. Error enim huiuſmodi

(ut conie-

(ut conieċtauimus) ſicut & alii plures: ex imperitis librariis traxit originem. Qui ſeparaue- A
runt ab inuicem. x, l, & v unde illud, l, poſteri intellexerunt pro diſiunctiua. ſ. uel. Quin pluri-
mi ex priſtinis ſcriptoribus utebantur, l, abſolute: aut ſic, ł, pro diſiunctiua. ſ. intelligẽtes pro
uel: ut paſſim in libris manuſcriptis legitur. Et ex hoc poſtea impreſſores intelligentes dictũ B
l, pro uel: impſſerunt diſteſe per literas: tanq̃ clarius: ℨ. x. uel. v. Sed re uera quadragintaq́ꝫ
drachmæ ſunt. Etiam media libra, non eſſet multũ. Decem autem drachmæ non ſufficiunt:
& a fortiori: minus poſſunt quinq́ꝫ ſufficere. Præterea ſciendum: ꝙ hoc ungnentum, potius C
eſt cauteriſmus: q̃ unguentum: tamen ſub nomine unguenti habetur.

De Alariel: ſiue Altaranhel: &c.

D
EST(ut diximus) in præſenti deſcriptione unum ſimplex: ex quo ipſum unguentũ acce-
pit denominationem: ſed ita barbare: ac uarie poſitum: ꝙ uix audemus de ipſo loqui.
Et quemadmodum ſupra diximus de cauenizich: ita & de iſto dicendum. ſ. ꝙ oportet nos E
diuinare, quid ſit. Etenim uigintinouem uariationes deſcriptionum, pro huiuſmodi ſimpli-
ci, reppérimus per uarios codices tam impreſſos: q̃ calamo exaratos. Vnde ſunt qui alariel,
& ſunt qui alkariel, & q̃ tharariel, & qui alcharel, & qui taranhel, & qui altaranhel, & qui ali- F
ter, & aliter habent. Luminare maius, & nonnulli ex iunioribus, declarauit ſignificare cantha
rides. At ob id, quia in exordio huius unguenti, legitur: ꝙ eſt efficiens operationem caute-
rizationis: & facit ueſicationes: &c. nobis non diſplicet ipſorum declaratio. Tamẽ quia & G
aliæ res ſunt: quæ faciunt cõſimiles operationes: non poſſumus certitudinaliter, affirmare:
an ſit hoc, an aliud. Manardus etiã dubitauit, q̃d nam eſſet. Vnde ſcripſit: Pro taranhel: intel
lige, uel cantharides: uel campas: uel pityocampas: uel bupreſtes. Sit autem quid ſibi uelit: H
unũ eſt. ſ. ꝙ cãtharides conueniunt: & nõ agitur expreſſe contra authoris intentionem. Ex
quo quidẽ poteſt hoc unguentum dici: unguentum de cantharidibus. Sed aduerte, ꝙ ipſæ
cantharides, ſint recenter collectæ: atq́ꝫ correctæ: & terantur cum axungia: & dimittantur I
marceſcere: &c. ut in litera habetur. Tamen ubi non poſſunt haberi recẽtes: fiat unguentum
cum non recentibus: ſed dimittẽdæ ſunt per plures dies cum axungia: ante q̃ bulliant. Can
tharides ipſæ autem, notæ ſunt apud aromatarios: & non ſolum in ſegetibus: ſed etiam & in K
oliuetis: & alibi inueniuntur. Acero melius: q̃ oleo præparãtur. Et proprie ut Dioſcorides
docet. ſ. ꝙ ponantur uiuæ in uno uaſe: puta in olla: & cooperiatur, atq́ꝫ ligetur os eius: cum
lintheolo mundo & raro: & ponatur uas inuerſum: ut os eius, ſit ſuper os alterius uaſis: in L
quo ſit acetum acerrimum. Bulliatq́ꝫ acetũ: ut ſic uapore ipſius necentur cantharides. Poſt
uero ipſarum: enecationem. cõtinuo cum axungia piſtentur: pro huiuſmodi unguenti cõ-
fectione: uel ſiccentur: & aliis reſeruentur uſibus. M

¶ Vnguentum Roſatum: &c.	CCCXXXVIII.
¶ Vnguentum Violatum: &c.	CCCXXXIX. N
¶ Vnguentum de Papauere: &c.	CCCXL.

Violatum, & de papauere unguenta hæc: licet non parentur (quoniam uſus O
ipſorum: ob quam cauſam neſcimus: ceſſauit) tamen poſſunt parari: & in
neceſſitatibus adminiſtrari: ſicut & roſatum: &c. Et ſimiliter ad uiolatum,
poteſt addi opium. Ad unguentum de papauere aũt, non eſt neceſſe: quo- P
niam ſatis in ſe, ipſa papauerum capita habent opium. Verũtamen cum re-
centibus capitibus debet fieri. Sciendũ autem, ꝙ in deſcriptione unguen-
ti roſacei per omnes impreſſiones: ac etiã in Luminari maiori: & in Nicolao Præpoſito: eſt Q
una menda ualde notabilis. ſ. ubi legitur: Olei amygdalini: partes. vi. Lege uerius, ut eſt in o-
mnibus exemplaribus antiquis: Olei amygdalini: partis ſexta. Non enim recipit ſex partes
olei amygdalini: ſed ſextam partem unius partis ſ. ſextam partem quantitatis axungiæ: Et R
medietatem ipſius quantitatis axungiæ: ex ſucco roſarum. Opium autem ponendum eſt: ſi
medicus præcipit. aliter non. Nec quantitas eius ſit ad libitum aromatarii: ſed ad libitum: ſeu
arbitrium præcipiẽtis medici. Ex quo igitur aromatarius ſeorſum debet ſeruare apud ſe un S
guentum roſatum opiatum: a non opiato.

A ❡Vnguentum Baſilicon maius:&c. CCCXLI.
❡Vnguentum Baſilicon minus:&c. CCCXLII.

B IStorum unguentorum titulus,non a baſilico.i.ozimo(quod non recipitur
in ipſis)baſilicon dicitur:ſed regale interpretatur. In nonnullis exemplari-
bus autem non baſilicon:ſed baſilionenſe legitur. Sciendũ præterea: ꝙ per
C omnes impreſſiones:in prima iſtarum deſcriptionum, nõ ſine menda legi-
tur: Glutinis:olibani. Etenim in exemplaribus antiquis,non olibani:ſed o-
limbath,ſiue(ut in aliis)alimbath eſt ſcriptum. Et adhæret glutini:quia eſt unum tantũ ſim-
D plex. Nicolaus Præpoſitus autem utrũq; poſuit: & duo ſimplicia conſtituit ſcribens ſic:glu-
tinis alumbath: & olibani. Quod quidem olibanum,in nullo præfatorum exemplarium le-
gitur:ex quo ſuperfluum eſſe exiſtimamus. Luminare maius quidem declarauit eſſe legen-
E dum glutinis olibani:& intelligendum pro una ſola re.i.pro thure. Quod omnino nõ pla-
cet. Quia non ſolum in dictis exemplaribus non legitur olibanum:ſed neq; filius Serapio-
nis:neq; Auicenna:neq; Hali Abbas:in huiuſmodi ſuis compoſitionibus unguentorum ha
F bent olibanum. immo Auicenna clare poſuit:glutinis alimbath. Quãobrem expreſſe patet
librariorum error:qui pro alimbath,ſiue olimbath,poſuerunt olibani. Item, in cunctis li-
bris tam impreſſis:q̃ manu exaratis:nulloq; diſcrepante:inuenimus in fine præſentis maio-
G ris deſcriptionis:quod ſequitur:uidelicet. In alio ceræ:℥.ii.picis:℥.iii.& aliorum:ana.℥.l÷.
Si autem ſit ipſius authoris poſitio:uel ſcriptorum additio:haud ſcimus. Tamen nobis ui-
detur incongrua circũloquutio. Habet etiam & Bartholomæus de Montagnana unguen-
H tum baſiliconis in ſuo antidotario. Sed male per baſilicon poſuit baſiliconis. Paulus Aegi-
neta quidem in ſeptimo habet emplaſtrum baſilicum tetrapharmacum.i.de quatuor medi-
cinis:& non ſcribit oleũ. Sic enim legitur. Ceræ,reſinæ colophoniæ,picis,ſeui taurini:pa-
I res portiones. Filius Serapionis autem in ſuo unguento baſilicon maiori:dicit,ꝙ nomina-
tur tetrapharmacum.i.medicamen ex quatuor medicinis. Sed ſi apud ip̃m numeretur oleũ:
ſunt quinq;:& non quatuor medicinæ. Ait enim. Recipe ceræ,& reſinæ,& picis,& ſepi uac-
K cini,& olei:quantum neceſſe eſt. Et quidam ponunt loco ſepi uaccini: butyrum uaccinum.
Hæc filius Serapionis. Vnde coniectandum:ꝙ Paulus in ſuo tetrapharmaco:ſubticuit o-
leum:tanquam neceſſarium:& ſic præter oleum:intelligendæ ſunt quatuor medicinæ:ſicut
L etiam:exempli gratia:dicitur hiera ex octo rebus.ſ.ꝙ præter mel ſunt octo res:&c. Igitur in
deſcriptione Pauli,intelligendum eſt,& oleum.

De Glutine alimbath: ſiue olimbath:&c.

M GLutem alimbath,ſiue alimbac,ſiue alumbath,ſeu olimbath,ſeu albotim,uel albothin:
ut fere omnes iuniores declarant:idem ſignificat:quod terebinthina.ſ.reſina ex tere-
bintho:de qua ſupra dictum eſt. Auicẽna autem in cap̃.de terebinthina nihil dicit:ſed mittit
N lectorem ad cap̃.de grano uiridi:uerũtamen Bellunenſis in dicto cap̃.de terebinthina: pro
terebinthina:reſcripſit alchalambat:uel albothin. item:Auicenna in cap̃.de glutine (quod
Bellunenſis inſcripſit alch.)dicit:Glutẽ quid eſt iam loquuti fuimus de glutine alimbat: &
O reſina pini:& reliquis:in loco ſuo. Verũtamen ibidem ſequens declarat naturam,& opera-
tiones:atq; proprietates ipſius glutinis alimbat. In capitulo autẽ de grano uiridi:huius uo-
cabuli.ſ.alimbath nihil meminit interpres. item,dictus Bellunenſis in ſuis interpretationi-
P bus:in litera Aliembut:dicit ꝙ aliembut eſt nomen commune ad arborem:ex qua ſit pix:&
ad plantam in qua producitur carnub:&c. unde ſuſpicamur alimbat:& aliembut non mul-
tum differre ab inuicẽ:ſicut pinus a picea:&c. Nam affinitas uocabulorum: multoties etiã,
Q & rei propinquitatem oſtendit. Sit autem quid ſibi uelit:ponẽdo terebinthinam:credimus,
ꝙ non male agitur. Quandoq; etiam inuenitur(& ſpecialiter apud filium Serapionis) helc
alimbat:& idem eſt:quod halc alimbat.i.gluten alimbat. Halc enim ſiue helc arabice: glutẽ
R interpretatur latine.

❡Cærotum de Sandalis:&c. CCCXLIII.

S QVare dicatur de Sandalis hoc cærotũ: nulli dubium eſt. Quaſi idem ſub no-
mine. Dimadh de ſandalis ponitur a filio Serap̃.in ſeptimo. Raſis autẽ in an-
tidotario diuiſionum,habet emplaſtrũ de ſandalis: quod differt ab hoc cæro

to in

ro in pluribus. Aduerte,ꝙ in præſenti deſcriptione apud Nicolaum præpoſitum mendoſe A
legitur. Sandali albi,& citriui:ana.℥.vi.Lege rectius.ʒ.vi.

ℭ Cærotum Galeni:& ultimum in infrigidatione:&c. CCCXLIIII.

Ponitur cærotum iſtud(ſed non ex Galeno)a filio Serap.in ſeptimo,cuius ti B
tulus eſt. Cærotum infrigidatiuum:&c. Sciẽdum etiam:ꝙ ubi author dicit:
Et ſit radix olei: oleum omphacinũ:non intelligitur pro radice illa:fex olei C
omphacini.ut aliqui falſo declarant. Sed dicit:ut radix.ſ.fundamẽtum : ſiue
baſis iſtius olei roſati:ſit oleum omphacinum. Hoc eſt.fiat oleum roſatum:
pro conficiendis huiuſmodi unguẽtis:cum oleo omphacino.i.cum oleo de oliuis imma= D
turis.& non cum communi oleo:quod generaliter fit ex oliuis maturis. Et hæc notauimus
quidem:quia aliqui ſuper huiuſmodi.nobiſcum contentioſe egerunt. Immo & roſæ ipſæ
etiam:ſecundum prudentiorum iudicium:cum quibus faciendum eſt ipſum oleum roſatũ: E
debent eſſe incompletæ:quoniam dicit author capitulo de roſis,aperte,& clare:ꝙ eſt maio
ris infrigidationis. Ait enim. Oleum quoq; factum ex roſis nondum completis:eſt maioris
infrigidationis:& ſtipticitatis. Cuius melius fundamentum eſt oleũ ſumptum ex oliuis non F
dum perfectis. Hæc illæ. Illud idem dicit infra.ſ.in deſcriptione olei roſati. Vbi oleum om
phacinum,uocat oleum rude. Lege ibi. Nicolaus præpoſitus non recte habet hic.ceræ al=
bæ.℥.ii.cum reliqui omnes habeant.℥.i. G

ℭ Vnguentum de Bdellio:&c. CCCXLV.

Svnt in præſenti deſcriptione per omnes impreſſiones,plura mẽda. Primum H
uidelicet:ubi legitur:Euphorbii:ʒ.iiii.lege.ʒ.ii.Secundum:ubi legitur:ceræ:
ʒ.xxv.lege.ʒ.xv. Tertium:ubi legitur:olei ſambucini:lege rectius:olei ſam= I
bacini:ſiue ſaubacini.Et uide de hoc oleo:in pilulis aggregatiuis maioribus.
Chriſtophorus de honeſtis quidem(ut putamus)bene dixit in ſua præſentis
unguenti expoſitione.ſ.olei ſambacini.i.olei de ieſſemino:ſed librarius male impreſſit ſam= K
bucini. Nam multum differt ieſminum a ſambuco:& per conſequens,eſt peſſima expoſitio
illa ibi:ubi legitur: Olei ſambucini.i.olei de ieſſemino. Quartum mendum eſt,ubi ſequitur:
Aut olei de cheiri:ʒ.x.lege emendatius:℥.x.quoniam ita ſe habent omnia hæc,in cunctis L
exemplaribus:& ſic eſt ſecundum ueritatem.

De Ruta agreſti.

Rvtæ agreſtis.i.ſylueſtris,& montanæ:plures ſunt ſpecies. Sed quando abſolute ſcri= M
bitur:ſemper de prima ſpecie intelligitur. Quam quidẽ Dioſcorides peganon agrion,
& hyppericon,atq; androſemon:& aliis nominibus appellat. A latinis autem inguinalis di=
citur. Et uulgo pſorata uocatur. Quando ſcribitur harmel,ſeu armala:&c.eſt alia rutæ agre N
ſtis ſpecies. Lege de ipſis in pilulis fœtidis. Pro aqua uero rutæ agreſtis:quæ hic legitur in=
tellige ſuccum:ut eſt in ſequentium unguentorum deſcriptionibus.

ℭ Vnguentum ualens ſimiliter:&c. CCCXLVI. O

Cvm dicit author:unguentum ualens ſimiliter:ſubintellige:ad omnia:quæ ſu P
pradictum unguentum de bdellio. Eſt enim per aliquas impreſſiones,in præ
ſenti deſcriptione,unus error:uidelicet ubi legitur in illis:Succi aſphodillo=
rum,ſucci rutæ agreſtis:ana.ʒ.iiii.lege:ana.℥.iiii. Nicolaus præpoſitus(ſi non Q
eſt librariorum error)peius habet:quia legitur apud ipſum:pyrethri:&c.ana
ʒ.iii.Vbi uerius legendum eſt:ana.ʒ.iiii.Hinc ſucci aſſodillorum:&c.ana.ʒ.iii.ubi rectius(ut
diximus)ana.℥.iiii.legendum eſt.

De Staphide agria. R

STaphis agria:quæ & triphyllum a Dioſcoride uocatur:a latinis pedicularia dicitur. Va=
let enim mire ad pediculos effugandos:atq; necandos. Vnde a Serapione granum capi S
tis appellatur. In quibuſdam locis etiam uulgo brancha leonina nuncupatur. Et alii)quãuis
falſo)branchã urſinã noĩant. Vbiq; cognoſcitur. Si aũt abſolute ſcribitur:ſemẽ intelligitur.

A De affodillis ſeu aſphodillis.ſ.aſphodelis.

REctius aſphodelus:q̃ affodillus,uel aſphodillus dicitur. Vocatur etiam haſtula regia:
& albucus,ſiue albucius, italis nempe notiſſimus eſt. Vnde a nonnullis (ut ab Appu-
B lis)uulgo corrupto uocabulo,quaſi albucus:ſiue albucius:auuczus nũcupatur. Et ab aliis
porracium dicitur:ob id quia folia habet porro ſimilia:&c. Platearius enim & nonnulli ex
iunioribus,ipſum imitantibus:magnopere errauerunt tenentes affodillum:& centumcapi
C ta,idem eſſe:cum in rei ueritate longe differat alterum,ab altero: Nam centũ capita,nomen
Hiſpanum eſt.& ut probatur per Dioſcoridem,Plinium,& alios plures: non aſphodelo.ſ.
affodillo tribuitur:ſed eryngio:quod ſemibarbare apud Arabes iringũ,ſeu iringus,uel irin
D gi ſcribitur. Et licet Serapio hoc nomen.ſ.centũcapita:tam aſterattico.i.bubonio, q̃ iringi
ſcilicet eryngio adſcribat:tamen non per hoc probatur aſteratticum eſſe aſphodelum: qui
ſimiliter,maxime ab aſphodelo diſtat:ut p omnes fidedignos authores expreſſe patet:&c.
E etenim res ipſe apud nos ſunt notiores:quam ut declarari debeant. Quandocũq; autẽ abſo
lute aſphodelus,ſiue affodillus legitur:ſemper de radice,tanquã de meliori ipſius plãtæ par
te,intelligitur. Vnde hic ex radicibus aſſumendus eſt ſuccus:& non e foliis:ut etiam nõnul-
F li falſo opinati ſunt.

ℭ Vnguentum Philagrii:&c. CCCXLVII.

G
PHilagrii:uel per,f,Filagrii:ut eſt in exemplaribus antiquis:& non Filagrios
legendum eſt. Ab authore ipſius ſic dicitur. Ponitur ſimile a filio Serap̃.in.7.
H ſub titulo Dimadh:quod confert ad ſpaſmum:& mollificationem. Eſtq; per
impreſſiones in præſenti deſcriptione unus error. uidelicet,ꝙ ubi legitur oli
bani:uerius legendum eſt olei balſami. Ab imperitis librariis factum eſſe pu
I tamus:qui forſan aliquo modo abbreuiare legẽtes:olibani intellexerunt. Etenim nõ ſolum
antiqua exemplaria hunc detegunt errorem:ſed probatur etiam per deſcriptionem filii Se-
rap̃.& per Luminare maius:& Nicolaum præpoſitum:qui omnes concorditer habent olei
K balſami:& non olibani. Sciendum tamen,ꝙ dictus Nicolaus habet in ſua deſcriptione cin-
namomum:quod non legitur in nullo filii Meſue uolumine:ſupple in præſenti deſcriptio-
ne:neq; in deſcriptione filii Serapionis:&c.quapropter putamus non eſſe admittendũ. Lo-
L co glutinis alimbat:filius Serapionis habet,hele alimbat. Et loco ſigiæ: ſtoracis. Quæ qui-
dem eadem ſunt.

M ℭ Vnguentum aureum:&c. CCCXLVIII.

LEgitur fere uempe per omnes impreſſiões in præſenti deſcriptione:Reſinæ,
N colophoniæ:ana.℥.i÷.alias.℥.ii÷.Sed iſtud alias.℥.ii÷.in nullo penitus exẽ
plarium antiquorũ:neq; in uulgari æditione:neq; in una de ultimis impreſ-
ſionibus:neq; in Luminari maiori:& Nicolao p̃poſito legitur. Caſſetur igi-
O tur:quoniam confundit lectionem. Habetur.n.in antidotario Nicolai aliud
unguentum aureum diuerſum ab iſto. Præterea ſunt nonnulli aſſerentes,ſuper hac deſcri-
ptione:ꝙ ubi legitur. Reſinæ,colophoniæ:non ſint duæ,ſed una tãtum res.ſ.pix colopho-
P nia:quæ aliter dicitur reſina colophonia:& uulgo pix græca nominatur. Et ꝙ illud ana,ab
imperitis librariis ſit additum:&c. Alii autẽ econtra dicunt,ꝙ ſunt duæ res:& pro reſina ab-
ſolute intelligitur reſina pini:& pro colophonia intelligi debet pix ſupradicta:ex quo illud
Q ana,eſt neceſſarium. Nos autem uiſis tot exemplaribus:& uariis excuſionibus: nullum inue
nimus librum carentem ana illo. Immo,quod maius eſt,omnes & ſinguli habẽt illas dictio-
nes ſeparatas ab inuicem:mediante cõmate:ſeu uirgula. Quãobrem non unum ſed duo iu
R dicauimus eſſe ſimplicia.ſ.reſinam pini:& picem græcam præfatam. Et utraq; ponenda eſt.
Quandoq; etiam ambo ſunt unum:ut(exempli gratia)eſt in emplaſtro tetrapharmaco baſi
lico Pauli:cuius ſupra iam meminimus. Vnde lectores in huiuſmodi:& ſimilibus:ſint ſem-
S per animaduertentes.

ℭ Vnguentum de Ceruſa:&c. CCCXLIX.

AVicenna in quinto cañ. habet tria unguenta de Ceruſa. & Ioannes Serapionis A
in ſeptimo duo. Similiter Hali Abbas in decimo practicæ duo: ſub titulo un-
guenti albi. Item Arnaldus de Villa noua in ſuo antidotario habet unguen-
tum de ceruſa: ſub eodem unguenti albi titulo. Etiam eſt in antidotario Nico B
lai unguentum album: quod eſt unguentum de ceruſa. Ex quo ſciendum: ꝙ
a multis hoc unguentũ de ceruſa, uocatur unguentum album. Raſis quoq; in. 7. ad Alman-
ſorem: capitulo de aduſtione ignis, & aquæ, & olei: habet unum unguentum de ceruſa. O- C
mnia tamen differunt aliquo modo, ab iſto filii Meſue. Sciendum etiã, ꝙ uulgaris æditio: Lu
minare maius: & Nicolaus Præpoſitus: nõ recte habent: ceruſæ: & merdaſengi: ana. ʒ. vi. Le-
ge. ℥. vi. ut eſt in aliis libris: tam antiquis, q̃ excuſis. Præterea: ſunt nõnulli qui parant unguẽ- D
tum de ceruſa ſimplex: quod conſtat ex ceruſa, & oleo roſato tantum: uocantq; ipſum un-
guentum album. Et alii addunt alia, non hic notata. Sed eiuſmodi, apud authorem authen-
ticum non inuenimus.
E

De Ceruſa.

CEruſa, ſiue (ut aliis placet) ceruſſa: notiſſima eſt: & diuerſimode fit: ſecundũ diuerſas gẽ-
tium nationes. Ex plumbo. ſ. & acerrimo aceto: & quandoq; cum ſale: ut Auicẽna ſcri F
bit: &c. Quanto ceruſa eſt albior: tanto melior. A pluribus uulgari uocabulo biacca dici-
tur. Vnde non deſunt, qui uocant præſens unguentum: unguentum de biacca. Ab Auicen-
na autem cinis plumbi uocatur ceruſa. De eius autem factione, aduſtione, & ablutione: &c. G
ſatis clare plures ſcribunt authores. Apud ipſos legito.

De Merdaſengi.

MErdaſengi quippe lithargyrum eſt: & de ipſo dicetur infra ſcilicet in unguento triphar H
maco.

De Plumbo.

PLumbum etenim eſt metallum tam notius: ꝙ repræſentari nõ indiget. Sed qualiter uri-
tur, atque lauatur, & a Dioſcoride: & ab aliis pluribus: non duble ſcribitur. I

De Scoria argenti.

SPeciatim poſuit author de argentea ſcoria: ad differentiam aliarum: quoniam ex omni
metallo ſcoria ſumitur. Argenti ſcoria enim ut Dioſcorides: & Galenus memoriæ tradi K
derunt: græce helcyma appellatur. Lege de Ipſa, & cæteris ſupra. ſ. in triphera muſcata.

De Zimar, ſiue Ziniar.

IN calce præſentis deſcriptionis legitur per omnes excuſiones: Et quãdoq; apud neceſſi L
tatem, adde Ziniar: ʒ. ii. in exemplaribus antiquis autem: partim Ziniar: partim uero Zi
mar legitur. Et idem putamus eſſe: ſignificatq; æris æruginem. Nonnulli autem faciunt diffe
rentiam inter æruginem æris: & illud quod dicitur flos æris. Nos autẽ paſſim inuenimus in- M
differenter alterum pro altero poſitum. Et ſub nomine uiridis æris: omne eiuſmodi põt in-
telligi. Et rectius uocabulum putamus Zimar: q̃ Ziniar eſſe. Errore nempe librariorum: ſu-
ſpicamur uerſum eſſe, m, in, ni, ut pro zimar, legatur ziniar. Zimar enim ſiue zimariũ: quaſi N
zyma æreum dicitur. Zyma quidem græce: fermentum ſignificat latine. Vnde azymus, azy
ma, azymum. i. ſine fermento. Et quia ſcimus quandoq; ex fermẽto lita intrinſecus & extrin
ſecus uaſa ærea: & fimo ſuppoſita: fieri hoc æs uiride nominatũ: ideo putamus eiuſmodi zi- O
marium dici. Quaſi dicatur fermẽtum æreum. Tamen ſit quomodocũq;: nihil præſtat ad rẽ:
ſi zimar, aut ziniar dicatur: dũmodo ipſa res nõ ignoretur. In libro Seruitoris etiam zimar:
non ziniar legitur. Apud quem quaſi ad literam ex Dioſcoride: plures ſunt modi faciendi P
zimar: &c. Aduerte etiam, ꝙ differt ziniar: a zinian: de quo diximus in ſyrupo de Sticados.

¶ Vnguentum Syricinum: &c. . CCCL. Q

PRæſens deſcriptio potius eſt ad ſuperiorem additio: q̃ unguenti compoſi-
tio. Sed quia ipſum unguentum de ceruſa, propter hanc additionem, amit- R
tit priorem nomẽclaturam: ideo ipſa additio per ſe, & nomen, & compoſi-
tionis effectum retinuit. Vnde a ſyrico ipſum ingrediente: ungnentũ ſyrici-
num dicitur. Aduertendum tamen: ꝙ aliquæ impreſſiones: ac etiam nõnul S
la pauca exemplaria: non recte habent in hac deſcriptione, ipſius ſyrici: ʒ. i ÷. Lege emenda-
tius. ℥. i ÷. ut reliqua librorum multitudo habet. Nec enim credendũ eſt, pro tam pauco ſy-

A rico mutaſſe authorem priori compoſitioni titulum. Secundum ueritatem autem ℨ.i÷.po
ſuit. Et ſic ſtare debet.

De Syrico.

B SYricum non ſericum (ut aliqui putauerunt) & ſcribendum & pronunciandum eſt. Sic
enim & recte, eſt in maiori parte impreſſionum: ſic etiam in cũctis fere exemplaribus ue-
tuſtis legitur. Et non eſt ſericum .ſ. arborum lana, ſeu bombicium opus: quæ ſeta uulgo di-
C citur: ut plurimi affinitate uocabuli decepti credidere. Inter quos, etiam & Manardum pru-
dentem uirum allucinatum legimus. Qui quidem ſicut & credidit: ita & ſcriptum reliquit:
Necnon & declarauit: ꝙ ualidius eſſet ipſum unguentum: ſi ſericum ureretur. Non.n.con
D uenit huiuſmodi unguento ſericum: ſed ſyricum. Syricum autem qui Galenum, Paulum,
Plinium, & alios plures, bene perlegunt: quid ſit, non ignorant. Etiam Simon Ianuenſis &
Pandectarius non multum elongantur a ueritate. Aiunt enim Syricum de plumbo .i. cinis
E plumbi: uel aduſtum eius. Cinis plumbi autem ſecundum Auicennam ceruſa eſt: & poſue-
runt aduſtum eius: quaſi dicerent: ꝙ ſyricum idem eſt: quod ceruſa aduſta. Item dicunt. Su-
ricon eſt fex plumbi: poſt exitum ceruſæ: & eſt ceruſa uſta: & eſt rubea. Suricon enim idem
F eſt. quod ſyricon. Pluries enim græca interpretantes: uerterunt, y, in, u. Item additiones in
Pãdectas: ex Galeno ad Paternianum: ſic habent. Syricum fit de ceruſa plurimũ ſiccata: &c.
Ergo quod eſt ex ceruſa: non poteſt eſſe ſericum. Paulus autem lib. 7. quaſi idem eſſe cũ ſan
G dice ſcripſit. Inquit enim. Sandix aut ſyricum, extenuat: & ſiccat: non tamẽ calefacit. Si autẽ
ſyricum non calefacit: clarum eſt, ꝙ non poteſt eſſe ſericum. Quoniam Serapio, & Auicen
na in de uiribus cordis: &c. ſcribunt ſericum eſſe calidum. Plinius autem melior omnibus,
H declarat nobis aperte, quid ſit ſyricum: cap. vi. lib. xxxv. de factitiis coloribus loquens. Inter
facticios (inquit) eſt & ſyricum. quo minium ſublini diximus. Fit autem ſinopide, & ſandice
miſtis. Hæc Plinius. At ſupra nempe tractauerat de ſandice: quæ fit ex ceruſa uſta: & rubri-
I ca, æquali portione, admiſta. Vnde ſandix ex ceruſa uſta: & rubrica conſtat. Syricum autem
ex ſinopide & ſandice. Hoc eſt. ex ſinopide pro medietate: ex rubrica pro quarta parte: &
ex ceruſa uſta, pro reliqua quarta parte. Et hoc ſyricum ponendum eſt in hoc unguento: qa
K maxime conuenit. Sed cum ſit, ꝙ plures ſint rubricæ. quoniam omnis rubra terra, ſub rubri
cæ nomine intelligi poteſt. Et eadem largo modo: ſub alio .ſ. boli nomine etiam uenire: ſu-
pra teſtati ſumus. Quæ autem abſolute, & antonomaſtice rubrica dicatur: cum qua ceruſa
L aduſta, pro ſandice facienda, uniri debet: haud facilius indagari poteſt. Confuſe nempe do-
ctores de rubrica loquuti ſunt. Vnde ſecundum aliquos, uidetur eſſe minii genus: ſecũdum
alios, ſinopidis ſpecies: & ſecundum alios, nihil differre uidetur a terra ſigillata. Nam & ipſa
M rubrica: ut plurimi aſſeuerant: in Ponto (unde pontica cognominatur) & in Lẽno eſt: & nõ
niſi munita ſigillo uendebatur. Alii autem tradunt in Lemno eſſe tres diuerſas notabiles ter
ras. Vna uidelicet quæ in collis cacumine eſt. Et hæc ſacra: ſiue ſphragis dicitur: hancꝙ ue-
N ram terram ſigillatam eſſe affirmant .i. terram: quæ ſpeciali prærogatiua ſigillo muniri ſolet.
Alia autem terra: quam & rubricam dicunt: ſed fabrilem cognominant: quãꝗ .ſ. fabrilẽ: Dio
ſcorides ad omnia ſinopide inferiorem ſcribit: nec laudat Lemniam: ſed optimam dicit eſſe
O ægyptiam: & carthaginenſem. Immo de lẽno in ipſo capitulo nihil meminit. Tertia eſt qua
(ut fertur) incolæ loci, uice ſaponis utuntur. Et ſic ſecundum iſtos, differt terra lemnia: a ru
brica lemnia. Alii autem dicunt eſſe rubricam ſinopidam .ſ. minium ſinopidum. Alii autem,
P ipſum minium uolunt eſſe ueram, & ſingularem rubricam. Et alii alia dicunt. Nos autem ar
bitramur (quãuis ignoretur uera rubrica) ꝙ ſi pro rubrica utamur minio, in hoc unguen-
to: nõ male agemus: uel terra ſigillata: & erit melius. Et fortaſſe ipſa terra ſigillata lemnia eſt
Q uera rubrica. Et hoc abſolute tenet Sypontinus in Cornucopia. Sic enim ait. Rubrica quã
Græci milton uocãt: naſcitur per ſe rubra minio proxima. præſertim in inſula Lemno: nec
niſi ſignata uenundari olim ſolebat: propter quod ſphragidem appellabant: hac miniũ adul
R terant: & a Ponto (ubi naſcitur) dicitur pontica. Hæc Sypontinus. Sinopida autẽ ſiue ſino-
pis, uulgaris notitiæ eſt: & apud uulgares quaſi per idem nomẽ. minus, tamen recte: ſinopia
dicitur. Non enim differt a macra: niſi nomine. Et ſciss, ꝙ unguentum de ceruſa cum recæ
S perit ſyricum: non amplius erit album: ſed rubeum: nec deinceps dicetur unguentum albũ,
ſiue de ceruſa: ſed ab ipſo ſyrico, unguentum uocabitur ſyricinum.

¶ Vnguentum Aegyptiacum magnum:&c. CCCLI. A

Dicitur Aegyptiacum hoc unguẽtum:uel quia ab Aegyptiis inuentum : uel
quia forſan apud ipſos uſitatius habebatur. Magnum autem cognomina- B
tur:non ad differentiam parui:quod nõ reperitur:ſed a magna ipſius ope-
ratione:& effectu. Et ſi non additur ei olibanum:poteſt etiam dici unguen
tum tripharmacũ. Non enim amplius,q̃ tres recipit medicinas. Cum oli- C
bano autem,tetrapharmachum erit. Nonnulli etiam,unguentum de mel-
le uocant. Ponit hoc unguentum Raſis in calce antidotarii diuiſionũ:uariat tamen in pon
deribus. Bartholomæus a Montagnana etiam in ſuo antidotario, habet unguentum ægy- D
ptiacum:ſed loco ſimplicis mellis:habet mel roſaceum:& differt etiãnum in ponderibus.
Luminare maius:& Nicolaus præpoſitus,non recte habent in hac deſcriptione:mellis:unc.
xiii. Cum cæteri libri habeant.xiiii.& ſic eſt uerum. E

¶ Vnguentum tripharmacum faciens:&c. CCCLII.
¶ Vnguentum tripharmacum aliud:&c. CCCLIII. F

Vtrũq; iſtorum unguentorum dicitur tripharmacum:ob id:quia tres dũta-
xat medicinas recipit. Quæ ſunt lithargyrum,oleum, & acetũ. Vocaturq; G
a nonnullis unguentum de lithargyrio. Et ſub hoc titulo Bartholomæus
a Montagnana in ſuo antidotario habet unã deſcriptionem:ſed loco olei
ſimplicis:poſuit oleum roſatum. Filius Serapionis autem in.7.ſimiliter ha H
bet unam huiuſmodi unguenti deſcriptionem:ſed inſcribitur, unguẽtum
de merdaſengi:& aceto. Auicenna uero in quinto cañ.habet conſimile unguentum: quod
ab eo,unguentum rubeum intitulatur. Ob id quia addit ad ipſum ex uenis tinctorũ.ſ.ex ru- I
beatinctorum,libram. Nicolaus præpoſitus quidem ponit unguentum tripharmacum au-
thoritate filii Meſue:Sed ſi a librariis non eſt uitiatus codex:neutrius iſtorũ proſequitur or-
dinem. Immo male ordinatũ eſt:quia lithargyrum per partes : acetum uero per.℥.legitur. K
Non bene poteſt conuenire ſemper uncia media:quæ ibi legitur,cum partibus:quoniã par
tes ipſæ poſſunt fieri & maximæ,& minimæ:ſecundum uoluntatem conficientis:uncia ue-
ro ſemper manet in ſuo pondere:ex quo non bene. L

De Lithargyro.

Lithargyros græce ſiue lithargyrum:ſiue lithargyrium:Latine aũt argẽti ſpuma:& etiam
lithargyrium dicitur. Trium generum communiter lithargyrũ ſcribunt doctores. Non M
nulli uero duum tantum. Noſtra tempeſtate quidem:non niſi duo genera cognoſcuntur.
Quorum unum uocatur lithargyrum argenteum:alterum uero aureum. Non tanquã ex au
ro:ex quo nõ fit:ſed quia in colore aliqualiter emulatur aurum:idcirco aureum cognomi- N
natur. Plurimi nãq; allucinati ſunt:falſo putantes lithargyrum aureum:ex auro fieri : ut in
libro Seruitoris.ſ.Bulchaſis:& in Plateario legitur. Et ſolus ipſe Platearius ſcripſit quatuor
lithargyri genera. Etenim præter ipſũ:apud neminẽ legitur lithargyrum ſtãneum. Et quo- O
modo(ut ipſe refert)eſt ſpuma auri:uel fit ex auro,lithargyrum aureum:cũ inter ipſius ma-
teriam:plurimum purum reperiatur plumbum? Sed re uera,tria genera ſunt:& ſub unico
nomine. Hoc eſt. Argenti ſpuma. Tanq̃ a meliori metallo:a latinis cõcluduntur.ſ.ꝙ quod- P
libet ipſorum trium:dicitur argenti ſpuma. Quãuis nõ ex argento omnia:quoniam unũ ge
nus tantum fit ex argenti materia. Quam argenti ſpumam:Græci calabritin, ſiue calauritin
cognominant. Latini autem lithargyrum argenteum. Aliud genus fit e plũbo: Et quia hæc Q
argenti ſpuma:eſt quaſi ſimilis ſupradictæ:ideo argyritin cognominatur a Græcis. Non autẽ
abſolute argentea:ſed quaſi ex argento. Plinius autem abſolute dicit argyritin ex argento.
Vnde patet ꝙ ſupradictam.ſ.calabritin ſub hoc uocabulo intellexit. Aliud autem lithargy- R
ri genus,fit ex plumbari arena:& huiuſmodi ſpumam,ipſi Græci molybditin appellant. Sed
quia(ut diximus)colore emulatur aurum:chryſitin cognominant. A noſtris autem lithar-
gyrium aureum dicitur. Plinius uero hanc,chryſitin tantum nominat. Molybditin aũt ap- S
pellat ſupradictam,quæ fit ex plumbo. Omnes enim teſtantur lithargyrum aureũ eſſe alio-
rum optimum. Et de hoc eſt ſemper intelligendum : cum ſimpliciter legitur. Ab Arabibus

A autem & barbaris,Merdaſengi,& marteeh,ſiue marechet nuncupatur. De eius operatione,
aduſtione,lotione ue,non eſt opus ſcribere:cum Dioſcorides,Plinius,Serapio,Bulchaſis,&
alii piures,de hiſce rebus diffuſe,atq; ſatis clare pertractauerint. Et certe apud aromatarios
B utrũq; lithargyrum:eſt res ualde nota. Tertium aũt non ita diſtincte coguoſcitur:quia cum
ſit ſimile argenteo:putamus miſtum cum eo ueuundari:& alterum a negociatoribus,cũ al-
ſeto confundi. Præterea hoc animaduerſione dignum:ꝙ legitur quandoq; in quibuſdam
C compoſitionibus quorũdam doctorum. Lithargyrum ſpumificatum:ſiue deſpumatum. Et
hoc paſſim apud Bartholomæum Montagnanam:tunc pro lithargyro ſpumificato,intelli-
ge unguentum tripharmacum iãdudum declaratũ. Et ne quis dubitet in hoc ipſummet Bar
D tholomæum citamus in teſtimonium:qui in uno medicamine,docens modum ſpumifican
di lithargyrum:aperte oſtendit ordinem ſiue modum compoſitionis p̃ſati tripharmaci un-
guenti. Ait enim in ſeptima intentione ſecundi capituli:ſecundæ ſectionis. 301 .cõſilii. Re-
E cipe lithargyri ſubtiliſſime triti:lib.ii.olei roſati:℥.iii.agitẽtur ſimul in mortario:deinde ſu-
perponantur eidem,aceti albi ſatis acuti:℥.iii.& iterum concutiantur ſimul,longo tempo-
re in mortario plumbeo:cum piſtillo ſuo. Poſt illud autem,ſuperaddatur iterum quantitas
F olei:intermiſtum conquaſſando:deinde ſuperaddatur acetum:& ſic fiat decies uſq; quo ſpu
mificetur:& augmentetur:creſcit enim uſq; ad quantitatem mirabilem in ſpatio duorum
dierum. Hæc illæ. In unguento autem lithargyri,apud ipſum:quod etiam eſt hoc unguen-
G tum tripharmacum:ubi legitur. Recipe lithargyri ſpumificati:putamus eſſe mendam in co
dice:& rectius,uel legendum eſt ſpumificandi:uel ſine eo,abſolute legatur lithargyri:quia
aliter eo in loco non poteſt ſtare. Quoniam ſi accipitur lithargyrum ſpumificatum:ad quid
H neceſſe eſt ipſum iterum ſpumificare? Nam deſcriptio ipſius unguenti lithargyri:eſt eadem
cum ſupradicta.in qua docet ſpumificare lithargyrum ipſum. Igitur non recte.

I ¶ Vnguentum Alpſoriconi&c. CCCLIIII.

P Ræſentis unguenti,& ſequentis confectionis titulus:uel a malo interprete:
K uel a minus peritis librariis:maxime corruptus probatur. Vbi pro pſoricon:
phiſiricon,& alfeſiricon,ſeu alfeſericon,uel alferiſicon legitur. Vera etenim
litera talis eſt. Vnguentum alpſoricon. Et infra.Recipe ceruſæ,lithargyri,pſo
L ricon:&c. Et eſt proprie pſoricon:confectio immediate ſequens:quæ ſic a
Græcis appellatur:ut mox dicetur. Et non eſt feſcera.ſ.brionia ut nonnulli iuniores allu
cinati peruerſe declararũt. Et uocatur hoc,unguentũ alpſoricon.i.de pſorico:ab ipſa con
M fectione pſoricon dicta:quam recipit. Præterea:animaduertito,ꝙ aliquæ impreſſiões in hac
deſcriptione non habent crocum:quod debet eſſe:Luminare maius autem habet crocum:
ſed non climiam argenti. Nicolaus præpoſitus uero,neutrum habet.Sed re uera utrũq; po-
N nendum eſt:quia in omnibus antiquis exemplaribus legitur.

De Climia.

C Limia idem eſt:quod Cadmia.Sed ut Dioſcorides,Galenus,Plinius,Serapio,Auicen-
O na:&c.ſcribunt:ſunt plura cadmiæ:ſeu(ut mauis)climiæ genera. Et ideo author no-
ſter,ad differentiam aliarum cadmiarũ:ſpecificauit de argentea.Eſt igitur cadmia principali-
ter duplex.ſ.Cypria.quæ & mineralis:ſiue lapidea dici poteſt. Quæ in Cypro inſula:in mon
P tibus:& in fluentis reperitur aquarum. Alia eſt:quæ in fornacibus metallorum fit. Et hæc in
plurimas diuiditur ſpecies:prout ſunt diuerſa metallorũ genera:e quibus aſſumitur. Vt ex
auro,argento,ære,& ſimilibus. Ab Auicenna autem,auri climia magis laudatur. Plinius ue
Q ro,ærariam aliis præfert:& abſolute lapidem(ex quo fit æs)cadmiam uocat:ſuſuriſq; neceſ
ſarium:ſed medicinæ inutilem ipſum lapidem eſſe aſſerit. Ponit etiam ſicut & Dioſcorides,
multas differentias de cadmia:quæ fit in fornacibus:ſecundum fornacis loca. Quilibet per
R ſe ipſum,apud illos uidere poteſt. Sciendum tamen,ꝙ cadmia parum differt a thutia.i.pom
pholyge:& poſſumus in neceſſitatibus alterum,pro altero compenſare. In libro Seruitoris
autem pro cadmia:barbare legitur cathimia:& confuſe ipſe Bulchaſis per cathimiam:nunc
S thutiam:nunc climiam intelligit. Immo non latet legentem:ꝙ illud.quod ex lapide,ibi thu
tia dicitur eſſe:eſt ſine dubio climia.ſ.cadmia. Nam ex lapide fit:qui lapis præciſe a Plinio(ut
diximus)uocatur cadmia:ex quo fit æs. Thutia autem,quæ põpholyx eſt:non eſt lapis ipſe

ignitus: ut ille author ſcripſit: ſed e tecto fornacis accipitur: in qua dictus lapis cõcoquitur; A
ad metaila fundenda. Vnde ſub nomine cathimiæ: & cadmiam: & thutiam confundit. Deni-
mum de aduſtione cadmiæ: deq; eius ablutione: omnes præfati authores: & alii plures, ſatis
abunde ſcripſerunt. Igitur apud ipſos quærito. B

De Argento uiuo.

ARgentum uiuum res eſt ubiq; notiſſima. Nonnulli inter metalla computant: & a plu-
ribus mercurius uocatur. inter uenena cõmuniter annumeratur. Et quãuis Dioſcori- C
des, & alii plures, prohibeant ipſum per os adminiſtrari: tamen Auicenna in quarto cañ.
fen. 6. tractatu primo. ſ. in prima ſumma de uenenis congelatorum ex mineris: ait, φ pluri-
mi ex his: qui bibunt ipſum: non læduntur eo: egreditur enim cum diſpoſitione ſua, per in- D
feriorem regionem. Hæc Auicenna. Et nos ſcimus phyſicum utentem in cura infirmorum
pilulis: in quibus argentum uiuum (prius tamen mortificatum) recipitur. Et infirmis ſemper
(ut ſciamus) bene ſuceeſſit: & a uariis infirmitatibus liberati ſunt. Verũtamen nõ niſi in ma- E
gnis cauſis: & cum maxima cauteia ipſum propinandum eſt. De extinctione eius autem: im
mo de eius mortificatione (non enim omnino moritur: ſed tantum mortificatur: quia cum
tempore, ſemper iterum reuiuiſcit) plurimi ſunt modi. Author enim noſter non ſpecificauit F
de eo: quoniam quilibet modus eſt bonus: ſiue cum ſaliua, uel cum ſucco citrii, arancii, & ſi-
milium: uel cũ aliqua pinguedine, uel quomodocũq; aliter mortificetur, nihil refert: & ma-
xime in his quæ non ſunt ore adminiſtranda: ut in unguentis, & ſimilibus. G

De Oleandro.

MVltis Italiæ locis, oleandrum non eſt incognitum: tamen circa Romam ſponte nõna-
ſcitur: quãobrẽ a paucis Romæ cognoſcitur. in noſtro Aræceli orticello, paucis ante H
annis, ſeuimus plantam: & uiret adhuc: quæ cauſat ut in dies a pluribus Romanorum non
ignoretur. Nerion a Dioſcoride uocatur. Nõnulli Rhodendron: ſiue Rhododendron: ſiue
Rododaphnen: aliisq; nominibus appellitant. Vnicum tantum genus Dioſcorides poſuit. I
Auicenna autem duo: ſcilicet ſylueſtre: & fluuiale: ſed fluuiale uere eſt Nerion Dioſcoridis.
Sylueſtre autem (quod dicit eſſe ſpinoſum: habens folia portulacæ: &c.) a raria uidetur. Di-
ctum eſt nobis: φ in montibus, ſupra Baſſianaa: longe ab urbe ſere per quadraginta milia- K
ria, naſcitur. Oleandrũ etenim. i. neriũ, eſſe uenenoſum atq; mortiferũ: & beſtiis, & hoibus fe
re oẽa fatentur. Verũtamen (ut Dioſcorides, & Auicẽna teſtantur) hoibus cõtra ſerpentium
morſus: cum uino: rutaq; potum: maximum eſt præſidium. Flos eius ſimillimus uidetur ro- L
ſæ ſubrubræ: quæ uulgo incarnata cognominatur. Vltra quatuor menſes continue & ſuc-
ceſſiue floreſcit: &c. Ponitur autem a noſtro authore in iſta compoſitione oleum de olean
dro: ſed qualiter ſit faciendum tale oleum: ab ipſo non declaratur. Nec apud aliquem anti- M
quorum legimus: præter q̃ apud Raſim: in antidotario ſeparato. Igitur ſecũdum Raſim de-
bet fieri. Cuius deſcriptio talis eſt. Recipe ſucci oleandri: lib. I. roſarum: lib. ÷. olei ompha-
cini: lib. ii. coque donec cõſumatur ſuccus. Cola & reſerua. Hæc Raſis. Sed contigit dubi- N
tari ſuper iſta deſcriptione: an pro roſis, intelligẽdæ ſint roſæ communes, & notæ: an flores
ipſius oleandri: qui quidem roſei ſunt. Et a ſimilitudine quam cum roſis notis habent: uo-
cantur & ipſi roſæ, oleandri ſupple. Vnde & rhododaphne: & rhododendrũ, ipſum olean- O
drum dicitur. Quaſi diceret. Recipe ſucci oleandri: ſupple foliorum arboris: & roſarũ: ſup-
ple ipſius oleandri: &c. Verũtamen: an ſit melius: uel peius: cum uno: q̃ cum altero: hoc non
eſt noſtrum definire: ſed ipſi medici conſulendi ſunt. Hoc autem dicimus: φ uel ſint flores P
oleandri: uel flores roſarum communium, pro huiuſmodi oleo parando: putamus recen-
tiores, ſiccia eſſe meliores. Nos autem credimus Raſim loquutum fuiſſe de floribus ipſius
oleandri potius: q̃ de roſis communibus. Q

ℭ Confectio Pſoricon: &c. CCCLV.

VOn alſeſiricon, uel aterius modi barbare: ſed Pſoricon eſt proprium nomen R
pſentis cõfectionis. Nec dicenda eſt confectio aipſoricon. ut præfatum un-
guentũ. quod ſignificat de pſorico. Sed proprie, & abſolute, pſoricon: quo-
niam talis confectio ſic uocatur. Et dicitur pſoricõ a pſora: quod eſt quod- S
dam malum, ſignificans aſperitatem cutis: ſeu impetiginem, uel ſcabiem ſic-
cam, uel huiuſmodi ſimile. Vnde confectio, ſeu unguẽtum pſoricon. i. ad pſoras, ſupple ſa-

A nandas.ſ.præfata cutis mala,recte interpretari libet. Sicut etiam & ipſemet author noſter ex
ponit:cum dicit:ꝙ eſt medicamentum ad fiſtulas:& cancrum:&c.quæ ſequũtur. Præterea:
legitur nãq; ipſamet confectio:ſub eodem titulo.ſ.pſoricon:apud Dioſcoridem.v.lib.poſt
B cap.de chalcite. Et apud Galenum:in calce noni lib.de ſimplicium medicamentorũ faculta
tibus. Sed in hoc differunt inter ſe Dioſcorides & Galenus.ſ.ꝙ Dioſcorides habet cadmiã:
Galenus uero loco eius habet lithargyrum. Author noſter autẽ, poſuit lithargyrum,ſicut
C Galenus:& poſuit florem æris,pro cadmia Dioſcoridis. Sed pro chalcite:chalcantum eius
interpres(ut putamus)uertit. Sic enim ſcribit Dioſcorides:Ruellio interprete.Fit ex ea(.ſ.
chalcite)medicamentum:quod pſoricon uocant:duabus chalcitis partibus cum una cad-
D. miæ additis.& ex aceto tritis. Oportet autem in fictili obruere fimo,diebus quadraginta per
caniculæ ardores.Sic enim fit acrius. Hæc Dioſcorides. Galenus autem. Pſoricum(inquit)
conficitur hoc medicamen:dupla chalcite:admiſta lithargyro:ante tamẽ utriſq; aceto acer
E rimo ſolutis.Sicq; in ollam nouam coniectis:quam fimo æſtate media,diebus quadraginta
obrutam ſepelies. Hæc Galenus.Igitur non eſt dubium:ꝙ de una,& eadem confectione o-
mnes tres,quãuis parum uarie,loquuntur.Auicenna quoq; habet hanc eandem confectio-
F nem:de qua uidelicet,facit cap.proprium,in ſecundo cañ.ſub barbarizato uocabulo. Hoc
eſt.Faſuricon:ſiue Feſurichun:& quaſi ad literam,ut Galenus ſcribit. Inquit enim.Faſuricõ:
quid eſt. Eſt medicamen ad ſcabiem:factum ex merdaſengi:& duplo ipſius de calcadis : tri-
G tis cum aceto uehementer forti:& ponitur in uaſe nouo,linito ex luto:& ſepelitur in fimo
quadraginta diebus,in tempore æſtiuo. Hæc Auicenna. Magis nempe credendum eſt,Aui-
cennam:& filium Meſue ſumpſiſſe ipſam cõfectionem a Græcis:puta a Dioſcoride:ſiue Ga
H leno:ꝗ Græci ab Arabibus:ſiue Barbaris. Et ex conſequenti:Pſoricon recte nuncupari de-
bet:ſicut græce nuncupatur. Nicolaus præpoſitus quidẽ(ut patet)non intellexit ipſam con
fectionem:quoniam ſub nomine unguenti,eam deſcripſit:uocauitq;:unguentum alſefferi-
I cum aliud. Qui autem poſtea in ipſius librũ fecit additiones:minime hoc animaduertit:Vn-
de iterum poſuit eandem confectionem:inter confectiones in litera.C.Ex quo bis eſt in ip-
ſius Nicolai diſpenſario.

K ℭ Confectio unguenti ſanantis uulnera:&c. CCCLVI.

NOn legitur in p̃ſenti deſcriptione per antiqua exẽplaria:nec in uulgari ædi-
L tione,ſuccus celidoniæ:neq; in Nicolao præpoſito.ſ.in litera.V.ubi ſub no-
mine unguẽti ad uulnera antiqua:habet præſentem cõfectionem:quoniam
ex imprudentia authoris additionum:in litera.C.inter cõfectiones.ſimiliter
M ut ſupradictã,fruſtra poſuit & iſtam. Et ſcripſit in ea ſuccũ celidoniæ:ſicut a
mendoſis impreſſionibus ſumpſit. Qui ſuccus nõ debet eſſe. Quoniam iudicio quorũdam
non ſpernendorum:minime huic compoſitioni conuenit. Igitur caſſetur:& legatur ſimpli
N citer:cum ſucco abſynthii:& ſucco plantaginis:donec:&c.

ℭ Iſopi cærotum Diateſſaron deſcriptione Democriti:&c. CCCLVII.

O DIcitur Diateſſaron.i.de quatuor,ſupple medicinis. Quod quidem ſimiliter
poteſt uocari. Iſopi cærotum tetrapharmacum. Sed eſt computandum &
oleum:alioqui eſſet tripharmacum. Cõſimiliter & in cæroto diapente,eſt
P connumerandum oleum. Eſt autem in præſenti deſcriptione, per omnes
excuſionea,unum mendum uidelicet:ubi legitur. Iſopi humidæ:℥.ii.lege
℥.ii÷.Sic enim habent cũcta exemplaria:& Luminare maius. Vulgares im-
Q preſſionea autem,habent.ʒ.ii. Vbi ſimiliter librarii male poſuerunt per drachmas:quæ erãt
ponenda per uncias. Quia etiã & oleum irinũ eſt ibi per.ʒ.quod recte debet ſtare per.℥.

R ℭ Cærotum Galeni ſtomachum conſortans:&c. CCCLVIII.

CVncta nempe exemplaria,nulloq; diſcrepante:& ſimiliter Nicolaus præpoſi
tus:habent Galenum in titulo præſentis deſcriptionis.Luminare maius autẽ
S dicit ſe hoc non reperiſſe apud Galenum. Quapropter poteſt dubitari de ip-
ſius authore. Sed hoc parum facit ad rem. Verũtamen apud ipſum Lumina-
re non recte legitur maſticis:℥.xv.cum cæteri cõcorditer habeant:℥.xx.Vul-
gares

gares quoq; excuſiones: multa mēda hñt in iſta deſcriptione. Pro aqua roſata intellige infu A
ſionē roſag.

ℂ Cærotum Diapente: &c. CCCLIX.

INtitulatur Diapente.i.de quinq;: ſupple medicinis. Poteſt etiam Cærotū pen B
tapharmacum dici. Vulgaris nãq; æditio omnia habet in præſenti deſcriptio
ne per.ʒ.quæ cuncta uolumina latina habent per.℥.Et non multum refert:
quoniam ſtãte eadem proportione: poteſt fieri per plus: & per minus. Verũtñ C
melius eſt ut hoc, & cætera fiãt ſemp: ſecundũ ordinatã ab authoribus q̃titatē.
De glutine Zanahã, uel alzanac, uel zanahac: &c. q̃re ĩfra.ſ.in emplaſtro diachylõ magno.

ℂ Cærotum Alexandrinum.&c. CCCLX. D

NOn ab Alexandrina ciuitate, ſed ab Alexandro authore, præſens Cærotum
Alexandrinum ītulatur. Sed ſciendum, ꝙ ubi per impreſſiones legitur in E
præſenti deſcriptione. Olibanum, & ammoniacum in uino: &c. Verius le-
gendum eſt. Ammoniacum: & ſtoracem in uino: &c. quoniã ſic inuenimus
in maiori parte antiquorum exemplariũ. Et certe meliori modo poteſt pul- F
uerizari olibanum: q̃ ſtorax. Igitur ſtorax debet infundi: &c.

ℂ Cærotum aliud eiuſdem: &c. CCCLXI.

CVm legis eiuſdem: ſubintellige Alexandri præfati. In quibuſdam tamen pau- G
cis dũtaxat exemplaribus: non eiuſdem: ſed noſtrum legitur: ſic. uidelicet. Cæ
rotum aliud noſtrum fortiſſimum &c. Vnde ſecundum huiuſmodi: non Ale
xandri, ſed ipſius authoris intelligitur. Attamē putamus eſſe mēdoſum iſtiuſ- H
modi & rectius eiuſdem, eſſe legēdum. De oleo de naphtha lege infra.ſ.in
deſcriptione olei philoſophorum.

ℂ Cærotũ Andromachi: factũ ex nouē medicinis: &c. CCCLXII. I

MInus recte per cunctas fere impreſſiones, legitur in p̃ſenti deſcriptione. Olei
de been. Lege de ben. Vulgares libri etiam hic, plures habēt deprauationes. K

ℂ Emplaſtrum Diachylon: &c. CCCLXIII.

VOcantur diachylon: ſiue (ut mauis barbare) diaqlon hæc emplaſtra: ab ſuc L
cis, ſiue mucilaginibus: q̃ recipiuntur in ipſis. Chylon uel chylum: declarãt
nõnulli ſignificare ſuccũ, uel mucilaginē: uel ſimile: unde ſyrupus de biſan
tiis: dicitur ēt Syrupus diachylon: a diuerſis ſuccis: quos recipit. Et gñaliter M
oēs compoſitiones recipientes ſuccos: uel mucilagines: pñt diachylon co
gnominari. Conſimile emplaſtrũ habet filius Serap.in.7.ſub titulo: unguē
ti de mucilaginibus: ubi ĩmediate declarãs dicit. Et eſt diakilon. Similiter & Auicenna habet N
candē deſcriptionē: cũ inſcriptione, unguēti diaqlon. Hali Abbas ēt in.x.practicæ habet iſtã
cõpoſitionē: quã ſemibarbare nũcupat: unguētũ dachylon. Vbi loco fœnugræci habet hel-
be: quod idē eſt: ut plures exponũt: & facit mucilagines (quas uocat ſpumas) in urina chame O
li. Raſis quoq; in.7.ad Almanſorē cap̃.de ſcrofulis: habet ſimile emplaſtrũ. item: ipſe Raſis in
lib.de ægritudinibus iuncturarũ.cap̃.26.habet aliud diaquilon, diſſimile oībus iſtis. Paulus
etiãnũ in.7.ponit emplaſtrũ diachylon: qđ ſimiliter differt. Aetius quoq;.14.cap̃.lib.15.ha P
bet duas deſcriptiones aliquo mõ differentes & una eſt ex Oribaſio. Præterea: ſciendũ, ꝙ in
p̃ñti deſcriptione, pro oibus cõſimilibus, dat author nr̃ regulã, ſiue modũ conficiendi muci
lagines cũ lithargyro.ſ.ꝙ nõ ſunt miſcēdæ mucilagines: in bulliēti lithargyro: ſed poſt bulli Q
tionem eius: permittendum eſt infrigidari. Non tamen in totum: ſed cũ eſt quaſi tepidũ: im-
mittantur mucilagines, prius tamen aliquantulum bullitæ: & cũ facta fuerit ipſorum ad inui
cem permiſtio bona: reducatur totum ad ignem: & perficiatur decoctio: &c. R

ℂ Emplaſtrum diachylon magnum: &c. CCCLXIIII.

AD differentiam ſequentis parui, cognominatur magnum p̃ſens emplaſtrum: S
ac etiam a magna ſui operatione: &c. Supradictum autē, poteſt dici Diachy-
lon deſcriptione communi.ſ.ꝙ cõmuniter illud a doctoribus ſcribitur: ſiue
T

A emplaſtrum de ſuccis:&c. A nonnullis etiā uocatur hoc emplaſtrū: Emplaſtrū,ſiue Cærotū
de mucilaginibus. Et ab aliis adduntur ad iſtā deſcriptionem plura gūmi:ut bdellium,ſaga-
penum,ammoniacū:&c. Ex quo poſtea nūcupant. Emplaſtrum,ſiue Cærotum,ſiue Diachy
B lon gūmatum. Aduertendū tamen:ꝙ per omnes impreſſiones,deeſt in præſenti deſcriptio-
ne mucilago radicum althææ: quæ locanda eſt,poſt mucilaginem ſeminis lini. in omnibus
etenim exemplaribus inuenimus:ex quo iudicauimus ipſam eſſe admittendam.

C De Glutine Alzanac,ſiue Zanahan,ſiue alteriuſmodi barbare.

EST nāq; in præſenti deſcriptione:& ſimiliter ſupra in Cæroto diapente:& infra in Empla
ſtro filii Zachariæ.&c. unum ſimplex,ita barbarum,atq; corruptum: ꝙ ex iunioribus
D haud eſt:qui audeat ipm abſolute,ac ſine trepidatione,declarare. Enimuero ſexagintaqua-
tuor uariationes,per uarios libros legimus,de huiuſmodi barbariſmo. Et ſunt qui habent
zanahan,& ſunt qui alzanahan,& ſunt qui zanahac,& qui alzanaac,& qui zanahana,& qui
E alzanahanari:&c. quæ ſi omnia ſcriberentur:ridicula fore non dubitauimus. Vnde nonnul
li ex iunioribus ſuſpicantur eſſe uiſcum quernum:alii collam piſcium:alii piſcium uiſcoſita
tem:quæ manibus piſcatorum adhæret:alii gūmi arboris aſſæ fœtidæ:& alii(qui forſan me-
F lius)putant eſſe gūmmi hederæ:ad quorum opinionem:& nos libēter aures inclinamus.ſ.
credentes eſſe gummi hederæ potius:q̄ aliud ex ſupradictis. Tum,quia in Pandectario legi-
mus conſimilia plura uocabula:pro hedera:uel gummi hederæ interpretata:ut in litera,A,
G Alzachanam.i.hedera:Alzanarai.i.gummi hederæ.& in litera,Z,Zanahanen.i.hedera:&c.
Tum etiam,quia excellentiſſimus uir Ioannes Manardus fuit cōſimilis opinionis. Ait enim
ipſe in cæroto diapente. Glutinis zanahan:forte gūmi hederæ. Verūtamen non intantum
H approbamus iſtam:ut reprobemus aliorum opiniones. Igitur quod melius iudicatum fue-
rit:illud facito. Nos autem interim dum ueritas exquiratur:gummi hederæ ſemper,pro eo
ſubſtituemus:ac ſubſtituendum aliis conſulimus.

I

¶ Diachylon paruum:&c. CCCLXV.

CVm legis hic diachylon præaudi Emplaſtrum. Paruū cognominatur,ad dif-
K ferentiam ſupradicti magni:cuius operationem ſequitur:ut in litera habetur.
Sed quia magnum conficitur ſicut primum:igitur tam pro magni,q̄ pro par
ui operatione:ad primi regulam recurrendum eſt.

L

¶ Emplaſtrum de granis lauri:&c. CCCLXVI.

M VBi legitur in pñti deſcriptione,per omnes excuſiones: Mellis colati:legen
dum eſt rectiua:Mellis calidi:quia ſic inuenimus fere,in cūctis exemplari-
bus. Habet nāq; filius Serap.in.7.duas emplaſtroꝝ deſcriptiones:ſub titu
N lo dimadh:quæ recipiūt grana lauri:Sed ualde ab iſta differūt. Initiū unius
eſt. Dimadh ad hepar:&c. Alterius uero:Dimadh ad gibboſitatem:&c.

De Lauro:& granis eius.

O PLura uēpe Plinius enumerat lauri gñā:Verūtū principaliora(ut Dioſcoridi:& aliis pluri
bus placet)duo tm̄ ſunt. Vnū,uidelicet:quod tenui cōſtat folio:ſterile:quodq; maſculū
a qbuſdā appellatur. Floret.n.maxime:ſed nunq̄ baccas alit. Alterū uero genus:qđ & fœmi
P ninum a nōnullis uocatur:latiori folio,atq; maiori probatur:Baccaſq; fert innumeras,oleis
ſimiles:ſed rotūdiores,ab extra nigras,ab intra uero albas,uel ſubcitrinas,abſq; nucleo oſ-
ſeo:&c. Et hæ quidē maturæ colligendæ ſunt:quæ nunc grana:nunc baccæ dicuntur. Græ
Q ce.n.daphnides uocātur:quia & daphnis ipſa laurus eſt græcis. Vtrūq; lauri notæ genus:cre
brum eſt in Italia. De aliis autem generibus apud ipſum Plinium quærito.

R ¶ Emplaſtrum ſtomachū & hepar cōfortans:&c. CCCLXVII.

LEgitur mēdoſe in pñti deſcriptione,fere per oēs impſſiones:Immediate poſt
Galliæ muſcatæ: Separatim:ana:&c. Caſſetur illud ſeparatim:& loco ipſius
S ſcribatur ſquinānti. Deeſt.n.ſquinantū,in illis mendoſis lectionibus. Sic nēpe
hñt oia antiqua exēplaria:ac ēt una,ex nouis impſſionibus. Gariofilorū,ma-
cis,cinnamomi, ſpicæ,nucis muſcatæ,galliæ muſcatæ,ſqnāti:ana.ʒ.i.÷.&c.

Quaſi

Quaſi idem emplaſtrum,& ſub eodẽ titulo:ponit Guillelmus Placentinus,in quinto ſuæ A
practicæ:cap̄.22.A nonnullis aũt hæc compoſitio:Emplaſtrum de ligno aloes noïatur.

De emplaſtrorum ſuffumigatione.

IN calce quarũdam emplaſtrorum deſcriptionum,præcipitur ab authore:ut ſuffumige- B
tur illud emplaſtrum cum ligno aloes.ſ.cum fumo ipſius ligni. Et hoc intelligitur facien
dum ſtatim,cum ponendum ſit ipſum emplaſtrum ſuper locum.ſ.ꝙ immediate ante immiſ
ſionem,debet ſuffumigari. Modus autem ab eo non aſſignatur:ſed hic eſt ualde bonus.Vi- C
delicet:Extendatur,& complanetur emplaſtrum quantum neceſſe eſt:& ponatur aliquãtu-
lum ligni aloes minutatim inciſi ſuper ignitos carbones tanquam incenſum in thuribulum:
& ſuperponatur igni fumigãti ſetacium rarum cum emplaſtro:uel agiliter manibus tenea- D
tur emplaſtrum ipſum:ita ꝙ totus fumus cremantis ligni:directe ad ipſum aſcendat. Com-
pleta autem ſuffumigatione:continuo ipſum emplaſtrum competenter calidũ ponatur ſu-
per locum:&c.Et licet aliqui aliter ſuffumigent:modo tñ dicto expeditius,& ubiq; fieri pōt. E

¶ Emplaſtrum de Gallia:&c. CCCLXVIII.

APud filium Serap̄.in.7.cap̄.27.habet tres quaſi ſimiles compoſitiones. Qua- F
rum initia ſunt. Dimadh ad diariam:& debilitatem ſtomachi. Dimadh quod
fit cum extremitatibus myrti.& Dimadh quod confert ad diariam antiquam.
Præterea ſciendum,ꝙ per uarios codices,uarie legitur in quibuſdã locis præ- G
ſens deſcriptio.Vnde ubi legitur in aliquibus libris: Recipe galliæ muſcatæ,
ſquinanti:ana.ʒ.i÷.Et in aliis peius:uidelicet:ana grañ.i÷. Maior pars exemplarium:nec ſic,
nec ſic:ſed omiſſo ſquinanto,cum ſuo ana:habent galliam in unomet ana cum ſequentibus H
ſimplicibus:ſic uidelicet. Recipe galliæ muſcatæ,ramich,ſumach,acaciæ:&c.ana.ʒ.ii. & ita
iudicauimus uerius eſſe. Ex quo non eſt ponendũ ſquinantum in iſta compoſitione: nec ha
betur in deſcriptionibus filii Serapionis:neq; in ſequenti emplaſtro legitur. item: nonnulli I
libri habent: Deinde accipe ſucci foliorum myrrhæ humidæ. Alii autem,loco myrrhæ hu-
midæ:habent mentæ humidæ. Alii rutæ humidæ. Et alii myrtæ humidæ. Vbi ſic rectius legẽ
dum iudicauimus. Deinde accipe ſucci foliorum myrti humidæ.ſ.teneræ.Et ſimiliter eſt in- K
telligendum in ſequenti deſcriptione:in qua ſimili modo eadem clauſula,per diuerſas excu
ſiones,diuerſimode legitur. Et hoc non ſolum probatur per antiqua exemplaria,ſic eſſe ſe-
cundum ueritatem:uerũetiam & p ſupradictas filii Serapionis deſcriptiones. Item,ubi men L
doſe per quaſdam impreſſiones legitur:Gummi,aſſari:&c. Lege rectius:Gummi aſſi:ſiue aſ-
ſati. Etenim error ipſe eſt manifeſtus:cum abſq; ana ſequitur: ʒ.vii.Similis quoq; error repe
ritur,per quoſdam libros,in ſequenti deſcriptione.Item:ubi in aliquibus mendoſis impreſ- M
ſionibus legitur: Deinde terantur:& fiant ſicut puluis:&c. Lege:Et fiant ſicut puls:&c. Ad-
uerte etiam:ꝙ ubi author dicit:foliorum lauri:ſubintelligitur ibi ſucci. Tãquam ſi diceret.
Accipe ſucci foliorum myrti humidæ:ſucci foliorum lauri,ſupple humidæ,ſeu teneræ:quia N
in eodem ſenſu intelliguntur hic folia lauri:in quo folia myrti:&c. Sed ſi quis non poterit
habere extremitates teneras de lauro,ſiue de myrto:unde ſuccũ exprimat : poteſt facere ex
aliis foliis durioribus,recentibus ſupple,bonam decoctionem:qua,loco ſuccorum uti cõ- O
mode ualebit. Sed melius erit:ſi ſuccum accæperit. Per uinum ponticum,intellige uinũ au
ſterum:& non de Ponto inſula:ſicut rheuponticum. Et proprie intellige illud:quod a uul-
garibus uinum bruſcum nuncupatur. P

¶ Emplaſtrum aliud de Gallia:&c. CCCLXIX.

SVnt & in pñti deſcriptione,p recentiores codices,plura mẽda. Et primo,de- Q
ſunt in ipſa gallæ:q̃ locandæ ſunt inter balauſtii,& hypoquiſtidos:ſic uideli-
cet.Charabæ,balauſtii,gallarũ,hypoqſtidos,acaciæ,&c. itẽ,ubi legitur: Suc
ci extremitatũ myrthæ,ſeu mẽtæ,ſeu rutæ humidæ:& aceti:ana.℥.i.Lege re- R
ctius:ſucci extremitatũ myrti humidæ:& aceti:ana.℥.i÷.itẽ,ubi eſt:Gũmi ara
bici,aſſari:ʒ.iiii.lege emendatius.Gũmi arabici aſſi,ſiue aſſati:ʒ.vii. Itẽ,ubi eſt impſſum.Miuæ
acetoſæ:ʒ.ii.uel.iii.Lege:℥.ii.uel.iii.Qm̃ ita certe eſt,ſecundũ ueritatẽ,in cũctis fere exẽpla- S
ribus antiqs. Ex qbus etiã erroribus aliqui declarati ſunt,in ſuprafcripta cõſimili cõpoſitiõe.
Præterea ſciendum:ꝙ ubi author dicit:Accipe ſucci capreolorum uitium:ſubintellige do-

A meſticarum. Vuarum agreſtium:ſubintellige etiam ſucci capreolorum uitium agreſtium.ſ.
labruſcarum. Tanq̃ ſi diceret. Accipe ſucci capreolorum uitiũ domeſticarum:℥.ii.ſucci ca-
preolorum labruſcæ:℥.i.&c. Et nota,ꝙ non poſuit abſolute uitium agreſtium:quoniam ui
B tis agreſtis eſt nomen commune ad plura:Vnde addidit uuarum:ad differentiam aliarum.
De Sauich autem:Alchohol:&c.in ſuperioribus require.

De Capreolis.

C CApreolus quidem in his,& ſimilibus locis,itelligitur proprie, ille coliculus intortus,
ut cincinnus:ſiue illa clauicula,qua ſeſe uitis in proximas arbores,& ſimilia ligans,ſu-
ſtentatur. Enam pro capreolo large ſumpto,poteſt intelligi totus pampinus: ſiue colicu lus
D tener.ſ.palmes:ſeu extremitas illa tenella,atq; ſuccoſa,ſarmentorum uitis. Cuius ſucco nõ
nulli uerno tempore:loco acreſtæ in obſoniis utuntur. Et clarius habetur in emplaſtro de
fermento. Verũtamen cum commode fieri poteſt,pro huiuſmodi & ſimilibus compoſitio-
E nibus:melius eſt,ſi ex illis clauiculis:ſeu cincinnis excipiatur ſuccus.

℃ Emplaſtrum relatum ad Andromachum:&c. CCCLXX.

F HAbet & Auicenna in quinto cañ.hoc emplaſtrum : ſed in quibuſdam paucis
differt. Habet quoq; aliud mirabile relatum ad Andromachum:quod etiam
non conuenit cum aliquo iſtorum. Aduertendum tamen,ꝙ præſens deſcri-
G ptio fere per omnes impreſſiones,eſt in pluribus uitiata. Nã deeſt in ipſa Gũ-
mi pini.ſ.reſina pini:cuius pondus eſt:℥.viii.& locari debet ante auripigmen
tum. Etenim in omnibus exemplaribus habetur:& ſimiliter in una,ex ultimis impreſſioni-
H bus. Etiam & in deſcriptione Auicennæ legitur. Vnde debet poni. Item,ana:quod ſequitur
poſt calcem non extinctam:per eaſdem impreſſiones uarie legitur. Quædam enim habẽt:
ana.℥.xv.& quædam ana.ʒ.xv.& quædam ana:℥.x.& quædam:ana.℥.iii.&quædã aliæ:ana
I ʒ.iii. At re uera in exemplaribus antiquis pro maiori parte:ana.ʒ.xv.ſcriptum inuenimus:
& ſic iudicauimus uerius eſſe. Auicenna autem:ana.℥.ii.habet. Quod ſatis parum differt,ab
ana.ʒ.xv. Ergo.ʒ.xv.ponẽdæ ſunt. Lege igitur recte ſic.Recipe ſepi anatis,picis:ana.ʒ.xviii.
K gummi pini.℥.viii.auripigmenti rubei,& citrini,aluminis iameni,calcis nõ extinctæ:ana.ʒ.
xv.ammoniaci:℥.ii.& non.ʒ.ii.ut uulgares impreſſiones habent:&c. Pro auripigmento ru
beo autem, ſandarachã intellige:& pro citrino,uſuale notum:de qribus ſupra dictum eſt.
L Et alumen iamenum idem eſt:quod alumen ſciſſile:quod aliter,alumẽ plume,alumen ſchi-
ſton,& flos petræ,ſiue flos lapidis dicitur. Lege Antonium Muſam Braſaulum.

℃ Emplaſtrum aliud Andromachi:&c. CCCLXXI.

M POteſt hoc emplaſtrum,abſq; dubio,uocari cauterium Andromachi:quoniã
ut patet in litera:nil aliud eſt:q̃ efficaciſſimum cauteriũ.Filius Serap̃.quidem
N in.7.cap̃.28.& Hali Abbas in decimo practicæ:cap̃.25.ſub nomine unguẽ
ti:habent quaſi conſimilẽ compoſitionẽ:& in utroq;,eſt antepenultima ca-
pituli deſcriptio.Sed pro granis riſi,& frumenti:uterq; ipſorũ habet uiſcum:
O quãuis filius Serapionis habeat ſub barbaro uocabulo(Hoc eſt)dabach:quod idẽ eſt: quod
uiſcum:ut Pandectarius:& alii plures interpretati ſunt.

De Aqua ardenti.ſ.Aqua uitæ:& Aqua ſaponis.

P QVoniam ſub nomine aquæ ardentis,tam aqua ſaponis.ſ.aqua ex qua,oleo admiſta,
fit ſapo:q̃ aqua uini ſublimata(quæ aliter etiam aqua uitæ dicitur)intelligitur. Ideo
author ſpecificans de ea,dixit: Et eſt aqua ſaponis.Dicitur aũt aqua ardens aqua uitæ: quia ſi
Q approximatur ei flãma ignis,accẽditur:ac inflãmatur,& ardet.Et hoc ſigno cognoſcitur bo
na,a mala.Videlicet,ꝙ illa eſt optima:quæ tota inflãmis cõſumitur.Aqua ſaponis aũt dicitur
etiã ardẽs:non p modũ patiẽtis:ut ꝑfata aqua uitæ:ſed p modũ agẽtis.ſ.ꝙ urit carnes:&c.q-
R bus approximatur:faciẽs ampullas,& ueſicatiões:tribuẽsq; dolorẽ:ut ignis urẽs.Et eſt pro-
prie aqua ſaponis,lixiuiũ factũ:ex duabus,ſeu tribus cineris:& una calcis partibus. Et illa eſt
fortior:in qua ouũ imerſum magis ſupnatat,extra aquã. Quia q̃to magis eſt mitis ipſa aqua:
S tãto magis ouũ ſubmergitur in ea. Primũ igitur lixiuiũ eſt fortius ſecũdariis:&illud eſt ſumẽ-
dũ:ſi uis potẽtius facere cauteriũ:ſiue emplaſtrũ iſtud:&c.Sed aduerte,ꝙ differt aqua uitæ:ab
aqua uitis.Nã aqua uitis,a uite ipſa excipitur. Videlicet tpe ueris:cũ putãtur uites:loca inciſa

per

per aliquot dies ſemper lachrymant aquam clariſſimam. Et illa proprie eſt aqua uitis. Quæ A
quidem uitis aqua, una cum melle per ignē ſublimata: oculorū lippitudines maxime curat.

Emplaſtrum Sinapiſmum: &c. CCCLXXII.
B
POnitur hoc emplaſtrū, in libro diuiſionū Raſis. cap̄. de ſciatica (.ſ. de iſchia) &
dolore iuncturæ anchæ. Et a Guillelmo Placentino qnto practicæ: cap̄. 22.
quaſi idem deſcribitur. Cuius initium eſt. Emplaſtrum eradicans ſciaticā: &c. C
Sed ſciendum, ꝙ per impreſſiones, nō ſine mēdis: habetur p̄ſens deſcriptio.
Nam ubi in ipſis legitur: Si autem minus: (ſupple uehemens facere uolue-
ris ip̄m emplaſtrum) ex ficubus partes tres: & ex ſinapi duas: ſupple pone. Rectius legendū D
eſt: Si aūt minus: ex ficubus partes duas: & ex ſinapi partē unam: &c. Sic. n. in cunctis exem-
plaribus uniformiter inuenimus.

De Sinapi.

Sinapis hortenſis: ſiue (ut mauis) ſinape, uel ſinapi: herba eſt ubiqꝫ notiſſima. Ex ſemine E
eius, quod etiam ſinapi dicitur, una cū muſto cocto, & aliis rebus: paratur intinctus du-
rabilis: a pluribus exquiſitus. Quæ uulgares a muſto, muſtardam: & alii ab ipſo ſinapi: ſinapa
ram, quaſi ſinapium uocant. Tria eius genera Plinius. 8. cap̄. 19. lib. i poſuit. Dioſcoridem F
autem uolunt aliqui, non niſi de unico hortenſi pertractaſſe. Tamen ipſi errant: quoniam in
fine capituli de eruca: Ipſe Dioſcorides meminit ſylueſtris erucæ Iberiæ. ſ. Hiſpaniæ. Cuius
ſemine (inquit) pro ſinapi utuntur incolæ. Et hæc eruca Hiſpanica, eſt tertium genus a Pli- G
nio deſcriptum. Etenim & in cap̄. de ſinapi Ipſe Dioſcorides, ad quid ſpecificauit hortenſe:
niſi ad differentiam ſinapis ſylueſtris: item, ipſe Dioſcorides cap̄. de thlaſpi, aſſerit ab aliqbus
uocari ſinapi perſicū: & ſinapi ſylueſtre. Etiam apud ipſum, cap̄. de cappari: ſecundum Her- H
molai, & Marcelli traductiones, legitur: ꝙ capparis a Romanis ſinape perſicum nuncupa-
tur. Ecce ꝙ non de unico ſinapi, in uno cap̄. Dioſcorides loquutus eſt. ſed in diuerſis capitu
lis: plurima ſinapis genera connotauit. Quāuis aliquod ipſorum: ut capparis: nomine tan- I
tum, non re ſinape ſit. Quoniam nihil cum ſinapi capparis. Aliud autē Plinii genus. ſ. ſecun
dum (quod rapi folia dicit habere) nō ignoratur: nec ſeritur apud nos: ſed creberrimum in-
tus, & extra urbem, ſponte atqꝫ ſylueſtre oritur. Et uulgo proprie, ſinapem ſylueſtrem uo- K
camus. Non eſt in eo dubium quin ſit ipſum. Plurimi eo utuntur domeſtici uice. Serapio au
tem, & Auicenna, duorum tantum generum meminerunt. ſ. hortenſis, & ſylueſtris.

De Ficubus. L

NOtiſſimæ quidem ſunt ficus. Sciendum tamen, ꝙ non abſqꝫ ratione author ſpecificauit
ſiccas ficus, atqꝫ pingues, eſſe ſumendas: pro huiuſmodi emplaſtro. immo ut per Gale-
num probatur. illæ ficus ſunt ad concoquendum aptiores: quæ ſunt pinguiores. Inquit. n. M
Galenus. 8. de ſimplicium medicamentorū facultatibus. Ficus aridæ uim habent excalfaciē
di ordine primo, etiam cōpleto: aut ſecundo incipiente: habent uero etiā partium tenuitatē
quandam. Ex iſtis duobus idoneæ ſunt: quæ tubercula dura concoquant. Statim uero etiā N
ea digerunt: &c. quæ ſequuntur. Hinc ait. Porro ſcire oportet, ꝙ quæ pinguiores ſunt: ma-
gis poſſunt concoquere. Hæc Galenus. igitur quæ hmōi non ſunt: minime huic compoſi-
tioni congruunt. idcirco eligendæ ſunt pinguiores, & optimæ: ut ſunt Maſſilienſes: & Sabi O
nenſes: atqꝫ ipſis ſimiles.

De Schybalis.

QVæ Schybalæ, ſeu ſchyballæ, ſeu magis barbare ſquibalæ dicūtur. ſtercora rotunda
dura ſunt: ut plures declarauerūt. Caprinæ aūt ſpecificantur, ad differentiā aliorum P
ſimilium ſtercorum.

De Columbis agreſtibus.

COlumbi etenim, ſiue (ut quibuſdam magis placet) colūbæ: & domeſticæ, & ſylueſtres,
ſiue agreſtes reperiūtur. Domeſticæ quidē, domi uiuunt. Agreſtes aūt, in agris paſcun- Q
tur: ſed in turribus, & montiū ripis nidificant: atqꝫ nocte quieſcunt: quæ quidem domeſticis
ſunt minores. A nonnullis liuiæ: quaſi liuidæ nuncupantur. Harum aūt fimus in hmōi em-
plaſtris, ab authore quæritur. Vtrūqꝫ enim genus ſatis eſt notū. Eſt & aliud genus: qui nō co R
lumbi, ſed palūbi, ſiue palumbæ: ſiue duum generū, palumbes agreſtes dicuntur. immo re-
ctius ſylueſtres: quoniam in ſyluis manent: & in arboribus nidificant. Has nempe ſunt qui a
glandibus: quibus libenter ueſcuntur: glandiphlagas nominant. Alii autem, a torque plu- S
meo: quem habent: torquatas appellant. Sunt etenim maiores domeſticis colūbis: & hye-
mali tempore non inuenientes ſemina, & fructus: fame cogente paſcuntur herbis.

A ¶ Emplaſtrum de fermento:&c. CCCLXXIII.

B HOc nempe emplaſtrum(ut in litera clare habetur)diuerſis paratur modis. In-
uenimus tamē in iſta deſcriptione plurimas deprauationes: quas ſimpliciter
emendauimus in receptario. Et præſertim Inter ipſas:ubi legebatur per im-
preſſos libros,dubellet.reſcripſimus delet. Vt in cunctis exempla ibus,& in
C uulgari æditione repperimus. Et licet dubellet,ſiue dubellati: ſecundum Si-
ponem Ianuenſem,Pandectarium.&c. ſignificet apoſtema colligens ſaniem:de quo magis
ſperatur,ꝙ fiat ulcus:q̃ ꝙ reſoluatur:tamen cum prius hic legatur:Maturat enim & rumpit
D apoſtemata:Superfluum eſt addere:& dubellet:quod eſſet illud idē repetere. Igitur rectius
eſt,& delet. Item,quod ſequebatur in litera.ſ.Si bdellium cum farina hordei miſceatur:ex-
trahit ſpinas Deleuimus:ob id quia in nullo penitus dictorum exemplarium:neq; in uulga
E ri æditione:neq; in Nicolao præpoſito inuenimus. Reliquas partes a nobis emēdatas:ſi cō-
feras cum aliis facillime cognoſces. Scribitur equidem a Plinio in ſeptimo unum empla-
ſtrum de fermento:quod cum quadam uariatione iſtius deſcriptionis,habet non paruā ſi-
F militudinem.

De Fermento.

NOn ignoratur fermētum:a quibus cognoſcitur panis. Zyme, ſiue zyma græce dicitur.
Author noſter quidem in exordio præſentis deſcriptionis:magnopere laudat illud, in
G uſum medicum recipi:cum ex Democrito dicat eſſe medicinam medicinarum nobilium.Et
ponens plures ex ipſo pharmacorum compoſitiones:in fine addidit:ꝙ prolixum eſt narra-
re omnem eius experientiam:&c. Ex farina frumenti fit optimum: de quo ſemper Intelli-
H gitur: cum abſolute legitur. Poſt ipſum in bonitate, ex hordeo ſequitur. Hinc ex cæte-
ris frugibus.

De Viſco.

I VIſcum,uel uiſcus uiſci dicitur. Res quidē nota & aucupibus:& aliis multis. Plura ete-
nim ſunt eius genera. Vnde author ſpecificauit de quercino:ad differentiam aliarū ar-
borum:quoniam non In ſola quercu procreatur. Verūetiam,ut Dioſcorides,& alii docto-
K res tradunt:& experientia certa pluries comprobauimus:in multis arborum generibus re-
peritur. Porro Braſaulus probat in omni arbore poſſe fieri:ac etiam & in uite ſe uidiſſe con-
fitetur. Nos quidem præter arbores a Dioſcoride,Plinio:&c.deſcriptas:ſæpius & in amyg-
L dalis uidimus:tamen in aliquibus arboribus:ut in oliuis,ficis,&c.nunquā uidimus:nec ali-
quem uidiſſe audiuimus. Vnde coniectamus:non omnes arbores pati ſupra ſe uiſcum gene
rari. Et licet Plinius cap̄.ultimo.16.lib.dicat:Omnino ſatum uiſcum nullo modo naſci:niſi
M per aluum auium redditū:& præcipue palumbis,& turdi(unde Braſaulus argumentū ſum-
pſit,aſſerens:ꝙ ſicut turdus,ſiue turdela(quæ etiā connumeratur in generibus turdorū: q̃-
uis ſit maior turdo)ſiue palūbes,ſiue turtur poteſt ſuper omnem arborem ſtercus emittere:
N ſic omnis arbor pōt uiſcum procreare)tamen non per hoc ipſe Plinius probauit uiſcum ſu
per quālibet arborem naſci. Immo ſpecificauit ex eis quaſdā:quod non fuiſſet neceſſarium:
ſi ſuper omnes poſſet uiſcum oriri.Ergo ſecundum ipſum Braſaulū:ubicūq; cacauerint ipſæ
O aues:uiſcum naſcetur. Ergo & ſup herbas:& lapides:&c.quod eſt falſum.Igitur dicendum:
ꝙ ſicut,exempli gratia,epithymū non naſcitur ſuper oēm plantam:ſed ſuper ipſas tantum:
quibus a deo & natura ſpeciali prærogatiua,conceſſum eſt:ita & uiſcum non ſuper oēs ar-
P bores:ſed ſup illas dūtaxat:quæ ſunt aptæ natæ ad illud producendū. Neq; credendum eſt:
ꝙ ſolūmodo ſtercus auis:quæ iam comederit uiſcum.ſ.illud proprie,quod ex uiſco eſo &
digeſto efficitur:uiſcū ſuper arbores generat:ut ſcripſit Plinius:qm̄ probatur non eſſe uerū.
Q Nam ſi uiſcum oritur tantum ex ſtercore auis comedentis uiſcū:Primū igitur uiſcū quomo-
do ortū habuit:ex quo aues nunq̃ comederunt? Ergo alia cauſa eſt per quā uiſcum genera
tur. Enimuero melius eſt cōiectandū.ſ.ꝙ omne ſtercus illarū auium:uel comederint uiſcū,
R uel non.ſit aptū ad generandum uiſcū. Aptius tn̄ ſi ipſum uiſcum comederint:tanq̃ materia
magis diſpoſita,ad illud faciēdū. Et ſupra illas arbores tantū dicimus:quæ ēt ſpecialiter in ſe
habent talem prærogatiuā,ſiue diſpoſitionem:ut uiſcū concipiant. Non autē ſupra omnes.
S Quod aūt dicit Plinius.ſ.ꝙ uiſcū per aluū auium redditū naſcitur:hoc nō fit(ut putamus)ex
parte uiſci.ſ.inquantū,ꝙ eſt uiſcū.ſed ex parte animalis.ſ.inquātū,ꝙ eſt ſtercus illarū auium.
Quoniam uiſcum per ſe nullo modo naſcitur neq; etiā ſi per uentrem auium redditū fuerit.

Fit

Fit etiam a nonnullis artificio uiſcum, ex uariis rebus: ut ex ſebeſten in Damaſco, & ex radi- A
cibus maiuauiſci, & ex fructu aquifolii, & ſimilibus: ad capiendas aues: etiam & aquatiles
aues. Quod quidem medicinæ eſt minus aptum. Ex arboribus autem melius eſt quernum:
quod græce Dryos hyphear dicitur. Eligendum eſt purum, recens, intus uiride, ſeu porra- B
ceum, extra ſubfuluum: ex maturis collectum acinis. Et potius, q̃ alterius regionis, noſtra-
re: quia recentius. Sed ſi ex quercu non habebis: e robore accipito: ſiue ex ilice.

De Furculis. C

PRo Furculis, ſiue furcillis, hoc in loco: intelliguntur feſtucæ, ſeu lignorum, aut canna-
rum, & ſimilium fruſtula. Et proprie ſunt quæ a uulgaribus ſtecchæ, & ſteiæ nuncupan-
tur. Et lege rectius ſic. Et eſt emplaſtrum efficax ad extrahendum ſpinas, & furculas, ſeu fur- D
cillas, & oſſa carni infixa: &c. Et non oſſa cranei infixa: ut mendoſe per omnes impreſſiones
legitur. Et pro ſucco uuarum agreſtium: intellige, ut ſupra, ſuccum extremitatum uitiũ uua-
rum agreſtium. ſ. ſylueſtrium: & ſunt labruſcæ. Et ſucci extremitatum uitium: ſupple dome E
ſticarum: ut alias diximus.

De Sief memithe.

SIef equidem idem eſt: quod collyrium: ſeu medicina oculis appropriata. Memithe autẽ, F
eſt idem quod glaucium: de quo quære in pilulis lucis, cum chelidonia. Cum igitur hic
quærat author ſief memithe: intellige collyrium factum, ex ſucco glaucio dicto. Qui ſuc-
cus cõdenſatur in forma nuclei oſſei dactylorũ: & conſeruatur. Et arabice dr̃ memithe: &c. G

De Aſphalto.

REctius aſphaltum, q̃ aſpaltum dicitur. Et idem eſt: quod bitumen. ſ. bitumen iudaicum
notum. Quod bitumen aliquando etiam a græcis piſſaſphaltum appellatur. Quãuis H
& piſſaſphaltum proprie, ſit alterius bituminis genus: quod conſimiliter, & aſphaltum no-
minant. Priticipaliter autem aſphaltum. ſ. bitumen, a Dioſcoride duplex deſcribitur: unum
durum e lacu Iudææ: unde iudaicum dicitur: quod præfertur cæteris aliarum regionũ eiuſ- I
dem generis. Aliud eſt liquidũ: quod in Sicilia fontibus Agrigẽtinenſis agri innatat: quodq;
naphtæ indicatur ſpecies. Quo & incolæ olei uice in lucernis utuntur. Sed in hoc empla-
ſtro, de duro intelligitur. De naphta dicetur in oleo philoſophorum. K

¶ Emplaſtrum filii Zachariæ: &c. CCCLXXIIII.

L

PEr impreſſiones, legitur mendoſe in præſenti deſcriptione: Medullæ cruris
uaccæ: &c. ana. ℨ. iii. lege: ana. ℨ. iii ÷. quoniam ſic eſt in exemplaribus antiqs.
De Zanahau quære ſupra. M

¶ Emplaſtrum Diaphinicon, confortatiuum: &c. CCCLXXV.
¶ Emplaſtrum Diaphinicon deſcriptione Alexandri: &c. CCCLXXVI. N

HAec nempe emplaſtra habent multam affinitatem, cum emplaſtris de gallia
ſupraſcriptis. Vnde (ſaluo meliori iudicio) putamus, ꝙ poteſt alterum, pro O
altero ipſorum ſubſtitui: in neceſſitatibus. Seruatis tamẽ illis caliditatis, & fri-
giditatis ſignificationibus: in ipſis emplaſtris de gallia, ab authore notatis. Di-
cuntur Diaphinicon: a dactylis ipſa intrantibus. Auicenna quidem in quin- P
to can. ſub titulo unguenti. ſ. Vnguentum quod confert ad uehemẽtiam debilitatis hepatis,
& ſtomachi: habet quaſi ſimilem compoſitionem, cum hoc primo emplaſtro Diaphinicon.
Sed aduertendum, ꝙ in ſecunda deſcriptione: quæ inſcribitur Alexandro: ubi per impreſ- Q
ſos libros legitur: Acaciæ, ſucci acreſtæ: &c. ana. ℨ. iiii. legendum eſt rectius: ana. ℨ. v. ut eſt fe-
re in omnibus exẽplaribus antiquis. Pro Aliſtimbre autem: quod eſt in exordio: intellige
digeſtionem: tanquam ſi diceret. Et ad maliciam digeſtionis, ſiue concoctionis. Et pro flo- R
ribus uuarum agreſtium: intellige flores labruſcarum. Qui flores, ſicci intelliguntur, in
iſto emplaſtro. Et ratio tenet: quia cum hic ingrediatur etiam ſuccus acreſtæ: non enim
potes habere, uno & eodem tempore, acreſtam & flores uitis: niſi alterum ipſorum S
ſit non recens: uel uitis ſit bifera ſcilicet ꝙ bis ferat flores, & fructus: quoniam reperiuntur
uites: quæ non tantum biferæ: ſed & triferæ, & quadriferæ ſunt; ut Romæ habentur:

A Et uulgo huiuſmodi:uites acreſtæ nominantur. Vnde poteſt eſſe,ꝙ aliqua uitis labruſca ſit
huiuſcemodi:& ſic habebis flores labruſcarum:& acreſtam uitium:uno & eodem tempo-
re:quia aliter,q̃ ſi labruſca fuerit bifera:non poteſt fieri:quoniam uõ quæris flores uitis do-
B meſticæ:ſed labruſcæ. Præterea,in iſta ſecunda deſcriptione,per oẽs antiquos libros:non
ſandalorum citrinorum:ſed ſandali mazahari,ſiue machazari:&c.eſt ſcriptum:Quod(ut in
ſuperioribus iam diximus)putamus idem ſignificare. Per uinum ſtipticum autem intellige
C uinum maxime rubrum.ſiue(ut mauia dicere)nigrum,atq; auſterum,& non dulce,nec lim
phatum. Et idem eſt:quod ponticum:quáuis etiam & põticum album reperiatur:ſtipticum
autem ſemper rubrum.

D

Emplaſtrum de alliis Alexandri:&c. CCCLXXVII.

MVltæ literarum deprauationes,& mendæ,per nonnullas impreſſiones legũ-
E tur in præſenti deſcriptione:quas ſimpliciter in litera emendauimus:q̃m pe
ritos uiros non latent. Hæc tamẽ eſt notáda.ſ.ꝙ ubi legitur euphorbii:℥.i.÷.
Legendum eſt.℥.i.ut eſt in cunctis exemplaribus,& cæteria libria. Paulus in
F ſeptimo habet emplaſtrum diaſcorodon:hoc eſt,ex alliis:ſed differt ab iſto.

De Allio.

ALlium equidem rectius,q̃ alleum dicitur. Eſtenim notius domeſticũ,q̃ ut declarari de-
G beat. Et ſylueſtre etiam non ignoratur. Quod græce,ophioſcorodon dicitur. Dome-
ſticum uero,ſcorodon nuncupatur. Non autem ſcordeon:quod eſt herba chamædri perſi
milis:in quibus allucinati ſunt plurimi:ut ſupra aperte demóſtrauimus. Allium igitur cum
H abſolute deſcribitur:ſemper domeſticum,ſiue hortenſe intelligitur.

Emplaſtrum relatum ad Ariſtarchum:&c. CCCLXXVIII.

I

ETenim(ut putamus)non eſt hodie,in Italia:qui perfecte parare poſſit hoc
emplaſtrum:& oleum nardinum infraſcriptum,uidelicet quo ad tertium
K modum:ob maximam olei balſami copiam:quam requirunt. Quoniam
haud eſt qui unciam,non tantum libras,habeat ueri balſami liquoris.Chri
ſtophorus de honeſtis,ſuper hoc emplaſtro dicit:ꝙ maxime eius uſus fre-
L quentatur:ſed pro oleo balſami:oleum de ſpica ponunt. Si autem bene:
deus ſcit. Non enim poteſt comparari hoc,ad illud:ut in eius uicem tranſeat. Eſt præterea
in præſenti deſcriptione una menda per omnes impreſſiones. Videlicet ubi legitur. Colo
M phoniæ:℥.vii.legendum eſt:℥.v.ut cuncta exemplaria ueritatẽ oſtendunt.

De Colophonia.

COlophonia autem,ſiue pix colophonia(a Colophone ciuitate dicta:unde olim in ma
N xima uehebatur copia)illa eſt:quæ uulgo pix græca,& pix hiſpana,ſiue pix ſicca dici-
tur:ad differentiam picis liquidæ:quæ & naualis cognominatur. Quáquam uerior pix na-
ualis ſit illa:quæ a uetuſtis deraditur nauibus:quæ græce Zopiſſa,& Apochima nominatur:
O tanquam ea,quæ directe a naui ueniat potius:q̃ ea,quæ ad uſus nauium,& aliarum rerũ tran
ſire poteſt. Et ſcias,ꝙ omnis pix,ſub reſinæ nomine intelligitur:ſed non econtra.ſ.ꝙ non
omnis reſina,ſub picis uocabulo intelligenda ſit.

P

Emplaſtrum Oribaſii:&c. CCCLXXIX.

Q INpræſenti deſcriptione,per aliquas impreſſiones,tres mẽdæ annotádæ ſunt.
Prima:ubi legitur Aloes:ʒ.i.lege:℥.i. Secúda:ubi legitur Thuris maſculi,cu
ſcutæ,galbani:ana.ʒ.xii.lege:ʒ.xiii. Tertia:ubi legitur Confice:℥.ii.lege Con
R fitæ:℥.ii.& non confice. Ita hæc ſecundum ueritatẽm,ſunt per antiqua exem
plaria:ac etiam per nonnullas minus malas excuſiones.

De Confita.

S PEr ſimplex t,confita:ſecundum Simonem Ianuenſem, Pandectarium, & Manardum:
&c. Laudanum eſt. Sed confecta (ut ipſe Pandectarius dicit) fex ſtoracis rubeæ liquidæ
eſt. Animaduertãt igitur aromatarii: ne decipiãtur in uocabulorũ affinitate:ut ſæpe accidit.

ℂ Emplaſtrum Oribaſii aliud:&c. CCCLXXX. A

VNum notandum mendum,eſt in præſenti deſcriptione,per aliquas excu-
ſiones. Videlicet ubi legitur: Olei chamæmillæ,& irini:ana.℥.iiii. lege re- B
ctius.℥.iiii.ut in cæteris libris tam antiquis,ꝗ impreſſis habetur. Etanimad-
uertant,minus periti,& noui aromatarii:ꝙ hic,& ſimiliter in emplaſtro de
gallia ſupradicto,& aliis locis,per impreſſiones magis mēdoſas pro puls, C
legitur puluis. Non enim in illo emplaſtro de gallia,dactyli infuſi in aceto,
per diem & noctem:& hic galbanū infuſum in aceto,per duos dies:poſſunt teri donec fiant
ſicut puluis:ſed bene ſicut puls. intelligentes quidem faciliter percipiunt huiuſmodi literæ D
deprauationes. igitur non pro ipſis:ſed pro iunioribus,& nouis,hoc annotauimus: ne fru
ſtra in triturando laborent.

E

ℂ Emplaſtrum de Meliloto:&c. CCCLXXXI.

NOn habetur ſine mendis præſens deſcriptio. Nam per cunctas impreſſio- F
nes,ubi legitur: Seminis apii:&c.ana.ʒ.i÷. Legendum eſt uerius:ana.ʒ.ii÷.
Vt uniuerſa exemplaria habēt. Sunt etiam & aliæ literarum deprauationes:
quas ſimpliciter in textu recte poſuimus:ut liquido cum aliis conferenti pa G
tebit. Habet filius Serapionis in ſeptimo duo,ſub nomine dimadh,empla-
ſtra de meliloto:ſed differunt ab iſto.

De Meliloto. H

MElilotum,ſiue melilotus,herba eſt:quæ & ſertula campana dicitur: ob id quia in Cam
pania:& præſertim circa ciuitatem Nolæ laudatiſſima habetur:ut Dioſcorides refert.
In Romano ſolo autem:quod eſt Campaniæ initium:non eſt(ut credimus)inferior Nola- I
na. Eſt enim odoratiſſima,& optima,atq; omnibus nota. Et dicitur melilotus, ſiue melilo-
tos,quaſi mellea lotos. Habet enim noſtra meliloto ſemen:in corniculis lunatis, ſeu cur-
uis. Apud Nolam autem,reperitur etiam ſicut Serapio ſcribit,habēs uaginas ſubtiles,rotun K
das,& rectas,ſicut uirgæ puerorum paruulorum. Et nos quandoq; habuimus de illa melilo
to:quæ(ut uiſum eſt nobis)exceptis ipſis uaginulis:in nullo alio a noſtrate differt.

L

ℂ Miſtura ad uulnera ſananda:&c. CCCLXXXII.

PRæſens deſcriptio,& tres ſequentes(ut ſupra diximus)in paucis exemplari- M
bus leguntur. Ex tot enim quot uidimus: in undecim tantum repperimus:
quorum huiuſmodi deſcriptiones:non ſolum cum impreſſionibus nō con
cordant:uerūetiam,& inter ſe ipſas minime cōueniunt. At neq; ipſe impreſ- N
ſiones uniformiter ſe habent. Vnde ſunt in huiuſmodi miſtura tot & tantæ
commiſtæ uarietates,confuſiones,& literarum deprauationes:ꝙ uiſum eſt nobis impoſſibi
le:inuenire,ſeu interpretari literæ,& ſenſus ueritatē. Nam uere eſt miſtura:immo chaos o- O
mnium confuſionum. Ex quo medicis,& aliis nobis peritioribus uiris,dimittimus illam re-
ſarciendam:ſeu(ut melius dicamus)de nouo componendam:ſi tamen uſus eius (ut aiunt)
ita multis frequentatur locis. Nos enim nunquam parauimus:nec ſcimus Romæ parari ab P
aliquo. Verūtamen ut quilibet melius cōſideret deſcriptionem ipſius:& compoſitionē:non
pigebit nos breuiter ſubnectere quas inuenimus,tam antiquorum:ꝗ recentiorum uariatio
nes librorū. Ex impreſſis igitur quidam,ſic habent. Recipe Gario filatæ,radicum artemiſiæ, Q
pimpinellæ,camomillæ,pentaphyllon,herbæ uiolarum,herbæ uenti,caulis rubei,canabis,
tenerarum rubi:&c. Alii autem uſq; herbæ uiolarum incluſiue ſimiliter: deinde ſic: herbæ
ueteris cauli,tenerarum rubei,canabis:&c. Et alii,aliis modis,aliter uariant ab iſtis. Ex anti- R
quis exemplaribus autem,in quibus inuenimus:exceptis duobus libris(quorum unus ha-
bet abbreuiate primam dictionem:ſic.Gariof.quod etiam pro gariofilis:ſicut & pro gario-
filata poteſt interpretari. Et alter qui habet, artemiſiæ,abſolute:abſq; radicum preſcriptio- S
ne) omnes alii libri habēt prima duo ſimplicia: ſic uidelicet. Recipe gariofilatæ,radicū arte-
miſiæ. in ſequentibus autem ſic uariant. Quatuor libri concorditer taliter habent ſcriptum.

A Pimpinellæ, cammina, pentaphyllon, herbæ uiolarum, herbæ uenti, caulis rubei, canapis re
natum: &c. Reliqui ſeptem: ſinguli ſingula habent: uidelicet. Primus (poſt duo ſimplicia di-
cta ſemper intellige) ſic ſequitur: Pimpinellæ, piluſellæ, pentaphyllon, herbæ uiolarum, her
B bæ uenti, caulis rubei, canabis, ſenationis: &c. Secundus ſic habet. Camomillæ, pentaphyl-
lon, herbæ uiolarum, herbæ uenti, caulia rubei, canabis renatum: &c. Tertius, Pimpinellæ,
pentaphyllon, herbæ uiolarum, herbæ uenti, caulis rubei, recentium omnium: &c. Quar-
C tus, Pimpinellæ, cannam, pentaphyllon, herbæ uiolarum, ueteris caulis rubei, & canapum
renatum: &c. Quintus, Pimpinellæ, camima, pentaphyllon, herbæ uiolarum, herbæ uenti,
cuculi rubeæ, canabum renatũ: &c. Sextus, Pimpinellæ, carmina, pentaphyllon, herbæ uio
D larum, herbæ uenti, caulis rubei, canabia, ſenati: &c. Et ſeptimus ſic habet. Pimpinellæ, can-
næ, pentaphyllon; herbæ uiolarum, ueneris, caulis rubei, canapum renatum: &c. Luminare
maius etiam: & uulgares excuſiones: &c. aliter, & aliter habẽt. Quilibet per ſeipſum autem,
E apud illos legat. Simplicia tamen: quæ poſſunt declarari, declarabimus. E quibus enim ali-
qua ſunt: quæ apud ueteres nuſquã leguntur. Vnde uere cõiectandum eſt: has quatuor de-
ſcriptiones finales iſtius diſtinctionis: eſſe modernorum additiones.

F De Gariofilata.

GAriophyllata quidem, ſiue gariofilata uulgo dicta apud antiquos: neq; ſub hoc, neq;
ſub quouis alio nomine, adhuc meminimus nos legiſſe. Solummodo apud Plinium
G ſeptimo cap. uigeſimiſexti libri: Geum legimus: quod aſſerit habere radiculas tenues, ni-
gras, bene olentes: ſicut nos uidemus gariofilatam habere. En gariofilata dicitur: quia ra-
dices eius ſuauem gariofilorum ſpirant odorem: & radices eius ſunt tenues, atq; nigræ:
H uel ſaltem ſubnigræ. Quod ſi Geum non erit: fatemur nos neſcire quid ſit. Nonnulli enim
ſuſpicantur eſſe Dioſcoridis baccharem: uerũtamen deſcriptio non conuenit plantæ. Nam
gariofilata non habet caulem angulosũm: ut de bacchare legitur: nec folia baccharis cõue-
I niunt, cum foliis gariofilatæ: &c. ex quo probatur, ꝙ baccharis differt a gariofilata. Pande
ctarius quoq;, & ex iunioribus plures allucinati ſunt, uocando ipſam lagopum. ſ. pedem le-
poris: quãuis etiam apud ipſum Pandectarium barbare, per lagopum, legatur lapagũ: quo-
K niam lagopus (ut Dioſcorides tradit) in ſegetibus naſcitur: gariofilata autẽ ſemper locis in-
cultis: & ſpecialiter in ſepibus oritur. Et Simon Ianuenſis teſtatur, ſe uidiſſe depictam lagopi
plantam: alterius formæ, & ſimilitudinis: ꝗ gariofilatæ. Ergo gariofilata non eſt lagopum.
L Vocaturq; a nonnullis ſanamunda, ipſa gariofilata. Folia eius quidem ſunt ſimilia foliis eu-
patorii (quod falſo minus periti agrimoniam nuncupant) maiora parũper, & rotundiora.
Flos uero eius eſt citrinus: ex quo procedit ſeminis pilula: in modum pilulæ platani: minor
M tamen. Hac herba ſæpe uſus fuit Albertus magnus in medicinis equorum: ut ipſe uigeſimo
ſecundo lib. de animalibus ſcribit: Et quandoq; uocat ipſam herbam benedictam. Sed ad-
uertendum, ꝙ ſi non ſpeciatim herba ſcribitur: ſemper de radice intelligitur. Quoniam ipſa
N radix eſt uera gariofilata. Folia enim præter herbaceum, nullum habẽt odorem. Vnde me-
lior ipſius pars eſt radix.

De Artemiſia.

O ARtemiſia nempe ſecundum Galenum, & alios plures, duplex deſcribitur. Tamẽ ſecun
dum alios, triplex probatur. Etenim ſecundum ueritatem, triplex eſt. Prima uidelicet
eſt, quæ uulgo canaparia nuncupatur: quia tanquam canapia ad tricubitalem, & ampliorem
P altitudinem extollitur. Folia eius ſunt abſynthio ſimilia. Quæ ex una parte. ſ. quæ cælũ ſpe-
ctat: uiridia ſunt. ex altera autem alba. Non enim hæc ignoratur: quoniam fere ubiq; locis
incultis: & inter arũdineta prouenit. Alia eſt, quæ uulgo matricaria cognominatur. Et hæc
Q ſimiliter eſt nota. Tertia eſt: ꝗ ut plurimum in hortis habetur: & ſecus decurſus aquarũ ori-
tur: & hæc a multis tanacetum uocatur: ab aliis autem thanaſia, ſiue athanaſia dicitur. Folia
habet ordinate, uno pediculo, ex utroq; latere plura, pennata, atq; inciſa: & flores croceos,
R in umbella: qui non cito marceſcunt: &c. Et hæc quoq; a pluribus cognoſcitur. Omnes tres
odoratæ ſunt: ſed canaparia mitiori non iniocundo munitur odore. Matricaria autẽ, & ta-
nacetum grauiter olẽt. Dicitur enim matricaria: ob id ꝙ a muliebribus malis (quæ ex matri-
S ce prodeunt) efficacior cæteris habetur. Quando autem abſolute artemiſia ſcribitur: de mi
tiori. ſ. de canaparia intelligitur. Sed ad matricem curandam: licet omnes proficiant: utilior
tamen (ut diximus) matricaria eſt. Et ipſa eſt accipienda.

De Pimpinella. A

PImpinella,ſiue pampinula:herba eſt ita fere cunctis uiuentibus notiſſima:ſicut & priſcis
fuit incognita: Abunde recentiores de ipſa loquuti ſunt:tamen nullus ipſorum ualuit
apud quēpiam priſcorum inuenire. Vnde quaſi oēs tenent hanc,cum aliis pluribus, ueteri- B
bus fuiſſe incognitam. Quod quidem ualde mirandum eſt. Neqꝫ nos etiam hucuſqꝫ potui-
mus ipſam apud aliquem antiquorum capitulare. Sed omiſſis omnibus aliorũ iudiciis:nos
putamus:uel ipſam proprie ſaxiſragiam:uel ſpeciem eius eſſe. Nam & in ſaxoſis libēter cre- C
ſcit:& ad calculos in ueſica frangēdos,ualde efficax eſt:ut pluries experti ſumus. Etenim cũ
plures ſint ſaxiſragiæ ſpecies:inter eas non eſt abſonum, & pimpinellam connumerare: A
nonnullis etiam,ſanguiſorba appellatur. Et a Pandectario in litera f,Fillum indicum, pim- D
pinella interpretatur. Leonardus Fuchſius autem,fecit differentiam inter ſanguiſorbam, &
pimpinellam:& utrāqꝫ duplicem pinxit.

De Pentaphyllo. E

IPſum quippe eſt pentaphyllon.ſ.quinqꝫ folium:quo utimur.Et non eſt tormentilla,nec
heptaphyllon,nec apium riſus, neqꝫ fragaria:ut nonnulli ex iunioribus uolunt. Non
obſtante etiam,ꝙ apud Plinium legatur quinqꝫ foliũ gignere fragas. Quia poteſt eſſe ꝙ ipſe F
Plinius uiderit aliquam fragariam cum quinqꝫ foliis:quam putauit eſſe uerum pentaphyl-
lum:quoniam ſcimus uirum quēdam,aliquando uidiſſe fragariam pentaphyllam. Nam &
nos multoties uidimus pentaphyllum in uno pediculo habere ſeptem ſolia:ac etiam in ali G
quo tria. Sed hæc ſunt monſtra naturæ:de quibus non multum mirari debemus:quoniam
non ſolum in herbis,& uegetabilibus,natura eſt mõſtroſa:uerũetiam & in animalibus,& ſæ
pe in hominibus oſtendit potentiam ſuam. Vnde exēpli gratia:plures nāqꝫ cum uigintiqua- H
tuor digitis.ſ.ſex pro qualibet manu:& totidē pro quolibet pede naſcuntur. Nonnulli etiā
cum maiori numero:ut propriis oculis,pluries uidimus Romæ unum mendicũ:qui in qua
libet manu,& quolibet pede,ſeptem digitos,cum totidem unguibus habebat. Sed ita cōne I
xos ad inuicem,& curtos,ꝙ nullo modo ualebat exercere eos:ex quo mendicando uiue-
bat. Aliqui autem cum minori numero ꝙ̄ uiginti nati ſunt. Et aliqui cum duobus capitibus.
Quod monſtrum paucis ante annis uiſum eſt per italiam:ac uenit Romam. Et alia multa: K
quæ non ſcribimus. Dicat igitur Plinius quicquid uelit:ꝙ nunquā uerum pentaphyllum gi
gnet fragas. Etenim hoc quinqꝫ folium uſuale cognitum:omnes notas habet:quas Dioſco
rides ſcribit. Solummodo quod de ramulis pertractat:uidetur aliquatenus diſſentire.ſ.ꝙ ra L
muli pentaphylli in Italia,non dodrantales(ut ipſe Dioſcorides tradit)ſed cubitales,& am-
plioris longitudinis,ſuper terram extenduntur. Et hoc non eſt tanti momenti:ꝙ faciat ipſum
non eſſe uerum pentaphyllon. Quoniā(ut alias diximus:& Theophraſtus teſtatur)alio cæ- M
lo:& alia terra ſæpius diuerſificantur plantæ:&c. Vnde non eſt dubium,ꝙ habemus uerum
pentaphyllum. Heptaphyllon autem.ſ.ſeptifolium,aliud eſt a pentaphyllo, & a tormentil-
la. Nam ſtipites heptaphylli:non ſternuntur ſuper terram:ſed eleuantur recti,ab una radice N
plures. Et folia eius ſunt maiora foliis quinqꝫ folii:in quolibet pediculo ſeptem. Et naſcitur
in montibus:& non iuxta riuos aquarum,& ſecus uias,ut quinqꝫ folium:&c.

De Herba Violarum. O

HErba uiolarum proprie,eſt ipſa planta:quæ & mater uiolarum dicitur. Cunctis notiſſi-
ma eſt.

De Herba uenti.

MVltas nempe de herba uenti inuenimus diffinitiones:ex quibus patet,ꝙ herbæ uenti P
plura ſunt genera,ſeu differentiæ:uel(ut melius dicamus)herba uenti eſt nomen com
mune ad plura. Vnde ſecundum Simonem ianuenſem,ioannem Manardum,& Braſaulum,
herba uēti eſt cotyledō.ſ.umbilicus ueneris,ſiue terræ umbilicus:qui & cymbalion,& cym Q
balaria,& ſcatuncellus,ſcatuncellum, & auricula petræ dicitur. Secundum Ruellium aũt,
eſt anemone.ſ.fremii genus. Sed ſecundum Pandectarium,& Luminare maius,qui faciunt
duo herbæ uēti genera.ſ.maius:& minus:maius eſt parietaria.ſ.helxine:quæ & herba uitri, R
ſeu uitriola dicitur. Minus uero,eſt conſolida minor. item ſecundum additiones in Pande-
ctas:herba uenti,herba uincitoxicum, & conſolida minor:idem ſunt. igitur cum prædicta-
rum herbarum:quæ ſub nomine herbæ uenti deſcribuntur,aliquæ ſint calidæ,& aliquæ fri- S
gidæ complexionis:quando abſolute in aliqua compoſitione, herba uenti expetitur:non
eſt ſumendum quicquid ad manum uenit. Sed prius,pharmaco diligēter examinato:quod

A competentius iudicatur:illud adminiſtrari neceſſe eſt. Immo ſuper huiuſmodi,& ſimilibus:
ſemper conſulendi ſunt medici.

De Piloſella.

B APud uulgares quidem plures herbæ ſunt:quæ piloſellæ uocantur:& ipſum etiam no-
men uulgare eſt. A quadam maxima piloſitate,quam habent:ſic appellatæ ſunt. Non
enim apud antiquos tale reperitur herbæ nomen. Iuniores tantum de piloſella loquuntur.
C Nec qualis ſit,ipſi aperte demonſtrant. Pandectarius dicit:ꝙ eſt herba habẽs folia ſatis alba,
& piloſa,ſicut chartafilago:& ꝙ eſt frigida,& ſicca. In additionibus etiam nouis in fine Pan-
dectarum,habetur capitulũ de uirtutibus piloſellæ: ubi deprauate per,x,piloxella legitur.
D Luminare maius autem,ſuper unguento de uermibus Petri Argillatæ,ſcribens ipſam,ſubti
cuit formam eius:dicens. Piloſella herba eſt ſatis nota:naſcens in locis lapidoſis,& ſiccis:cũ
foliis,quæ expanduntur ſuper faciem terræ:& ſuper ipſa folia habet pilos ab utroq; latere:
E cum flore rubeo:&c. Non deſunt qui piloſellam auriculam muris nominant: quoniam eſt
unum genus piloſellæ:quod habet folia ſimillima auriculæ muris foliis. Sed Ruellius in ſuo
de Stirpibus:capitulo de myoſotide altera.ſ.de auricula muris:depingens aliqualiter ipſam
F piloſellam:probat non eſſe muris auriculam.ſ.Dioſcoridis myoſotam : quoniam piloſella
(quam ſic dicunt)habet flores luteos ranunculo ſimiles:myoſota autem ceruleos. itẽ pro-
bat ipſe Ruellius piloſellam non eſſe elatinen: quæ eſt helxine.ſ.parietariæ ſpecies:nec ho-
G loſteum,ut nonnulli putauere:&c. Aliud genus piloſellæ reperitur:quam etiã uulgares her
bam lucciam nominãt:quæ habet folia quaſi triticea ualde piloſa:&c. Item eſt aliud genus:
cuius folia ſunt ampla,ut uola manus,oblonga,& per ora,duabus,uel tribus paruis ſciſſu-
H ris diuiſa,piloſa ualde,immo uilloſa,urſi auribus colore,atq; forma,nõ abſimilia:unde a nõ
nullis auricula urſi dicitur. Et hæc in altiſſimis montibus,& crepidinibus petroſis naſcitur.
Hanc quidem piloſellam primum,in citeriori Hiſpania cognouimus.ſ.in illo,qui Mons ſer
I ratus uocatur. Omnes autem præfatas piloſellas cognoſcimus. Sunt deniq;(ut aiũt)& aliæ
herbæ piloſellæ uulgo dictæ:de quibus,quoniam adhuc nullam uerã habemus cognitio-
nem,non eſt opus de ipſis facere declarationem. Sed qualis prædictarum ſit accipiẽda,pro
K iſta miſtura:ignoramus. Cõſulito ergo medicos:qui tali utuntur miſtura:& ipſi uobis,diui
nando forſan,inſinuabunt eam.

De Caulibus.

L MVlta,atq; diuerſa ſunt caulium,ſiue braſſicarum genera,& ſpecies:ut olitores melius,
q̃ medici,pro maiori parte cognoſcunt. Et caulis quidem in innumeris plantis eſt. Sed
non ſpecificate,de braſſica.ſ.crambe intelligitur:ob id,quia caulis.ſ.cima huius plantæ,in-
M ter omnes alias,principatum obtinet. Vnde eſt,ꝙ tota braſſicæ planta,caulis dicitur. In hac
deſcriptione autem(ut in plurimis legitur)caulis rubeus:ad differentiam aliorum ſpecifica
tur. Quoniam reperiũtur etiam & caules albi,& nigri,& criſpi folii,& tyrſuti,& caputii:&c.
N Caulis rubeus quidem,non multum differt a nigro:& ſæpius conuertuntur in inuicem , ut
olitores referunt. Nigri enim & albi,& criſpi folii,& tyrſuti,atq; caputii caules:noti ſunt:Eſt
nãq; & aliud braſſicæ genus:qđ ex Syria defertur:& canabit,ſeu canauit uulgo dicitur:qđq;
O a Pandectario,caulis imperialis uocatur. Et omnes iſti caules,in Italia hodie habẽtur:quorũ
uſus non eſt minimus: etiam & apud nobiles. Sunt præterea,& alia braſſicarum genera: de
quibus legitur apud diuerſos authores:quæ breuitati ſtudentes,omiſimus. Legito re Hermo
P lai corollaria:& apud Ruellium de natura ſtirpium:&c. Demum,de braſſica ſylueſtri,& ru-
ſtica,& canina:quæ cynocrambe græce dicitur:& marina:quæ uulgo ſoldanella uocatur:
& de caule aquæ:qui nenuphar eſt,ſecundum Pandectarium:non expedit hic facere decla-
Q rationem. Abſolute autem cum ſcribuntur caules:ſemper de cõioribus notis intelligũtur.

De Cannabe.

VT Dioſcorides ſcribit:duplex eſt cannabũ,uel cãnabis ſiue canapis herba:Scilicet ſyl-
R uatica,& ſatiua. Satiua autem notiſſima eſt:ſyluatica uero non ita cognoſcitur. Sed ſi
abſolute deſcribitur.de ſatiua intelligitur. De cuius ſemine etiam duplex oritur planta.ſ.al-
tera ſterilis,& altera fructifera. Sylueſtris autem planta,communem ſimilitudinẽ habet cum
S althææ,& alceæ plantis. Ex cuius etiãnum cortice,ſicut ex cortice ſatiuæ,funes fiunt. Legi-
tur enim in aliquibus deſcriptionibus iſtius miſturæ:ut ſupra oſtenſum eſt :cannabis rena-
tum,canapis renatæ,cannabis ſenati,ſiue ſenationis:&c. Deprauationes enim librariorum

ſunt:pro quibus intellige cannabem tenellam.ſ.folia;uel cimas ipſius plantæ.Sunt quoq; & A
in ipſis deſcriptionibus aliæ plures literarum incorrectiones:ut ſunt.Veteris, cimarum,ru-
bi,cannæ,cannam,cammina;cuculi:&c. De quibus omnibus uanũ eſt prolongare ſermo-
nem:quoniam clare per ſe cognoſcuntur,ꝙ ſunt librariorum mẽdæ:ut exempli gratia:pro B
cuculi,non debet hic intelligi panis cuculi.i.alleluia:& ſic de ſingulis.

℄ Vnguentum palmeum:&c. CCCLXXXIII. C
℄ Vnguentum aliud palmeum;&c. CCCLXXXIIII.

MVlta nempe de huiuſmodi unguentis ſupra.ſ.in primo Diaphinicon unguen- D
to, diſſeruimus:propterea uide ibi. Hic tamen notandũ,ꝙ in hoc ultimo un-
guento palmeo per omnes excuſiones latinas:eſt una non parua menda.ui-
delicet:ubi legitur.Pinguedinis porcinæ depuratæ a ſale:℥.v. Valde etenim E
inſufficiens eſt iſta quantitas pinguedinis:reſpectu quantitatis lithargyri,& ui-
trioli. Nam in quibuſdam exẽplaribus,& in uulgari æditione,ipſius pinguedinis:lib.iii.ha-
bentur. Quod eſt minus malum. Sed in quibuſdam aliis ex uetuſtioribus exemplaribus:nõ F
lib.iii.neq;.℥.v.ſed lib.v.legitur:quod putamus rectius eſſe. Errore forſan(ut coniectamus)
impreſſa fuit.℥.pro lib. Et non putet quis quinq; librarum quãtitatem,eſſe ſuperfluã: quo-
niam maior iudicatur eſſe quantitas trium librarum olei,& duarum axungiæ:quæ recipitur G
in primo unguento palmeo:q̃ quinq; librarum axungiæ in hoc unguento:reſpectu olei ad
axungiam:quæ eſt corpulentior oleo. Et ſimiliter in unguento Diaphinicon deſcriptione
Arabica,ſunt quinq; libræ,ex oleo,& pinguedine. Item in unguẽto diaphinicon primo,ſex H
libræ recipiuntur.ſ.tres pinguedinis,& tres olei. Igitur ſi ſex librarum quantitas,non eſt ſu-
perflua:a fortiori,quinq; librarum minime erit. Non enim magis unum,q̃ aliud,iſtorũ qua-
tuor unguentorum recipit de lithargyro,& uitriolo. Ergo quinq; libræ ſunt ſecundum ue- I
ritatem,ipſius pinguedinis recipiendæ,in hoc unguento:& non quinq; unciæ.

℄ Vnguentum expertum ad ſcabiem:&c. CCCLXXXV. K

NVnquam experti fuimus hoc unguentum:nec apud alios (ut ſciamus) ha-
betur in uſu. A quibus autem ſit expertum,neſcimus. Inuenimus tamen in L
tribus exemplaribus præſentem deſcriptionem recipere maſtichen:in uno
ana,cum oleo laurino,argento uiuo:&c. Quæ(ut nobis uidetur) ſatis con-
uenit. Manardus quoq; præcipit,ut addatur:quod tam nobis,q̃ pluribus pe- M
ritis uiris non diſplicet. Vnde rectius legatur ſic,ut eſt in dictis exemplaribus. Olei lauri-
ni,argenti uiui,ceræ mundæ,maſticis,thuris albi:&c.

EXPLICIT VNDECIMA DISTINCTIO.

A DVODECIMA DISTINCTIO.
EST DE OLEIS.

B

¶ Eſt enim multiplex oleorum operatio:&c. CCCLXXXVI.

C IN hac nempe præfatione præſentis duodecimæ,& ultimæ diſtinctionis:clare denotat author neceſſariam multiplicitatem,& uarietatem oleorum:quas aggreditur:ſed in proceſſu,cauſa breuitatis(ut putamus) plura olea,tãquam
D notiora dimiſit. Vt exempli gratia. Non ſcribuntur ab eo modi faciendi oleũ olearum,ſiue(ut mauis)oliuarum:quãuis ipſe dicat,ꝙ oleum de ſchino fit,ſicut oleum de oliuis:& oleum completum,ex oliuis completis:& oleum rude,ex oliuis im-
E maturis:&c. Qui modi,omnibus aliis erant præponendi:ex eo maxime,ꝙ oleum ab olea nomenclaturam ſumpſiſſe creditur:& etiam quia ipſum oleum eſt baſis,ſiue fundamẽtum, ſeu radix multorum oleorum compoſitorum:ut in proceſſu patebit.Vnde ad maiorem de-
F clarationem:poſt oleum de ſemine cucurbitæ dicit. Ex multis aũt ſeminibus olea fieri poſſunt:& habent uirtutem ſeminum eorum:de quibus ſermonem non ædimus:&c.Item, dimiſit aliqua tanquam medicinæ minus neceſſaria:ut ſunt olea chimiſtarum:&c.pro quibus
G cognoſcendis remittit lectorem ad chimiſtas dicens. Tu autem:&c. De his igitur: quæ per expreſſionem fiunt,incipiens hanc ſuam diſtinctionem:oleum de amygdalis dulcibus,cæteris præpoſuit. Vnde ſequitur.

H

¶ Oleum de Amygdalis dulcibus:&c.	CCCLXXXVII.
¶ Oleum de Amygdalis amaris:&c.	CCCLXXXVIII.
I ¶ Oleũ de Nucibus:groſſarũ uẽtoſitatũ eſt reſolutiuũ:&c.	CCCLXXXIX.
¶ Oleum de Auellanis:&c.	CCCXC.
¶ Oleum de Chryſomilis:&c.	CCCXCI.
K ¶ Oleum de Perſicis:&c.	CCCXCII.
¶ Oleum de Ben:&c.	CCCXCIII.
¶ Oleum de Cheruai:&c.	CCCXCIIII.
L ¶ Oleum de Carthamo:&c.	CCCXCV.
¶ Oleum de Nuce indica:&c.	CCCXCVI.
¶ Oleum de Ceraſis:&c.	CCCXCVII.
M ¶ Oleum de Almahaleb:&c.	CCCXCVIII.
¶ Oleum de Granis citri:&c.	CCCXCIX.
¶ Oleum de Fiſticis,& Pineis:&c.	CCCC.

N

VNo nempe canone uniuerſa hæc,atq; ſimilia olea regulãtur. Qui quidem canon ſiue regula,pro omnibus aliis in prima.ſ.olei de Amygdalis dulci-
O bus deſcriptione: ab authore ſatis clare deſcribitur. Et ita ſunt ipſi modi ubiq;,in frequentiori uſu:ꝙ non oportet de eis facere declarationẽ.Igitur ſimplicia,&c.quæ minus peritis poſſint uideri obſcura,ad legentium uti-
P litatem,faciemus clara. Præterea non ignorandum,ꝙ tam ex iſtis,q̃ ex infraſcriptis,q̃ etiam ex aliis diuerſis oleis:ſunt deſcriptiones multæ,tam apud Græcos,& Arabes,q̃ etiam apud Latinos authores:quos ſæpe citare ſuperfluum eſt. Quærite igitur apud
Q ipſos:& inuenietis.

De Zaynari.

PRo Zaynari autem,ſiue Zacharali,ſiue Zarinari,ſiue alteriuſmodi barbare:quod legitur in oleo amygdalarum dulcium:&c.nil aliud poteſt intelligi:q̃ torcular,ſiue præiũ,
R ſiue aliud inſtrumentum aptum ad exprimendũ oleum,& ſimilia. De Amygdalis q̃re ſupra.

De Nuce.

NVx ſimpliciter,& abſolute,ſemper intelligitur uſualis:de qua,una cum cæteris, quære
S in modo cõfectionis corticum nucũ. Præterea,magnopere admirati ſumus de Ioanne Iacobo Manlio:qui groſſe(ut ita loquamur)& pueriliter errauit in hoc oleo:declarans nucem groſſam eſſe nucem uſualem. Immo nux groſſa proprie,eſt nux indica:quæ cunctis

nucibus eſt groſſior. Dicimus enim, ꝙ pueriliter errauit in textu authoris .ſ. legẽs oleum de A
nucibus, groſſarum uentoſitatum eſt reſolutiuum: &c. intellexit oleum de nucibus groſſis:
unde in ſuis declarationibus dixit: Nux groſſa .i. nux uſualis: &c. Quod quidẽ nec in re, nec
ſecundum literam eſt uerum: quia author non loquutus eſt hic de nucibus groſſis: ſed abſo B
lute poſuit de nucibus: pro quibus intelliguntur communes, & uſuales.

De Auellana.

AVellana quidem in italia notiſſima eſt: quæ & nux auellana, & nux pontica dicitur: & C
uulgo Romæ nocchia uocatur. Sed in Regno Apuliæ, quaſi per diminutionem a nu
ce: nucella appellatur.

De Chryſomilis, & Perſicis. D

CHryſomela, uel chryſomila, ſiue chryſomella, uel chryſomala .i. aurea mila, uel mala:
&c. eadem ſunt: quæ & præcoqua, ſiue præcocia, & armeniaca dicuntur. in generibus
perſicorum connumerantur. Nam plura ſunt Perſicorum genera: ſed per antonomaſiam, E
perſica intelliguntur illa: quorum nuclei oſſeus cortex eſt durus, & aſper, & non planus: ut
in armeniacis eſt. Multum enim differunt in foliis perſica, & armeniaca. Etenim perſicorum
folia ſunt longa, amygdalinis foliis ſimillima: folia autem chryſomelorum, ſunt rotũda, ut F
pyrorum folia. Iſidorus quidem tria tantum genera huiuſmodi fecit .ſ. duracenum ſiue du-
racinum, armeniacum, & perſicum. Hodie tamen multa plura habemus, uel natura, uel ar-
te producta: quæ breuitatis cauſa dimittimus. G

De Ben.

BEn per ſimplex e: non autem been, ut nonnulli codices impreſſi habent: & hic, & alibi.
Sed de eo ſatis diximus in confectione de muſco dulci. Vide ibi. Item, ſcias ꝙ hoc oleũ, H
ſecundum Simonem ianuenſem, in litera. Balanus, & in litera ben: eſt oleum muſcellinum.
Dioſcorides in primo libro facit de eo caꝑ. & uocat ipſum oleum balaninum: in cuius capi
tuli fine dicit: ꝙ oleum carynum .ſ. de nuce inglandæ: hoc eſt de nuce uſuali: ualet ſicut oleũ I
balaninum: hoc eſt de ben. Ergo in defectu olei de ben, licite poſſumus ſubſtituere oleũ de
nuce cõmuni, & uſuali. Cæterum, en patet in his oleorum deſcriptionibus, error quorũdã
iuniorum aſſerentium ben eſſe ſemen cataputiæ .ſ. cheruæ: cum author ſeparatim ab oleo K
de ben, doceat facere oleum de cherua: quod immediate ſequitur.

De Cherua.

R.Icinum, ſiue cicinum oleum (quod idem eſt) uocatur a Dioſcoride hoc oleum de cher L
ua. Cherua autem, ſiue kerua, eſt genus cataputiæ. Cataputia autẽ, duplex a Serapio-
ne notatur .ſ. maior & minor: & i duobus capitibus. uidelicet. 222. & 364. Et utrũq; genus
habet plura nomina: ut mox uidebimus. Author enim noſter ipſe etiã ponit caꝑ. de utraq; M
cataputia, ſub barbaro uocabulo. Hoc eſt. Albemeſuch. Sed titulus eius a librariis (ut puta-
mus) eſt uitiatus .ſ. ꝙ ubi legitur: De albemeſuch .i. cherua: Rectius legendum eſt: De Albe-
meſuch .i. cataputia: ut in quibuſdam exemplaribus antiquis adhuc clare legitur. Nam albe- N
meſuch eſt nomen cõmune, ad utrãq; cataputiam. Cherua autem, eſt nomen ſpeciale: quod
pro cataputia maiori tantũ ponitur. Minor enim non uocatur cherua. Author noſter opti
me ſcripſit, ponens primum nomina cõmunia, ſiue generalia: uidelicet, albemeſuch: & gra- O
num regum: poſtea deſcendit ad particularia: unde de maiori ſcripſit. Et dicitur ꝙ magnum
eſt cherua. Cherua autem, ſiue albemeſuch maius, ſiue granum regum magnum .ſ. cataputia
maior, ubiq; cognoſcitur: & idem eſt: quod ricinum. Quod nomen ſibi uendicauit, a ſimili- P
tudine: quam habet ſemen ipſius, cum ricino animali. Ricinum quippe animal proprie eſt
illud: quod uulgo cecca, ſiue cicca dicitur: quæ in auribus animalium, canũ maxime, & boũ,
ſanguinem ſugens, pendet. Etenim quaſi ſemigræce. Nam hæc planta cici, ſeu cicum, a græ Q
cis uocatur: ut apud Dioſcoridem quarto lib. ubi etiam & alia plura nõia iſtius plantæ enu-
merat. Appellatur quoq; a nonnullis hæc planta, pentadactylus, & cuſtos horti, & ab aliis
alia ſunt ei attributa nomina: ut heliotropia, giraſolis, miraſolis, ſponſa ſolis, ſolſequia: &c. R
In Luſitania quidem arboreſcit: & perdurat ad multos annos. ut propriis oculis intus Ebo-
ram ciuitatem: in horto quorũdam religioſorũ, plures arbores huiuſmodi plantæ uidimus:
quarum truncum uix certe funiculus quatuor fere palmorũ ſufficiebat cingere. Vocaturq; S
ab incolis loci, lingua eorum, fighiera de linferno. Quod latine: ficus inferni eſt. Apud nos
autem, ante annum moritur. Porro cataputia minor, ſiue albemeſuch minus, ſiue granum

A regum paruum: quod mendana, ſeu mendena arabice dicitur: ut eſt apud Serapionẽ: a græ-
cis lathyria appellatur: & inter tithymalorũ genera connumeratur. Vnde ſunt qui tithymalũ,
ſiue lactariam herbam noĩant. Dioſcorides.n.author eſt. Sed a uulgaribus, & mulierculis
B Romæ, tã maior, q̃ minor, Seardapucza uocatur: quaſi cataputia, corrupto uocabulo. Ete-
nim cataputiæ dicuntur: quoniam ſemina ipſarum ad aluum ſoluendam, tanquã pilulæ de-
uorantur. Pilulæ enim græce catapotia, ſeu cataputia nuncupantur. De utriuſq; igitur cata
C putiæ ſemine: uno & eodem modo extrahitur oleum: ut ipſe author noſter in præfato cap̃.
de albemeſuch ſcripſit. Hic autem de cherua tantum .ſ. de maiori loquitur. Ambæ ſane uul-
garis notitiæ ſunt: quoniam ſæpe in hortis, & iuxta domorũ parietes, in ſuburbanis naſcun-
D tur. Præterea, non parum admirati ſumus de Braſaulo uiro noſtra ætate famoſiſſimo: qui di
cit interpretem Serapionis erraſſe, interpretando cheruam eſſe cataputiam maiorẽ: nec ta-
lem aliunde probat errorem: Quin ipſum magis deceptum putamus: dicẽtem cataputiam
E maiorem eſſe primam ſpeciem tithymali: quæ characias græce dicitur. Et ſecundum ipſius
uerba: præter calũniam in Serapionis interpretem: duplicem ipſe cõmmiſit errorem. Pri-
mo errauit, quia minorem cataputiam, pro maiori accæpit. Nam ut a pluribus ultis audiui-
F mus, eadem planta eſt herba dalle carpanede apud Ferrarienſes: quæ apud Romanos ſcar-
dapucza minor: Enimuero talis planta non ignoratur: & (ut uidere licet) ad amuſſim eſt mẽ
dana Serapionis.ſ. cataputia minor. Secundo errauit: quia talis herba apud Dioſcoridẽ: non
G characiás (ut ipſe uult) ſed eſt lathyris: ut legenti Serapionem, & Dioſcoridi conferenti, non
eſt dubium. Etenim Serapio facit tria capitula correſpondentia tribus cap̃. Dioſcoridis. ui-
delicet: capitulum de kerua.ſ. de cataputia maiori: quod reſpondet capitulo Dioſcoridis de
H ricino.ſ. de cico. Et cap̃. de cataputia minori: quod incipit Mendana: quod quaſi de uerbo,
ad uerbum, correſpondet capitulo de lathyri ipſius Dioſcoridis. Et cap̃. de tithymalis: ubi ab
ipſo Serapione, uelut etiam a Dioſcoride: prima ſpecies characias dicta deſcribitur. Nõ ob-
I ſtante, q̃ in Serapione ibi barbare Caritias: pro characias legatur. Præterea, ſi apud ipſm Bra
ſaulum, præfata herba dalle carpanede: erit maior cataputia: minor ergo qualis erit? Cuius
ipſe non meminit? Nam ſcribentem maiorem: non decuit tacere minorem. Maioritas enim
K non tribuitur uni: niſi reſpectu minoritatis alterius: &c. Et q̃ ſint duæ cataputiæ, non ſolum
per Serapionẽ: cuius interpres habetur ipſi Braſaulo ſuſpectus: uerũetiam & per Auerroym,
& alios plures probatur. Ait nãq; Auerroys in quinto colliget ſcribens de una.ſ. de maiori.
L Halbeteą.i. cataputia: &c. Et infra pro mendana (quæ eſt cataputia minor) Magdeene ſcri-
pſit, dicens. Magdeene.i. cataputia: &c. Cauſa breuitatis dimittimus iuniores: qui de utraq;
cataputia loquitur. Vt ſunt: Simon Ianuenſis, Pandectarius, Luminare maius, Ruellius: &c.
M Igitur pro concluſione, cataputia maior eſt cherua: & eſt cicum Dioſcoridis. Et minor eſt la
thyris: & non cherua: neq; Dioſcoridis characias.

De Carthamo.

N Duum generum ab omnibus carthamus deſcribitur.ſ. carthamus domeſticus & ſylue-
ſtris. Author noſter in ſuo cap̃. eligit domeſticum tantum, dicens: Electio. carthamus,
de quo loquimur, eſt domeſticus. Quaſi dicat: quicquid ſcribimus de carthamo, de domeſti
O co intelligimus. Vnde & hoc oleum de domeſtico intelligi debet. Carthamus domeſticus
autem, ſiue carthamum: Cnecus, & Cnecum, ſiue Cnicus, ſiue (ut mauis) Gnicus dicitur: ut
Dioſcorides quarto libro ſcribit. Ex noſtris uero alii crocum hortulanum, alii Zaffranum
P ſylueſtre, alii Zaffranum fatuum, ſiue Zaffranum fatuorum nominant. Auerroys in quinto
colliget Elcratis, & ſemen de papaga uocat. Ait enim Elcratis, alias carthamum.i. ſemen de
papaga: &c. Papaga proprie eſt illa auis: quæ uulgo papagallus nuncupatur: Latine autem
Q pſittacus. Quaſi dicat Auerroys: q̃ eſt ſemen: quod pſittaci libenter comedunt. Non enim
eſt incognita herba hæc: in hortis ſeritur: & Inter aculeatas cõnumeratur. Sed Cnecum ſyl-
ueſtre, ſiue carthamus ſylueſtris, ſpinoſior eſt domeſtico: ut ueritas in re ipſa probari poteſt.
R Quãuis Theophraſtus quarto capitulo, libri ſexti, de hiſtoria plantarum, teneat cõtrarium:
ubi & de Cneco ſylueſtri.ſ. carthamo ſylueſtri duo genera poſuit. Vocatur autẽ carthamus
ſylueſtris a nonnullis colus ruſtica: quoniam priſcæ mulieres pro colo, tali utebantur plan
S ta. Vnde putamus, q̃ a Cneco, uulgo uſq; hodie, pluribus in locis, colus fœminarum, cor-
rupto uocabulo, dicatur conochia: quaſi cnochia, pro cneca. Dicitur etiam & ab aliis fuſus
agreſtis. A Dioſcoride autem atractylis uocatur. Vbiq; naſcitur: ex quo minime ignoratur.

Sed

Sed animaduertendum, ꝙ apud Serapionem, ſub nomine carthami, duo ſcribũtur capitula A
ſcilicet. 126. quod incipit Cartamum .i. churtal: &c. quod cap̃. ut patet legenti, & Dioſcori-
di conferenti: eſt cap̃. ipſius Dioſcoridis de bromo: quod uidelicet eſt in ſecũdo libro: quo-
niam quarto libro eſt aliud capitulum de bromo: quod apud Serapionem non legitur. Etiã B
non ignorandũ, ꝙ capitula Dioſcoridis de bromo uidelicet tam ſecundi, ꝗ quarti libri: non
ſunt de auena, ut nonnulli putant: quia cap̃. de auena: quod cõcordat cum. 25. capitulo Se
rapionis, de auena: eſt capitulum de ægilope: quod eſt in quarto libro: ante cap̃. de bromo. C
Aegilops igitur eſt auena: bromus aũt eſt, herba auenæ ſimilis: unde a ſimilitudine nõnulli ẽt
bromũ, auenã nũcuparũt. Aliud aũt cap̃. Serapionis: uidelicet. 202. quod incipit Kartã. i.
carthamus: eſt ex eo ſylueſtris & domeſticus: &c. eſt ueꝝ, & propriũ cap̃. de utroq; Cneco: ut D
legenti nõ eſt dubiũ. Item ſciendũ etiam: ꝙ Auicẽna facit cap̃. de carthamo: & ſeparatim po-
nit aliud cap̃. de croco hortulano: ſed an apud ipm̃, ſit aliud crocũ hortulanũ, a carthamo:
neſcimus. Nobis tñ uidetur idẽ eſſe.

De Ceraſis. E

CEraſia, uel ceraſa ubiq; per Italiam cognoſcuntur: & ſunt plura ipſorum genera. Vnde
libro. 15. Plinius octo enumerat. Ex quo inter ea cõnumerantur & amarena .ſ. illa ce-
raſia acria: quæ uulgo Romæ uiſcioli nuncupantur: quorũ etiam plures habentur ſpecies. F
Ceraſi etenim ſunt huiuſcemodi naturæ: ꝙ poſt cunctas fere arbores florẽt: & de prioribus
ſunt: quæ fructũ ad maturationẽ perducunt. Reperiuntur etiã & ceraſi ſylueſtres: ſed nõ ſic
paſſim, ut urbanæ naſcũtur. In partibus Apuliæ plures arbores uidimus: ꝗ ab incolis loci, ne G
ræ uocãtur: quaꝝ fructus nõ eſt almahaleb: ut mox patebit. Eſt .n. fructus neræ minor, atq; ni
grior ceraſio domeſtico: & foliũ rotũdius, & minus, ac ſolidius. In caudice aũt, & cæteris par
tibus: nõ differt nera, a ceraſo. Et tã ceraſus, ꝗ amarenus iſeritur in nera: & optime fit. Produ H
cit & gũmi nera affluẽter, ut ceraſus: &c.

De Almahaleb, ſiue Mahaleb.

MAhaleb, ſiue mahalep, uel machaleb, uel machabel, uel alteriuſmodi barbare: uel cum
al in principio, almahaleb: &c. idem arbuſtũ eſt apud Arabes: quod apud græcos phyl I
lirea: ut patet conferendo cap̃. Serap̃. de mahaleb: cum cap̃. Dioſc. de phyllirea. Quod cap̃.
apud ipſum Dioſc. eſt in primo lib. immediate poſt cap̃. de cypro .ſ. de liguſtro. Quod cap̃.
de phyllirea minime poteſt eſſe cap̃. de tilia: ut Hermolaus, Ruellius, & Marcellus interpre- K
tati ſunt: & fere omnes iuniores tenent. Quoniam (ut ſcitur) Tilia eſt arbor uaſtæ magnitu-
dinis: unde Theophraſtus quinti de hiſtoria plantarum: cap̃. 8. ſic dicit. Tilia foris nauiũ lon
garum, & archarum, menſarũq; fabricæ expetenda eſt. Ex quo non poteſt comparari ad cy L
prum. Nec tiliæ folia aſſimilantur foliis oliuæ: quæ non ignotãtur hederacea eſſe: ſicuti etiã
dictus Theophraſtus tertii de hiſtoria plantarum cap̃. x. teſtatur. Et cætera, quæ breuitati ſtu
dentes, omittimus. Nec in antiqua tranſlatione illud cap̃. loquitur de Tilia. A uocabulorum M
propinquitate eos allucinatos eſſe putamus. Tilia enim græce non phyllirea: ſed φίλυρα
ſcilicet philyta dicitur. Phyllirea proprie quid latine ſignificet adhuc neſcimus. Arabice au-
tem (ut diximus) eſt mahaleb: de quo & Serapio, & Auicenna, & Raſis, & alii plures arabicæ N
linguæ ſcriptores pertractarunt. Mahaleb arbuſcula autem, in Syria notiſſima eſt: & uſq; ho
die ibidem uulgo mahaleb uocatur. Quæ (ut ſciuerimus) non reperitur in Italia. Eſt .n. ſpi-
noſa: & folia eius ſunt ſimilia foliis oliuæ: & fert grana quaſi racematim, in ramis, ut lẽtiſcus: O
paulo groſſiora tñ. E qbus Syrii exprimunt oleũ ualde odoriferũ: ex quo cõficiunt ſapones,
olfactu ſuaues: & alia plura. Quæ grana ẽt mahaleb uocãtur: unde Bellunẽſis in ſuis interp̃ta
tiõibus dicit. Mahaleb eſt granũ notũ in Syria. Et nos habuimus de ramis eius, mediãte quo P
dã fratre nr̃i ordinis: qui nũp uenit ex illis partibus: &c. Ergo mahaleb nõ ſunt fructus ceraſi
ſylueſtris: ut fere oẽs iuniores allucinanter interp̃tati ſunt. Fortaſſe qa cũ imediate poſt oleũ
de ceraſis, author poſuerit oleũ almahaleb: & in eius deſcriptiõe dixerit: Oleũ de almahaleb Q
fortius eſt in omni re: ꝗ oleũ de ceraſis: &c. ipſi de facili errauerũt, putãtes mahaleb eſſe ceraſ-
ſia ſylueſtria. Sed re uera ſatis differunt inter ſe ceraſia ſylueſtria, & mahaleb. Ex qbus patet, ꝙ
oleum de almahaleb, non eſt oleum de ceraſis ſylueſtribus. R

De Seminibus citrii & citranguli.

HVjuſmodi grana, ſiue ſemina, ex maturis citrioꝝ, & citranguloꝝ pomis accipiẽda ſunt.
Immatura .n. ſemĩa, & fructus, parũ: aut nihil hñt de oleo. Pari rõne etiãnũ põt fieri oleũ S
ex ſeminibus limonũ, & ſimiliũ. Et qđlibet ipſoꝝ eqpollet ſupradictis. Vñ põt fieri ex oĩbus,
& ſingulis, tã cõiũctim, ꝗ diuiſim: ſicut unicuiq; placet.

De Fiſticis, & Pineis.

A Fiſticum idem eſt,quod piſtachiũ,ſiue piſtacium. In Syria plurimum naſcitur. Et in Italia
ſatum creſcit,& fructificat:quoniam Venetiis uidimus arborem non minimã,cum fru-
ctu. Folia fert terebintho ſimillima:&c. Pinei nuclei non ignorantur. Et ideo author copu-
B lauit iſta:quoniam eiuſdem uirtutis ſunt ambo: Nam & Dioſcor.cap̃.de piſtaciis teſtatur nu
cleis pineis ſimilia eſſe piſtacia ſuppie forma,& uirtute. Vnde alterũ pro altero põt ſubſtitui.

C ¶ Oleum Laurinum:&c. CCCCI.
¶ Oleũ de granis uiridibus:& eſt albotin:&c. CCCCII.
¶ Oleum de Schino:&c. CCCCIII.

D Ponit author in borum prima oleorum deſcriptione,pro oĩbus ſimilibus,
aliũ modum exprimendi oleũ. Verũtñ nos ſcimus meliorem modum, pro
oleo laurino:q̃ his qui aſſignatur.Quo quidem copioſius oleũ exprimitur,
E & clarius,atq; odoratius,& per cõſequ s meliũs. Qui modus certe facilius
adiſcitur operatione:q̃ lectione. Attamẽ ſubſcribimus ipm̃ clariori modo:
quo poſſumus:ut uel ſaltẽ ingenioſi percipiant. Ponãtur igitur baccæ maturæ,omniq; for-
F de optime purgatæ,& integræ,in caldario,cum ſufficienti aqua,ſupra ignem:& bulliat aqua
uſq; ad perfectã baccarum coctionẽ:& ſic calidæ mittantur in aliquo ſacculo nouo,mũdo,
& nõ raro,ita q̧ ſacculus ſit minus q̃ ſemiplenus ipſis baccis pcoctis. Poſtea ligetur os ſaccu
G li:& cũ aliquo forti baculo groſſo quantũ manus capere põt:cubitalem longitudinem uel
circa,plus,uel minus habente:exerce te ſic:uidelicet. Extenſum ſacculũ ſuper tabulã decli-
uem ex una parte:ſub qua ſit uas ad recipiendũ oleum:ſtãtibus baccis per totum uſq; ad os
H ſacculi:dicto baculo,ad os ipſius baculi aliquo modo,ex una extremitatũ,inuoluto,ſeu li-
gato:malaſſa,ſiue malaciſſa:ſiue ſubagitando ſubige:dextre,uoluendo,& exprimendo for-
titer,& cito. Superinfundẽdo q̃nq; aquam calidam:uſq;quo uideas totum oleũ effluxiſſe in
I uas. Deinde collige quod ſupnatat:& ſerua. Eodẽ modo etiam põt fieri de granis uiridibus,
& granis lentiſci,& ſimilibus. Tamen in Apulia,& aliis locis:extrahitur oleũ ex ſemine len-
tiſci:ſicut ex oliuis. De Baccis autem ſiue granis lauri:ſatis dictum eſt in emplaſtro de gra-
K nis lauri.

De Granis uiridibus.

GRana uiridia,teſte Auicenna,atq; Serapione,ſunt fructus arboris albotin.i.terebinthi:
de quibus lege in Iſopi cæroto deſcriptione Galeni:& in eo,quod hic ſubſequitur de
L ſchino. Præterea,Bellunenſis in ſuis interpretationibus etiam ſic ſcribit:Granũ uiride eſt fru
ctus arboris noĩate albotin apud Arabes:apud Latinos uero terebinthus:ex qua colligitur
gũmi terbinthinæ:ſeu terebinthinæ ueræ:quod apud Arabes uocatur gũmi albotin.Et infra
M dicit.grana alcadra ſunt grana uiridia:q̃ ſunt fructus terebinthi. Hæc illæ:unde &c.

De Schino:ſiue barbare de Stincho.

STinchus,ſiue ſtincus,hoc in loco,nõ eſt animal:ut Luminare maius credidit. Sed ſecun
N dum ueritatẽ,eſt lentiſcus. Nam(ut uere coniectamus) corruptũ eſt uocabulum: & ubi
legitur oleum de ſtincho:rectius legendũ eſt oleum de ſchino. Schinos.n.græce:lentiſcus
eſt latine. Et certe recte author poſt oleũ de granis terebinthi,poſuit oleũ de ſchino.ſ.de len
O tiſco:quod falſo titulatur de ſtincho:qa unius generis ſunt ambo: ut per Serapionẽ cap̃.de
terebintho probatur. Ait.n.Barõ,uel boton.i.arbor grani uiridis:& eſt botin.i.terebinthus.
Albotin ſecundũ medicos:eſt duarũ ſpecierũ.ſ.domeſtica,& ſylueſtris:& domeſtica eſt bo-
P tin ſecundũ ueritatẽ:& fructus eius eſt granũ uiride. Et ſylueſtris eſt lentiſcus:& ambæ habẽt
gũmi. Hæc Serapio. Ergo oleũ de ſtincho non eſt oleũ de animali. Quia ſi ſtinchus hic acci-
pitur pro animali:quomodo bene ſequitur,quod dicit author:hoc eſt:Et ſit ſicut oleum de
Q lauro:uel de oliuis? Igitur de ſchino.ſ.de lentiſco intellige. De ſtinco animali,ſiue rectius
de ſcinco:in ſuperioribus dictum eſt. De lentiſco etiam require ſupra.

R ¶ Oleum de Balſamo:&c. CCCCIIII.

Docet nos author pñs oleum,tribus parare modis:qui modi nobis carenti
bus balſami plantis:nihil,aut ſatis parũ proficere pñt. Parũ diximus:qa ali-
S quãdo pñt eſſe utiles ad cognoſcẽdũ ipm̃ balſami oleũ:uidelicet,quali mõ
ex tribus paratũ ſit,cũ ad manus uenerit:&c. Opobalſamũ græce dr̃. Balſa-
mũ proprie plãta eſt:licet q̃nq; pro ipo balſami oleo uſurpetur. Etenim his

V nõtis

notis ſecundum Dioſcoridem cognoſcitur uerum a falſo. Fuſum in pannum laneum: non A
facit (ſicut cætera olea faciunt) maculas: neq; ſi poſtea eluatur notam relinquit in panno.
Item, in lacte inſtillatum: coagulat ipſum. Et tam in lacte: q̃ in aqua celerrime liquatur. Sed &
in aqua lacteſcit: quod in lacte comprehendi non poteſt. Adulteratũ uero: aut pſeudo opo B
balſamum, nullum horum facere poteſt: At uero quia opobalſamum non habetur: uidetur
nobis non incongrue eſſe hoc in loco: ut ſubſcribamus opiniones doctorũ declarantium
quid pro eo æquiualens compenſari liceat: in antidotorum cõpoſitionibus cõmiſcendum. C
In primis, uidelicet. Paulus in fine ſeptimi libri. Pro balſami liquore: ſtillatitia myrrha. ſ. myr
rha liquida: quæ ſtacte dicitur. Legitur etiã ibi: pro opobalſamo liquor myrti. Sed putamus
eſſe mendam in codice: & rectius liquor myrrhæ legendũ: q̃ liquor myrti. Auicenna in ſecũ- D
do cañ. cap̃. de oleo. Ponitur loco olei balſami: myrrha liquida: aut æquale põdus olei ade-
dhii, ſeu aldadi, uel dadi, ut Bellunenſis traduxit. Raſis in calce antidotarii ſeparati. ſ. in oleo
benedicto: quod eſt oleum de lateribus. Valet (inquit) ſicut oleum balſami: ſed eſt ſubtilius, E
& calidius, & maioris utilitatis, in ægritudinibus frigidis. Guillelmus de Saliceto Placenti-
nus in qnto ſuæ practicæ, cap̃. de oleis: ait. Oleum quod ponitur loco balſami: ſic fit. Reci-
pe carpobalſami, myrrhæ, nucis indæ: ana: ℥. ÷. hypericonis: ʒ. ii. Terantur oia groſſo mo- F
do: & dimittantur in. ℥. iiii. olei ueteris, uſq; ad mẽſes ſex: & reſeruetur. Item aliud: quod po-
nitur loco balſami: & eſt nobilius illo: ſic fit. Recipe olei: lib̃. i ÷. myrrhæ, xylobalſami, opo-
panacis, bdellii, aloes, carpobalſami, ammoniaci, ſerapini, nucis indæ, hypericonis, macis, G
gũmi arabici, thuris, tragacãthi: ana: ℥. i. lateris triti: quẽ nunq̃ aqua tetigerit, igniti, & in oleo
cõmuni extincti: ℥. iii. terebinthinæ mũdæ, & claræ: ℥. vii. Terantur omnia, & malaxentur ad
inuicem, in mortario: & ponantur in uaſe alembici, & diſtillẽtur hæc, ut aqua roſata: & hoc H
erit illud, quod diximus. Valet ad uitium lapidis, cum ponitur in medicinis lapidis: & appla
nat duritiem, & cicatrizationes: & ponitur loco balſami, in omni re. Item, aliud oleum: quod
ponitur loco balſami, ſic fit. Recipe myrrhæ, carpobalſami, nucis indicæ: ana: ℥. ÷. hyperi- I
conis: ʒ. i. Terantur groſſo modo: & miſceantur cũ. ℥. v. olei: &. ℥. i ÷. terebinthinæ: & in fine
addantur grana. v. muſci: & grana tria ambræ: &. ℥. i. olei de lateribus: & diſtilletur, ut ſupra.
Hoc enim loco balſami poteſt poni, in omni loco: facit enim operationes ut balſamũ. Hæc K
Guillelmus. Bartholomæus Montagnana in ſuo antidotario. cap̃. 1. quod eſt de unguentis
poſt medium. Ad balſamum faciendum. Recipe terbinthinæ: lib̃. i. thuris albi: ℥. iiii. gummi
elemi: ℥. vi. baccarum lauri: ℥. iiii. maſticis, galangæ, gariofilorum, cinnamomi, zedoariæ, nu L
cis muſcatæ, cubebæ, ligni aloes bene triti: ana. ℥. i. omnia ſimul miſta ponantur ad diſtillan
dum. Primo cum lento igne: & prima, quæ uenit, aqua: dicitur aqua balſami. Secundo ſu-
peradde ignem: & iterum pone aliam aquam per ſe, in uaſe. Et ſic facies. Tunc ueniet balſa- M
mus, in omni probatione. Sed quanto plus diſtillatus fuerit: tanto erit fortior. Serua in ua-
ſe bene obturato. Hæc Bartholomæus, Petrus Apponus, alias de Abano, in ſua additione,
in librum filii Meſue: uidelicet in ſermone de unctionibus. Modus confectionis eſt. Recipe N
myrrhæ electæ, aloes epaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis,
bdellii, carpobalſami, ammoniaci, ſerapini, croci, maſticis, gummi arabici, ſtoracis liquidæ:
ana. ℥. ii. laudani electi, ſiue caſtorei: ℥. ii ÷. muſci: ʒ. ÷. terebinthinæ ad pondus ſingularũ re- O
rum. Pulueriza puluerizãda: & miſce omnia hæc, cum terebinthina: & pone hoc totum in
alembico: & ingenioſe diſtilla. Eſt enim ars, ſicut de aqua roſarum. Liquorem autẽ per ſub-
limationem diſtillatũ, ſuſcipe in uaſe uitreo forti: uicinatur enim balſamo. Hæc Petrus. Sed P
animaduertendum, ꝙ hanc deſcriptionẽ poſuimus, ſicut inuenimus in pluribus exempla-
ribus manuſcriptis: quoniam in impreſſionibus, & in Luminari maiori ſunt plura menda. Et
præſertim notabiliora ſunt. Primũ, ubi in ipſis imp̃ſſionibus legitur ſarcocollæ: in exẽpla- Q
ribus eſt ſerapini. Et ana quod ſequitur, eſt. ℥. ii. & nõ. ʒ. ii. Item, ubi per impreſſiones legitur.
laudani electi, ſucci caſtorei: ʒ. ii ÷. in exemplaribus legitur aperte ſic. Laudani electi, ſiue ca
ſtorei: ℥. ii ÷. Luminare maius autem declarauit, ꝙ illud ſucci, legendum eſt: ſicci: Verũ- R
tamen nec ſucci, nec ſicci, ſecundum ueritatem inuenimus: ſed eſt diſiunctiua ſiue: quo-
niam author non uuit ambo illa: ſed alterum ipſorum tantum: & ueritas rei probatur:
cum ſequitur: ℥. ii ÷. ſine ana. In nullo nempe exemplarium, neque in quauis impreſſio- S
ne legitur ibi ana: quod in ſua deſcriptione ipſum Luminare addidit. Cætera patebunt
legenti: & conferenti cum aliis. Item, in tractatu quid pro quo: qui imprimitur in li-

A bris filii Meſue:Legitur,ꝙ pro balſamo,terebinthina diſtillata,uel oleum laurinũ,uel gum-
mi hederæ ponitur. In his igitur,& aliis pluribus: quæ loco opobalſami poſſunt ſubſtitui:
nullus præſumere debet:niſi de conſilio peritiſſimorum doctorum.

B

¶ Oleum de granis ſeſami:&c. CCCCV.
¶ Oleum de ſemine lini:&c. CCCCVI.
C ¶ Oleum de granis papaueris:&c. CCCCVII.
¶ Oleum de ſemine Lactucæ:&c. CCCCVIII.
¶ Oleum de ſemine Cucurbitæ:Citrulli:
Cucumeris:& Melonis:&c. CCCCIX.

D

Diuerſi enim modi a ſupradictis,extrahendi oleũ,ex ſeminibus,& granis no
tantur ab authore:in prima iſtarum deſcriptionum,pro reliquis,& ſimili-
E bus. Qui clari ſunt.

De Seſamo:ſeu Siſamo.

SEſamum potius,q̃ ſiſamum,a peritis uiris dicitur. In Italia hodie, quaſi
F periit memoria huius ſeminis. Olim uero, teſte Plinio,& Columella:
plurimum ſerebatur. In Syria autem frequentiſſime habetur:unde ad nos(quãuis raro)adue
hitur. Arabice autẽ ſemſem dicitur: Vt eſt apud Serapionem:& in interpretationibus Bel-
G lunenſis. Syrii quidem utuntur eius oleo,& in lucernis,& in cibis:ſed in cibis,non niſi prius
decocto:quod decoquunt:ut remoueatur ab eo quidã fœtor:& fiat dulcius. Et nota,ꝙ ſe-
cundum authorem noſtrum,hoc oleum in omnibus ualet:ſicut oleum oliuarum comple-
H tum:& quandoq; etiam pro rudi ponitur:ut in oleo uiolato legitur.ſ.ꝙ poteſt fieri cũ oleo
rudi,aut amygdalino,aut ſeſamino. Et ꝙ ualeat ſicut oleum completum oliuarum:proba-
tur in deſcriptione olei roſati,& aliis pluribus:in quibus præcipit author:ut accipiatur oleũ
I oliuarum,aut oleum ſeſaminum. Immo ut plurimum hoc oleo ſeſami in medicamentis u-
tebantur antiqui. Vt manifeſtat author,cum dicit,in ipſius deſcriptione. Et eſt materia alio-
rum oleorum multorum. Et melius dicetur in oleo alaſech. De reliquis autem ſeminibus,
K & ſimilibus:ut ſunt ſemina melanthii,naſturtii,hyoſcyami:&c.non eſt dubiũ:ꝙ per modos
præfatos,de ſingulis poteſt exprimi oleum:& habent uirtutem ipſorũ ſeminum,& fructuũ:
&c.ut ipſe author noſter teſtatur,in fine iſtius ultimæ deſcriptionis:cum dicit: Ex multis aũt
L ſeminibus olea fieri poſſunt:&c.

De Alrachine.

ESt in præfatorum modorum lectione unum barbarum uocabulum. Quod eſt,ſecun-
M dum impreſſiones,Alrachine,uel Altachine. Secundum antiqua exemplaria aũt:unum
quodq; uolumen habet ſuam diuerſam,ab cæteris,uocem. Vnde ex ipſis eſt liber:qui Alcha
rie,& eſt qui abrahine,& eſt qui alcharais,& qui alchol,uel alchoim,&c.aliter,& aliter, ſin-
N guli libri habent. Cuius uocabuli declarationem:præter Manardum:apud neminem legi-
mus. Manardus igitur,ſic inquit. Credo debere fieri ueluti panes:uel ꝙ nõ fiat perfecta mo-
litura. Nobis aũt potius ſarinã ſubtilem:ſeu paſtones placet interpretari. Tamen uel hoc uel
O illud,uel aliud ſignificet:res parui momẽti eſt. Vnũ q̃ppe certũ eſt.ſ.ꝙ molẽda ſũt ipſa grana.

¶ Fiunt autem olea per impreſſionem:&c. CCCCX.

P HInc aggreditur author ſecũdã particulã huius diſtinctionis:q̃ eſt de oleis:quæ
diuerſimode p impreſſionẽ fiunt. Et de his nõ oia:ſed multa,tanq̃ magis neceſ
ſaria ſubſcribit:ut ipſe apte teſtatur,in fine pñtis rubrice:dicẽs. Et modi oleo-
Q rũ huius p̃parationis diuerſi ſunt. Et nos harũ diuerſitatũ modos multos tra-
demus:ſi deus uoluerit. Vnde ab oleo roſato ĩcipit:cuius op̃ationis,quatuor
ab eo aſſignantur modi.

R ¶ Oleum roſatũ completum:&c. CCCCXI.

POnit author hic(ut diximus)quatuor modos parãdi oleũ roſatũ:ſed ſecũdũ
S ueritatẽ,ſunt octo diuerſitates:quoniam quilibet ipſoꝝ quatuor modorũ,
dupliciter fit:ut clare habetur in textu. Scilicet fit cum oleo oliuarum com-
pletarum in ſua maturatione:& cum roſis perfectæ maturitatis. Et per hanc

operationem

operationem quodlibet ipſorum quatuor modorum, dicitur oleum roſatum completum. A
Fit etiam cum oleo de oliuis immaturis (quod ab authore noſtro uocatur oleũ rude: a græ-
cis autem: &c. oleum omphacinũ dicitur) & cum roſis: quæ nõ iam reſerarunt nodos ſuos
ſcilicet quæ nondũ floruerunt: quæ quidem acerbæ poſſunt dici: Et per hmõi factionem: ap B
pellatur oleum roſatũ rude: ſiue oleum roſatum omphacinũ, ſiue incompletum. Et ſic ſunt
quatuor modi olei completi: & quatuor rudis. Non obſtãte ꝙ tertius modus fiat cũ amyg-
dalis, & oleo amygdalino: quibus non cõpetunt ruditas, & completio: quia ſimiliter poteſt C
fieri dupliciter, ſicut alii. ſ. cum roſis completis, & incompletis. Verũtamen, ut dicit author,
ſunt ſimpliciter quatuor modi: quia uno, & eodem modo: quo fit completum: fit etiã & ru-
de oleum. Ex quibus quatuor. Primus tãtum: tam pro rudi: q̃ pro cõpleto, ab optimis phar D
macopolis frequentatur modus. Ab optimis diximus: quia maior pars aromatariorũ utun
tur primo modo Raſis: uel (ut melius dicamus) Pauli: qui modus eſt, per inſolationem ſim-
pliciter. Vnde leuiſſimus & paucæ uirtutis iudicatur eſſe: reſpectu iſtius noſtri authoris. Nam E
Raſis in antidotario ſeparato: ponit tres modos, diuerſos tñ ab iſtis filii Meſue: qui uidelicet
ſunt iſti. Primus. Accipe olei oliue loti: lib. I. & pone in uaſe uitreato: & pone in eo quartam
partem roſarũ uiridium: & oppila caput uaſis: & ſuſpende ad ſolẽ, per tres dies (hic putamus F
eſſe mendam in codice) poſtea cola, & in uitro repone: & iſte modus eſt melior oĩbus aliis.
Secundus modus. Accipe oleũ, & roſas in eadem quãtitate prædicta: & ſuſpẽde in puteum:
ita ꝙ tangatur ab aqua: & dimitte ſic p duos menſes: deinde cola, & reſerua. Tertius modus, G
ſume oleũ & roſas in eadem quãtitate: & pone in uaſe uitreo, intus melle illinito: & oppila
caput uaſis: & ſummitte in profundo terræ: in loco ubi nõ tangatur ab aqua, nec alia humi-
ditate: & dimitte ſic p duos menſes. Et oleũ ſic factum, magis acquirit odorẽ a roſis: q̃ prima H
olea. Hæc Raſis. Paulus Aegineta aũt, quaſi ut Raſis dicit: breuibus tñ uerbis: & exponit ſo-
li quadraginta diebus: nõ tribus. Ait. n. cap̃. 20. ſeptimi libri. Roſacei (ſupple olei) cõfectio.
Roſarum rubrarũ, detractis unguibus: refrigeratarũ die nocteq; una: unciæ tres: olei ompha I
cini ſextarius: urna diligenter cõſtricta, ne perſpirent: inſolabis ſub dio, diebus. 40. atq; ſic
repones, nõ in pauimento: ſed aſſere. Aliqui uero uice inſolatus: in puteũ urnam diebus. 40.
mittunt, ut ex frigiditate, odoris gratia conſeruetur. Alii uero ipſam ſub terra defodiũt. Hæc K
Paulus. Et nota ꝙ Auicenna in ſecundo cañ. cap̃. de oliuis: bis dicit: ꝙ oleum de oliuis ſyl-
ueſtribus: ualet ſicut oleum roſatũ in multis intentionibus. Item ſciendũ, ꝙ in primo modo
olei roſati authoris noſtri per oẽs impreſſiones legitur mẽdoſe. Et proiice ſuper illud: aquæ L
infuſionis roſarum: quã tradidimus in cap̃. de ſyrupis: ſicut quãtitas olei. Vbi re uera non ſo
lum eſt depraua tus ſenſus literæ: ſed nec eſt bona latinitas. Rectius igitur legendũ eſt: ſicut,
quartam olei: ut eſt in oĩbus antiquis exemplaribus: Et non ſicut quãtitas olei. Non enim po M
nitur de infuſione roſarũ, tantum: quantũ eſt oleum: ſed quantum eſt quarta pars ipſius olei:
ſecundum uerã literam. Quãuis nõ tenemus eſſe malũ: ſi ponatur plus, q̃ quarta. Præterea,
ſi quæratur: quare uult author, ut lauetur oleũ: pro faciendo oleo roſato, uel ſimili? Reſpon N
detur. Vt ab eo minuatur caliditas. Quoniam ait Auicẽna in præallegato capitulo de oliuis.
Oleum de oliuis ultimæ maturis, eſt calidum commenſurate: & declinat ad humiditatem:
quod ſi lauetur: eſt temperatum in humiditate, & ſiccitate, & minus calidum. Hæc Auicen- O
na. Igitur: &c.

¶ Oleum Chamæmillinum: & eſt oleum benedictum: &c. CCCCXII. P

RAſis uocat benedictum, oleum de lateribus: ſed author noſter, etiam & iſtud
chamæmillinum: & oleum nardinum: & alia plura: Ergo cætera ſunt male-
dicta? Abſit. Sed aliqua dicũtur benedicta, propter multorum iuuamento- Q
rum experientiam in ipſis inuẽtam. Vnde in oleo philoſophorum dicit au-
thor: ꝙ alii oleum ſapientiæ, alii benedictum, alii diuinum, alii uero ſanctum
dixerunt. Præcipitur nempe a Paulo fieri oleum chamæmillinum, per inſolationem: uultq; R
ut perſpiret, dum inſolatur.

De Chamomilla: ſeu chamæmilla.

CHamæmalum, ſeu chamæmelum rectius: tamen chamomilla, ſiue camomila, & cha- S
mæmilla etiã dicitur. Græcis Anthemis eſt. Et Arabes Babunegi, ſeu Debonigi uocãt.
Herba trium generum eſt: ſecũdum cõmunem doctorum opinionẽ: uerũtamen hodie duo:

A eius genera penitus ignorantur ab italis. Vnum autem genus: quo utimur: eſt primum poſi
tum a Dioſcoride: quod eſt notiſſimum. At in Italia planta ipſius, non dodrantalis (ut Dio-
ſcorides ſcripſit) ſed cubitalis eſt. Porro uidimus in Hiſpaniis chamæmillam, non exceden-
B tem palmi altitudinem: habentem tamen flores noſtratibus maiores. Vocantq; patrio nomi
ne manzanillam: quaſi macianillam: quoniã uulgares Hiſpani mala maciana: manzanas nun
cupant. Vnde manzanilla idem ſignificat: quod chamæmalum: &c. Eſt etiãnum & alia her-
C ba, cotula dicta: chamæmillæ ita ſimillima: ꝙ non niſi odore ſecernitur altera, ab altera. Nam
chamæmilla odorata eſt: bonum habens odorem: cotula autem ualde fœtet: unde a pluri-
bus cotula fœtida appellatur. Reperitur quoq; & alia cotula: quæ non ita male olet: nec eſt
D odorata: ut chamæmilla. de qua Serapio cap̃ facit. Et eſt buphthalmos. i. bouis oculus: ut pa
tet legenti: & Dioſcoridi cõferenti. Cum ſimpliciter autem legitur chamæmilla: de flore in-
telligi debet. Et poteſt etiam fieri oleum chamæmillinum cum chamæmilla ſicca. Vt Paulus
E in oleo anethino ſcriptum reliquit.

ℭ Oleum Violatum: &c. CCCCXIII.

F

ESt nãq; per omnes impreſſiones in p̃ſenti deſcriptione una menda: uideli-
cet ubi legitur: debet fieri cũ oleo uiridi. Lege rudi: ut eſt in omnibus exem
G plaribus: ac etiam & in uulgari æditione: & non uiridi. Præterea ſciendum,
ꝙ oleum de nenuphare: ualet ſicut oleum uiolatum: ut author noſter infra
docet. Vnde recte poſſumus altero, pro altero uti. Immo Serapio cap̃. de
H nenuphare, authoritate Albẽ meſuai dicit. nenuphar eſſe fortioris opera-
tionis ꝗ̃ uiola. Et authoritate Raſis. Oleum nenupharũ, eſt fortius oleo uiolaceo. Item Ha
li abbas in ſecundo practicæ cap̃. de oleis ſic refert. Oleũ ninifar ſimile eſt oleo uiolato uir-
I tute: ſed fortioris actiõis in cephalea: prodeſt enim manifeſte. Item Raſis in tertio ad Alman
ſorem: cap̃. 23. ſcribit. Oleum uiolatum frigidum eſt, & ſomniferum: oleum de nenufare
ſimile eſt huic: fortius tñ operatur. Oleũ de ſemine cucurbitæ. illis duobus ſimile iudicatur:
K &c. Ex quo ẽt habemus, ꝙ oleo de ſemine cucurbitæ, poſſumus uti, pro altero p̃dictorum.

ℭ Oleum Anethinum: &c. CCCCXIIII.

L

SCribit Paulus poſſe fieri hoc oleum, cum coma anethi ſicci: Sed oportet, ut
coquatur. Et ſimiliter oleum chamæmillinum. Porro hæc olea imbecil-
M liora ſunt iis: quæ ex uiridibus fiunt.

De Anetho.

NOtius eſt anethum: ꝗ̃ ut debeat repræſentari. Vocatur a Pãdectario abſinthium dulce.
N In hortis abunde naſcitur. Quandoq; etiam anethum domeſticum appellatur: ad diffe
rentiam ſylueſtris: quod uocatur meum. Si abſolute ſcribitur anethum: ſemen intelligitur.

O

ℭ Oleum de Lilio: &c. CCCCXV.

MEndoſe qdẽ in præſenti deſcriptione, p multas impreſſiones legitur: Accipe
P ex foliis liliorũ: ℥. viii. Lege. ℥. ix. ut cũcta exemplaria, ac etiã & quedam im-
preſſiones habent. Animaduertito autem: ꝙ nonnulli minus ſcioli: cum dicit
author in hac deſcriptione. Accipe ex foliis liliorum: putant folia plantæ: &
Q non floris eſſe intelligenda. ob id quia non ſpecificatur de floribus: ſed iudi-
cium ipſorum fallitur: cum ſequitur author: Oportet ut citrinitas eorum tota abiiciatur. Nã
in planta non eſt citrinitas: ſed in floribus. Vnde per illud clare folia florum declarantur eſ-
R ſe: & non plantæ.

De Lilio.

LIlium, & lirium dicitur. Vnde oleũ de lilio, a Plinio, lirinõ uocatur. Qui quidem Plinius.
cap̃. 5. uigeſimiprimi libri optime de Lilio ſcripſit. Crinon græce, & ſuſinon appellatur:
S uulgo liliũ albũ noiant. Non obſtãte, ꝙ ẽt & iridis flos reperiatur albus: qd ſimiliter liliũ albũ
nuncupant. Alii liliũ albũ odoratũ dicunt ad differentiã lilii ireos: quod nõ ita olet. Ab autho
re noſtro aũt, lilium notum nominatur. Vt habetur in fine deſcriptionis p̃ñtis olei. Eſt. n. non

ſolum notum:ſed notiſſimum:Et per lilium abſolute:ſemper iſtud intelligitur. Reperiũtur A
eiuſdem generis:& lilia purpurea:non natura:ſed arte facta:ut præſatus Plinius refert. Ad-
mittuntur medicinis autem,& flores,& radices,& folia plantæ.
B

¶ Oleum Irinum:&c. CCCCXVI.

IRileon:ſiue(ut mauis)ireleon,hoc oleum quandoq; a noſtro authore uoca C
tur. Vt habetur ſupra ſcilicet in Iſopi cæroto deſcriptione Pauli:&c. De Iride
etiam dictum eſt ſupra.
D

¶ Oleum Sambacinum:&c. CCCCXVII.

CVncta nempe exemplaria quæ uidimus(uno dempto in quo legitur ſaubaci
num habẽt aperte & clare per literas deſcriptum ſambacinum.i.de ieſmino: E
& non ſambucinum. Non obſtante,ꝙ ſimiliter poſſet fieri, ex ſambuci flori-
bus. Verũtamen uſq; modo,apud nullum probum authorẽ Inuenimus oleũ
de Sambuco. De ſambaco autẽ,ſiue de ſaubaco.i.de ieſmino,paſſim legitur. F
Vide de hoc in pilulis aggregatiuis maioribus. Item in fine huius deſcriptionis ubi mendo-
ſe legitur. Et fit ſicut oleum roſatum. Lege rectius. Et fit ſicut oleum chamæmillinum:ut eſt
in cunctis præſatis exemplaribus:nec non & in uulgari æditione. G

¶ Oleum de Cheiri:&c. CCCCXVIII.

HOc oleum forſan a Paulo ſub nomine olei uiolacei deſcribitur. Quia & chei- H
ri inter uiolas connumerantur. Ait enim libri ſeptimi cap̃.20.qđ eſt de oleis.
Violaceum præparant:modo purpurearum:modo crocearum:modo can-
didarum uiolarum foliis:ungue de ſecto:&c. Etiam poteſt eſſe,ꝙ Paulus in- I
telligat de uiolis mamulis:qa,ut in ſuperioribus diximus,reperiuntur ex iſtis
tria genera.ſicut ex cheiri. Lege de ipſis ſupra.ſ.in trochiſcis Hamech.

¶ Oleum de Papauere:&c. CCCCXIX. K
¶ Oleum de Lactuca:&c. CCCCXX.
¶ Oleum de Mellioto:&c. CCCCXXI.
¶ Oleum de Nenuſare:&c. CCCCXXII. L
¶ Oleum de Cucurbita:&c. CCCCXXIII.

POſuit author ſupra olea de ſeminibus papaueris, lactucæ, cucurbitæ: &c. M
Hæc autem declarat non ex ſeminibus:ſed ex foliis,floribus,& ſere ex tota
planta,eſſe faciẽda. Et nota,ꝙ ſicut fit oleum de cucurbita:ita poteſt fieri &
de melone,& de citrullo,& ſimilibus. N

De Lactuca.

LActuca quidem:tum,quia lacte abundat:tum etiam,quia mulieribus lactis exuberantiã
affert:a lacte denominationem accæpit. Plura etenim ſunt lactucarum ſatiuarum gene O
ra. Et ſylueſtre etiam reperitur genus:quo plures falſo,pro endiuia utuntur. Plinius autem
quatuor genera lactucarum ſylueſtrium,ſeu ſponte naſcentium enumerat. Et hoc primum
(de quo loquuti ſumus)Lactucam caprinam nominat. Dioſcorides enim non depingit la- P
ctucas:tanquã res ubiq; cognitas. Vnde ſciendum,ꝙ quædam ex eis ſunt natura magnæ, &
quædam paruæ,quædam plani ſolii,& quædã criſpi,quædam ſunt hyemales,aut uernales,
& quædam æſtiuales,quædam albæ,& quædam rubræ,& quædã nigræ, albarum reſpectu. Q
Quarũdam etiam ante caulis productionem ſolia in unum cõſtringuntur,& quarũdam ex-
panduntur ſexilium herbarum modo:unde & ſexiles cognominantur. Et quarũdam ſemẽ
eſt albiſſimum:& quarũdam nigerrimũ:&c.& hæ omnes ſpecies,ſiue differentiæ Indiuidua- R
les:ubiq; in hortis habẽtur. Sylueſtris autem in uineis,ut plurimum reperitur. Plura quoq;
alia lactucarum genera a Plinio deſcribuntur:ut eſt lactuca lati caulis:& cæteræ:quas igno-
ramus:legito apud ipſum. Notandum etiam,ꝙ Dioſcorides dicit lactucam ſatiuam habere S
uirtutes(cum in caulem exit)ſylueſtri non diſſimiles. Ex quo non incongrue pro ſylueſtri
lactuca:poſſumus uti lactucæ hortenſis caule.

A ## De Nenuphare.

NEnuſar arabice,ſiue nenuphar,ſiue niuifar,uel niloſar,ut in Serapione:græce autem,&
latine nymphæa dicitur. Duo ſunt eius genera : uidelicet album,& citrinum : a florum
B uarietate ſic dicta. Et tertium genus eſt aliquorum iuniorum.ſ.eorum : qui dicunt ungulam
caballinam eſſe nenuphar terreſtre.Naſcuntur in aquoſis:unde nymphææ uocatæ ſunt. Fo
lia colocaſiæ.ſ.fabæ ægyptiæ ſimillima habent:multo minora tamen. Etenim a paucis igno
C rantur. Et ut plurimum hodie aromatarii utuntur floribus: de quorum uirtutibus nihil pe-
nitus Dioſcorides meminit. Porro ſecundum authorem noſtrum:in hoc oleo de nenufa-
re:cum dicit: Confert ſicut oleum uiolatum:& fit ſicut illud. aperte declaratur, ꝙ cum flo-
D ribus debet fieri:ſicut fit oleum uiolatum. Et ſcias,ꝙ quolibet ipſorum,uice alterius poſſu-
mus uti:& ſimiliter oleo de Cucurbita.

E ## Oleum de Cytoniis:&c. CCCCXXIIII.

AVthor noſter in hoc oleo non ſpecificauit de ipſis cytoniis:ex quo dedit in-
F telligi,ex omni genere:uidelicet tam dulcium,ꝗ acetoſorum:&c. poſſe fieri.
De cytoniis quidē in ſuperioribus ſatis dictū eſt. Dioſcorides:Paulus: Actua-
rius:&c.hoc oleum de cytoniis:oleum melinum nominant. Sed author no
G ſter intitulauit de cytoniis.ad differentiam alterius olei malini,uel melini,uel
milini,quod poſuit. cuius deſcriptio eſt immediate ſequens.

H ## Oleum malinum,ſeu melinum,uel milinum:&c. CCCCXXV.

PRæſens oleum in nullo penitus antiquorum exemplarium legitur titu-
I latum : myrtinum : ſed pro maiori parte ipſa exemplaria habent : oleum
milinum ſcriptum. Reliquorum autem,quædam habēt oleum malinum,&
quædam pauca oleum melinum,& unum oleum milon habet: quod mēdo
K ſum tenemus. Et ipſa exemplaria inter deſcriptionem olei de pomis man-
dragoræ,& deſcriptionem olei de enula: habent deſcriptionem olei de myrto: paucis dunta-
xat ipſorum exemplarium exceptis: quæ ſimiliter ut cūctæ impreſſiones carent ipſa olei de
L myrto deſcriptione. Vnde putamus,ꝙ nonnulli non inuenientes in libris,præfatam infra-
ſcriptam olei de myrto deſcriptionem(quæ librariorum in curia,omiſſa iam fuerat)& legē
tes in deſcriptionibus olei de enula,& olei de ruta,& alibi:ꝙ eorum operatio eſt, ſicut ope-
M ratio olei myrtini:arbitrati ſunt oleum milinum,eſſe legendum oleum myrtinum: tanquam
ſi mendoſe fuiſſet poſitum milinum:pro myrtinum:& inde oleum myrtinum impreſſerunt.
Sed in rei ueritate,oleum milinum,ſeu malinum,uel melinum(quod idem eſt) ſtare debet.
N Et eſt oleum de malis ſeu pomis:&c. Vnde dicit author:ꝙ hoc oleum fit ſicut,oleum de cy
toniis. Bona eſt enim iſta ſimilitudo:pro omnibus malis,ſiue pomis,& ſimilibus:ſed nō pro
myrto:& minus pro ruta, & ſampſucho,& conſimilibus.Quoniam ſi ſecundum impreſ-
O ſiones,oleum myrtinum fit ſicut oleum de cytoniis:oleum de ruta,& oleū de ſampſucho:
quæ fiunt ſicut oleum de myrto:eādem habebunt operationem:quod minime pōt fieri:ut
patet:quia extremitates myrti(cum quibus fit oleum myrtinum.ut infra apparebit) & extre
P mitates rutæ,& ſampſuchi,non ſunt ſicut cytonia,& alia mala:ut habeāt carnes,& cortices:
&c: Vnde oportet,ut alio modo fiant huiuſmodi olea. Præterea,ſæpius nāq; conſueuit au-
thor,poſt aliquam compoſitionem,ſiue deſcriptionem de cytoniis:immediate ſubſcribere
Q de pomis,& malis aliis,tanquā de conſimilibus:ut plura poſſumus aſſignare exempla. Vide
licet,in diſtinctione de conditis: poſt cytonia cōdita:poſuit immediate pyra,poma,& perſi
ca cōdita. Aliud exemplum. In diſtinctione de ſyrupis:uidelicet:in modo ſyrupi acetoſi de
R ſuccis,& aquis fructuum dicit. Accipe ſucci cytoniorum,& malorum,& pyrorum:&c. Item
ibi,poſt modum ſyrupi acetoſi de cytoniis:immediate poſuit modum ſyrupi acetoſi de po
mis. In cuius fine ait. Et eius modus eſt,ſicut ſyrupus de cytoniis. item,in ipſamet diſtinctio-
S ne poſt rob de cytoniis:immediate ſubiunxit rob de pomis,& rob de pyris. item,in capitu
lo de mezereon:uidelicet in rectificatione eius,ait. infundantur cytonia,aut maciana. Et cō
ſimilia plura. Vnde non eſt dubium,ꝙ hic ſimiliter fecit.ſ.ꝙ immediate poſt oleum de cyto
niis,

nils,ſubſcripſit oleum de malis:& ſic eſt uerũ.Sed quia ab authore,non ſpecificatur,de qui- A
bus malis ſit faciendum ipſum oleum:poſſumus ex quibuſcũq; ſuſcipere:uel ſaltem ex ma-
cianis:ut Raſis fecit. Deſcriptionem uero olei de myrto,ſeu myrtini:ubi ſupra diximus re-
peries:quam(ut in præfatis exemplaribus inuenimus)de uerbo ad uerbum totam reſcripſi- B
mus:ut quilibet habeat.unde ſuum poſſit reintegrare librum.

¶ Oleum de pomis iabrolæ:& ſunt poma mandragoræ:&c. CCCCXXVI. C

Istud barbarum uocabulum:quod legitur in titulo præſentis olei: quod in-
terpretatur ſignificare pomum mandragoræ:nõ ſolum in antiquis exempla D
ribus uariatum inuenimus: Verũetiam & apud authores alios: & cæteros li-
bros,diuerſimode ſcribitur. Vnde omiſſis exemplarium barbariſmis: legitur
apud Serapionem: labora.i.mandragora. Et apud Auicennã iabrol:ubi Bel- E
lunenſis:iabruha.i.mandragora:uertit. Et apud Auerroym Leſaha.i.mandragora. Et in Si-
mone Ianuenſi iabroha:arabice mandragora. Et in Pandectario iabroa,iabroc,iabroch.i.
mandragora. Quod autem ex his,& aliis pluribus,ſit uerius uocabulum ſignificãs mandra- F
goram:fatemur nos neſcire. Quinq; tantum exemplaria in unum concordabant cum ali-
quibus impreſſionibus:in quibus legitur. Oleũ de pomis iabrolæ. Et ſic nos tranſcripſimus
in noſtro recæptario. Si quis autem melius inuenerit,reſcribat. Sed parum proficiet ipſius G
notitia:quoniam ſcimus,ꝙ illa barbara uox denotat pomum mandragoræ,ſiue mandrago
ram ipſum. Vnde ſufficit nobis per uerba latina habere oleum de mãdragora:& nihil ſit cu-
ræ quomodo dicatur a barbaris. H

De Mandragora.

TAm Dioſcorides,q̃ Plinius,q̃ Serapio duo tantum mandragorarum genera faciunt:
unum nigrum:quod dicunt eſſe fœmininum:alterum uero album & maſculinũ. Man I
dragoræ quidem fœmineæ plures plantas habemus,in noſtro Aræcæli horticello. Flores
Iſtius plantæ albeſcentes,& pallidi ſunt,inter folia:quia caret caule. Fructus uero plures,in
terra iacentes:primum uirides:mox maturi lutei conſpiciuntur:odorem melonis,cũ qua- K
dam grauitate habentes:&c. Maſculua autem mandragoras ſimilis eſt fœminæ:niſi quia eſt
albior,& facit maiora poma:ſed numero minora. Videlicet terna,quaternaue,& quandoq;
ſingula. Fœminam uero ultra qnquaginta,in noſtro horto,pluries in ſola planta facere cõ L
perimus. Garganus Apuliæ mons,utriuſq; generis maxima abundat copia. Et tam fœmina
q̃ maſculus orbatur caule.ut ipſimet obſeruauimus. Vnde & Dioſcorides uerax probatur.
Et uel Theophraſtus,& Plinius ſcripſere mẽdacia:uel ipſorum codices deprauati ſunt:uel M
pro caule,ſummum radicis(in quo folia & fructus uelut caules:aut pro caulibus naſcũtur)
intelligunt. Præterea,tam a Dioſcoride,q̃ a Serapione ſubſcribitur alia planta:quam aſſe-
runt ab aliquibus in mandragoræ ſpeciebus connumerari. Et uocant ipſum Morioni quo N
noie etiam albus mandragoras a nõnullis (uti Dioſcorides ſcribit)uocatus eſt. Serapio aũt
hoc tertium genus tradit nuncupari marbus:barbare & corrupte(ut putamus)pro morio.
Hæc equidem tertia mandragoræ ſpecies,ab Hermolao putatur eſſe illa planta:quæ melon O
gena:ſiue malanzana,uulgo dicitur:& Ipſe mala inſana uocauit. Quæ quidem planta notiſ-
ſima eſt. Braſaulus autem decipitur,aſſerẽs præfatum Hermolaum putaſſe melanzanũ eſſe.
Secundum genus mandragoræ.ſ.maſculinum:quoniam (ut patet legenti) Hermolaus de P
tertia ſpecie hoc dixit non de ſecunda forſan hoc uocabulum Morion(quod tam ad ſecun
dum,q̃ ad tertium genus refertur)fefellit ipſum Braſaulum. Sed re uera Hermolai putatio,
non ſine cauſa fuit. Nam multũ conuenit deſcriptioni tertiæ ſpeciei mandragoræ,hæc me- Q
lanzani planta. Et quãuis in nouis æditionibus Dioſcoridis non legatur,ꝙ hæc planta cau-
lem habeat:tamen in antiqua tranſlatione,ac etiam in Serapione(qui de hoc,omnia deſcri-
bit Dioſcoridis authoritate)probatur habere. Sic enim legitur in præfata antiqua tranſla- R
tione. Haſta ei eſt alba:& longa duobus palmis:album colorem ſubtus a radice habens. Et
in Serapione ſic eſt. Et habet uirgam longam circa duos palmos:cuius color eſt albus:&c.
Et certe nouæ tranſlationes in hoc paſſu nobis uidẽtur aliqualiter confuſæ,ac imperfectæ: S
fortaſſe codices græcorum fuerant uitiati. Vnde putamus in hoc,antiquam tranſlationem
eſſe meliorem. Ex eo maxime:quia concordat cum Serapione. Item ſciendũ,ꝙ hæc planta

A melongianum dicta:nec apud Dioſcoridem,nec apud Serapionem,alias poteſt capitulari.
Ex quo tanto magis contingit de iſta tertia mandragoræ ſpecie ſuſpicari. Nec obſtat,ꝙ cap.
541. Pandectarii,quod eſt de melõgenis loquatur de ipſis authoritate Serapionis: quia uel
B ipſius Pandectarii,uel librariorum incuria factum ſit:uidemus ibi ineſſe errorem : quoniam
quaſi totum illud capitulum eſt extractum ex Auicenna:& non ex Serapione:ut legentẽ nõ
latet. Neq; in toto Serapionis libro reperitur tale,aut aliud alteriuſmodi capitulum de me-
C longenis:Dummodo non ſit iſta tertia mandragoræ ſpecies.Porro teneremus cum Hermo
lao credentes melongenum eſſe præfatam tertiam mãdragoræ ſpeciem. Sed hæc ſunt:quæ
nobis obſtant. Primum uidelicet,ꝙ ſcribunt aliqui melongenum eſſe calidum. Secundum:
D ꝙ ipſum melongenum non eſt ita ſoporiferum:ꝙ faciat comedentes ipſum, drachmæ pon
deræ,uſum rationis amittere:& ſtatim ſonno immergi:ut ait Dioſcorides de morio. immo
præter alios:qui quotidie comedunt uidimus quendam ruſticum,non tantum ex præco-
E ctis:ſed ex crudis melangianis:cum pane & ſale tantum:ultra duas libras comedere in ſolo
prandio:& nihil mali ei accidit:ſed robuſtæ,& fortiter tota die laborauit in agro. Et ꝙ ma-
ius eſt:in illa refectione,uini egeſtate,aqua pura uſus fuit. Et nos quoq; pluries comedimus,
F ex coctis,& crudis:& nunquam conſequuti ſumus ex ipſis aliquam apparentem læſionẽ in
noſtris membris. Sunt etenim optimi guſtus cocta:& edentibus magnam afferunt uolupta
tem. Vnde de ipſis ad confirmationem noſtram,ſic ait Auerroys in quinto colliget.cap. de
G herbis,& oleribus. Melengie ſunt ex his:quibus nos facimus in terra noſtra multa cibaria
delicata:& poſtq̃ proiecta eſt prima aqua ſuarum decoctionum:& coquuntur cũ carnibus
pinguibus:ſunt multum delectabiles. Et ego reputo ipſum temperatum cibum:poſtq̃ ſic fa
H ctus eſt. Propterea,quia pars acuta:quæ eſt in eo remouetur per primam decoctionẽ:& ſua
ſiccitas,& ſtipticitas remouentur propter carnes decoctas in eo. Et quãuis medici dicant,ꝙ
generat humorem melancolicum,ſimilem humori generato ex caulibus:tamen conſerua-
I re debemus in cibis duas res. Vna eſt res:quæ ſecum miſcetur:quæ poteſt mouere maliciã,ſi
eſt. Et delectatio cibi:hæc eſt ſecunda. Et quando eſt multum delectabilis:læſio quæ proue
nit ex eo:nõ eſt multum manifeſta. Et hic eſt unus,ex delectabilibus cibus. Hæc Auerroys.
K ex quibus igitur patet ꝙ melanzanum ſiue malum inſanum(ut ipſe Hermolaus ſcribit)non
poteſt eſſe morion. Præterea,mandragoras a nonnullis etiam malum terreſtre uocatur: &
ab aliis malum caninum:&c. Demum omittimus ſcribere tot uaniloquia:quæ de radice mã
L dragoræ,a multis dicuntur:& in libris quorũdam legũtur. Et ꝙ habeat formam hominis.ſ.
maſculus maſculi:& fœmina fœminæ:&c. Multas nempe effodimus huiuſmodi plantas:ac
propriis extirpauimus manibus:ſed nunquam audiuimus uocẽ:nec inuenimus habere for
M mam humanam. Verum eſt,ꝙ habent radices magnas,cum pluribus ramis:ex quibus ali-
quæ de facili poſſunt aptari in formam pueri,uel puellæ:ut aliqui impoſtores,& circũfora-
ni,hæc & alia,malicioſæ ſtudioſeq; effingunt,ad illudendum ignaros homũculos,& ſimpli-
N ces perſonas:ut extorqueant ab eis,quicquid pecuniæ habent. Et ſimiliter faciunt ex Brio-
niæ radicibus:& conſimilibus. Vhe illis.Sunt enim huiuſmodi fraudes,furta manifeſta : nec
poſſunt abſolui,qui talia agũt:niſi reſtituant:uel propriis dominis:ſi eſt poſſibile,ut cogno-
O ſcant eos:uel tãquam de incertis:diſtribuãt pauperibus:& eccleſiis:&c.Fugite ergo hos pe-
ſtilentes. Immo effugandi ſunt & ipſi:atq; expellendi a ciuitatibus:uel puniendi tãquam fu-
res,& latrones,atq; malefici:qui non ſolum bona temporalia:ſed æterna quoq; ſimul auſe-
P runt:quia multas animas ducunt in perditionem:quoniã ſine dubio,& ſæpius,docent ſim-
plices plurimas ſuperſtitiones,& maleficia,aduerſus ſanctum eccleſiæ catholicæ dogma.

Q ❡ Oleum de myrto:uel myrtinum:&c. CCCCXXVII.

NVlla quippe impreſſio(ut ſupra diximus)habet præſentẽ olei de myrto de-
R ſcriptionẽ:& ſimiliter non eſt in quibuſdã paucis exẽplaribus minus corre-
ctis.Etenim neceſſario debet eſſe:alioqui eſſet cõfuſio in ſequentibus:in qui
bus legitur.Et ſit ſicut oleum myrtinum:&c.Deſcriptio autẽ ipſius olei hæc
S eſt.Oleum de myrto(Et in alia litera Oleum myrtinum)membra confortat,
& ſtringit ſudoris multitudinem,& prohibet,& confert cõtritioni membrorum, & neruo-
rum,& prohibet caſus capillorum. Et modus operationis eius eſt. Accipe olei ex oliuis in-

completis,& extremitatum myrti tenerrimarum,& expreſſionis extremitatum earum: ana A
partes æquales. Vini odoriferi: partem mediam. Decoque ad ſucci,& uini cõſumptionem:
deinde cola: & reconde in uaſe,cum eiuſdem myrti expreſſione: ſicut eſt quarta pars: & ute-
re. Hucuſq;. Sed animaduertendum,ꝙ communiter hodie aromatarii faciunt oleum myr- B
tiuum: ex fructu ipſius myrti. Forſan ex authoritate Ioannis de ſancto Amando: cuius deſcri
ptionem non legimus apud quẽquam authorem probum: ſed omnes quiqui ſcribunt hoc
oleum: cum foliis tenerrimis myrti: aut cum ſucco ipſorũ foliorum,aut cum utroq; faciũt. C
ut quilibet per ſe uidere poteſt,apud Dioſcoridem in primo libro: & apud filiũ Serapionis
in ſeptimo,& apud Hali filium Abbas in decimo practicæ: & apud Raſim,in antidotario ſe-
parato(qui Raſis etiam & cum floribus docet fieri)& apud alios plures: ut apud Actuarium: D
&c. Author enim noſter ſimiliter fecit,& optime: concordans ſe cum aliis: & docẽs fieri ip-
ſum oleum cum foliis: & ſucco foliorum: ut in deſcriptione clare habetur. Ex antiquioribus
quidem ſolum Plinium cap.7. quintidecimi libri adhuc legimus,dicentem fieri oleũ ex myr E
ti baccis: necnon & ex foliis,ut cæteri: ſed non ponit modum.

ℂ Oleum de Enula: &c. CCCCXXVIII. F

SCribuntur quippe ab authore noſtro in præſenti deſcriptione duo modi fa-
ciendi oleum de enula. Attamen ſecundus non eſt per ſe uarius modus: ſed G
eſt additio ad primum modum.

De Enula.

ENula,ſiue Inula.ſ.enula campana,a Campania fortaſſe ſic dicta: ut ſertula cãpana. A Græ H
cis helenium dicitur. Duo eius genera authores ponunt: quorum primũ eſt ita notiſſi-
mum: ꝙ non alia indiget repræſentatione. Econtra autem,ſecundum eſt ita cunctis noſtræ
Europæ incognitum: ꝙ haud eſt qui audeat de ipſo loqui. Neceſſarium fore arbitramur: in I
Aegyptum mittere,ad ipſm helenium perquirendũ: quoniã ibi a Dioſcoride ſcribitur naſci.
Et unũ eſt odoratius altero. Vnde in ultimo ſui.7.libri Paulus helenii odorati meminit.

ℂ Oleum de Cinnamomo: &c. CCCCXXIX. K

IN quibuſdam exemplaribus præſens deſcriptio intitulatur oleum de cinna- L
momo: & in quibuſdã aliis. Oleum de cinnamo. Supra iam declaratum eſt: ꝙ
aliud eſt cinnamomum,a cinnamo. Ambo tamen ſunt ſpecies unius generis:
& de utroq; poteſt intelligi. Sed dicit author,ꝙ ualet ſicut oleum de enula: & M
eadem eſt operatio eius. Nam ſi oleum de enula fit ſicut oleum myrtinũ: qua-
re ergo non dixit: Et operatio eius eſt ſicut olei myrtini? Reſpondetur: ꝙ duplici de cauſa
hoc fecit. Prima eſt: ꝙ declarans hoc conferre,ſicut oleum de enula: rationabiliter ſubiun- N
xit: Et eadem eſt operatio eius. Secũda autem(quæ potior eſt)fuit: ꝙ declarauit hoc oleum
de cinnamomo poſſe fieri,cum illa rerum additione: ſicut fit oleum de enula. Quoniã ſi di-
xiſſet fieri debere ſicut oleum myrtiuum: excluſiſſet penitus ab eo præfatam additionem. Et O
ſimiliter intelligitur de duobus ſequentibus.ſ.de ſauina: & de pulegio oleis. Hoc eſt: ꝙ fieri
poſſunt cum illa additione: & ſine ea: ſicut oleũ de enula. Sed quali modo poſſit fieri oleum
de cinnamomo,ſicut oleũ de enula: non intelligimus. Nam ex cinnamomo non poſſumus P
exprimere ſuccum: ſicut ex enula: tum,quia non habemus: tum etiã,quia ſi haberemus non
eſſet recens: quoniam(ut credimus)author intelligit de recenti cinnamomo. Ergo non po
teſt fieri? Etiam. Igitur cum neceſſe fuerit,loco eius utamur oleo de enula,uel oleo de ſaui- Q
na,uel oleo de pulegio: quoniam quodlibet iſtorum(ut in textu habetur)ualet ſicut oleum
de cinnamomo. Ioannes de ſancto Amando autem,docet fieri ipſum per reſolutionem: ſi-
cut fit oleum de Iunipero. Sed huiuſmodi non eſt ſecundum authoris noſtri intentionem: R
quia ſi author intellexiſſet per modum reſolutionis: non dixiſſet ipſum fieri debere,ſicut o-
leum de enula: & locaſſet ipſum in ultima particula huius diſtinctionis,inter alia olea quæ
fiunt per reſolutionem. S

ℂ Oleum de Sauina: &c. CCCCXXX.

A De Sauina.

SAuina,ſiue ſabina,ſiue herba ſabina:ut in Dioſcoride legitur: quãuis non ſit
herba.ſed arbor:duorum generum eſt. Vnum foliis cypreſſi ſimile:ſed non
B extollitur,ut cypreſſus:potius enim in latitudinem ſe diffundit. Alterum ue
ro folia tamarici proxima habet:ſed ſpinoſa ſunt. Vtrũq; cognoſcitur:& u-
trũq; bonum eſt:atq; altero,pro altero poſſumus uti.

C ℂ Oleum de Pulegio:&c. CCCCXXXI.

De Pulegio.

D PVlegium quidem non ſolum ab herbariis,& cæteris uiris:ſed a mulierculis,
& pueris ubiq; cognoſcitur. Et licet raro ſeratur:tamen dicitur etiam pule-
gium ſatiuum. Et hoc ad differentiam diptamni,& calamenti:quæ a nõnul-
E lis ſylueſtre pulegium nominantur:ut apud Dioſcoridem legitur. Maxime
nempe pulegium:& forma:& uirtute cum diptãno certat:quãuis efficacius
ſit pulegio diptamnum. Sed aduerte,ꝙ per diptamnum:ſiue(ut omnes dicunt)diptamum:
F non intelligimus illam officinarum radicem:quam cõmuniter aromatarii,& herbarii dipta-
mum album nominant:quam & pro uero diptamo fere omnes accipiunt:cuius plantã ad-
huc,quid ſit ignoramus:quæ quidem nunquam fuit diptamum:nec ſpecies eius. Sed intelli
G gimus uerum diptamum,ſiue diptamnum cretenſe:a Dioſcoride,& cæteris fidedignis au-
thoribus deſcriptum. Serapio autẽ quaſi eſſent unius generis:ſub nomine faudenegi: & pu-
legium,& origani,atq; diptamni genera:unico concluſit capitulo.

H

ℂ Oleum de Ruta:&c. CCCCXXXII.

I HOc rutaceum oleum fit ſicut oleum myrtinum.ſ.cum foliis:& ſucco foliorũ:
&c. Vt eſt in deſcriptione per nos loco ſuo reſtituta.

De Ruta hortenſi.

K RVta quippe cum abſolute legitur:ut hic:quaſi antonomaſticæ, ſemper
de hortenſi intelligitur. Quæ etiam ſatiua,& domeſtica cognominatur.
Quãuis de cõſimili nihil impediat poſſe fieri:& oleum,& cætera:de omni ruta ſylueſtri,ſiue
L montana:ſicut de hortenſi. De rũta ſylueſtri montana:lege in pilulis fœtidis,& in unguẽto
de bdellio. Hortenſis autem ruta,notior eſt:q̃ ut declarari debeat. Sed melior eſt illa: quæ
prope arborem ficus creſcit. Dioſcorides author eſt.

M ℂ Oleum Nardinum: &c. CCCCXXXIII.

DIcitur nardinum hoc oleum,a nardo aromatica,ſeu indica:quæ uulgo ſpi
N ca nardi nuncupatur. Tanquã ſi diceret.oleum de ſpica nardi:ſupple indi-
cæ,ſeu aromaticæ. Quæ cognomina adduntur ei:ad differentiã nardi cel-
ticæ.ſ.ſpicæ celticæ:& nardi ruſticæ:&c. Poſuit nãq; author in preſenti de-
O ſcriptione,tres diuerſos modos parandi hoc oleum:& proceſſit aſcenden
do.ſ.ꝙ primus modus eſt bonus:ſecundus melior:tertius optimus:ſi poſ
ſet fieri apud nos. Sciendum autem,ꝙ per omnes impreſſiones multum eſt deprauata præ
P ſens deſcriptio. Vnde in ſecundo modo ubi legitur ſampſuchi:ʒ.ii.xyloaloes : enulæ:&c.
Lege melius. Olei ſampſuchi:ʒ.ii.xylobalſami:enulæ:&c. item,ubi legitur: prius q̃ fuerint
contrita. Lege poſtquam fuerint bene contrita. Item,in tertio modo:ubi legitur. Olei bal-
Q ſami.ʒ.vi.olei ſiſamini.lib.iiii. Lege rectius,abſolute ſic.olei balſami:lib.iiii. Quoniam ſic eſt
ſecundum ueritatem in cunctis exemplaribus:necnõ & in uulgari æditione. Item,quædam
impreſſiones mendoſiores,in tertio modo habent:ſpicæ indæ: ʒ.iiii. Lege uerius:ʒ.iiii. Præ-
R terea,non ignorandum:ꝙ nonnulli aromatarii parant hodie oleum nardinũ:non cum nar
do indica:neq; cum nardo celtica:ſed cum floribus cuiuſdam plantæ:quæ uulgo lauandu-
la,ſeu lauendula dicitur. Et ab aliis ſpicum:quaſi ſpica uocatur. Quãuis ſpicum Hiſpanis,&
S Galiis,habeatur pro alia huiuſmodi generis ſpecie: quæ proceritate,& odoris ſuauitate,ſu-
perat lauendulam:tamen nobis uiſum eſt utrũq; idem eſſe: quia hæc accidentia ſimpliciter
non conſtituunt ſpẽm diuerſam:ſunt enim differentiæ indiuiduales. Quoniam ſæpius plãtæ

(ut alias diximus) & cultu, & tranſpoſitione, & aere: &c. diuerſificantur odore, ſapore, for= A
ma, uirtute: &c. Ruellius quidem huiuſmodi, pſeudo nardum Plinii intellexit. Verúmtamen
ipſi aromatarii non probe agunt: quoniam componere habent cum nardo Indica: ſi adeſt fa
cultas habendi. Sin autem, cum nardo gallica. ſ. celtica (ut Plinius. 7. cap. libri quintidecimi B
tradit fieri) uel ſaltem cum aſaro: quoniam aſarum teſte ipſo Plinio. 13. cap. lib. 12. uim nar
di habet. Oleum autem ex lauendula præfata, ſeu pſeudo nardi ſpico, ob ſuum bonú odo=
rem: ad multa aptari poteſt: tamen in re medica, pro oleo nardino non eſt ſubſtituendum. C

¶ Oleum Maſtichinum: &c. CCCCXXXIIII.

D

LEgitur in ſecundo modo præſentis deſcriptionis per omnes impreſſiones:
Vini boni: ℥. viii. in alio. iiii. Caſſetur hoc: in alio. iiii. & legatur abſolute. Vini
boni: ℥. viii. ut eſt in cunctis exemplaribus: & in uulgari æditione. Eſt enim E
additio librariorum: quæ confundit legentium mentes.

De kiſt ſeu Chiſt.

COmmunis quidem opinio eſt hodie apud medicos, & aromatarios, ꝙ kiſt cótineat in F
ſe pondus unius libræ cum dimidio: & ita ſumitur in hoc oleo parando. Tamen apud
doctores eſt diſcordia magna de pondere kiſt, & cotulæ, ſeu cotilæ, & aliorum ſimilium plu
rium. Legitote igitur in calce ſeptimi libri filii Serapionis: & cap. 20. eiuſdem ſeptimi: ui= G
delicet in electuario Galeni cum aqua de cytoniis: & in ſynonymis ipſius operis. Item, in fi=
ne quinti can. Auicennæ. Item, in interpretationibus Bellunenſis: in litera kiſt: ſeu kuſt. Item,
apud Saladinum, Simonem Ianuenſem, Pandectariú, & alios de recentioribus plures: quos H
breuitatis cauſa dimiſimus. Fuiſſet enim longus ſermo: de ſingulis pertractare. Sed apud plu=
res capitur pro lib. I ÷. Vt exempli gratia. In oleo de chamæmilla: ubi Auicéna habet kiſt. i. Fi
lius Serapionis in eodem loco habet lib. I ÷. Item, in oleo nardino: Auicenna kiſt. v. Filius Se I
rapionis lib. vii ÷. Item, in oleo de ſerpentibus: Auicenna kiſt. iii. filius Serap. & Hali Abbas
lib. iiii ÷. habent. Et alia plura exempla paſſim reperies.

K

¶ Oleum de Storace: &c. CCCCXXXV.

ESt & in præſenti deſcriptione una mentis perturbatio: cum legitur: ſtora= L
cis: ℥. iii. uel. iiii: Deleatur igitur, illa diſiunctiua, cum ſequéti numero. Hoc
uidelicet, uel. iiii. & legatur ſimpliciter: ℥. iii. quoniam ſic inuenimus in cun
ctis exemplaribus, & in uulgari æditione. Et ita Luminare maius poſuit. M

¶ Oleum Coſtinum: &c. CCCCXXXVI.

N

VBi mendoſe per impreſſiones legitur in præſenti deſcriptione. Olei ſeſami=
ni: lib. iii. Lege rectius lib. ii. Vt ſæpe dicta exemplaria, una cum uulgaribus
excuſionibus concorditer habent. O

¶ Oleum de Alchanna: &c. CCCCXXXVII.

P

AVthor in hac deſcriptione primum dicit: ut fiat hoc oleum, ſicut oleum roſa=
tum. Hinc ſequens ait. In defectu autem florum: fiat cum foliis: & iteretur co
ctio eius, cum modico uino. Super quibus uerbis eſt ſciédum: ꝙ author non Q
uult, ut ſimpliciter mittátur folia: ſicut ponebantur flores cú oleo, ſupra igné:
ſed poſtq́ ſteterint in ſole folia, & oleum, ſeptem diebus: ſuperinfundatur ali=
quid de optimo uino, & reducatur totum ad igné: & bulliat in duplici uaſe per tres, uel qua= R
tuor horas: uſq; ad uini conſumptionem. Hinc coletur: & permutentur folia & reducatur
ad ſolem: & poſtea iterum ſuperinfundatur uinú: & coquatur: &c. Et ſic fiat ter uel quater.

De Alchanna. S

HAud dubie habemus: ꝙ alchána, uel ſine aſpiratione, uel per k, deſcripta, apud Arabes:
& cyprus apud Græcos: & liguſtrum apud Latinos, unum & idem ſint: ut legétem Se=

A rapionem:& Dioſcoridi,ac Plinio conferentem non latet. Vnde & in oleo cyprino Aᵭua-
rii legitur:florum liguſtri:qui græcis cyprus dicitur:&c. Sed animaduertito,ꝙ nonnulli al-
lucinantur in liguſtro:credentes liguſtrum eſſe florem maioris uolubilis:quod quidem fal-
B ſum eſt. Sed re uera,liguſtrum.ſ.cyprus,ſiue alkāna:eſt arbuſcula quædam:cuius folia ſunt
ſimilia foliis oliuæ minora tamen:unde a quibuſdā oliuella uocatur.Et flos eſt eip lurimus,
paruus,albiſſimus,& ualde odoratus. Qui flores plurimi pro uno,in ſimplici ramuſculo
C ſumpti:a mulieribus,& pueris Romæ,fiorfiorello nūcupantur. Fructum fert ſambuco,uel
ponus lentiſco ſimilem:nigrum:&c. Flores igitur huius arbuſculæ petit author ad compo
nendum hoc oleum de liguſtro:ſiue liguſtrinum:quod arabice titulatur de alchanna: ſed a
D Dioſcoride,Paulo,Aᵭuario,& cæteris græcis,oleum cyprinum nominatur. Lege etiam de
alcanna ſupra.ſ.in Diarhodon deſcriptione communi:quia ſecundum Bellunenſem:Alcā-
na eſt nomen cōmune,ad hanc arborē,& ad arundines,ſiue cānas:ex qbus fit ſpodiū arabū.

E

ℭ Oleum de Sampſucho:&c. CCCCXXXVIII.

IDem eſt oleum de Sampſucho:quod oleum de Maiorana.

De Sampſucho.

F SAmpſuchum & Maiorana non differunt:niſi nomine. Duum generū re-
peritur.Vnum uidelicet cum minutulis foliis:alterū uero cum foliis quaſi
G origano,ſeu calaminthæ ſimilibus conſtat. Vtrúq; enim & maiorana,& ſam-
pſuchum appellatur. Attamen hodie nonnulli faciunt differentiam in nomēclaturis:& ma-
ioranam uocant illud genus cum maiuſculis foliis:reliquum aūt ſampſuchum. Porro non
H differunt uirtute:& cum quolibet ipſorum poteſt hoc oleum fieri. Quod autem tenui con-
ſtat folio:letophyllos peculiari nomine a Dioſcoride uocatur. Etenim uulgaris notitiæ u-
trúq; eſt,apud Italos. Arabice autem mezeuius,uel mercenius nuncupatur:ut in Pandeᵭa-
I rio:uel merzanzium:ut eſt in primo cap.undecimi traᵭatus,primi libri Abumeron Auen-
zoar:uel marcanzus,ut eſt in antidotario eiuſdem Abumeron.

ℭ Oleum de Mezereon:&c. CCCCXXXIX.

K NOn ſpecificate author poſuit lac in præſenti deſcriptione:ſed cōmuniter te-
netur,ꝙ abſolute ſemp caprinum intelligitur:tanq̄ commune,& mediocre,
L inter omnia laᵭis genera.Lac muliebre quidē omnibus excellentius iudica-
tur:ac etiam reuerendum putatur:ob id,quia primum neceſſarium hominis
alimentum. Quapropter non debemus eo uti in alienis cauſis: niſi maxima
M cogente neceſſitate. Poſt caprinum uero ouillum:& bouinum ſequuntur. Nam quodliber
ipſorum eſt bonum. Caprinum autem,eſt magis temperatum.

ℭ Oleum Alhaſech:&c. CCCCXL.

N SVnt nempe aliqua & in hoc oleo diſcutiēda. Et primo ſciendū: ꝙ hoc oleū,
non eſt oleum de haſce,ſeu alhaſce:quod declarant eſſe oleum de hyſopo,
O uel de thymo:in qua omnes fere iuniores allucinati ſunt.Sed eſt oleum de
haſech,ſiue oleum alhaſech:quod idem eſt.Nam impreſſiones ſunt uariæ in
hoc:& ſimiliter exemplaria manuſcripta.ſ.ꝙ quædā impreſſiones, & quædā
P pauca dūtaxat exemplaria,habent ſcriptū,ſiue impreſſum:oleum de haſce:ſiue oleū de alha
ſce. Et quædā impreſſiones minus male,& maior pars exemplariū habent ſcriptū oleum de
haſech,ſeu haſcech,ſeu alſech,ſiue oleum alhaſech. Et ſic uerius putamus.Quod probatur,
Q non ſolum per deſcriptiones filii Serapionis:ſed etiam & per deſcriptiones Auicēnæ nuper
per Andream Bellunenſem correᵭas:ac priſtinæ ueritati reſtitutas:uidelicet,ꝙ in omnibus
illis locis illarum trium deſcriptionū,& in oleo de cherua,& in oleo de alchehengi : in qui-
R bus mendoſe legebatur haſce:ipſe Bellunenſis(ſicut inuenit in arabicis codicibus) haſcech
reſcripſit. Igitur titulus præſentis deſcriptionis:reᵭe ſtabit. Oleum de haſech,uel haſcech,
ſiue oleum alhaſech:&c. Et non oleum de haſce. Et ſimiliter infra in ipſa deſcriptione legen
S dum eſt. Accipe alhaſech:&c. Et quanta differentia ſit inter haſech,& haſce:qui bene utrúq;
ſciſcitatus fuerit:non ignorabit. Porro haſech oēs deſcribunt eſſe frigidum:& eecōtra:haſce
calidiſſimū. Et q̄ male ſit ponere expreſſe cōtrarium alicuius rei,in uno medicamine:uoſpſi

o lectores iudicate. Quid autem ſit haſech, ſeu alſek: mox declarabitur. De haſce aũt ſatis di- A
ctum eſt ſupra. Præterea: ſequitur in ipſo titulo. Et eſt oleũ ſericinum. Quaſi declarando di
cat: oleum alhaſech eſſe oleum ſericinũ. Quod gloſſema minime cõpetit huic lectioni. Qm̃
ex tali gloſſatione nihil inde ueri ſequitur: ut mox patebit. Immo talis gloſſa totã lectionem B
confundit. Et certe cõiectamus eſſe quorũdam imperitorum additione: qui fortaſſe legen-
tes apud filiũ Serapionis deſcriptionem primã olei alſek: inuenerunt, quod inibi legitur: ui-
delicet. Et decoquatur donec conſumatur aqua: & remaneat oleũ ſericinum. Et ex inde pu C
tauerunt, hoc oleum alhaſech: poſt eius compoſitionẽ, appellari oleum ſericinũ. Vnde po-
ſtea addiderunt titulo pñtis deſcriptionis filii Meſue. Et eſt oleũ ſericinum. Etenim in pluri-
bus exemplaribus nõ legitur: ex quo certiores facti: non dubitamus illã eſſe additionem. O D
utinã non malam. Et licet in deſcriptione illa filii Serapionis ſit ſuperflua illa dictio. ſ. ſerici-
num: tamen nõ eſt incongrua: ut in pñti deſcriptione. Videamus igitur, quid ſit oleum ſerici
num. Enimuero oleum ſericinũ nil aliud eſt: q̃ oleum ſeſaminum. Dicetis forſan: unde pro- E
babitis? Probabimus equidẽ per deſcriptiones ipſiuſmet filii Serap̃. conferendo cũ aliis au-
thoribus. Vnde exempli gratia. Vbi in deſcriptione olei de chamomilla ipſe filius Serap̃. di
cit: Recipe olei ſericini: in eodẽ loco Auicenna, & Hali Abbas dicunt: Recipe olei ſeſamini: F
&c. quæ breuitatis cã non ſcribimus. Immo ad maiorẽ declarationẽ: fere oĩa olea filius Se-
rapionis cõponit cum oleo ſeſamino. Author aũt noſter inibi dixit: cũ oleo de oliuis cõple
to: aut oleo ſeſamino. Ergo oleum ſericinũ non eſt aliud q̃ oleum ſeſaminũ. Porro cum di- G
cit filius Serap̃. in ſua olei alſek deſcriptione: & remaneat oleum ſericinũ. ſ. oleum ſeſaminũ:
uerum dicit: quia ibi preter oleum ſeſaminũ non recipitur aliud oleum: ex quo poſt coctio-
nem, non remanet niſi oleum ſeſaminũ. Quãuis fruſtra fiunt p plura: quæ pñt fieri per pau- H
ciora. Quoniã non erat neceſſaria dictio illa: quã ad decorem forſan etiã uel interpreti: uel
ipſi authori placuit uariare. Satis. n. erat, ĩmo clarius ſimpliciter ſcribere: Et remaneat oleũ.
In pñti autem deſcriptione filii Meſue: non ita capitur. Quia ſi tu dicis. Oleũ alaſech eſt oleũ I
ſericinum. ſ. ſeſaminũ: non recte loqueris: qm̃ conuertitur hæc circũloquutio: ergo oleũ ſe-
ſaminum eſt oleum alaſech. Si concedis: Ergo ſequitur, ꝙ ubicũq; legimus oleũ ſeſaminum:
ſemper debemus intelligere oleum alhaſech: & econtra. Quod eſt falſiſſimum. igitur caſſe- K
tur illa gloſſa: & legatur ſimpliciter, & recte: Oleum de alſech, ſiue oleum alhaſech confert
dolori renum: &c.

De Aſek, ſeu Alſech: &c.

HAſcech, ſiue aſech, uel haſech, uel alſek: &c. ſine dubio arabice idẽ ſignificat: quod lati- L
ne tribulus: ut legenti Serap̃. & Auicennã: & Dioſcoridi, Theophraſto, Plinio, & cæte
ris authoribus conſetenti patet. Tribuli aũt, ſiue alſek: &c. fere ab omnibus duo cõſtituun-
tur genera: unum uidelicet terreſtre: quod ubiq; per cãpos, & hortos, & in ſterquiliniis cir- M
ca oppida, & ſecus uias, & in ripis fluminũ, & littoribus maris oritur: unde a nõnullis tribu-
lus marinus uocatur: ut legitur in unguento Agrippæ Nicolai: & a Pandectario, & aliis plu-
ribus teſtatur. Etiam & ab antiquioribus græcis: ut ab Hippocrate: quem Ruellius in tertio N
de natura ſtirpium citat. A nonnullis in Italia, hoc uulgariter baſapede nuncupatur: qđ lati
ne eſt oſculans pedẽ. Et in ſynonymis libri filii Serap̃. exponitur eſſe cicer imperatoris. Quã
uis Pandectarius hoc nomen cap̃. 339. ad utrũq; genus referat. Semen eſt ei aculeatum: ut O
in ſpinachiis: extenditur enim ſuper faciem terræ: &c. Et hoc genus eſt notiſſimũ. Aliud aũt
genus non niſi in lacubus: & amnibus: atq; in aquis ſtãtibus naſcitur: ex quo tribulus aqua-
tilis a quibuſdam appellatus eſt. Folia ſunt ei magna quaſi nenupharis: quæ tantum expan- P
ſa ſuper aquam, uidentur natare: reliquæ autem plantæ partes ſub aquis occuluntur. Fru-
ctus eius nigerrimus: quaſi perpolitum cornu bubalinum: magnitudine nucis uſualis: cum
quatuor acutis angulis, uelut ſpinis groſſis: in quatuor lateribus: uidelicet duo anguli ſunt Q
hinc & inde uerſus inferiorem partem fructus. Reliqui uero duo in reliquis lateribus, hine
& inde econtra: uerſus ſuperiorem partem: cum quibuſdam liniamentis, ita ſtriatus ipſe
fructus: ac pulcherrime eſt factus: ꝙ uidetur illis, qui primitus aſpiciunt, non a natura: ſed ſtu R
dioſe paratus, in ſimilitudinem cuiuſdam capitelli columnæ. Intus uero habet ſubſtantiam
albam, dulcem, nutritiuamq;: unde a nonnullis caſtanea aquatilis nominatur. Et fit ex eo, in
aliquibus terris, panis bonæ ſubſtantiæ: & guſtui nõ ingratus. Herba quoq; ipſius equos im S
pinguat: & ſtipes eius prope radicem eſt ſubtilior: q̃ in parte ſuperiori: &c. Et hic quoq; tri-
bulus cognoſcitur a multis. Ambo unius uirtutis & proprietatis ſunt. Verũtamẽ & cũ hoc,

A terreſtris tribulus eſt etiam contra uenenum:unde melior iudicatur. Igitur quando abſolu-
te reperitur tribulus ſeu alſek:&c. ſemper de terreſtri,tanq̃ de notiori,ſeu communiori,atq;
meliori,eſt intelligendum. Eo maxime in illis locis:in quibus(ut in iſta deſcriptione) expe-
B tuntur extremitates eius. Quoniam de aquatili neſcimus quales extremitates, præter folia
poſſunt inteligi. Igitur in hac cõpoſitione petit author extremitates tenellas alhaſech.ſ.tri-
bulorum terreſtrium:ut poſſit ex eis excipi ſuccus:&c. Et ſic eſt ſecundum ueritatem.

C ❡ Oleum de Cucumere aſinino: CCCCXLI.

IN ſecundo modo iſtius deſcriptionis:per impreſſos libros mendoſe legitur.
D Accipe ſucci radicũ eius:et radicũ eius contritarũ:ana lib.÷. Lege uerius ſic.
Accipe ſucci radicum eius contritarũ:lib.÷. Vel ſic Accipe ſucci radicis eius
contritæ:quoniam ſic,uel ſic,legitur in antiquis exemplaribus:& in uulgari-
E bus impreſſionibus. Author.n.noſter poſuit duos modos faciendi hoc oleũ.
uidelicet unum ex ſucco fructuũ: & alterum ex ſucco radicum eius.ſ.cucumeris aſinini. Et
hunc ſecundum modum forſan(ut putamus)ex paulo ſumpſit. Ponit nãq; ipſe Paulus in.7.
F tres modos ſub nomine olei ſycionii. Sed primus,qui eſt ſimplex:quaſi ſimilis eſt huic ſecũ-
do. Non obſtante,ꝙ poſſet fieri ſicut(exempli gratia)fit oleum de enula.ſ.cum ſucco radi-
cis,& ipſa radice contrita. Tamen in nullo exemplarium(ut dictum eſt)legitur.

G ❡ Oleum de Pomis citranguli:&c. CCCCXLII.

LEgitur nãq; in exordio pñtis deſcriptionis una barbara dictio:& tam per an-
H tiquos,q̃ per impreſſos libros,diuerſimode eſt poſita. Vnde ſunt qui ſic,&
ſunt qui ſic,& ſunt qui aliter habent:Allelengi, ailelen,alaleugi, alchebeng,
alebegi:&c. Quid proprie ſit neſcimus. Pandectarius aũt in litera Lehelleg:
I & in litera Loheleng:declarat hæc ſignificare quoſdã tumores:qui uocãtur
roſulæ. At roſulas quidẽ in partibus Apuliæ ſcimus uocari quaſdam maculas rubras: quæ
apparent in cruribus,& coxis:quando quis diſcalciatus per hyemem patitur frigus:& ſedẽs
K apud ignem,multum excalfacit ſe. Sed an hoc oleum deleat has maculas:facillime quis ex-
periri poteſt.

De Pomis citranguli.

SVb nomine citranguli pñt intelligi omnia genera pomorum aureorum.ſ.narãciorum,
L ſiue aranciorum,limonum,citriorum:quæ ſunt mala medica:& cæterorum conſimiliũ,
tam acrium,q̃ dulcium. Et hoc oleum intelligitur eſſe faciẽdum,de ipſis pomis proprie, ſeu
malis. Supra.n.poſuit oleũ:quod fit ex ſolo ſemine citrii,ſiue citranguli: &c. Præterea,præ-
M cipit author:ut ſint ipſa poma antiqua.i.ualde matura. Et proprie illa ſunt antiqua:quæ ſu-
pra annum permanſerunt in arbore ſua. item,præcipit ipſe author,ut dicta poma ponãtur
integra in uaſe:&c. Quod intelligitur:ut nihil ex eis abiiciatur.ſ.ꝙ omnes ipſorum pomo-
N rum partes ſint in uaſe. Porro ſecanda ſunt,atq; frangenda ipſa poma:ut facilius oleum poſ
ſit penetrare omnes ſuas partes,tam intrinſecas,q̃ extrinſecas.

O ❡ Oleum de Croco:&c. CCCCXLIIII.

POnitur hoc oleum ab Auicenna in quinto cañ.differt tamen in ponderibus.
Fex.n.huius olei ab ipſo Auicenna,crocoma uocatur:de qua refecit caꝑ.in
P ſecundo cañ. Rectius autem crocomagma legendum putamus:ut eſt apud
Dioſcoridem,& alios plures.

Q ❡ Oleum de Piperibus:&c. CCCCXLIIII.

AB Auicenna quidem (ut coniectari poteſt) præſentem deſcriptionem author
R accæpit. Auicẽna aũt a filio Seraꝑ.ſeu ab Hali filio Abbas. Omnes.n.quatuor
habent hmõi olei compoſitionẽ. Sed author noſter uocat ipſam: Oleũ de Pi-
peribus:ex quo addidit ipſi cõpoſitioni piper albũ:quod apud cæteros nõ le-
S gitur. Et ꝓſcripſit tria pipera:propter ipſius olei denoĩationem:cũ cæteri an-
teponant myrobalanos. Auicenna uero nominat ipſum:oleum alkechengi: & male. Non
enim intrat præſentem compoſitionem alkechẽgi. Et hic eſt(ut putamus) error ipſius Aui-
cennæ:

cennæ:quoniam Bellunenſis non emendauit. Fortaſſe ipſe Auicenna,ab Hali ſumpſit ſuam A
deſcriptionem:& pro caquenelegi,intellexit caquenegum quoniã apud dictum Hali,oleũ
caquelenegi intitulatur. Sed non eſt unum,& idem,caquenegum:& caquelenegi. Caquene
gum enim eſt ſolani genus:ut in ſecundo practicæ ipſius Hali habetur. Caquelenegi autem B
idem eſt:quod kelegi,ſiue alchelengi. Vnde in ipſo Auicenna, oleum alchelengi credimus
rectius legendum eſſe. Forſan etiam eſt mendum librariorum:quod ipſe Bellunenſis nõ ani
maduertit.ſ.ꝙ pro alchelengi mendoſe ſit poſitum alchechengi. In filio Serapionis autem, C
legitur clarius uidelicet:oleum alkelenici:quod idem eſt:quod oleum alkelengi. Alkelengi
autem(ut ſupra.ſ.in Alchelengi confectione diximus)multorum iuuamentorũ:&c.decla-
rationem ſignificare coniectauimus. Vnde oleum alkelengi.i.oleum multorum iuuamen- D
torum:&c. Legitur etiã mendoſe,in Auicennæ deſcriptione,iuſquiamus. Ex quo probatur,
ꝙ ipſum ſequutus author noſter,deſcripſit in ſua. Quod quidem mendum,nec Bellunenſis
notauit. Filius Serap̃.autem,& Hali,eo in loco:non iuſquiamum:ſed ammoniacum habẽt. E
Et ita ſtare debet. Nequaquã competit huic compoſitioni iuſquiamus.ſ.hyoſcyamus. Vnde
peritiſſimus quoq; uir Manardus ſuſpicatus fuit mendam eſſe in hoc loco. Ex quo igitur re-
ctius lege. Serapini,opopanacis,ammoniaci:ana:&c. Sunt præterea,& aliæ plures librario F
rum mendæ,in p̃nti deſcriptione filii Meſue,per oẽs imp̃ſſiones:& ſimiliter in Nicolao præ
poſito:& in Luminari maiori. Vnde ubi legis. Accipe trium piperũ:ana:℥.iii.lege uerius.ana
ʒ.iii.ut antiqua exemplaria teſtantur:& filius Serap̃.& Auicenna,atq; Hali præfati concor- G
diter habent. Sed animaduertendum,ꝙ author noſter pro medietate compoſuit ſuam de-
ſcriptionem. item,ubi legis turbith:ʒ.xii. Lege rectius:ʒ.ii.ut eſt in dictis exemplaribus: ac
etiam apud filium Serap̃. Nam Auicenna,& Hali,non.ʒ.iiii.ſed ſextaria.iiii.habent. Sextariũ H
autem(ut in ſuperioribus dictũ eſt)apud authores,multipliciter ſumitur. Vnde poteſt eſſe,ꝙ
hic ab ipſis ſit poſitum pro drachma. item,ubi in quibuſdam impreſſionibus legitur hic.ha-
ſce:lege haſech. Vt dicta exemplaria:& filius Serap̃.& Hali habent:& Bellunenſis in Auicen I
na emendauit. Plurimi nempe ex iunioribus allucinati(ob literæ falſitatem) declararũt hoc
eſſe thymum. item,ubi legitur tapſiæ:legendum eſt emendatius:caſiæ. Et eſt una ex ſpecie-
bus caſiæ ligneæ,ſiue indæ:quæ aliter(ut in tripheris declarauimus) ſeitaragi indi uocatur. K
Vnde in filio Serap̃.hoc in loco,ſeitaragi legitur:& in Hali,ſitaregi indici. Et in Auicenna eſt
capſiæ,ſemicorrupte pro caſiæ. Vbi Bellunẽſis ſytbragi,pro ſeitaragi traduxit. Antiqua exẽ-
plaria etiam pro maiori parte,habent caſſiæ ſcriptũ. Et ſic eſt ſecundum ueritatem. item non L
ignorandum,ꝙ antiqua exemplaria in exordio huius deſcriptionis,ſunt uaria uidelicet. ali-
qua conueniunt cum impreſſis libris:&habent ſcriptum Et confert ad epilepſiam:& ueram
ſciaticam:&c. Et confert dolori ani,a frigiditate:&c. Aliqua aũt,non ueram ſciaticam. ſed M
uenam ſciaticam:& non ani:ſed auris habent.ſic uidelicet. Et confert ad epilepſiam:& uenã
ſciaticam:&c.& infra. Et confert dolori auris,a frigiditate:&c. Quæ autem litera ſit uerior:
medici potius eſt:q̃ aromatarii ſcitari. Auicẽna autem habet uenam ſciaticam:& infra dicit. N
Et ſedat dolorem ani. Filius Serap̃.uero,ſciaticam ſimpliciter poſuit. Cæterũ,qui legunt de-
ſcriptionem filii Serap̃.animaduertant:ꝙ aliquæ impreſſiones habent ipſam imperfectam.
uidelicet,ꝙ ubi in ipſis legitur. Et fundantur ſuper eam:aquæ lib̃.xxiiii.& decoquatur, do- O
nec conſumatur aqua:&c. ibi.ſ.inter conſumatur,& aqua:deſunt multa uerba. Vnde ut in
quodam exemplari e manu,& in una de primis impreſſionibus inuenimus:ſic rectius legen
dum eſt. Et fundantur ſuper eam aquæ:lib̃.xxiiii.& decoquatur,donec conſumatur medie- P
tas:& proiiciantur ſuper ea,olei de cherua heminæ.iiii.& decoquatur , donec conſumatur
aqua:& remaneat oleum:&c. Veritas huius erroris,per ſe eſt manifeſta:cũ in ipſa deſcriptio-
ne mendoſa non legatur oleum:quod neceſſario debet eſſe:unde:&c. Q

De Hemina.

HEmina quidẽ ab hemis.ſ.ſemis:& mina.ſ.menſura:quaſi ſemimenſura dicitur:quia(ut
fere omnes cõiter tenent)hemina eſt medietas ſextarii. Et ſcribitur cum aſpiratione in R
principio:quãuis etiam apud aliquos minus recte legatur emina ſine h. Quandoq; etiãnum
reperitur in libris mina,pro hemina. Et apud Hali filiũ Abbas,menna legitur. Et mina quoq;
ſiue mna(quod idem eſt)ab aliis aliter accipitur. Sextarius autem ſiue ſextariũ (ut diximus) S
uarie capitur. Verũtamen plurimi in heminæ declaratione, dicunt ſextarium eſſe menſuram
duarum librarum. Vnde hemina pro libra intelligi põt. Et ſic in iſta deſcriptione,eſt ad pro-

A poſitum: quoniam ſatis ſunt duæ heminæ.ſ.duæ libræ olei cheruæ, pro hac compoſitione.
Non obſtãte, ꝙ ſextarius reperiatur & maior, & maximus: & minor, & minimus. Nec etiam
contradicente, ꝙ mina in filio Serapionis, & Auicenna, diuerſimode declaretur. Vnde legi-
B tur, ꝙ aliqua mina eſt: quæ continet quadraginta ſextarios: &c. Quia nos communem plu-
tium opinionem ſequuti. intelligimus hic heminam pro libra. Si autem quiſpiam melius iu
dicauerit (de perito loquimur) debere fieri ſecundũ ipſius iudicium: nõ imus inficias. Actua-
C rius autem ſcribit heminam capere uncias nouem.

¶ Oleum de Euphorbio: &c. CCCCXLV.

D DVo ab authore noſtro in pñti deſcriptione cõſtituuntur modi faciendi oleũ
de Euphorbio. Primus tamen (qui eſt ſimplicior ſecundo). Ex antidotario
Raſis (ut putamus) ſumptus eſt. Vel ex ſecundo Galeni de medicamentorũ
E compoſitione ſecundum loca. Cui & ninum indidit author: quod ipſi non
habent. Secundi autem modi (ut credimus) principalis author eſt Auicen-
na. Quoniam in quinto ſuo cañ. dicit. Oleum de euphorbio noſtrum: &c.
F Ab Auicenna igitur accipiens author noſter, hunc ſecundũ modum: peruertit eius ordinẽ.
Vt ſibi attribueretur forſan. Verũtamen non latet legentem: ꝙ una & eadem compoſitio eſt,
in utraq; deſcriptione. Sed aduertito, ꝙ in pſenti filii Meſne deſcriptione, per impreſſos co-
G dices, mendoſe legitur: Accipe ſtaphiſagriæ: condiſi: ana. ʒ.iiii. Rectius cõiectauimus legen
dum eſſe. ſicut Auicenna habet.ſ. ſtaphiſagriæ: ʒ.iii.condiſi: ʒ.iiii. Nam in hoc exemplaria
antiqua, uaria ſunt. Videlicet quædam habent (ut dictum eſt) ſicut Auicenna: quam putamus
H eſſe ueriorem literam. Et quædam econtra: ſic ſtaphiſagriæ: ʒ.iiii.condiſi: ʒ.iii. In nullo tamẽ
eſt cum ana: ut impreſſiones habent. item, ſciendum, ꝙ in Auicenna eſt pyrethri pondus: ʒ.
vii. Hic autem, tam per cuncta prædicta exemplaria: q̃ per excuſos libros: concorditer legi-
I tur. pyrethri: ʒ.vi. ſi autem illa drachma redundet in Auicẽna: uel hic ſit imminuta: nere nos
latet. Præterea, non ignorandum: ꝙ in Auicennæ deſcriptione: mẽdoſiſſime legitur. Et de-
coquantur in uaſe: cum quadraginta. ʒ. uini odoriferi: &c. Lege ibi uel lus: cum quadragin-
K ta unciis. Non enim ſufficiunt quadraginta drachmæ ad illa infundẽda: & poſtea decoquen
da. Author enim noſter poſuit uini: lib.iii÷. Nã.40.℥.tres lib.&.℥.iiii.ſunt. igitur in duabus
tantum unciis differunt: quas putamus authorem addidiſſe: ut meliori modo poſſint infun
L di, & decoqui illa: &c. Sed maxima differentia eſt, inter.40.ʒ.& lib.iii÷. igitur.40.℥. legi de-
bet. Et ſic eſt uerum: quãuis Bellunenſis non emendauerit. Fortaſſe non animaduertit. Non
enim omnia poſſumus omnes.

M De Condiſi ſeu Radicula.

COndiſi, ſiue condes, ſiue chundes, uel kundes, idem eſt: quod ſtruthium.ſ. lanaria her-
ba: quæ & radicula & herba fullonum dicitur. Vt patet concordando cap̃. Serapionis
N de condiſi: cum cap̃. Dioſcoridis de ſtruthio.ſ. de radicula. Struthium aũt a Dioſcoride non
pingitur: ſed dicit rem notã eſſe. De quo ualde miramur: ꝙ res tam nota ueteribus: ſit ita ui-
uentibus incognita cũctis: ꝙ tam medici, & aromatarii, q̃ herbarii, q̃ etiam fullones (quibus
O maxime eam expetere opus foret) neſciunt illam. Sed neq; nos adhuc potuimus inuenire;
quid ſit iſta radicula. Nam periit uſus eius, apud latinos. Auicenna autẽ capitulo de hartha-
nita deceptus (ut putamus) a falſo codice: credidit ipſam eſſe ſpeciem harthanitæ. Et ſcribit
P ipſam eſſe ſpinoſam: & ſimiliter Simon ianuenſis: & alii plures ſcribunt ipſam eſſe ſpinoſam,
cum caule ferulaceo, & lanuginoſo, inodoro flore, aſpectu tamẽ grato, ſine ſemine: &c. Bel
lunenſis uero in ſuis interpretationibus.ſ. in litera condiſi: authoritate Iſaach ebenhãram di
Q cit ꝙ radix eius exterius eſt nigra, interius uero ad citrinitatem tendens: & ꝙ eius planta aſſi
milatur cardo alharſef, uocato in Sicilia Cacozole: & ꝙ ipſa radix eſt nota in Syria: &c. Sicu
li autem a nobis percunctati dixerunt, ꝙ fere omnia carduorum genera apud ipſos, ſub iſto
R uocabulo (.ſ. cacozole) ueniunt. Vnde ſimilitudo illa Bellunenſis: eſt tanq̃ nihil, ad condiſi
inueſtigationem. Quod autem ipſe Bellunenſis, ex Ebẽbitar poſuit. Hoc eſt ꝙ neq; Dioſco
rides, neq; Galenus, loquuti ſunt de ipſo. Si ipſe Bellunenſis intelligit de ſimplici uocabu-
S lo.ſ. condiſi: uerum eſt: quia nuſquam Græci condiſi meminerunt. Si autẽ de re ipſa hoc eſt
falſum: quoniam & Dioſcorides, & Galenus, & Paulus, & alii plures, de condiſi: ſub nomi-
ne radiculæ, ſeu ſtruthii, multa dixerunt. Immo Paulus in ſeptimo ſcripſit radiculam ferre
ſemen.

ſemen. Qui autem opinati ſunt eſſe radicem hellebori albi: hi magnopere errauerunt. Er- A
roremq; ipſorum plura comprobant. Vt ſunt capitula diuerſa authorum de utroq; tractan
tia: & ſpinoſitas, qua caret helleborus: &c. Verum eſt ꝙ condiſi mouet ſternutamenta: & alia
plura facit, ſicut helleborus: tamen non eſt helleborus, nec ſpecies eius. Porro ponitur lo- B
co condiſi, æquale pondus de nuce nomica: & tertia pars ipſius de pipere. Et hoc in uo-
mitionibus prouocandis tantum. Auicenna author eſt. Sed in aliis neceſſitatibus, autho-
re Paulo: pro condiſi .ſ. radicula: ueratro nigro uti conceditur. C

Oleum Vulpinum: &c. CCCCXLVI.

D

SVnt nempe per aliquas impreſſiones duæ mendæ, in præſenti deſcriptione.
Prima uidelicet, ubi legitur in ipſa: Et funde ſuper ipſam, aquæ fontium, &
aquæ marinæ: ana chiſt. I. Lege rectius: ana chiſt. ii. Secunda eſt, cum ſequi- E
tur. Olei antiqui clari. chiſt. iii ÷. Lege uerius chiſt. ii ÷. Quoniam ita eſt, non
ſolum in cunctis exemplaribus, & uulgari æditione: uerũetiam & in non-
nullis impreſſionibus minus mendoſis. Præterea ſciendum, ꝙ licet author determinaue- F
rit quantitatem aquarum ſcilicet chiſt. iiii. quæ ſunt ſecundum communem opinionem li-
bræ. vi. tamen iuxta noſtrum iudicium, eſt parua quantitas: unde de maiori chiſt, hoc in
loco, eſt intelligẽdum. Quia chiſt (ut ſupra iam diximus) uarie ſumitur. Porro diſcretio aro G
matarii in his, & ſimilibus, eſt melior ſtatera ponderandi res neceſſarias adminiſtrandas:
ꝙ̃ lanx ænea. Videlicet, ꝙ ſi uulpes erit uulpecula: quantitas aquarum ab authore aſſigna-
ta, erit forſan ſufficiens: per aliquod chiſt maius ſupple intellige. Si autem uulpes erit ma H
gna, & annoſa: operator debet ponere tantam aquarum quantitatem: ꝙ ſufficiat ad opti-
me decoquendum ipſam. Eo maxime, ꝙ annoſa uulpes, & omne animal annoſum, ma-
iori indiget bullitione: ꝙ̃ anniculum, & tenellum. Quoniam decoquenda eſt ipſa uulpes I
(ut author monet in fine iſtius deſcriptionis) donec diſcocta ſit: ut omnes artus eius diſ-
ſoluantur: &c. Quod quidem fieri non poteſt cum pauca aqua: in uulpe magna, & an-
noſa. Etiam & inter decoquendum: cum uiderit operator aquam pene conſumptam: & K
uulpem non perfecte decoctam: debet ſuperinfundere ex ipſis aquis iterum, atq; iterum,
donec optime decoquatur: &c. Porro oleum non eſt augendum in magna uulpe: ſed po-
tius in uulpecula minuendum: quia quanto minus erit oleum: tanto efficacius: & poten- L
tius habebitur.

De Vulpe.

ANimal notiſſimum eſt uulpes, & aſtutiſſimum. Vnde animus uulpinus, ſæpius pro ho- M
mine aſtuto, & malicioſo ponitur. Ab Hiſpanis quidem (ob id forſan, quia rapit) Rap
poſa nuncupatur. Gallinas libenter perſequitur: &c. Sed aduerte, ꝙ dicit author: Accipe
uulpem integram: interioribus tantum proiectis: &c. Vbi ſciendum, ꝙ ipſum animal nõ eſt N
excoriandum: ſed bene poteſt (qui uult) concidere illud in tres, uel quatuor, uel plures par-
tes: ut melius in uaſe ad decoquendum aptetur. Quoniam author non ponit integritatem
ipſius: ut intelligatur ſana: ſed ut habeat omnes ſuas partes, præter interiores. Et antequam O
immittatur oleum (ſi immittendum erit) debet prius peroptime deſpumari: &c.

Oleum de Serpentibus: &c. CCCCXLVII. P

SCribitur etiam hoc oleum: & a filio Serapionis, & ab Auicenna, atq; ab Ha
li filio Abbas. Et tam author noſter, ꝙ̃ quilibet ipſorum, ſpecificat de ſerpen Q
tibus: ut ſint nigri. Manardus autem declarat eſſe uiperas; quod nobis non
placet. Nam uiperæ non ſunt nigræ: &c. Non obſtãte, ꝙ eodem modo po-
teſt etiam fieri oleum ex uiperis, & cæteris ſerpentibus, ſicut fit ex ſerpen- R
tibus nigris. Quod poſtea ex uiperis, oleum uiperinum eſſet nuncupandum: ad multa uti-
le. Sicut quandoq; parauit quidam Theotonicus phyſicus. Ex quo oleo uiperino Romæ,
temporibus noſtris, plures fecit experientias notatu dignas. Verũtamen intentio præfato- S
rum authorum eſt: ut fiat hoc oleum, cum ſerpentibus nigris. Et ſic debet fieri. Porro iuxta

A noſtrum iudicium: melius eſt, ut decoctio eius operetur in uaſe uitri. Et in duplici uaſe: ſicut
coquitur oleum roſatum: per modum balnei: quod balneum Marie dicitur. Quo quidem
modo: ſine uaſis apertione (quod periculoſum eſt) poterit quis uidere ab extra, qñ ſerpentes
B ſiut optime percocti: & oleum non frigetur ſicut in ſartagine: & per conſequens clarius erit.

De Nigris ſerpentibus.

Nigri ſcribuntur ad differentiam aliorum diuerſicolorum. Et ſunt hi ſerpentes notiſſimi
C in multis regionibus: & præcipue in Regno Apuliæ: ubi in magna copia uidimus. Sunt
etenim longi: atq; nigerrimi: ſed non multum hñt de ueneno. in forma ſua ſimilantur illis,
qui ceruini dicuntur. Nonnulli uiuos ſerpentes in oleũ mittunt: quod putamus melius eſſe.

D

℄ Oleum de Scorpionibus: &c. CCCCXLVIII.

E DVplici modo docet author fieri hoc oleum: & uterq; modus eſt bonus.
Sed aduerte, ꝙ tam in primo modo: q̃ in ſecundo oleum amygdalarum
amararum eſt intelligendum. Mendoſe enim legitur abſolute, amygdala-
F rum in primo modo, per omnes impreſſiones. In exemplaribus antiquis
autem, clare de amaris ſpecificatur. Alias plures literæ deprauationes hic
inuenimus quas ſimpliciter in textu emendauimus. Iſte ſecundus modus,
G bis a Raſi deſcribitur. Videlicet, in nono ad Almanſorem: capitulo de difficultate mingen-
di: & in antidotario diuiſionum: capitulo de medicinis urinæ.

De Scorpionibus.

H SCorpius, & ſcorpio dicitur. Quæ nomina ſunt communia ad plura. Vt ad animal: quod
cauda pungit ad mortem: & ad ſignum cæleſte: & ad piſcem marinum: & ad quandam
herbam: & ad quoddam militare inſtrumẽtum: & ad quoddam tormenti genus: &c. Sed hic
I de animali cauda feriente, intelligitur. Quod animal ubiq; cognoſcitur. Sed in quibuſdam
locis magis, q̃ in aliis abundat. Vnde eſt, ꝙ circa Neapolim Campaniæ ciuitatem, raro inue-
nitur. Et Romæ plurimus eſt. Et particulariter intra Vrbis mænia: in mõte uidelicet, qui Te-
K ſtaceus dicitur: copioſiſſime habetur. Libenter enim inter teſtas generatur. Audiuimus ſæ-
pe a fidedignis uiris: qui per Syriam, ſancta peragrarunt loca: & circa Hieroſolymam: & per
totam Syriam: ſunt ſcorpiones magni: ſicut ſunt apud nos cancri fluuiales: quos gamba-
L ros, ſiue gambares, uulgo nominant. Apud nos autem, ſunt minimi: fabæ uidelicet magni-
tudinem non excedentes. Vnde non eſt mirum: ſi author noſter uiginti tantum ſpecifica-
uit ponendos eſſe in hoc oleo: quoniam de genere magnorum intellexit. Sed bene poſtea
M ſubiunxit: plus, uel minus, ſecundum quantitatem paruitatis, & magnitudinis: eorum. Vbi
ſciendum ꝙ nos: qui habemus tam paruos ſcorpios: centum ad minus, pro qualibet olei li-
bra, ponere debemus. Aliter enim oleum erit imbecillius: & ſine ui, ad conſequendam ſani-
N tatem illorum malorum: pro quibus ab authore ordinatum eſt. Colligendi ſunt autem ſcor-
pii: cum ſol eſt in Leone: uidelicet, inter. xv. kalendas Auguſti: &. xv. kalendas Septembris.
Non autem quando ſol eſt in Scorpione: ut nõnulli falſo opinati ſunt. Et uiui ponendi ſunt
O in oleum: quod per triginta dies ad minus inſolabis: poſtea colatum reſerua: &c.

℄ Oleum de Ranis: &c. CCCCXLIX.

P

VItio librariorum per omnes excuſiones latinas, legitur mendoſe in præ-
ſenti deſcriptione: Recipe ranarum antiquarum: &c. Nam cuncta exem-
Q plaria, ac etiam uulgaris æditio, & ſimiliter Luminare maius, concorditer
habent: Recipe ranarum aquaticarum: &c. Et ſic eſt uerum.

De Ranis.

R RAnarum quippe plura ſunt genera: unde ad aliarum differentiam: aquaticas ſpecifica-
uit author: quæ cæteris ſunt meliores. Nonnulli putant omnes ranas eſſe uenenoſas.
Dioſcorides autem, & Serapio dicunt, ꝙ ranæ, ſuppie aquatiles, coctæ cum oleo, & ſale: ſi
S edantur: ſunt antidotum magnum, contra omnium ſerpentium uenena. Ex quo ſecure plu-
rimi ueſcuntur eis, aquaticis dũtaxat. Et præcipue Lõbardi: quibus ranæ aquatiles, quadra-

geſimali tempore: ſunt domeſtici, atq; quotidiani piſces. Ranæ autem terreſtres: ut ſunt mu A
tæ (quæ ſic dicuntur: quoniam uoce carent) & rubetæ: quæ & racanellæ, quaſi ranículæ uo-
cantur: &c. non comeduntur: quoniam ſæpius cum buffonibus coeũt. Quam ob cauſam,
malignæ reputantur. B

℄ Ex multis autem rebus fiunt olea: &c. CCCCL.

C

HIc author declarat, φ non omnia doctorum olea ipſe notauit: ſed magis ne-
ceſſaria tantum. Conſimilia igitur quæ poſſunt fieri, apud alios quærito.

D

℄ Fiunt aũt olea: per reſolutionem diuerſis modis: &c. CCCCLI.

INcipit hinc author tertiã particulam huius diſtinctionis: ſcribens nõ omnia: E
ſed ex multis aliqua, tanquam nobiliora olea: quæ fiũt per reſolutionem, ſeu
per ſublimationem: &c. Vnde ſequitur.

℄ Oleum de Ouis: &c. CCCCLII. F

SCribit author in præſenti deſcriptione tres modos faciendi oleum de ouis:
ſed primum modum (ut coniectamus) ex antidotario Raſis: uel ex ſeptimo
filii Serapionis accæpit. Secundum aũt & tertium ex quinto cañ. Auicennæ. G

De Ouis.

QVaſi ſuperfluum eſt oua declarare: quia notiora ſunt, q̃ ut declarari debeant. Omni H
um autem optima ſunt gallinarum oua: poſt ipſa uero, a quibuſdam perdicum: ab
aliis faſianorum oua præponuntur cæteris.

℄ Oleum de Frumento: &c. CCCCLIII. I

PRimum modum factionis huius olei, ſcribit etiam Raſis in ſuo antidotario.
Vbi autem in ſecundo modo dicit author: Ponatur frumentum excortica- K
tum in uaſe ſublimationis: & fiat ſicut dicemus: ſubintellige, in oleo philoſo
phorum. Sed non eſt cremandum frumentum, ut lateres: ſed ſimpliciter, ut
litera habet, excorticatum ponatur in uaſe ſublimationis. Non obſtante φ L
etiam poſſet fieri, per modum deſcenſionis: ſicut fit oleum de iunipero: ut Manardus refert
ſe feciſſe parari. Et nota, φ ſicut fit de frumento: ita poteſt fieri de hordeo: & ſimilibus.

De Frumento. M

FRumentum idem eſt, quod triticum. Plura ſunt eius genera: ſed oĩa notiſſima. De quo-
cũq; autem genere accipiatur: nihil refert. Porro optimum eſt, quod poſt meſſem, non
eſt madefactum aqua: ſeu alio quouis liquore: lucidum, plenum, ſiue perfecte maturum: nõ N
uum ſcilicet eiuſdem anni (quod enim poſt annum ſupereſt: uetus dicitur) durũq;: nec cor-
roſum a uermibus.

O

℄ Oleum Sinapinum: &c. CCCCLIIII.

VAlde admirari contingit de authore noſtro docẽte fieri oleum præſens: ſicut P
oleum de frumento. Quod facilius poteſt fieri, per expreſſionem: ſicut fiunt
olea de ſeminibus papaueris, lactucæ, & ſimilium: ac etiam ſicut oleum amyg
dalarum: &c. ut nos ipſi quidẽ pluries experti ſumus. Vnde, ſaluo ſemper me- Q
liori iudicio, uidetur nobis melius (quod & conſulimus) uidelicet, ut fiat per
expreſſionem: ex ſemine ſynapis optime maturo: quia agilius, clarius, abundantius, & nobi
lius fit. Nec ullum malum habet odorem. Quodq; magnopere memoriæ confert. Raſis R
autem aliter parat.

℄ Oleum de Iunipero: &c. CCCCLV. S

℄ Oleum Fraxininum: &c. CCCCLVI.

A DVo hæc olea eiuſdem operationis, & uirtutis ſunt. Et ſimili modo, ex aliis
quāpluribus lignis, fieri poteſt oleum: ad diuerſos tamen effectus. Sed ad-
uerte, ꝙ huiuſmodi ligna, & ſimilia: oportet, ut ſint optime præſiccata, ſi-
B cera, ſine cortice, teredinibuſq; iexperta: &c. Item, pro dolio, intellige uas
magnum teſtaceum, igni reſiſtens: uitreatum ab intus: &c. item, ubi dicit:
Et præpara parietes eius cum terra figuli: ſubintellige ab extra. Hæc autem
C ſcripſimus, pro ſimplicioribus: quia non deſunt ignari intelligētes pro dolio, uas uinarium
ligneum: quod ſimiliter dolium uocant homines. Quoniam fere receſſit uſus antiquorum
uinariorum doliorum: quæ quidem fictilia erant. Nunc autem quaſi omnes ligneis utuntur
D uaſibus: quibus & dolii nomen attribuerunt. Verūtamen in aliquibus Hiſpaniarum regioni-
bus fuimus: quarum incolæ adhuc condunt uinum, in doliis fictilibus, picatis, antiquorum
more. Itali autem huiuſmodi dolia, ad alios conuerterunt uſus: ut Romani ad aquam flu-
E minis aſſeruandam: &c. quæ quidem dolia propriis priuata nominibus. Ziri, ſiue Zare, aut
Giara hodie uulgo uocantur. Sed cum ſcribit author uitreatum interius: declarat eſſe fictile
uas: non ligneum. Vaſa etenim lignea non uitreantur. Nam & ſi fuiſſet ligneū: nonne prius
F combureretur uas: q̃ diſtillaretur oleum a præparatis lignis? Et per conſequens, oleum non
haberetur.

De Iunipero.

IVniperus ſecundum Dioſcoridem duplex eſt. ſ. magna & parua. Serapio autem confun-
G dit in uno capitulo: & cypreſſi, & iuniperi, atq; ſauinæ genera. Porro duo iuniperi gene-
ra, notiſſima ſunt: ſed quæ prope mare naſcitur: iuniperus marina cognominatur. Fructus
fert grandiores: q̃ illa, quæ in montibus prouenit: attamen odoratior eſt montana, q̃ mari-
H na. Magna etenim iuniperus ut plurimum in maritimis oritur, & aſperis: Cypreſſo ſimillima
eſt. Parua autem, & in marimis, & in montanis naſcitur: cuius folia ſunt aculeata: &c. Gum-
mi uero iſtarum arborum: uernix ſolida, ſiue ſcriptorum eſt. Solida, & ſcriptorum poſui-
I mus, ad differentiam alterius: quæ liquida eſt: quæ quidem eſt res factitia: ex oleo ſeminis li-
ni, & aliis rebus: qua pictores, & fabri lignarii utuntur ad illuſtrandum colores: &c. Scripto-
rum etiam diximus: quoniam puluis ipſius ſuper chartas extenditur ab ipſis ſcriptoribus: ut
K literæ ſcribendæ pulchriores fiant. Vocatur nempe hæc uernix ſcriptorum. ſ. hoc gummi iu-
niperi: arabice, Sandarax, uel ſandoros, ut in tertio Raſis ad Almanſorem legitur. Vnde eſt,
ꝙ plurimi abuſiue, ſandaracam nominant. Nam ſandaracha proprie, auripigmentum ru-
L beum eſt. Vt in trochiſcis de arſenico diximus. Sed ut ne lector confundatur in legendo:
hoc obſeruandum duximus. Videlicet: ut ſandaraca gummi ſemper ſine aſpiratione ſcriba-
tur: quia ut plurimum ſic legitur in libris Arabum, Sandaracha mineralis autem cum aſpi-
M ratione: quia per, χ, græce ſcribitur, σανδαράχη: id eſt Sandarache.

De Fraxino.

DIoſcorides quippe aſſerens eſſe arborem notam: non pinxit Fraxinum. At re uera no-
N tiſſima eſt: & perquam, ſimillima orno. Serapio autem ſcribit ipſam ſimillimam ulmo.
Nam huiuſmodi ſimilitudinem, non bene quadrare eis, omnes qui uident cōfitentur. Vnde
ſuſpicamur mendam eſſe in capitulo. 2 26. Serapionis. ſ. ꝙ non dirdar, ſiue didar, quod ſigni-
O ficat ulmum: ſed aliam arborē debebat ibi interpres, pro illius ſimilitudine reſcribere. Quia
forſan illud quod interpretatus eſt dirdar apud arabes, eſt nomen æquiuocum, plura ſignifi-
cans. Et ſic non ad ulmum: ſed ad aliam arborem: puta ornū præfatam, uel conſimilem erat
P referendū. Ornus enim arbor: quæ uulgo ornellus dicitur: a fraxino nō multum differt:
ut quilibet uidere poteſt. Quæ quidem ornus duplex reperitur. ſ. alba, & nigra: tamen inter
ſe, forma non differunt. Semen autem fraxini, lingua auis uocatur. Et de eo dictum fuit in
Q Dia Satyrione. Fert etiam & fraxinus gummi dulciſſimum: quod mannam nominant. Sed
de hac re ſatis ſupra diximus in confectione de manna. Propterea uide ibi.

R ¶ Oleum de Gagate: eſt oleum ſacratum: &c. CCCCLVII.

POnitur ab authore duplex modus parandi hoc oleum. Primus uidelicet
per diſcenſorium: ut oleum de iunipero. Secundus autem per ſublimatio-
S nem: ut oleum de lateribus. Sed non ſunt comburendi ipſi lapides: ſicut la-
teres comburuntur.

De Gagate lapide. A

Iſte lapis apud nos raro reperitur: & rariſſime exportatur. Vidimus enim aliquando ipſm
lapidem. Eſt nãq; niger (ſicuti Dioſcorides quinto libro ſcribit) pumicoſus, bitumino-
ſus, leuis, friabilisq;. Videbatur enim nobis tanquam lignum marcidum: quod ſtetiſſet lon- B
go tempore ſub terra. Putamus equidem illum eſſe de mineris naphthæ. Vnde Dioſcorides
capitulo de naphtha: dicit, ꝙ naphtha bituminis genus: comitiales morbos ſuffitum explo
rat: gagatæ lapidis more. C

ℭ Oleum Philoſophorum: &c. CCCCLVIII.

D

Oleum philoſophorum, Oleum ſecretorũ iuuamentorum, Oleum ſapien-
tiæ, Oleum benedictum, Oleũ diuinum, Oleum ſanctum, Oleum perfecti
magiſterii, Oleum naphtha, Oleũ petræ, Oleum petroleum, & Oleum de E
lateribus. Per tot nomina, ſeu cognomina, & appellationes, ſiue nomẽcla
turas: poſſunt uocari olea in pſenti deſcriptione notata, & ſimilia. Quãuis
aliqua prædictorum, ſint ſpecialia: & non genrealia: ut oleum perfecti magiſterii, Naphtha, F
& de lateribus. Ponit igitur author duas ſpecies: ſiue duo genera huiuſmodi olei. Vnum ui-
delicet naturale. alterum uero artificiale. Naturale autem declarãs: dicit, ꝙ profert illud mi-
nera: & ꝙ uocatur naphtha. Quod autem ibi legitur: Hoc eſt. Alias mare. Vacat. Eſt enim G
additio librariorum: quæ non legitur in exemplaribus antiquis. Et iſtud genus, in tres diui-
ſit ſpecies. ſeu differentias. Videlicet. in ſubalbidam, ſubrubram, & ſubnigrã, de quibus mox
dicemus. Quod autem ab arte haberi poteſt ipſemet clare ſcribens, inſinuat modum facien H
di ipſum. ſ. ex lateribus: &c. Vnde & oleum de lateribus, poſſe uocari diximus. Et ſic Bulcha
ſis uocat. Raſis autem in antidotario, ſub titulo olei benedicti: & alias: ſub titulo olei de la-
teribus, habet huiuſmodi olei deſcriptionem. Quod & aſſerit ualere ſicut oleũ balſami. Vbi I
ſubſcribit: ꝙ ſi piſcatores inungent retia ſua ex eo: congregabunt multitudinem piſcium.
Quod an uerum ſit. facilius quilibet experiri poteſt. Eandem Raſis deſcriptionẽ poſuit Guil
lelmus Placentinus, in quinto ſuæ practicæ. K

De Naphtha.

Naphtha rectius: q̃ napta. Eſt enim ſecundum Dioſcoridem, bituminis colamen. Multi
oleum petroleum: ſiue abſolute petroleum (ut Auicenna) hoc eſt, oleum petræ, nomi L
nant. Duo eius genera ipſe Dioſcorides fecit ſcilicet albũ, & nigrum. Sed author noſter ter-
tium, quod eſt ſubrubrum, addidit. Etenim quaſi unius generis ſunt. Bitumen, aſphal-
tum, piſſaſphaltum, & naphtha. Vnde largo modo omne bitumen liquidum: clare poteſt M
naphtha uocari. Serapio enim ſcribit piſſaſphaltum Dioſcoridis, in capitulo de mumia. E
petroſis locis nempe ſcaturit naphtha: ſub aquis fontium, lacuum: &c. E montibus quoq; ſa
xoſis deſluit in amnes. Vnde recte oleum petræ dicitur. Nam pluribus locis ſunt naphthæ N
mineræ: ut in Sicilia. in agro uidelicet, Agrigentino. Et apud Tocchum regni Neapolitani
oppidulum. Et in Mutinenſis montibus: ſcilicet in illo, qui Mons gybius, ſiue Mons zybius,
uel zilius uocatur. Omne enim huiuſmodi oleum fœtet: ex quo nonnulli, ſtercus diaboli O
nuncupant. Sed unum plus: q̃ aliud. Quod e Sicilia aſportatur: minus male olere, plurimi
teſtantur. Verũtamen oleum Montis zybii experti ſumus: ꝙ non male. ſed grauiter olet. Et
ſcias, ꝙ omnis naphthæ ſpecies: ſecundum authorem noſtrum, uocatur oleũ philoſopho- P
rum: oleum ſecretorum iuuamentorum: &c.

De Lateribus.

Superfluum eſt lateres declarare: ſatis enim per ſe manifeſtantur in parietibus, & plateis Q
ciuitatum: &c. Sed hoc notandum: ꝙ author noſter præcipit ut ſumantur lateres, non
ſolum antiqui: ſed & multæ antiquitatis. Raſis autem, & Bulchaſis, econtra, quærũt nouos:
quos adhuc non tetigit aqua. Qui ergo uult facere hoc oleum, ſecundum Raſim, & Bulcha R
ſim: nouos dudum a fornace eductos accipiat. Qui autem imitatur filiũ Meſue: de antiquiſ-
ſimis ſumat. At in defectu laterum: aliis uaſorum teſtis fictilibus non uitreatis, rubris ſupple,
uti poſſumus: & bene. S

A De Oleo alchilil. ſiue alkikil &c.

PRæcipit nãq; author in præſenti deſcriptione: ut ſubmergantur lateres igniti, in oleo
alchichil: ſecundum ꝙ in impreſſis libris legitur. Verũtamen deſcriptionem huiuſmo-
B di olei. ſ. alchichil, nec apud ipſum: nec apud quempiam aliorum authorum adhuc inueni-
mus Luminare maius declarat eſſe oleum: quod fit ex floribus roſmarini: quod oleum ſimi-
liter uon reperitur apud authores. Non obſtante: ꝙ ſicut fiunt ex uariis floribus olea: ita &
C ex floribus roſmarini poſſet fieri oleum: &c. Porro nec nobis cõſtat potius intelligendum
eſſe hoc oleum, ex floribus roſmarini: q̃ ex granato ſyluestri: aut ex alia re: quoniam nõ uni-
formiter ſe habent in hoc antiqua exemplaria: & excuſi libri. Et licet ſit tedioſum legere: at-
D tamen nobis uidetur eſſe neceſſarium, ob meliorem rei declarationem, ſcribere librorũ di-
uerſitates. Igitur ſcieudum: ꝙ concorditer impreſſiones omues: & Luminare maius, habẽt
Alchichil. Libri uero manuſcripti: quaſi ſinguli ſingula dicunt. Raro autem duo aut tres cõ-
E ueniunt in unum. Has equidem uariationes repperimus. Vnus liber tantum habet ſicut im-
preſſiones ſed per k, non per ch, ſcriptum: uidelicet, alkikil: & ſic poſuit Nicolaus Præpoſi-
tus. Aliorum autem aliqui ſic, & aliqui ſic habent: uidelicet, Alkilkil, Alchilil, & qui per k, al-
F kilil, Alkil, Alſeikil, Alſeicil, Alſeikal, Alſeibal, Alſekikil, Alſekil, & Allelileil. Et uulgaris ædi-
tio: Alpheilkil. Etenim de huiuſmodi & conſimilibus pluribus uocabulis: in ſuperioribus
diffuſe diximus: uidelicet, ꝙ ſunt barbaræ uoces: quæ ad plura applicari poſſunt. Vnde con-
G ſultius, & tutius nobis uidetur hoc: uidelicet. Poſtq̃ author poſuit, ꝙ ſimiliter poteſt fieri cũ
oleo antiquo claro: ut fiat cum ipſo oleo antiquo. ſ. oliuarum. Quoniam ſimiliter Bulcha-
ſis docet. Et Raſis etiam abſolute in oleo, ſcripſit. Et ſic erit quoq; ſecuudum authoris inten-
H tionem. Et ſortaſſe melius: quoniam in re dubia, nullus præſumere debet: quia faciliter erra-
re poteſt. Et qui ſe exponit periculo: incidet in ipſum. Fugieudũ eſt enim omne periculum.
Sed id potiſſime: quod pluribus nocere poteſt. Nam ſi quælibet ars exercenda eſt, cum dili-
I gentia magna, & omni ſollicitudine: ut artifex conſequatur ex ea honorem, & temporalem
retributionem: quanto magis diligentiori cura, & uehementiori ſtudio, & cau-
tela, atq; nõ abſq; dei timore, medicina exercenda erit? Cuius quan-
K tuluſcũq; error, quandoq; poteſt eſſe cauſa necis plurium
hominũ: & per conſequens contra ipſius ope-
ratoris animam. Quod a nobis, &
L ab omnibus Chriſtianis,
auertat ipſe
Chriſtus
M Ieſus,
uerus medi-
cus, & Saluator
N animarum, & corporum.
Qui cum patre ſuo æterno, & ſpiritu
ſancto, eſt benedictus in
ſæcula ſæculorum.
Amen.

EXPLICIT CENSVRA IN ANTIDOTARIVM IOANNIS FILII MESVE.

SEQVITVR RECEPTARIVM.

INCIPIT RECEPTARIVM ANTIDOTARII

Ioannis filii Meſue: in priſtinum decorem reſtitutum: & adamuſſim emendatum: per Venerandos patres, & Ieſu Chriſti ſeruos fratres Angelum Paleam Iuuenatienſem: & Bartholomæum Vrbeuetanum: ordinis minorum obſeruantiæ: Prouinciæ Romanæ.

DISTINCTIO PRIMA.

I.

SCripſimus in libris explanationum noſtrarum: &c.

II.

ℭ Electuarium de Aromatibus: quod ſcripſit Galenus: &c.

ACcipe ligni aloes crudi, Roſarum: ana. aureos xii. Galliæ muſcatæ, Macis, Doronici, Piperis longi, Nucis muſcatæ, Mentæ ſiccæ, Spicæ, Caſiæ ligneæ, Maſticis, Cinnamomi, Gariofilorum, Aſari: ana auř. iii. Calami aromatici: auř. iiii. Croci, Cardamomi maioris, Cardamomi minoris, Trium ſandalorum, Rheubarbari, Cubebæ, Coſti, Zinziberis, Seminis fœniculi, Aniſi, Cheiſim: ana. auř. ii ÷. Zucchari: ℥.vi. Miuæ aromaticæ: ℥.xii. Mellis deſpumati: quantum ſufficit. Doſis: a ʒ.ii. uſq; ad auř. iii.

III.

ℭ Electuarium de Gemmis: &c.

ACcipe albarum margaritarum: ʒ.iii. Fragmentorum ſapphyri, Hiacynthi, Sardonychis, Granatorum, & Feruzegi: ana. ʒ.i ÷ Zedoariæ, Doronici, Corticum citri, Macis, Seminis alfeleniemiſch: ana. ʒ.ii. Corallorum rubeorum, Charabæ, Limaturæ eburis: ana. ℈.ii. Been albi: & rubei, Gariofilorum, Zinziberis, Piperis longi, Spicæ, Folii, Croci, Heil: ana. ʒ.i. Trociſcorũ diarhodon, Ligni aloes: ana. ʒ.v. Cinnamomi: Galangæ, Zurumbet: ana. ʒ.i ÷. Foliorum auri: & argenti: ana. auř. ÷. Muſci boni: ʒ. ÷. Confice cum mellis emblicorum, & colaturæ geleniabin de roſis partibus æqualibus quantum ſufficit. Doſis eſt: ab auř. ÷. uſq; ad. i. cum aqua bugloſſæ: & uino odorifero.

IIII.

ℭ Confectio Alchermes: &c.

ACcipe ſetæ tinctæ ex chermes circiter libram. i. Et proprie ſup cuius tincturā non præterijt ſpatium extenſum: & ſubmerge eam in ſucci pomorum dulcium, & aquæ roſatæ: ana lib. i ÷. Et dimitte die una. Deinde fac modicum builire, donec aqua rubeat. Deinde extrahe ab ea ſetam: & exprime eam: & pone in ipſa aqua Zucchari tabarzeti ʒ. cl. Et coque uſq; dum habeat ſpiſſitudinē mellis: & remoue ab igne: & proiice in eo calido. Ambræ crudæ minutatim inciſæ: ʒ. iiii. Et dimitte in eo liqueſieri. Deinde proiice ſuper ipſum puluerem harum rerum. Accipe ligni aloes crudi, & Darſeni: ana. ʒ. vi. Lapidis lazuli loti & præparati: ʒ. xii. Albarum margaritarũ: ʒ. ii. Auri boni: ʒ. i. Muſci boni: ℈. i. Confice. Et fit doſis: ab auř. i. uſq; ad. ii ÷.

V.

ℭ Confectio de Xyloaloes: &c.

ACcipe ligni aloes crudi, & Roſarum: ana ʒ. viii. Gariofilorum, Spicæ nardi, Macis, Nucis muſcatæ, Galliæ muſcatæ, Cubebe, Cardamomi, Zinziberis, Heil, Maſticis, Cinnamomi, Cyperi, Squinanti, Zedoariæ, Been albi, & Been rubei, Folii, Setæ crudæ aduſtæ, Margaritarum, corallorũ rubeorum, charabæ, Foliorum citri, & corticum citri, Alfeleniemiſce, Sanſuci, Siſymbrii, Mentæ ſiccæ, Piperis longi: ana. ʒ. iiii. Muſci boni: ℈. i. Ambræ: ʒ. i ÷. Confice cũ melle emblicorum: & miua aromatizata. Sit doſis: a ʒ. i. uſq; ad . iii.

VI.

ℭ Deſcriptio electuarii Sarboteng: & eſt lætificans: deſcriptione Hamech filii Zachariæ: &c.

ACcipe roſarũ, Ligni aloes: ana. ʒ. vi. Macis, Nucis muſcatæ, Galliæ muſcatæ, Cardamomi, & Heil: ana. ʒ. ii. Cinnamomi, Croci: ana. ʒ. ii ÷. cyperi: ʒ. v. Gariofilorũ, Maſticis, Spicæ, Aſari: ana. ʒ. iii. Fiat omniũ trituratio bona: & cōfice cum melle emblicorũ: & aromatiza cum Muſci boni: grañ. xv. Et fit doſis: a. ʒ. i. uſq; ad . iii.

VII.

ℭ Modus electuarii de Citro, ex inuentione noſtra: &c.

ACcipe corticum Citrorum: auř. xx. Gariofilorũ, Ligni aloes, cinnamomi, macis, Galangæ: ana. ʒ. ii. Muſci: ʒ. ÷. cardamomi, Zinziberis: ana. ʒ. i. Confice cũ melle. Doſis eſt: ℥. ÷.

VIII.

¶ Confectio de muſco dulcis:&c.

ACcipe Croci, Doronici, Zedoariæ, ligni aloes, macis: ana. ʒ.ii. Albarum margaritarum, ſetæ crudæ aduſtæ, charabæ, coralli rubei: ana. ʒ.ii÷. Galliæ, ozymi citrati: ana ʒ.i÷. Been albi, & rubei, folii, ſpicæ, gariofilorum: ana. ʒ.i. Zinziberis, Cubebæ, Piperis longi: ana. ʒ.i÷. Muſci: ℈.ii. Cóſice cum melle crudo: quod ſit quadrupliũ ponderis omnium. Et ſit doſis: a. ʒ.i. uſq; ad. ii.

IX.

¶ Confectio de Muſco amara.

SI ſupradictam confectionem amaram facere uolueris: ualentior efficietur:&c. Et proprie ſi addatur in pmiſtiõe eius Abſinthii, & roſarum: ana. ʒ.iii. Aloes optimæ ablutæ: ʒ. iiii. Caſtorei, Cheiſim: ana. ʒ.i. Cinnamomi: ʒ.ii÷. Conſice ut ſupra.

X.

¶ Modus cõfectionis Teſticuli uulpis: & eſt Satyrion:&c.

ACcipe Satyrionum, qui abſcindũtur a patre ſuo: libram. i. Et terantur, & coquatur cum lacte ouili dulci, in quãtitate ſufficienti, ſuper prunas: uſq; dum decocti ſint: & ſit cõſumptum lac. Et tunc funde ſuper eos Olei amygdalarum dulcium: ℥.iiii. Et agitetur ſic cõterendo cum ligno. Et poſtea ſuper totum funde ſyrupum: cuius modus eſt. Accipe ſucci bugloſſæ cocti & deſpumati: lib. ii. ſucci pomorũ dulcium: ℥.xii. Zucchari boni albi: lib. iii. Miſceatur agitando cum prædictis: uſq; dum fiat eis competẽs decoctio: & deponatur ab igne: & proiiciatur ſuper ea Cinnamomi ſubtilis & electi: ʒ.v. Been albi, & rubei: ana. ʒ.ii. Ligni aloes: ʒ.iii. Croci, Sandali citrini: ana. ʒ.i÷. Conſice:&c. Doſis: ab auꝛ.iii. uſq; ad. v.

XI.

¶ Confectio alia Teſticulorum uulpis: & eſt Dia Satyrion: &c.

ACcipe Secacul albi, mundi: & elixati in aqua cicerum: quorum eiecta fuit aqua prima: lib. i. Teſticulorum uulpis: ℥.viii. Radicis raphani: ℥.iii. Luf plani: ℥.ii. Terantur, & infundantur ſup ea Lactis uaccini, aut ouini quãtitas: quæ ſuperemineat radicibus duobus digitis, Olei ſeſamini, & butyri uaccini recentis: ana. ℥.iiii. Et excoquantur cum facilitate, uſq; ad ſpiſſitudinem. Et ſi adhuc radices non bene decoctæ ſint: fũdatur ſup eas ex lacte, & oleo, & butyro prædictis: uſq; dum pfecte decoctæ ſint. Et poſt hoc, funde ſuper hoc totum mellis boni, & deſpumati: lib. vi. Succi cæpe humidæ: lib. i÷. Decoque omnia ſimul, uſq; ad perfectam decoctionem. Tunc enim depone ab igne: & proiice ſuper ea puluerem: cuius permiſtio hæc eſt. Accipe Caudarum ſcinci, cum renibus & ſumine: ʒ.viii. Seminis erucæ, zinziberis, Been albi, & rubei, linguæ auis, ſeminis naſturtii, cinnamomi, Piperis longi, bauciæ ſeminis, ſeminis ſinapis, & Aſparagi: ana: ʒ.iiii. Et conficiantur cũ eis. Vltimo uero ponantur in medicamine Pinearum mundatarum: lib. i÷. Fiſticorum mundatorum: ℥.x. Cerebellorum paſſerum: ℥.ii. Conficiantur omnia bene, & aromatizentur cũ. ʒ.i. boni muſci. Doſis eſt: ab. ℥.÷. uſq; ad. ℥.i. cũ pauco bono uino, & puro.

XII.

¶ Confectio de Galanga:&c.

ACcipe Galangæ, ligni aloes: ana. ʒ.vi. Gariofilorum, macis, cheiſim: ana. ʒ.ii. Zinziberis, macropiperis, cinnamomi, piperis albi: ana. ʒ.i÷. Calamẽti ſicci, mẽtæ ſiccæ, heil, ſpicæ, ſeminis apii, fœniculi, carui, aniſi: ana ʒ.i. Calami aromatici: ʒ.i÷. Zucchari tabarzeth: ℥.x. Mellis deſpumati: quantum ſufficit. Doſis eſt: a. ʒ.ii. uſq; ad auꝛ.ii.

XIII.

¶ Diarbodon deſcriptione cõmuni:&c.

ACcipe foliorum roſarũ rubearum: ʒ.xx. Trociſcorum diarbodon, trociſcorũ de ſpodio, Liqritiæ: ana. ʒ.iiii. Cinnamomi, gariofilorũ, Galliæ muſcatæ: ana. ʒ.iii. Spodii, croci, maſticis, berberi, ligni aloes: ana. ʒ.ii. Trium ſandaloꝝ: ana. ʒ.iii. Aſari, Spicæ indæ, macis, cardamomi, ſeminis portulacæ, lactucæ, ſcariolæ, citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, albarũ margaritarũ, Alſelengemitch, raſuræ eboris, tragacanthi, gũmi arabici: ana ʒ.i. Camphoræ: ʒ.÷. Muſci: ℈.÷. Cõſice cũ ſyrupo de roſis, ex aqua roſata. Doſis eſt ℥.÷.

XIIII.

¶ Aromaticum roſatum ſtomachum:&c.

ACcipe foliorum roſarum rubearũ: ℥.i÷. Ligni aloes, macis, gariofilorum, trociſcorum diarhodon, galliæ muſcatæ: ana. ʒ.ii. Liquiritiæ mundatæ: ʒ.viii. Cinnamomi ſubtilis, & electi: ʒ.iii. Galangæ, zinziberis, nucis muſcatæ: ana. ʒ.i÷. Heil, Spicæ: ana. ʒ.i. Syrupi roſati, & ſyrupi corticum citri: ana quantum ſufficit, Et ſunt qui aromatizãt illud: cum. ℈.÷. boni muſci. Doſis eſt, a. ʒ.iii. uſq; ad. v.

XV.

¶ Aromaticũ roſatũ dſcriptiõe Gabrielis:&c.

ACcipe foliorũ roſaurm rubearũ: ʒ.xv. Liquiritiæ raſæ: ʒ.vii. Ligni aloes boni, ſandali

da'i mazahari: ana.ʒ.iii. Cinnamomi boni & electi: ℥.v. Macis, gariofilorú: ana.ʒ.ii÷. Gúmi arabici, tragacanthi: ana.ʒ.iii. & ℈.ii. Nucis muſcatæ, cardamomi, galágæ: ana.ʒ.i. Spicæ: ℈.ii. Muſci: ℈.i. Ambræ: ℈.ii. Syrupi roſati, & ſyrupi corticú citri: ana quantú ſufficit.

XVI.

Aromaticum Roſatum minus: &c.

Recipe Roſarum rubearum: ʒ.x. Ligni aloes, ſandali mazahari: ana.ʒ.ii. Cinnamomi electi: ʒ.iiii. Maſticis: ʒ.i.&.℈.i. Ambræ ℈.ii. Muſci: ℈.i. Syrupi roſati: quantú ſufficit.

XVII.

Aromaticum Muſcatum: &c.

Recipe Ligni aloes: ʒ.vii. Darſeni electi: ʒ.x. Ambræ crudæ: ʒ.iii. Muſci boni & electi: ℈.ii. Syrupi roſati: quantum ſufficit.

XVIII.

Aromaticum Gariofilatum: &c.

Recipe Gariofilorú: ʒ.vii. Macis, zedoariæ, galágæ, ſandali mazahari, trociſcorum dia rhodon, cinnamomi, ligni aloes, ſpicæ indæ, piperis longi, heil: ana.ʒ.i. Roſarú: ʒ.iiii. Liquiritiæ, galliæ muſcatæ: ana. ʒ.ii. Folii, cubebæ: ana grañ.xlv. Ambræ: ʒ.i. muſci: ℈.÷. Syrupi citri: quantum ſufficit. Doſis eſt: a.ʒ.iii.uſq; ad.v.

XIX.

Aromaticum Nardinum: &c.

Accipe Spicæ indæ: ʒ ii. Roſarú: ʒ.iiii. Liquiritiæ: ʒ.ii÷. Galliæ ſebelliæ, cubebæ, ligni aloes, macis, gariofilorú, cinnami, Folii indi, aniſi, corticum citri, trociſcorú dia rhodon: ana. ʒ.i.& ℈.i. Pinearum purgatarú, amygdalarú mundatarú: ana.℥.v. Gúmi arabici, tragacanthi: ana.ʒ.ii. muſci: ℈.÷. Syrupi roſati: quantum ſufficit.

XX.

Diacyminum bonum: &c.

Recipe Cymini pridie in aceto iſuſi, & exiccati: ʒ.x. Zinziberis, cinnamomi: ana ʒ.iiii. Gariofilorum, ligni aloes, macis: ana ʒ.ii÷. Galágæ, piperis lógi, cardamomi: ana ʒ.ii. muſci: ℈.÷. Mellis deſpumati: q̃tú ſufficit.

XXI.

Dianiſum: &c.

Accipe Aniſi: ʒ.xx. Liquiritiæ, maſticis: ana.ʒ.viii. Carui, macis, galangæ, zinziberis, fœniculi, cinnamomi: ana.ʒ.v. trium piperum, calamenti, pyrethri, caſiæ: ana.ʒ.ii. Heil, gariofilorum, cubebæ, croci, ſpicæ: ana ʒ.i÷. zucchari: ℔.ii. mellis deſpumati: quantum ſufficit.

XXII.

Diambra: &c.

Recipe Cinnamomi, Doronici, Gariofilorum, macis, nucis muſcatæ, folii, galangæ: ana.ʒ.iii. Spicæ, cardamomi maioris, & minoris: ana.℥.i. Zinziberis: ℥.i÷. Sandali citrini, ligni aloes, piperis longi: ana.℥.ii. Ambræ: auř.i. muſci: ʒ.÷. Confice cú ſyrupo roſato, ex aqua roſata. Doſis eius eſt. ʒ.iii.

XXIII.

Confectio de Cinnamomo: &c.

Recipe Cinamomi ſubtilis, & electi: ℥.xv. Darſeni cinnami, enulæ: ana.℥.iiii. Galangæ: ℥.vii. Gariofilorú, piperis longi, cardamomi, zinziberis, heil, macis, nucis muſcatæ, ligni aloes: ana.℥.ii. Croci: ℥.i. Zucchari tabarzeth: ℔.v. Cófice cú melle deſpumato. Et q̃nq; ponitur in eo duplú ponderis medicinarum de zuccharo puluerizato, ſine melle: & accipitur ſicut ſuffuf. Et alii addunt in eo, Muſci: ℈.ii. Et puluerizatur cú eo. Doſis eius eſt: a ʒ.i.uſq; ad duas.

XXIIII.

Electuariú de Granis myrti: &c.

Et modus eius eſt: ut in cófectione de aromaribus adiúgátur, Granorũ myrti tritorũ ſicut alcohol: ʒ.c. Myrobalanorũ nigrorú, bellericorum, & emblicorú: ſuper quos iam præterit bullitio una in aqua cytoniorum, & uino odorifero: ana. ʒ.vii. Carui, aniſi, cymini, ſeminis apii: infuſorum in aceto uini die, ac nocte & exiccatorum, & caſtorei: ana.℥.v. Confice cum mi\[e\]la aromatizata: & da cú ſyrupo decoctionis de cytoniis.

XXV.

Dia calamentum deſcriptione Galeni: &c.

Recipe Calamenti fluuialis, & mótani, ſeſeleos, & petroſelinii: ana.ʒ.vi. Zinziberis: ʒ iii. Seminis apii, extremitatú alhaſce: ana ʒ.ii. Cheiſim: ʒ.vi. Piperis: ʒ.xii. Mellis deſpumati: quantum ſufficit. Doſis eius eſt: a.℥.i. uſq; ad duas.

XXVI.

Diatrió pipereon deſcriptióe cómuni: &c.

Recipe Trium piperum: ana auř.v. Zinziberis, baſce, aniſi: ana auř.ii. Spicæ, ammeos, amomi: ana auř.i. Caſiæ, ſeminis apii, ſeſeleos, aſari, enulæ ſiccæ: ana auř.÷. Confice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt: ab uncia una, uſq; ad duas.

XXVII.

Diacyminum ualens: &c.

Accipe Cymini carmeni pridie in aceto infuſi, & exiccati: ʒ.xx. Zinziberis, Alhaſce: ana.ʒ.iii. Piperis, cinamomi: ana.ʒ.ii. Am

meos: ℥.i÷. Foliorum rutæ ſiccorũ, Baurach rubei: ana: ʒ.iiii. Confice cũ melle deſpumato.

XXVIII.

Confectio de ſeminibus: &c.

RÉcipe Cymini, ſemis fœniculi, carui, aniſi, dauci, ãmeos, ſemis apii, amomi: īfuſorũ die, ac nocte nõ ceſſāt i aceto, & exiccatoꝝ: ana. ℥.vi. Cinamomi: ʒ.v. Cheiſim: ℥.iii. Cardamomi, ſpicæ, gariofilorũ: ana. ʒ.iiii. Ziziberis, macro pipis, ſeſeleos, galãgæ: ana. ℥.v. Mellis deſpumati: q̃tũ ſufficit. Et q̃nq; ponitur ī eo zucchari duplũ põderis oium: & fit ſicut ſuffuf: & eſt ſanũ, & exptũ. XXIX.

Confectio de cytoniis bona: &c.

ACcipe. Carnium cytoniorũ coctorũ in uino: lib. iii. Mellis boni, & deſpumati: tantũdem. Decoque cũ facilitate: & poſtq̃ coctum fuerit proiice ſuper ipſum Cinnami, gariofilorum, cardamomi, galãgæ: ana. ʒ.i. Darſenis: ʒ.iii. Zinziberis, piperis longi, macis: ana ʒ: iiii. Et q̃nq; inuitat neceſſitas, & coquuntur cytonia in aceto ad cãs calidas. Et q̃nq; permiſcetur eis aceti tertia pars eorũ, aut media. Et q̃nq; permiſcetur eis ſuccus granatoꝝ acetoſorũ, in medio põderis eorũ. Et q̃nq; ſuccus citri, ī quarta parte põderis eorũ. Et q̃nq; fit ſine ſpẽbus. Et q̃nq; cũ ſpẽbus p̃dictis. Et q̃nq; cũ puluere iſto: Accipe ſpodii, berberi, ſemia acetoſæ, triũ ſandalorũ, roſarũ rubearũ: partes æquales. Et q̃nq; ponũtur alia, ſecũdũ ītẽtiões phyſicorũ. Et q̃nq; aromatizatur cũ muſco: aut camphora: aut utroq;. Et q̃nq; fit cũ zuccharo. Et q̃nq; cũ melle.

XXX.

Confectio de cytoniis facta cum ſucco cytoniorum: &c.

REcipe Succi cytoniorũ, & mellis: ana lib. iii. Ita q; mel ſit deſpumatum. Aceti boni puri: lib. ii. Decoquãtur cũ facilitate: & cõtinue auferatur ſpuma eius, & ſæpe. Et cũ mellis ſpiſſitudinẽ habuerit, puluerizetur ſup ip̃m, Piperis lõgi, zinziberis, cinamomi: ana. ʒ.i. Gariofilorũ, ligni aloes: ana. ʒ.iiii. Muſci: ℈.i. Et q̃nq; fit ſine ſpẽbus: & q̃nq; cũ ſpẽbus aliis, ſicut neceſſitas cõducit. Et q̃nq; fit cũ zuccharo. Et q̃nq; uariatur aliis modis. XXXI.

Electuarium de Pomis: &c.

REcipe Carnium pomoꝝ dulciũ, & redolentium, mundatorũ, & inciſorum p fruſta: lib. vi Zucchari albi boni: lib. v. Aquæ roſatæ: lib ii. Ligni aloes: ʒ.v. Sandali citrini: ʒ.iii. Gariofilorum: ʒ.iiii. Cinnamomi electi: ʒ.iiii÷. Ambræ: ʒ.ii. Muſci: ℈.i. Hoc etiam mõ fit electuariũ de pomis acetoſis: & electuariũ de pomis paruis: & aromaticis: & dulcibus.

XXXII.

Electuarium de Perſicis: &c.

ACcipe Carnium perſicorũ mediocriũ inter maturitatem, & acerbitatẽ, & mundatorum a corticibus ſuis, & ſucci eorũ: ana lib. iii. Zucchari tabarzeth: lib. ii. Terantur phiſica, ut ſint ſicut medulla: & exerceas in eis decoctionẽ, cũ ſyrupo: ſicut diximus in confectiõe de cytoniis. Et cũ coctũ fuerit: puluerizẽtur ſuper ip̃m Ligni aloes: ʒ.ii. Cinami, cubebæ, macis: ana. ℥.iii. Sãdali citrini: ʒ.ii. Muſci ℈.÷. Et q̃nq; fit ſine ſpeciebus. Et eſt ſanũ: & expertũ.

XXXIII.

Electuariũ, quo utuntur Reges, & delicati.

REcipe Pinearũ mundatarũ: ℥.viii. Amygdalarum purgatarũ: ℥.v. Zucchari albi: lib. iiii. Aquæ roſaceæ: lib. i÷. Olei amygdalæ dulcis, recẽtis: ℥.iii: Cinamomi electiſſimi: ʒ.iiii÷. Gariofilorũ: ʒ.iii. Ambræ bonæ: ʒ.i. Muſci: ℈.÷. Et eſt bonũ, & expertũ. Et cõfortat ſtomachum, cor, pectus, & cerebrum.

XXXIIII.

Electuariũ ſecundũ quo utũtur Reges: &c.

REcipe Pinearũ mũdatarũ: ℥.vi. Amygdalarũ dulciũ purgatarũ: ℥.iiii. Zucchari albi: lib. iiii. Aq̃ roſatæ: lib. i÷. Foliorũ roſarũ rubearũ: ℥.i÷. Sãdali citrini: ʒ.iii÷. Ambræ: ʒ.i. Muſci: ℈.÷. XXXV.

Electuarium de Fructibus: &c.

ACcipe Carnium cytoniorum, & Pyrorum ponticorum, & malorũ acidorũ: quorum ſingulũ elixatũ fuerit in aceto uini fortis: in quo infuſum fuerit ſumach, die, ac nocte: & Succi acreſtæ: ſuper cuius trituratione elaborãdum eſt, uſq; ad conſumptionẽ ultimã granorũ: ana lib. i. Carniũ ſorborũ immaturorũ: ℥.v. Zucchari: lib. iiii. Coque ad ſpiſſitudinẽ mellis. Deinde pone ſup ip̃m: Succi berberi: ℥.ii. Spodii, ſeminis acetoſæ: ana: ℥.i. Repone poſtq̃ cõfectũ eſt, ī uaſe uitreo: & da, a. ℥.ii. uſq; ad. iii. cũ aqua frigida, & rob citri, aut ribes: aut aliquo taliũ. XXXVI.

Confectio alia Galeni: & eſt confectio de acetoſis: &c.

REcipe Xyloaloes, cubebæ: ana. ʒ.iiii. Roſæ, coralli rubei, margaritarũ albarũ, ſandali citrini, faufel: ana. ʒ.ii. Berberi, ſemis cucumeris, cucurbitæ, citrulli, & melonis: ana. ʒ. iiii. Spodii, charabe, gũmi tragacãthi: ana. ʒ.iii. Bolliarmeni: ʒ.ii÷. Semis acetoſæ: ʒ.iiii. Semis portulacæ, & bugloſſæ: ana. ℥.iii÷. Camphoræ: ℈.i. Confice cum rob citri, aut rob acreſtæ. Doſis eius eſt: a. ʒ.ii. uſq; ad. iiii. cũ aqua frigida.

XXXVII.

¶ Confectio de Prunis:&c.

ACcipe Carniũ prunorũ nigrorũ, oblógorũ, & muzorũ, accedentiũ ad dulcedinẽ, & elixorũ in aqua, ĩ qua prius portulaca elixata fuerit: lib.ii. Zucchari albi: lib.ii÷. Aq̃ uiolarũ: lib.i. Decoq̃ cũ facilitate, uſq; ad ſpiſſitudinẽ. Recõde ĩ uaſe uitreo: & da aur̃.iiii.uel.vi.

XXXVIII.

¶ Electuarium de Sorbis:&c.

ACcipe Carniũ ſorborũ ĩmaturorũ, uicinorũ maturitati, & elixatorũ in aq̃ ĩ qua roſæ prius decoctæ fuerit & cortices granatorum: lib. iii. Mellis, aut Zucchari: lib.ii÷. Coquatur uſq; ad ſpiſſitudinẽ, & recõde ipſm in uaſe: & da.ʒ.i.

INCIPIT SECVNDA PARS DISTINctionis Primæ: q̃ eſt de antidotis amaris magnis.

XXXIX.

¶ Theriaca diateſſaron:&c.

REcipe Gentianæ, baccarũ lauri, myrrhæ, ariſtolochiæ rotũdæ: ana. Cõfice cũ melle dſpumato. Doſis eius ẽ: ab aur̃.÷.uſq; ad aur̃.i.

XL.

¶ Triphera Saracenica magna:&c.

REcipe Omnium myrobalanorum: ana.ʒ.v. Cinnami, trium piperũ, ſecacul, folii, ſpicæ, utriuſq; cardamomi, caſiæ, ſeitaragi indi, cyperi, apii: liguæ auis, gariofili, been albi, & rubei, zizziberis: ana.ʒ.ii. Nucis muſcatæ, macis, ſeſami excorticati: ana.ʒ.iii. Amygdalarũ dulciũ, & amararũ: ana.ʒ.v. Ligni aloes, rheubarbari, ſeminis fœniculi, maſticis: ana.ʒ.ii. Alſelengemiſch, mentæ ſiccæ, origani, perſici: ana.ʒ.i÷. Fricẽtur myrobalani, cũ butyro uaccino: & cæteræ ſpẽs, cum oleo amygdalino: & confice, cũ melle, quãtũ ſufficit. Doſis eius eſt: a.ʒ.i÷.uſq; ad.iii. Et ſunt qdã, qui addunt in cõfectione turbith: ʒ.xv. Et ſunt qui aromatizãt iſta, cum Muſci: ʒ.unius quarta.

XLI.

¶ Triphera Muſcata: quã fecit Alcanzi:&c.

REcipe Myrobalanorũ chebulorũ, nigrorum, emblicorũ, & bellericorũ, piperis, macropipis, ziziberis, cyperi, caſiæ ĩdæ, ſpicæ: ana.ʒ.v. Seminis anethi, ſemis porri: ana.ʒ.ii. Semis bauciæ, roſarũ, cinami, nucis muſcatæ, gariofili: ana.ʒ.i÷. Macis, heil, galliæ, ligni aloes crudi, muſci: ana.ʒ.i. Granorũ naſturtii: ʒ.x. Cõfice cũ melle deſpumato: & da: a.ʒ.ii. uſq; ad.iiii. Et q̃nq; ponũtur in ea Scoriæ ferri nutritæ: ʒ.ii.

XLII.

¶ Triphera Galeni:&c.

REcipe Omnium myrobalanorum: ana.ʒ.x. Zinziberis, maſticis, cinnami, gariofilorum:

ana.ʒ.vi. Galãgæ, marathri, aniſi, apii, ãmeos, ſpicæ, aſari, croci: ana.ʒ.iiii. Coſti, piperis nigri, & longi, caſiæ: ana.ʒ.iii. Nucis muſcatæ, macis, cardamomi maioris, & minoris, calami aromatici, ligni aloes: ana.ʒ.ii. Tudei albi, & rubei, aiuſulſumẽ, cyperi: ana.ʒ.iii. Ambræ: ʒ.i. Muſci: ʒ.unius partes tres. Fricẽtur myrobalani cũ oleo amygdalarũ dulciũ. Et cõfice oia cũ melle deſpumato. Et Galenus q̃dem q̃nq; addidit ſcoriã ferri nutritã in aceto uini ſecũdũ mẽſurã medicinarũ omniũ. Et q̃nq; ſecũdũ medietatẽ earum. Doſis eſt: a.ʒ.i.uſq; ad.ii.

XLIII.

¶ Triphera maior ex arte Fenonis:&c.

REcipe Myrobalanorũ chebulorum, indorum, bellericorum, emblicorũ, nucis muſcatæ: ana: ʒ.v. Naſturtii aſſati, origani perſici, piperis, olibani, ãmeos, zinziberis, charmezith, ſpicæ, ſq̃nãti, cyperi: ana.ʒ.iiii. Scoriæ ferri nutritæ, in aceto diebus.v. & aſſatæ: ʒ.xx. Myrobalani aſſentur cũ butyro uaccino: & inuoluãtur cæteracũ oleo amygdalarum dulciũ: & aromatizẽtur cũ muſci.ʒ.i. Et cõfice cũ melle deſpumato: & da poſt ſex mẽſes. Doſis ẽ: a.ʒ.i.uſq; ad.iii.&c.

XLIIII.

¶ Triphera minor deſcriptiõe cognita &c.

REcipe myrobalanorum chebulorũ, indorum, bellericorũ, & emblicorũ: ana ptes æquales. Inuoluãtur butyro uaccino: & frigãtur. Et cõficiãtur cũ melle emblicorum: & aromatizẽtur cũ muſci: ſemioctaua unius partis. Et in deſcriptione alia: Cyperi, olibani, naſturtii aſſati: ana ſextã prẽ unius ptis. Et apud alios Scoriæ ferri nutritæ: partes.iii. Et eſt bonum, & expertum.

XLV.

¶ Diacurcuma maior:&c.

REcipe Croci, aſari, petroſelini, dauci, aniſi, ſemis apii: ana.ʒ.iiii. Raued ſeni, phu, meu, ſpicæ: ana.ʒ.vi. Coſti, myrrhæ, caſiæ, ſq̃nãti, carpobalſami, rubeæ tinctorũ, ſucci abſinthii, ſucci eupatorii, olei balſami: ana.ʒ.ii. Calami aromatici, cinamomi: ana.ʒ.i÷. Scordeõ, ſcolopẽdriæ, ſucci liqritiæ: ana.ʒ.ii÷. Tragacãthi: ʒ.i. Confice cũ melle deſpumato. Doſis eius eſt: a.ʒ.i.uſq; ad.iii.

XLVI.

¶ Diacurcuma minor:&c.

REcipe Spicæ, myrrhæ, caſiæ, croci, floris ſq̃nanti, coſti, cinamomi: ana. Cõfice cum melle deſpumato: & eſt bona & experta.

XLVII.

¶ Diamoruſia:&c.

ACcipe Croci, acori: ana.ʒ.ii. Myrrhæ: ʒ.iii. Baccarum lauri: ʒ.ii÷. Dauci, cinna-

mi, caſiæ, cymini carmeni, carpobalſami, florum ſquinanti, ſeminis apii, aniſi, cordumeni, ſpicæ, mentæ ſiccæ, marmacur, ammeoa: ana ʒ.i. Coſti, trium piperum: ana. ℥.÷. Confice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt: a. ʒ. una, uſque ad duas.

XLVIII.

ℭ Dialacca magna: &c.

Recipe Laccæ ablutæ, raued ſeni: ana. ʒ.iii. Spicæ aromaticæ, maſticis, ſeminis apii, ſquinanti, abſinthii, ſucci eupatorii, ammeoa, ſauinæ, amygdalarum amararum, coſti, myrrhæ, rubeæ tinctorum, ſeminis fœniculi, aniſi, aſari, ariſtolochiæ, gentianæ, croci, cinnamomi, hyſopi ſiccæ, caſiæ, cimarũ ſquinanti, bdellii: ana. ℥.i÷. Piperis, zinziberis: ana. ʒ.i. Infunde myrrham, & bdellium in uino: & cætera tere: & cõfice cum melle deſpumato. Doſia eius eſt: ab aur̃.i. uſq; ad duos.

XLIX.

ℭ Dialacca minor: &c.

Recipe Laccæ ablutæ, croci, coſti, florum ſquinanti, rubeæ tinctorũ, ariſtolochiæ rotundæ, liquiritiæ, piperis: ana. ℥.i÷. Raued ſeni: ʒ.iii. Myrrhæ, bdellii: ana. ʒ.i. Confice ut primum.

L.

ℭ Confectio de Raued ſeni: &c.

Recipe Raued ſeni, ſucci eupatorii, ſucci abſinthii: ana. ʒ.v. Fumi terræ, ſpicæ, aniſi, cimarũ ſquinanti, ſeminis apii, aſari, caſiæ, amygdalarum amararum excorticatarum: ana. ʒ.÷. Myrrhæ, croci: ana. ʒ.i. Confice cũ melle deſpumato.

LI.

ℭ Diacoſtum: &c.

Recipe Coſti amari, caſiæ, cinnami: ana. ʒ.v. Semis apii, aniſi, cimarũ ſqnãti, & raued ſeni: ana. ʒ.iii. Aſari. ʒ.iiii. Croci, ariſtolochiæ, myrrhæ: ana. ʒ.ii. Mellis: quantũ ſufficit.

LII.

ℭ Confectio electuarii ex inuẽtione nr̃a: &c.

Recipe Ligni aloes, ſpicæ, galliæ muſcatæ, cyperi, calami aromatici: ana. ℥.ii. Cymini carmeni infuſi in acero die ac nocte, & aſſati: ʒ.iii. Seminis porri torrefacti: ʒ.i÷. Emblicorum, & bellericorum infuſorũ in ſucco cytoniorũ, & toſtorũ, nucis muſcatæ: ana. ʒ.ii÷. Granorũ naſturtii toſtorũ: ʒ.vi. Granorũ paſſularum: ℥.v. Granorũ myrti tritorũ ſicut alcohol: ʒ.xxvi. Balauſtii, conchularum aduſtarum, olibani, fructus tamariſci: ana. ʒ.ii÷. ammeos: ʒ.iii. Tere oia: & frigãtur in uino odorifero, & exiccentur: & frigantur iterũ in aqua cytoniorũ: aut aqua granorũ myrti, & exiccentur. Deinde dimitte ſiccari ſuper naſe uitreo: & iterum terantur ſicut alcohol: & inuoluãtur in miua aromatica. Et ſit doſis: ʒ.iii. cum ſyrupo de cytoniis, aut myrtino.

LIII.

ℭ Electuarium confortans ſtomachum: &c.

Recipe Granorum myrti tritorũ ſicut puluis alcohol: ʒ.xii. Roſarum, ſpodii, ſumach, trium ſandalorum, balauſtii, gũmi arabici aſſi: ana. ʒ.i÷. Granorum granatorũ aſſatorum: ʒ.vii. Coriandri infuſi in aceto, & aſſati: ʒ.iiii. Seminia acetoſæ, ſeminis plantaginis, ſeminis roſarum: ana. ℥.ii. Fiat omnium contritio bona: & frigãtur cum ſucco acreſtæ: uel ſucco myrti: & aceto: & ſiccẽtur. Deinde inuoluãtur in miua acetoſa: Et ſit doſis eius: a. ʒ.ii. uſq; ad.iii. cũ ſyrupo acetoſorũ cytoniorum,

LIIII.

ℭ Modus confectionis Alcanzi: &c.

Recipe Roſarum, coſti, ſpicæ: ana. ʒ.iiii. Fiorum alkilik: ℥.i. Nucis muſcatæ, calami aromatici, gariofilorũ, macia, cardamomi: ana. ʒ.iii. Cyperi: ʒ.xii. Trium piperum: ana. ʒ.iii÷. Zinziberis: ʒ.ii. Myrobalani indi, emblici: & bellerici: ana. ʒ.vi. Granorum myrti: lib.i. Balauſtii, thuris, corticũ citri, fructus tamariſci: ana. ʒ.iiii. Bulliant cũ bono uino antiquo, bullitione una: & exiccentur. Deinde bulliant cũ ſucco cytoniorum bullitione alia: & exicca ĩ uaſe terreo uitreato. Et tere oia ſicut alcohol: & confice cum miua. Et da: ʒ.ii. cum ſyrupo cytoniorum.

LV.

ℭ Confectio de Aſſa: &c.

Recipe Aſſæ, piperis, myrrhæ, foliorũ rutæ ſiccorũ: ana partes æquales. Cõfice cũ melle deſpumato. Et eſt doſia a. ʒ.i. uſq; ad aur̃. I. Et proprie cum oxymelle in febre: per unam horam ante periodum. Et uenenoſis morſibus cum uino calido.

LVI.

ℭ Confectio Anacardina: & eſt confectio ſapientum: &c.

Recipe Piperis, macropiperis, myrobalanorum chebulorũ, emblicorum, bellericorum, & indorũ: & ium de beduſt: ana. ʒ.ii. Coſti, anacardi, zucchari tabarzeth, burungi, baccarum lauri: ana. ʒ.vi. Cyperi: ʒ.iiii. Tere anacardos per ſe: deinde medicinas alias. Et confice cũ butyri uaccini, & mellis prius bullitorum quantitate æquali. Et da poſt ſex mẽſes. Doſis eius eſt: ʒ.ii. cum aqua fœniculi, & apii. Caueat ſumẽs a labore, ira, coitu, & ebrietate.

DISTINCTIO SECVNDA
eſt de medicinis opiatis.

LVII.

¶ Côfectio Philonii ex inêtione propria:&c.

Recipe Piperis albi, hyoſcyami albi: ana. ℨ. xx. Opii: ℨ.x. Croci: ℨ.v. Spicæ, Pyrethri, caſtorei: ana. ℨ.i. Confice cû melle deſpumato: quod ſit quadruplû pôderis omniû. Dosis eius ſit, ſicut cicer, aut faba parua: cû eo, quod conuenit ex potibus. Et ſunt qui ponût muſci. ℨ. unius tertiam. Et eſt ſublime.

LVIII.

¶ Confectio Philonii, deſcriptione Hamech filii Zachariæ:&c.

Recipe Nigellæ, caſtorei, piperis, ameos, baccarum lauri, cymini, foliorum rutæ, calamenti, opii, hyoſcyami, corticû mandragoræ: ana partes æquales. In alio. Opii: partes duas: croci: partem unâ. Confice cû melle deſpumato. Dosis eſt: a. ℨ.ii. uſq; ad au℥.ii.

LIX.

¶ Sagzenea experta:&c.

Recipe Caſtorei, myrrhæ, opii, piperis, macropiperis, galbani, coſti, cinnamomi, phu, meu, dauci, aſari, croci: ana partes æquales. Confice cû melle deſpumato. Dosis eius eſt: au℥.i. Et ſunt qui conficiunt cum rob.

LX.

¶ Athanaſia magna:&c.

Recipe Croci, opii, myrrhæ, caſtorei, hyoſcyami albi, coſti, cordumeni, ſemia papaueris nigri, ſpicæ, eupatorii, hepatis adib, & cornu dextri de cornibus capræ: ana partes æquales. Terantur teren da: cætera liqueſiât in uino: & côfice cû melle deſpumato: & da poſt ſex mêſes. Dosis eſt: ab au℥.÷. uſq; ad au℥.i. cû uino ſuaui, & dulci: aut cum rob, & ſucco Endiuiæ, & apii.

LXI.

¶ Dia ſulphur:&c.

Recipe Piperis albi, & longi: ana. ℨ.vi. Sulphuris citrini, thuris, meu, hyoſcyami albi, myrrhæ, ſtoracis, cordumeni: ana. ℨ.viii. Rutæ, coſti: ana. ℨ.v. Opii, mandragoræ: ana ℨ.iii. Croci: ℨ.ii÷. Caſiæ: ℨ.vi. Confice cû melle deſpumato: & utere poſt ſex menſes.

LXII.

¶ Confectio de ſtorace:&c.

Recipe Storacis liquidæ, opii, aſari, ſemis hyoſcyami albi, caſtorei, croci, myrrhæ, olibani: ana ptes æquales. Mellis: q̃tû ſufficit.

DISTINCTIO TERTIA EST
de medicinis ſolutiuis.

LXIII.

Tertia diſtinctio eſt de medicinis ſolutiuis: & ſunt quædam ex eis aloeticæ:&c.

LXIIII.

¶ Hiera picra Galeni: nomen habet amaritudinis:&c.

Recipe Cinnamomi, maſticis, aſari, ſpicæ nardi, carpobalſami, croci, xylobalſami caſiæ: ana partes æquales. Et quidâ addiderunt ſlorum ſquinanti: partem unam. Et quidâ addiderunt abſinthium. Et alii, alia. Aloes autem, ſit duplum ponderis omnium.

LXV.

¶ Hiera hermetis: & eſt hiera luſ:&c.

Recipe Aloes: ℥.i. Trociſcorû alandahal: au℥.viii. Turbith, agarici, luſ utriuſq; ſicci, ireos, ſerapini, myrobalanorum citrinorû, chebulorum, & indorum: ana. ℨ.i÷. Zinziberis, cinnamomi, maſticis, bdellii, hellebori nigri, euphorbii, aſari, caſiæ ligneæ, ſalis indi, caſtorei, croci, apii, cheiſim, ſemis mezereô, ſtichados: ana. ℨ.i. Squillæ aſſatæ: ℨ.ii÷. Scamoneæ bonæ: ℨ.ii. Fiat oîum côtritio bona. Gûmi aût ponâtur in uino odorifero. Et inuoluatur pului in ſucci cucumeris aſinini quâtita te, qua bene inuoluatur: & exiccetur. Et iterû denuo inoluatur in prædicto ſucco, & pauco oleo nucum: & iterû ſiccetur. Et côficiatur totum, cû mellis deſpumati quâtitate, qua ſiat totum ſicut paſta: & detur poſt ſex menſes. Dosis eſt: a. ℨ.i. uſq; ad. ii.

LXVI.

¶ Confectio hieræ Archigenis:&c.

Recipe Pulpæ coloquintidæ: ℨ.xxii. Praſſii, ſtichados, hellebori nigri, chamædryos, ſcammoneæ, leucopiperis, macropiperis: omniû, ana. ℥.ii. Cæpæ muria aſſatæ, euphorbii, aloes, croci, gêtianæ, petroſelini, ammoniaci, opopanacis: omnium, ana. ℥.i. Polii, cinnamomi, ſerapini, myrrhæ, ſpicæ, ſquinanti, calamenti montani, Ariſtolochiæ rotûdæ: omniû, ana. ℨ.ii. mellis quantû ſufficit. Et ſit doſis au℥.iiii. Cum decoctione epithymi, & paſſularum mundatarum.

LXVII.

¶ Hiera Archigenis, deſcriptione Pauli.

Recipe Praſſii, agarici, chamædryos, pulpæ coloquintidæ, ſtichados: omniu, ana au℥.xx. Opopanacis, ſerapini, petroſelini, ariſtolochiæ rotûdæ, Pipis albi: oium, ana au℥.v. Cinamomi, ſpicæ, polii, croci: ana au℥.iiii. Tere ex medicinis, q̃ ſicca ſunt: & gûmi côquaſſa, & iſundei melle: & pmiſce. Et ſit doſis: au℥.iiii. Cû ſalis triti pondere. ℨ. unius: & aqua mellis.

LXVIII.

¶ Hiera diacoloquintidos, inuentione Ruffi:&c.

RECipe Stichados, Agarici, chamædryos: ana.ʒ.x. Coloquintidæ bonæ & electæ: ʒ.xx. ((Et in alio, loco coloquintidæ:troci ſcorum alandahal: ʒ.xxv.)) Serapini, Opopa nacis: ana.ʒ.viii. Petroſelini, Ariſtolochiæ rotundæ, Piperis: ana.ʒ.v. Caſiæ: ʒ.vii. cin namomi, croci, Spice, myrrhæ, Polii: ana ʒ.iiii. Myrrham in uino infunde: & medici nas tere:& confice cum melle deſpumato.

LXIX.

¶ Hiera, inuentione noſtra:&c.

RECipe Aloes bonæ: ʒ.xv. Epithymi, co ſti: ana. ʒ.v. Euphorbii, croci, ſpicæ, chamædryos: ana.ʒ.vi. Agarici: ʒ.ix. Gario filorum: ʒ.ii. calami aromatici, maſticis, ca ſiæ: ana.ʒ.viii. Xylobalſami: ʒ.iiii. Piperis al bi,& nigri, Gentianæ, Amomi: ana.ʒ.iii. Scãmoneæ coctæ in pomo: ʒ.ii. mellis quan tum ſufficit. Doſis eſt: aur.i.

LXX.

¶ Diaſiracoſt, deſcriptione Irani, quæ eſt medicina benedicta:&c.

RECipe Aliſiracoſt boni,& recentis: ℥.iiii. Tamarindorum cheiton: ℥.vi. medul læ caſiæ: ℥.iiii. Zucchari uiolati: ℥.xvi. Suc ci apii, Succi malorum dulcium,& acetoſo rum & muzorũ,& Succi acetoſitatis citri: ana ℥.iii. Diſſoluantur ſiracoſt,& tamarindi,& ca ſia fiſtula, in ſuccis iam dictis, prius tamen depu ratis. Deinde cola,& munda a ſordibus,& im puritatibus. Deinde accipe radicum endiuiæ, & apii: ana.℥.iii. Foliorum lupuli, capillorũ ueneris: ana.℥.ii. Prunorum ſiccorum: cen tum numero. Violarum: ℥.i÷. Roſarũ: ℥.i. Spicæ: ʒ.iii. Decoquantur hæc in tribus libris aquæ fontis, uſq; ad lib.i÷. Et cola:& exprime. Deinde in ipſa decoctione proiice Zucchari ta barzeth lib.iii. Aceti boni: lib.i. Et coque ebul litione una. Deinde proiice ſuper illud colatu ram priorum:& coque, dum mellis habeat ſpiſ ſitudinem. Vltimo uero proiice in medicami ne Sandali citrini, Roſarum, Spodii, cha rabæ, Berberi, Seminis portulacæ, ſeminis acetoſæ,& ſeminum communium.ſ.melonis, citrulli, cucumeris,& cucurbitæ: ana.ʒ.iii. li gni aloes: ʒ.iiii. cubebæ: ʒ.v. caphoræ: ʒ.i. Repone in uaſe uitreato. Eſt enim medicamẽ nobile. Doſis eius eſt: ab.ʒ.i. uſq; ad duas: cum aqua frigida:& hoc in æſtate æſtiua.

LXXI.

¶ Triphera Perſica:&c.

RECipe ſuccorum ſolatri, Endiuiæ,& apii depuratorum: ana lib.ii. Succi lupuli: lib.i. Et proiiciantur ſuper eos Violarum ſic carum, aut uiridium,& Roſarũ: ana.ʒ.iii. Fol liculorum ſenæ: ℥.ii. Agarici: ℥.i. Prunorũ damaſcenorum pinguium: quinquaginta nu mero. Cuſcutæ: ℥.÷. Spicæ aromaticæ: ʒ. iii. Bulliant ſuper prunas cum facilitate, uſq; dum remaneant lib.ii. Et proiiciantur ſuper illa Epithymi boni,& mundi: ʒ.xl. myroba lanorum citrinorum, chebulorum,& indo rum, in oleo amygdalarum dulciũ inuoluto rum: ana. ℥.ii. Et bulliant bullitiõe una:& de ponantur ab igne:& colentur. Et diſſoluantur in una parte iſtius colaturæ tamarindorum bo norum,& recentium: ℥.iii. mannæ: ℥.i÷. Pulpæ caſiæ: ℥.iiii. zucchari uiolati: ℥.xii. Coletur totum:& mundetur a granis,& ſordi bus ſuis. Et in altera parte ipſius colaturæ proii ciantur zucchari tabarzeth: lib.iii. Aceti ui ni: lib.i. Coquantur cum facilitate. Deinde quod diſſolutum eſt in prima parte dictæ cola turæ proiiciatur ſuper:& ſimul in unũ coquá tur, uſq; ad mellis ſpiſſitudinem. Vltimo uero puluerizentur raued boni: ʒ.ii. myrobala norum citrinorum: ʒ.i÷. chebulorũ, indo rum: ana.ʒ.viii. bellericorum, emblicorum: ana.ʒ.iiii. granorum fumi terræ, trociſcorũ diarhodon, macis, maſticia, cubebæ, ſpo dii, Sandali citrini: ana.ʒ.ii. Quatuor grano rum: ana.ʒ.ii÷. aniſi: ʒ.iiii. ſpice: ʒ.ii. Inuol uantur in oleo uiolato:& proiiciantur in illud totũ. Quod cõfectum: repone in uaſe uitreo: & da cũ aqua frigida:& ſucco endiuiæ: aut ſuc co ſolatri. Doſis eius eſt: ℥.i.

LXXII.

¶ Confectio electuarii albariſ:& eſt electua riũ boni ſaporis: qđ cõpoſuimus nos:&c.

RECipe myrobalanorum citrinorum,& chebulorum,& indorũ: ana partes æqua les. Tere,& cribrella:& accipe olei amygdala rum: quãtum ſufficit. Et infunde ſuper ipſos: & frica manibus. Et hoc facias tribus diebus, in ſole. Et dum iugiter exiccatur: ſemp ſuper infunde oleum. Deinde quantitatẽ zucchari albi ſufficientem, in decuplo ipſius aquæ fon tium diſſolue:& cum ea aqua miſturam prædi ctam continue triduo tere: ſemper in eam pa rum de ipſa aqua infundendo. Et hoc facies, ut myrobalanorum amaritudo ceſſet. Deinde fac in umbra ſiccari Deinde accipe ex hoc to to: ʒ.xv. Turbit boni: ʒ.vi. Aniſi, maſticis: ana.ʒ.ii. Spicæ: ʒ.i÷. Violæ ſiccæ: ʒ.vii. ſe minis apii: ʒ.ii÷. nabet,& zucchari albi: ana. ʒ.x.

ʒ.x. Confice cum melle deſpumato: & ſit doſis: ʒ.iii. cum aqua calida.

LXXIII.

℄ Cōfectio alia electuarii alharif boni ſaporis quod etiam compoſuimus nos: &c.

ACcipe myrobalanorum chebulorū, & nigrorum: ana partes tres. Emblicorum, & bellericorum: ana partem .i÷. Citrinorū: partes duas. Tere, & cribrella. Et iuxta modū ſuperioris doctrinæ, in eorū rectificatione opus eſt obſeruandum. Deinde accipe ex hoc toto: ʒ.xviii. Turbith albi, & mundi: ʒ.vii. Zinziberis, heil, maſticis, cinnamomi boni, ligni aloes, gariofilorum, piperis, cubebæ, galāgæ, macis, ſeminis apii: ana. ʒ.i÷. Spicæ: drachmæ unius partes duas. Pinearū mundatarū, zucchari tabarzeth, & naber: ana. ʒ.xii. Confice cū melle deſpumato. Et ſit doſis eius: ʒ.iii. cum aqua calida.

LXXIIII.

℄ Confectio electuarii Indi maioris: &c.

REcipe Cinnami, gariofili, ſpicæ, roſarū, caſiæ, macis, cyperi: ana. ʒ.iiii. Sandalorum citrinorum: ʒ.ii÷. Ligni aloes, nucis muſcatæ: ana. ʒ.ii. Turbith boni albi, & gūmoſi, & arundinei: ʒ.l. Zucchari, & penidiarū: ana ʒ.xx. Galangæ, heil, cardamomi, aſari, maſticis: ana. ʒ.i÷. Scammoneæ bonæ, & decoctæ in pomo: ʒ.xii. Omnia cum oleo amygdalino fricētur. Deinde accipe Succi cytoniorum, & granatorū, ſucci apii, & fœniculi: ana lib.÷. Decoque cū melle, ad ſpiſſitudinē: & cōfice cum ſpeciebus. Doſis eius eſt: aur. iii.

LXXV.

℄ Electuarium Indum minus: &c.

REcipe Turbith: ʒ.c. Zucchari tantūdē. macis, piperis, zinziberis, gariofilorum, cinnami, heil, nucis muſcatæ: ana. ʒ.vii. Scāmoneæ: ʒ.xii. Confice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt: aur. iii.

LXXVI.

℄ Confectio de dactylis: & eſt Diaphinicon: quam ſcripſit filius Zezar: &c.

REcipe Dactylorum cheyron infuſorū in aceto tribus diebus, & noctibus: ptes cētum. Penidiarum ſahiri: partes, quinquaginta amygdalarum purgatarū: partes triginta. Turbith: partes .xxxv. ((Scāmoneæ: in aliquibus libris, partes duodecim: & in aliquibus, partes uiginti duas,)) Zinziberis, piperis longi, foliorum rutæ ſiccorū, cinnami, macis, ligni aloes, aniſi, fœniculi, dauci, galangæ: ana ptes ii÷. Et fiat omnium contritio bona. Et cōfice cum melle deſpumato: quātū ſufficit. Eſt enim medicina mirabilis. Doſis eſt: ab aur. iii. uſq; ad ſeptem.

LXXVII.

℄ Modus electuarii de pſyllio: &c.

REcipe Succi bugloſſæ domeſticæ, & ſyluestris, & ſucci endiuiæ, & ſucci apii coctorum, & deſpumatorum: ana lib. ii. Et proiice ſuper ipſos Cuſcutæ, aniſi, foliculorū ſenæ: ana ℥.÷. Capillorum ueneris: manipulū .i. Succi fumiterræ: ℥.iii. Aſari: ʒ.iiii. Spicæ: ʒ.ii. Et dimitte die, ac nocte: & bulliāt bullitione una. Et proiiciantur ſuper ea Violarum uiridiū, uel ſiccarum: ℥.iii. Epithymi: ℥.ii. Et bulliāt adhuc alia bullitiōe parua. Deinde coletur totū: & exprimatur: & in colatura ponantur Pſyllii: ℥.iii. Et dimittatur per diē, ac noctē: omni hora tñ agitando illud, cū ſpatula. Deinde exprimatur uiſcoſitas eius tota. Dein de accipiantur huius uiſcoſitatis: lib. iiii. Et proiiciātur ſup eā Zucchari albi: lib. ii÷. Scāmoneæ coctæ ī pomo: ℥.iii÷. Et coquatur totū cū facilitate: poſt quā coctū fuerit, proiiciantur ſup ipm Trociſcorum diarhodon, trociſcorū de ſpodio, & raued ſeni: ana. ℥.i. Trociſcorum de berberis: ℥.÷. Doſis eius eſt: a. ʒ.iii. uſq; ad aur. iii. Et uocauit Hamech cōfectionē hanc, electuariū trociſcatū. Sunt alii q addūt aceti: lib. i÷. Et alii addūt ſucci uiolarū: lib. i. Et eſt medicamē nobile.

LXXVIII.

℄ Electuarium Eleſcoph: &c.

REcipe Scammoneæ antiochenæ bonæ, turbith albi: ana. ʒ.vi. Gariofilorū, cinnami, zinziberis, emblicorum, nucis muſcatæ, polypodii: ana. ʒ.ii÷. Zucchari albi: ℥.vi. Cōfice cum melle deſpumato. Doſis eius eſt: ab aur. ii. uſq; ad. iiii.

LXXIX.

℄ Confectio medicaminis: quod ſcripſit Hamech: &c.

REcipe Myrobalanorum citrinorū: ℥.iiii. Chebulorum, & nigrorum, rheubarbari boni: ana. ℥.ii. Agarici, coloquintidæ, polypodii: ana. ʒ.xviii. Abſinthii, haſce, ſenæ: ana ʒ.vi. ((Violarū: ℥.i÷. Epithymi: ℥.ii. Aniſi: roſarum, fœniculi: ana. ʒ.vi.)) Succi fumiterræ: lib. i. Prunorum numero: lx. Paſſularum enucleatarū: ℥.vi. Infundātur oia in aquæ caſei quātitate ſufficiēti: & ponātur in uaſe uitreato ſtricti orificii: & obturetur os eius: & dimittatur p dies qnq;. Demū bulliāt bullitione una: poſtmodū colentur. Et in una parte cōpetenti ipſius colaturæ, diſſoluātur Caſiæ fiſtulæ mundæ: ℥.iiii. Tamarindorū: ℥.v. Terenlabin: ℥. ii. Fricētur manibus, & colētur. Et in alia par-

te dictæ colaturæ diſſoluatur zucchari boni, et albi: lib. i ÷. Et coq̃tur uſq; dū mellis hẽat ſpiſſitudinē. Hic ſupponatur q̃d colatū ē ex caſia, tamaridis, & tereniabi: & coq̃tur. Deīde pulueriʒetur ſup illud Scāmoneæ bonæ. ℥. i ÷. Myrobalanoꝝ citrinoꝝ, chebulorū, & idorū: ana. ℥. ÷. Bellericoꝝ, ẽblicoꝝ, rheubarbari electi, ſeminis fumiterræ: ana. ʒ. iii. Aniſi, ſpicæ: ana. ʒ. ii. Doſis eius ē: a. ʒ. ii. uſq; ad au. ii. LXXX.

¶ Confectio alia Hamech: &c.

Recipe Myrobalanorū nigrorū chebuloꝝ & indorū, epithymi: ana. ʒ. l. Fumiterræ, abſinthii: ana. ʒ. xx. Haſce, calamēti, polypodii, agarici, liqritiæ, bugloſſæ: ana. ʒ. x. Stichados, chamædryos, chamæpithyos, bedegard, aniſi: ana ʒ. v. Prunorū, iuiubarū, ſebeſtē: ana nūero. lxx. Paſſularū enucleatarū: lib. i. Coquātur ī aq̃ ſufficiēti, uſq; ad. iii. prē: & pone i ea rob: lib. ii. Mellis: lib. i. Scāmoneæ. ℥. ii. Coquātur cū facilitat uſq; ad mellis ſpiſſitudinē. Doſis eius ē: a. ʒ. iii. uſq; ad vi. LXXXI.

¶ Modus electuarii roſati: &c.

Recipe Succi roſaꝝ rubeaꝝ cōpletarū: lib. iiii. Zucchari tabarzet: lib. i ÷. Tereniabin puri: & recētis: ℥. vi. Scāmoneæ antiochenæ: ℥. i ÷. Coquātur oīa cū facilitate, ſup ignē: q ſit ſicut cādela: uſq; dū mellis habeat ſpiſſitudinē. Deinde proiice ſup illud Trociſcoꝝ de ſpodio ℥. l. Galliæ, croci: ana. ʒ. ii. Trociſcorum de berberis: ʒ. iiii. Repone in uaſe uitreo: Doſis eius eſt: ʒ. v. LXXXII.

Cōfectio alfeſceræ: quā ſcripſit dmocritus: &c.

Recipe Radicis alfeſceræ mūdaræ, & cōtritæ: lib. ÷. Mellis paſſularū: lib. iiii. Sqllæ aſſatæ, pinearū mūdatarū: ana. ℥. i ÷. Nucis muſcatæ, cordumeni, macis, ziziberis: ana. ʒ. ii. Gariofilorū, pipis lōgi: ana. ʒ. i ÷. Seſeleos, ſalis gēmæ, galliæ: ana. ʒ. i. Spicæ. ʒ. ÷. Agarici: ʒ. iii. Stichados: ʒ. i ÷. Doſis eius eſt: a. ʒ. ii. uſq; ad. v. Da poſt ſex mēſes. LXXXIII.

¶ Cōfectio Mānæ: ex inuentione Galeni: &c.

Recipe Mānæ puræ, & recētis: lib. l. Scāmoneæ antiochenæ: ℥. i. Diſſoluatur manna cū ſucco roſarū rubeaꝝ: & ſit ſucci q̃tiras cōueniēs: uidelicet circiter lib. i. Et coquatur cū facilitate: donec habuerit ſufficiētē coctionē. Deinde pone ſup illud Maſticis: ʒ. iii. Et da. ℥. ÷. &c. LXXXIIII.

¶ Confectio Almezereon, ex inuentione noſtra: quod eſt medicamen benedictum: &c.

Recipe Foliorū almezereō ꝑparatorū: partes. x. Carniū cytonioꝝ elixatorū i aceto uini, & zucchari tabarzeth: ana partes. lxxx. Aquæ caſei infuſionis agarici: ptes. xxx. Tereniabin: partes. xl. Olei almezereon: partes. xii. Diſſoluantur zuccharum, & tereniabin, i aqua caſei prædicta: & miſceantur cum carne cytoniorum: & coquātur cum facilitate: uſq; dum mellis habeant ſpiſſitudinē. Et inuoluatur puluis foliorum almezereon, cū oleo iam dicto: & conficiatur cum eis. Et ſit doſis eius. ʒ. iiii.

LXXXV.

¶ Modus confectionis Alſcebram: & c.

Recipe Alſcebram boni & electi: ℥. l. Myrobalanorum citrinorum: ℥. ii. Puluerizentur: & cribrellentur: & proiiciatur ſup eorum ſummam Succi fœniculi humidi quantitas: quæ cooperiat. Et pone in ſole diebus quinq;: ſemper innouando modice ſtillationē ſucci ſuper eos. Deinde dimitte ſiccari & repone in uaſe uitreo. Et eſt doſis: a. ʒ. i. uſq; ad. ii. cum zuccharo & aqua calida.

LXXXVI.

¶ Modus confectionis de Eupatorio: &c.

Recipe Succi eupatorii, raued boni: ana. ʒ. iiii. Laccæ, ſeminis cuſcutæ: ana. ʒ. iii. Croci, cimarum ſquinanti, ſeminum citrulli, cucumeris, & portulacæ, ſucci abſinthii: ana ʒ ii. Scāmoneæ coctæ in cytoniis: ʒ. ii ÷. Fiat omnium cōtritio bona. Et ſit doſis eius au. l. cum lacte chamelarum: aut aqua caſei. Et ſi illic eſt caliditas: cum ſucco ſolatri, endiuiæ, & uolubilis. LXXXVII.

¶ Alchelengi: & eſt medicamē magnum: &c.

Accipe Succi uolubilis, ſucci endiuiæ, & ſucci apii purgatorum: ana lib. iiii. Proiice ſuper eos myrobalanorū citrinorū, chebulorum: ana. ʒ. xii. Emblicorū: ʒ. l. indorum, bellericorum: ana. ʒ. viii. Agarici: ʒ. x. Abſinthii, cuſcutæ, radicis apii, radicis fœniculi, aniſi: ana. ʒ. iiii. Ireos: ʒ. x. Paſſularū enucleatarū: ʒ. lxxx. Bulliant cum facilitate, uſq; ad medietatem ſuccorū. Deinde colētur, poſt q̃ omnia fuerint manibus bene confricata. Et proiiciantur ſuper unam partem ſuccorū Tamarindorum cheyron: ℥. viii. Caſiæ fiſtulæ: tantūdem. Tereniabin: ℥. iii. Deinde colentur a ſcoſis. Et in alia parte aquæ, proiiciantur penidiarum ſabiri: lib. iiii. Deinde miſce omnia ſimul: & bulliant bullitionibus duabus. Tunc uero proiice ſuper illud Olei ſeſamini recētis: ℥. xv. Et agitentur oīa ſimul. Deinde coquantur uſq; ad mellis ſpiſſitudinem. Tūc uero deponatur ab igne: & puluerizentur ſuper illud totum. Trociſcorum diarhodon, trociſcorū de eupatorio, trociſcorū de abſinthio, & rheubarbari: ana. ℥. i ÷. ireos: ℥. i. Agarici, foliorum almezereon nutritorū in aceto: ana au.

uiii. Scammoneæ, ſucci eupatorii, ſucci abſin thii, croci, laccæ ablutæ, myrobalanorũ citrinorum, & chebulorũ: ana auſ. iiii. Bellericorũ, emblicorũ, & indorũ: ana auſ. iii. Spicæ, aniſi, ana auſ ii. Turbith boni: ℥.vi. Inuoluantur omnia prius cũ olei almezereon: ℥.iii. Et miſceantur cũ prædictis: & bene incorporentur. Et ſit doſis eius: a. ʒ.iii uſq; ad.iiii. cũ aq̃ ẽdiuiæ.

LXXXVIII.

¶ Confectio electuarii diacytoniten: &c.

ACcipe Succi cytoniorũ: lib.iii. Mellis tabarzet: lib.ii. Scammoneæ: ℥.I÷. Galliæ bonæ, garlofilorũ, zinziberis, maſticis, piperis longi, cinnamomi, nucis muſcatæ: ana ʒ.iii. Confice oĩa ſimul. Et ſit doſis eius ab auſ. I. uſq; ad.iii. Si aũt uolueris, ut ſolutione educat colerá, & phlegma ponátur in medicamine Scãmoneæ: ʒ.v. Turbith: ʒ.xii÷. Si autem uolueris ut ſolũ phlegma educat: abiecta Scãmonea: ponantur Turbith: ʒ.xxv. Carthami excorticati: põdus ſcãmoneæ. Et ſi uolueris ut colerá nigram educat: ponatur loco ꝑdictorũ Helleborus niger, aut epithymũ, aut polypodium. Et apud plures ſit hæc medicina cũ melle: & apud plures cũ zucchero. Et qũq; ſit cum ſucco cytoniorum: & qũq; cum carnibus, & ſucco ipſorum.

QVARTA DISTINCTIO DE CONDITIS.

LXXXIX.

QVarta diſtinctio eſt de conditis: &c.

XC.

¶ Chebuli conditi: &c.

ET modus condiendi eſt, ut accipias ex eis humidis: ſi haberi põt: uel ſaltẽ ex humectatis ſecundũ artem, qua humectari põt, quantitatem: quã uolueris: & cũ ſtilo punge eos undiq;: & decoque eos in aqua cũ facilitate: uſq; dũ tenereſcant. Poſt hæc dimitte eos ſup tabulã: & exprime aquã illorũ: & ſubmerge illos in aqua mellis: & dimitte eos ꝑ duos dies. Tũc uero decoque eos, cũ igne lẽto, cũ facilitate. Et poſtq̃ decocti fuerint: recõde eos ĩ uaſe uitreo: & ſubmerge eo in melle decoctionis eorũ: & da poſt ſex mẽſes. Ars aũt auxiliatur ipſos ĩ humectãdo: hoc modo. Infundãtur in aqua plurima: & exponãtur radiis ſolaribus, ꝑ dies octo. Deíde accipe uas magnũ ſicut doliũ: uł ſaltẽ fiat fouea magna ſub terra in loco humido: aut iter multam arenã humidam pone: in qua diſiũctim ſepeliantur: ſæpe ac ſæpe aquã ſuperinfundẽdo: & innouãdo arenã, de quarto in quartũ diem: uſq; dum tumeſcant: & humectentur.

XCI.

¶ Emblici conditi: &c.

ACcipe ex eis quãtitatẽ, quã uolueris: & infunde ſup eos aquam: & expone ſoli, quouſq; tumeſcãt: & humectẽtur. Et poſt exprimes & pone in aqua mellis: & dimitte ꝑ duos dies. Deinde coque cũ facilitate. Poſtq̃ cocti fuerit: dimitte eos infrigidari: & confice melle tabarzeth. ſ. cũ quarta ꝑte totius. & recõde. Quidam uero ſupcondiunt cum ſpẽbus aromaticis: ſicut ſunt cinnamomum, & gallia, & cardamomum, & crocus, & muſcus, & ſimilia.

XCII.

¶ Cytonia condita: &c.

ACcipe Cytonia magna munda a putrefactione: & mũdẽtur a cortice ſuo: & granis interioribus: & incidãtur in fruſta cõuenientia: & decoquãtur cum iuleb multæ aquoſitatis: & poſt diẽ unũ decoquantur cũ alio iuleb, quod eſt uicinũ perfectæ coctioni: uſq; dũ perficiatur in eis decoctio. Deinde aromatizẽtur cum muſco: et ponãtur in uaſe uitreo: et ſepeliantur cũ iuleb in quo decocta fuerũt. Et qdã decoquũt cũ melle: et qdã cum uino cocto. Et quidã ſupcõdiũt, cũ ſpẽbus aromaticis. Et alii faciũt alia.

XCIII.

¶ Pyra condita: &c.

MOdus condiendi ea, eſt ſicut cytoniorũ.

XCIIII.

¶ Poma condita: &c.

MOdus cõdiendi ea, eſt ſicut cytoniorum.

XCV.

¶ Perſica condita: &c.

MOdus condiendi ea, eſt ſicut cytoniorũ.

XCVI.

¶ Citra condita: &c.

ACcipe Corticũ citri mũdatorũ a carnibus ſuis: et proprie magnorũ: ſicut ſunt uolæ manus: quãtitatẽ quã uolueris: et fundatur ſup eos lixiuii clari quãtitas, in qua ſubmergantur: et mutetur ſup eos, uſq; ad.ix. dies, ſemel ĩ die. Poſt illud mittatur ſup eos aqua clara: tantum: donec dulceſcãt. et abſcedat amaritudo eorũ. Tunc uero elixẽtur in aqua fontiũ plurima, in uaſe mũdo: uſq; dum tenereſcãt. Deinde exprimantur: ut fluat aquoſitas eorũ. Poſt illud fundatur ſuper illos in uaſe lapideo iuleb quãtitas aliqua: qua ſubmergãtur: et ſic dimittãtur ꝑ diẽ et noctem. Et ſit iuleb ex zuccharo albo: in aqua: quæ ſit in triplo ipſius. Deinde coquantur cum facilitate, donec iuleb ſit coctum ad modum penidiarũ. Tunc uero ſeparẽtur cortices citri, a zucchbaro: et recõdantur in uaſe uitreo et cõdiantur cũ iuleb roſato: cuius decoctio ſit

ſicut nabet:ita ꝙ una ſuperficies ſit laminarum citri:& alia iuleb. Et recōde:& da poſt mēſem. & ſunt,qui aromatizāt cum ambra, & muſco.

XCVII.

℄ Secacul conditum:&c.

ACcipe Radices eius albas,groſſas,& teneras:& radatur cortex eius cinericius:et elixentur:et mūdentur a uenis interioribus:& ſcīdantur in fruſta:ſicut eſt mēſura Pollicis:et ponatur in eius uacuitatibus arūdinoſis fruſtū zinziberis humectati:ſicut dicemus in capitulo de zinzibere cōdito:et gariofilus unus humectatus. Et accipiātur ad omne pondus eorū,mellis,pondera tria. Et alii ponūt,mellis pondera duo:et zuccbari,pondus unū. Et poſtq̄ fuerit coctū cū facilitate:proiiciātur ſup illud ſpērum alephāginæ:ptes cōuenientes.Et doſis eius eſt: ℥.i.uel.ii.

XCVIII.

℄ Zinziber conditum:&c.

REcipe Zinziberis recentis (ſi haberi pōt) uel ſaltē humectati per artē: partem unā mellis:partes tres,& zucchari partē unā. Coquatur ſicut ſecacul. Et quidā accipiunt Secacul,et zinziberis humectati: ana partē.÷.et ſit delicatius. Et quidā ſupcondiunt cū ſpeciebus alephanginis. Et quidam faciunt alia. Modus aūt humectatiōis eius eſt,ſicut diximus de chebulis:et proprie ut īfundatur i aqua:deīde ſepeliatur in arena.Et ſit zīziber albū, & mūdū,et recens.

XCIX.

℄ Confectio de Zinzibere:&c.

ACcipe Zucchari albi:ptes.viii.Mellis tabarzet:ptes.iiii. Zinziberis boni albi,puluerizati pulnerizatiōe ultīa, ſicut alcobol: ptes.iii. Aq̄ infuſiōis zīziberis: q̄tū ſufficit. Diſſoluatur zuccharꝫ cū aqua & melle dictis:et coq̄tur uſq; dū ſufficit.Deīde proiiciatur ſup illud puluis ziziberis:et agitetur:& icorporetur cūeo,& adminiſtretur.

C.

℄ Bauciæ conditæ:&c.

EIus modus eſt ſicut Secacul.

CI.

℄ Acorus conditus:&c.

EIus modus eſt ſicut Secacul cōditi. Addūtur tñ ad oēm partē eius:ſecacul boni:partes duæ.

CII.

℄ Zuccharum Roſatum:&c.

REcipe Foliorū roſaeū albarꝫ: aut rubearū q̄titatē,quā uolueris:et expādātur ipſæ roſæ ſup tabulas i ūbra·uſq; dū ſupfluū hūiditatis ipſarꝫ rſoluatur.Et ſint roſe hñtes medietatē iter cōpletionē et acerbitatē:et terātur in uaſe lapideo.deīde proiiciatur ſup eas zuchari tabarzet triplū pōderis earū:& repōatur i uaſe uitreato: & obturetur os eius cū pgamena: & expōatur ſoli mēſibus.iii.omni die ſæpe agitando illud. Deinde remoueatur a ſole: & ſeruetur. Et qdā faciunt illud cū roſis nō hñtibus aliqd de cōpletione:& inuenitur magis ſtipticū Et ſunt q nō terūt roſas:ſed incidūt cū forſicibus: & fricant manibus fricatione ultima roſas,& zuccharū: deinde exponunt ſoli.

CIII.

℄ Zuccharum Violatum:&c.

EIus modus eſt,ſicut zucchari roſati. Indigēt tñ uiolæ expanſione lōgiori:& expone in ſole.

CIIII.

℄ Zuccharum bugloſſatum:&c.

MOdus eius eſt,ſicut zucchari uiolati.

CV.

℄ Zuccharum Alchilil:&c.

EIus operatio eſt,ſicut zucchari roſati.

CVI.

℄ Mel Roſatum ſic ſit.

REcipe foliorū roſarum præparatorꝫ:ſicut diximus ſuperius:& ſint ipſorū:partes.ii. Mellis boni:partes.vi. Coquatur cū facilitate, ſicut oportet. Et ſunt,q ponunt mellis,& ſucci roſarū:partes æquales:& non ponunt aliqd ex foliis omnino. Et ſunt,qui ponūt foliorū:partem.i.ſucci:partē.i÷.mellis partes tres.

CVII.

℄ Mel Violatum.

EOdem modo ſit ſicut roſatum.

CVIII.

℄ Mel bugloſſatum.

FIt ſimiliter.

CIX.

℄ Mel Alchilil.

SImiliter ſit:ſed in hoc ſunt, qui ponunt ſpecies Alephanginæ notæ.

QVINTA DISTINCTIO DE SPECIEBVS LOHOC.

CX.

QVinta Diſtinctio eſt de ſpeciebus lohoc:de quibus:&c.

CXI.

℄ Lohoc de Pino:&c.

REcipe Granorū pini: ℥.xx. Amygdalarū dulciū,auellanarū aſſatarū,tragacāthi,gūmi arabici,liqritiæ,& ſucci eius,amyli,capillorū Veneris,radicū lilii cæleſtis ana: ℥.iiii.Carniū dactylorū cheyrō: ℨ.xxxv. Amygdalarū amararū: ℨ .iii.Mellis paſſularū,zucchari tabarzeth & butyri recētis:ana.℥.iiii.mellis tabarzeth:q̄tum ſufficit. Sumatur ex eo quaſi lābendo:℥.i.

CXII.

℄ Lohoc de Papauere: & eſt diapapauer:&c.

Recipe Papaueris albi: ℥.xxv. Amygdalarum dulciũ excorticatarũ, grauorũ pini: gũmi arabici, tragacãthi, ſucci liquiritiæ: ana. ʒ. x. Amyli: ℥.iii. Seminis portulacæ, ſeminis lactucæ, ſeminis cytoniorũ: ana. ʒ.iiii. Croci: ʒ. i. Penidiarũ albarũ: ℥.iiii. Syrupi de Papauere quantũ ſufficit. Et ſit proprie ſyrupus, ex capitibus papaueris albi, & nigri, & ſemie lactucæ, & uiolis.

CXIII.

❡ Modus cõfectionis de iacur: ſecundũ intentionem Galeni: & eſt Diacodion purum: &c.

Recipe decem papauera: in qbus ſit mediocritas, inter paruitatẽ, & magnitudinẽ: & humiditatẽ & exiccationẽ: & proiiciatur ſup ea aq̃ ſextarius vnus. Et ſit aq̃ pluuialia. Et ſi ſint humida plus, q̃ ſicca dimittãtur die ac nocte. Et ſi ſint ſicciora: dimittantur plus. Tunc coque ea, uſq; dũ diſcocta ſint: & aquæ duæ ptes ſint conſũptæ. Tũc uero cola ſuccũ eius. Et reſtat poſt illud duplex cõſideratio. Qm̃ ſi catarrhus ſubtilis fuerit: & timetur fluxus eius, ad pectus, & pulmonẽ, & cannã: & timẽtur uigiliæ: oportet tũc ut miſceatur ex rob quãtitas: q̃ ſit medietas aquæ: & coquatur ſup ignẽ: in quo nõ ſit flãma, neq; fumus: ſed ſup prunas tantũ. Et nõ conuenit in hac intẽtione mel: qm̃ mel eſt ex hñtibus acumẽ: quare eſt ſubtiliatiuũ: & eſt præter hoc quod intẽdimus. Et qm̃ eſt materia ſubtilis ualde: & mel eſt ex ſubtiliãtibus. Cum aũt plenitudo continetur in thorace: & pulmone: & uelis medicamẽ fieri abſterſiuũ: tũc mel cõueniẽtius eſt: qm̃ dormire facit: & materias q̃ ſunt in pectore habilitat. Et qñq; ſit medicamẽ ex utriſq;: qñ cadũt in occupatiõe duplicis intẽtionis. Et eſt doſis eius. ʒ.i. plus & minus, ſecũdũ q; exigit diſpõ. Et oportet ut teneat eã patiẽs in ore ſuo: & traiiciat idẽ modicũ: quod diſſoluitur ex ea in ſaliua. Si aũt uelis, ut ſit retentiuũ naturæ, & eruptionis ſanguis a locis q̃ ſunt ſup diaphragma: & ab aliis locis manationis: & a partibus uiſcerũ. Tũc ad unãquãq; librã ipſius proiiciatur Acaciæ, rubeæ, hẽſiſtidea, croci, myrrhæ, balauſtii: ana. ʒ.i. ((Ramic: ℥.iiii.)) Et adminiſtretur. Et ſunt, q ponũt in de iacur puro, loco mellis, penidias. Et ſunt, q ponũt zuccharũ. Et qñq; exigit diſpõ ægritudinis: q̃ eſt multæ caliditatis, & acuitatis: ut ſiat medicamẽ ex papauere nigro: & ſint eius capita uſq; .l. Et qñq; ex albo, & nigro: & loco mellis põitur zuccharũ, aut penidia.

CXIIII.

❡ Modus cõfectionis de Moris: & eſt diamoron: ſiue diamorum. &c.

Recipe expreſſionis Mororũ: quæ currunt ſecundũ ſemitam ficus, & mororũ de ſente: ana lib. i ÷. Rob, & mellis: ana lib. i. Coquãtur cũ facilitate, uſq; ad mellis ſpiſſitudinem: & reconde. Et ſunt, q faciũt medicamẽ illud ſimplex: & ſunt, q addunt (& proprie qñ maior uocat neceſſitas) Aluminis, myrrhæ, croci, ſucci acreſtæ: ana partes æquales.

CXV.

❡ Modus confectionis de ſucco corticũ nucum: & uocatur græce diacaryon: &c.

Accipe Succi exteriorũ corticum nucũ in diebus canicularibus: lib. iiii. Decoque ipſum bullitione una: deide adde ei. Mellis: lib. ii. Et decoque donec impinguetur: & ſiat ſicut mel. Et poſt illud nobis occurrent intentiones quatuor. Nã pro pueris, & mulieribus, & humida natura: ſufficit medicamẽ ſic factum. Et qñ morbus eſt in principio: aliqd de ſtipticitatem habentibus miſceri oportet: ſicut ſunt roſæ, & balauſtia. Et qñ ægritudo eſt in ſtatu: crocus, & myrrha miſcẽda ſunt. In declinatiõe uero, baurach, & ſal ammoniacus, & ſimilia. Eſt.n. medicamen ſublime, & expertum.

CXVI.

❡ Lohoc de Squilla: &c.

Accipe Succi ſquillæ, & mellis deſpumati partes cõueniẽtes. Decoquatur in ſubſtãtia lohoc: & accipiatur ſic lambendo.

CXVII.

❡ Lohoc de Alfeſcera.

Valet ſicut lohoc de ſquilla: & eius modus eſt ſicut in illo. Et eſt medicamen bonum & expertũ.

CXVIII.

❡ Lohoc ſanum, & expertum: & eſt ex inuentione noſtra: &c.

Accipe Cinnami, byſopi ſiccæ, liquiritiæ: ana. ℥. ÷. Iuiubarum, ſebeſten: ana numero. xxx. Paſſularum enucleatarum, ficuũ ſiccarũ, et dactylorum pinguiũ: ana. ℥.ii. Fœnugræci: ʒ.v Capillorũ Veneris: manipulum. i. Aniſi, fœniculi, ireos, calamenti, ſeminis lini: ana. ʒ.iiii. Hæc omnia coquantur in lib. iiii. aquæ: uſq; dum remaneant lib. ii. Et proiiciãtur ſuper ea Penidiarum: lib ii. Et coquãtur, & impinguentur, uſq; ad ſpiſſitudinem mellis. Deinde proiiciantur ſuper illud Pinearum mũdatarum: ʒ.v. Amygdalarum mundatarum, liquiritiæ, tragacanthi, gũmi arabici, amyli: ana ʒ.iii. Ireos: ʒ.ii. Miſceãtur omnia, & agitẽtur, uſq; dum medicamẽ maceretur: & album fiat. Doſis eius eſt: a. ʒ.v. uſq; ad. x. & ſumatur lambendo.

CXIX.

¶ Lohoc ad caliditatem: &c.

Accipe Radicis liquiritiæ: ℥.xv. Chesmes pinguiũ: ℥.ii. Sebesten, iuiubarũ: ana numero.xxv. Decoquãtur cũ facilitate in.iiii.lib. aquæ, uſq; ad unã, & proiiciatur ſup ip̃m Caſiæ fiſtulæ: ℥.i. Deinde coletur a fecſis: & proiiciatur ſup illud Rob: ℥.iiii. Penidiarũ: lib.÷. Deinde coquatur, donec ĩpinguetur. Deinde miſceantur cum eo farinæ fabarum: ℥.ii. Et lambatur ex eo.

CXX.

¶ Lohoc aliud noſtrum de intentione hac.

Accipe Seminis papaueris: ℥.x. Radicis liquiritiæ: ℥.vii. Sebeſten: numero.xx. Pſylli, granorũ cytoniorũ: ana.℥.v. Coquantur cũ iii.lib. aquæ uſq; ad.i÷. & coletur: & proiiciantur ſup illud Rob, & penidiarũ: ana: ℥.iiii. Et iterum coquatur illud donec ĩpinguetur. Deĩde miſceatur cũ eo tragacanthi, & gũmi: ana.℥.v. Papaueris albi, & trium granorum: ana.℥.ii.

CXXI.

¶ Lohoc bonum: &c.

Recipe Papaueris albi, ſpodii, ſeminis lini torrefacti, croci, amygdalarũ dulciũ: ana ℥.iii. Amyli, tragacanthi, & gũmi, ſeminis cytoniorũ, ſemĩs citruili: ana.℥.vi. Naſturtii, granorum cottoni, amygdalarũ amararũ, fabarũ: ana.℥.i÷. Penidiarũ: ℥.lxx. Diſſoluãtur penidiæ, in aqua fontiũ: & coquãtur: & cõficiantur cũ eis cætera. Doſis: ℥.ii. cum aqua mellis.

CXXII.

¶ Lohoc de Aſthma bonum: &c.

Accipe Squillæ aſſatæ: ℥.iii. Radicis lilii cæleſtis: ℥.ii. Hyſopi, Praſſii: ana.℥.i. Myrrhæ, croci; ana.℥.÷. Confice cum melle.

CXXIII.

¶ Lohoc de Amygdalis: &c.

Recipe Amygdalarũ dulciũ, & amararũ, ſeminis lini torrefacti, granorũ pini, aniſi, tragacanthi, gũmi arabici, ſucci liqritiæ, & radicis eiuſ ana.℥.i÷. Zucchari, & penidiarũ: ana ℥.iii. Confice cum mellis, & ſucci fœniculi bullitorum quantitate ſufficienti.

DISTINCTIO SEXTA. DE SYRVPIS, ET ROBVB.

CXXIIII.

Syruporum alii ſunt ſimplices, ſicut ſpecies iuleb: &c.

CXXV.

¶ Modus operationis iuleb roſati: &c.

Recipe Aquæ infuſionis roſarũ: lib.v. Zucchari: lib.iiii. Coquantur cum facilitate: & adminiſtentur cum aqua frigida.

CXXVI.

¶ Modus iuleb uiolati: &c.

Eius operatio eſt, ſicut roſati.

CXXVII.

¶ Operatio infuſionis roſarum: & uiolarum.

Accipe Foliorũ roſarũ: aut uiolarum, recentium: lib.vi. Ponãtur in uaſe uitreato terreo, ſtricti orificii: & fundãtur ſup ea aquæ bullientis: lib.xv. Et ſtringatur orificiũ uaſis: & dimittatur p horas.viii. Tũc eolentur: & denuo in uaſe tãtudẽ foliorũ roſarũ recẽtiũ aut uiolarũ mittatur: & denuo eadẽ aqua calefacta, ĩ prima bullitione ſup ea mittatur: & ſtrigatur orificiũ ſimiliter p octo horas. Deide coletur. Et ſi cõſeruare uolueris: ponatur ĩ uaſe uitreato ſtricti orificii: & diſtilletur oleũ in orificio eius: & ſtrigatur caput eius: & exponatur ſoli diebus.l. Et dicitur iſtud, mucharus roſarũ uel uiolarũ.

CXXVIII.

¶ Iuleb aliud roſarum.

Accipe Aq̃ roſaꝝ: lib. iii. Zucchari: lib.ii. Fiat ut ſupra. CXXIX.

¶ Iuleb de ſucco uiolarum: Et iuleb de ſucco roſarum.

Accipe Succi uiolarum: lib.iii. Zucchari: lib.ii. Fiat ut ſupra. Et ſimili modo poteſt fieri de ſucco roſarum: & eſt laxatiuum.

CXXX.

¶ Iuleb iuiubinum: &c.

Accipe Iuiubarũ magnarũ, & pinguiũ: numero.c. Et decoque in lib.iiii. aquæ: uſq; dũ remaneãt lib.ii. Et cũ lib.i. zucchari fiat ſyrupus. CXXXI.

¶ Syrupus de pomis: &c.

Accipe ſucci pomorũ dulciũ, & acetoſorũ: ana lib.v. Coquatur uſq; ad cõſumptionẽ medietatis ipſius: & dimittatur p dies.ii. uſq; dũ clareſcat. Deinde coletur: & cũ.iii.lib. zucchari fiat ſyrupus. Et ſunt, qui ſubmergũt in ſucco ſetam tinctam ex chermes: poſt ſucci depurationem: uſq; dum rubeat: & recipiat uirtutem tincturæ: & excellentior eſt.

CXXXII.

¶ Syrupus de Pyris: &c.

Eius modus eſt, ſicut ſyrupi de Pomis.

CXXXIII.

¶ Syrupus de cytoniis:

Valet ſicut ſyrpus de Pyris: & iſdẽ modus eſt utriuſq;. CXXXIIII.

¶ Syrupus de Perſicis: &c.

Eius modus eſt, ſicut ſyrupi de Pomis.

CXXXV.

❡ Syrupus de ſucco acetoſæ: &c.

Eius modus eſt, ſicut ſyrupi de ſucco uiolarum.

CXXXVI.

❡ Syrupus de ſucco Cucurbitæ: &c.

ACcipe Cucurbitam magnam: & inuoluatur paſta: & decoquatur in furno. Et accipe expreſſionis eius: lib. v. Zuccheri: lib. iii. Fiat ut ſupra.

CXXXVII.

❡ Syrupus de Prunis.

VAlet ſicut ſyrupus de Violis: & fit ſicut ipſe.

CXXXVIII.

❡ Syrupus de Granatis acetoſis: &c.

FIt ut ſupra.

CXXXIX.

❡ Syrupus de Granatis dulcibus: &c.

FIt ut ſupra. Et ſunt qui immergunt in ſucco ſetam tinctã ex chermes: & eſt excellẽtior.

CXL.

❡ Syrupus de corticibus citri: &c.

ACcipe Corticum pomorum citri recentiũ lib. i. Decoque cum aquæ fontium: lib. v. uſq; ad conſumptionem duarum partium: & cum zucchari: lib. i. Fiat ſyrupus. Et condiatur cum Muſci: granis. iiii. Et ſunt, qui in iuleb proiiciunt ex corticibus citri partes cõuenientes: & proprie quando uicinatur completioni coctura eius: & eſt delectabilis. Et q̃do ſubmergitur in aqua decoctiõis citri ſeta tĩcta ex chermes: tunc eſt excellentior.

CXLI.

❡ Syrupus acetoſitatis citri: &c.

REcipe Succi acetoſitatis citri: lib. xii. Decoque in uaſe uitreato, ſuper prunas: cũ facilitate: uſq; dum conſumatur tertia pars ipſius. Deinde coletur: & dimittatur donec clarificetur: & accipe ex eo, qui clarus eſt: lib. vii. Et funde ſuper ipſum ex iulep claro & depurato: lib. v. & coquatur, donec inſpiſſetur. Si autem æſtas fuerit: dimittatur in ſole: donec eius aquoſitas conſumatur.

CXLII.

❡ Syrupus de Acreſta: &c.

MOdus operationis eius eſt, ſicut ſyrupi de acetoſitate citri. Et quidam cõdiunt cum gariofilis.

CXLIII.

❡ Syrupus de Granis myrti: &c.

MOdus eius eſt, ſicut ſyrupi de acreſta.

CXLIIII.

❡ Syrupus Cheſmes: &c.

DEcoquãtur Cheſmes, ſicut diximus in ſyrupo de iuiubis.

CXLV.

❡ Syrupus albalach: uel albelach: uel alchelach: &c.

SVmãtur albalach, & enucleẽtur: & cõterantur: & coquãtur, uſq; ad cõſumptionẽ duarum partium: & fiat ſyrupus, ſicut diximus.

CXLVI.

❡ Syrupus de Papauere: &c.

ACcipe Papaueris albi, & nigri: & proprie capitũ eorũ: ana. ℥. lx. Et decoquantur in lib. iiii. aquæ pluuialis: uſq; dũ redeat ad lib. i ÷. Et cũ zucchari albi, & penidiarum: ana. ℥. iiii. Fiat ſyrupus.

CXLVII.

HVcuſq; ſcripſimus: &c.

CXLVIII.

❡ Syrupus dinari: & eius interpretatio eſt, de biſantiis: &c.

ACcipe Succi endiuiæ, ſucci apii: ana lib. ii. ſucci lupuli, ſucci borraginis, aut bugloſſæ: ana lib. i. Bulliãt bullitiõe una: & deſpumẽtur: atq; depurẽtur. Tũc accipe eius clarificati: lib. iiii. Zucchari rabarzet: lib. ii ÷. Et coquantur cũ facilitate donec fiat ſyrupus. Et q̃nq; ad oẽm partẽ ſucci d̃purati ponitur aceti boni, albi, & clari: pars. ÷. Et q̃nq; bulliũt in ſuccis Foliorũ roſarum: ℥. ii. Liquiritiæ: ℥. ÷. Spicæ: ʒ. ii. Aniſi, fœniculi, ſeminis apii: ana. ʒ. iii. Et eſt mirabilis.

CXLIX.

❡ Sermo in ſyrupo acetoſo: &c.

ACcipe Zucchari boni albi: partes. v. Et funde ſuper illud in uaſe lapideo aquæ fontium dulcis, & claræ: partes. iiii. Et decoquatur ſemper abiiciendo ſpumam eius. Et ſit ignis, in quo coquitur, prunarũ, aut tenuis flãmæ: ſine fumo. Et decoque hoc modo, donec clarificetur: & diminuta ſit aqua, ſicut medietas eius. Deinde funde ſup ipſum aceti uini albi, clari: partes duas: in leui. Et in forti: partes quatuor. Et in mediocri: partes tres. Et da ei poſt illud perfectionem in coctura. Et ſit doſis eius, ab. ℥. i. uſq; ad. iiii. cum aqua frigida.

CL.

❡ Modus ſyrupi acetoſi cum radicibus: &c.

ACcipe Aquæ fontiũ claræ: lib. x. Et proiice ſuper ipſum radicis fœniculi, apii, endiuiæ: ana. ℥ iii. Aniſi, ſeminis fœniculi, apii: ana. ʒ. viii. Seminis endiuiæ: ℥. ÷. Coquatur cum facilitate, uſq; dum ueniat ad lib. v. Tunc proiice ſuper ipſam decoctionem zucchari boni: lib. iii. Et clarificetur ſicut prius. Deinde funde ſuper ipſum totũ aceti boni, quan

titatem ſufficientem: iuxta modum ſuperioris doctrinæ: & ubi oportet.

CLI.

¶ Modus ſyrupi acetoſi, de ſuccis herbarum.

RECIPE Syrupi dinari: partes tres: & funde ſuper ipſum, aceti boni: partem unam.

CLII.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis fructuū: &c.

ACCIPE Succi granatorum muzorū, & acetoſorum: ana partes tres. Coquatur cum facilitate: uſq; dū diminuta ſit eius pars tertia. Et dimittatur p duos dies uſq; dū clareſcat. Et accipe eius, partes duas: & iuleb partes tres: uel plus, uel minus: & perfice coctionem in eo.

CLIII.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de ſuccis & aquis fructuum: &c.

ACCIPE Succi cytoniorū, & malorū, & pyrorū, & granatorū muzorū, & zatur: ana partes æquales. Aquæ decoctionis ſumach, & berberorum: ana partem.i÷. Zucchari: partes tres. Fiat ut ſupra.

CLIIII.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de cytoniis: &c.

ACCIPE Succi cytonioꝝ acetoſoꝝ: & eius propriæ, q depuratus eſt & factus clarus: partes.x. Aceti boni: partē.i÷. Zucchari boni: partes duas.

CLV.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de Pomis: &c.

EIus modus eſt, ſicut ſyrupi de Cytoniis.

CLVI.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de Prunis: &c.

ACCIPE Aquæ prunorum acetoſorum, & aquæ tamarindorū, & ſucci granatorū acetoſorū: ana lib.i. Aquæ acetoſitatis citri: lib.÷. Coquatur cū facilitate: & cū lib.i. zucchari fiat ſyrupus. Et da cū aqua frigida, uel aq̄ niuis. Et qn̄q; nō ponitur in eo zuccharum: & fit ſicut rob bonum & expertum.

CLVII.

¶ Modus ſyrupi acetoſi de Pomis deſcriptione noſtra: &c.

RECIPE Succi malorū acetoſoꝝ, ſucci uuarum agreſtiū acerbarū, ſucci granatorum acetoſorū: ana lib.i. Aquæ roſatæ, aquæ infuſionis tamarindorū, & aq̄ prunorū: ana lib.i÷. Succi endiuiæ cocti & deſpumati, & aceti: ana lib.ii. Zucchari: lib.viii. Et ſupercondies cum ʒ.ii. Camphoræ. Et da cum aqua melonū hyemalium: uel cum aqua frigida.

CLVIII.

¶ Syrupus alius acetoſus de Pomis: &c.

ACCIPE Succi pomoꝝ acetoſorū: lib.i. Succi acetoſitatis citri: lib.÷. Iuleb boni: lib.ii.

Da cum aqua niuis. Et quandoq; ſubmergitur in ſuccis, ſeta tincta ex chermeſi & tunc fit nobilior, ad cauſas cordis.

CLIX.

¶ Modus ſyrupi acetoſi altereniabin: &c.

RECIPE Tereniabin: ℥.iii. Pone in uaſe lapideo: & funde ſuper ipſum Succi endiuiæ cocti & depurati: lib.i. Bulliant builitione una. Deinde frica manibus: & cola. Deinde accipe Aquæ roſatæ, ſucci granatorū muzorū: ana lib.i. Succi uuarum agreſtium immaturarum, aquæ acetoſitatis citri: ana lib.÷. Zucchari: lib.iii. Da ut ſupra.

CLX.

¶ Modus ſyrupi acetoſi ſolutione educentis coleram: &c.

RECIPE Prunorum ſiccorum, ſebeſten: ana centum numero. Tamarindorū: lib.÷. Myrobalanorum citrinorum: ℥.iiii. Succi roſarum recentis: ℥.iii. Mannæ, caſiæ fiſtulæ: ana ℥.iii÷. Zucchari: lib.iiii. Fiat ex eis ſyrupus. Et poſt hoc funde ſup illud Aceti: lib.ii. Succi granatorum acetoſorum: lib.i÷. Decoque cum facilitate. Deinde accipe Scāmoneæ bonæ: ʒ.vi. Tere: & liga in pāno ſubtili: & proiice in ſyrupo: & decoque: ſemper fricando pannum: uſq; dum perficiatur eius decoctio.

CLXI.

¶ Syrupus conferens catarrhis: &c.

RECIPE Iuiubarum, & ſebeſten: ana cētum numero. Violarum, mannæ: ana.℥.i. Liquiritiæ, florum bugloſſæ: ana.ʒ.xii. Seminis maluæ, ſeminis cytoniorum: ana.ʒ.v. & cum zucchari: lib.ii. & ſucci mali granati dulcis: lib.i. Fiat ſyrupus.

CLXII.

¶ Syrupus de Cannis zucchari: &c.

RECIPE Succi granatorū dulcium: lib.iiii. Aquæ malorum de ſcemi, & aquæ cānarum zucchari, aut penidiarum: ana lib.i÷. Et fiat ſyrupus.

CLXIII.

¶ Syrupus de Portulaca: &c.

RECIPE Succi ēdiuiæ cocti & depurati: lib.iiii. Seminis portulacæ: ℥.xii. Teratur ſemē: & fundatur ſuper ipſum ſuccus: & dimittatur in uaſe lapideo, per diem, & noctē: & coquatur cum facilitate uſq; ad mediū: & additis zucchari: lib.ii. Fiat ſyrupus. Et quandoq; additur ei Aceti: lib.i. aut Succi malorum granatorum acetoſorum: lib.i÷.

CLXIIII.

¶ Syrupus de Violis: &c.

RECIPE Violarū ℥.ii. Seminū cytoniorū,

ſeminum maluæ: ana. ʒ.vii. Iuiubarum, ſebe-
ſten:ana.xx.numero. Et coque cũ lib.vi.aquæ
cucurbitæ:uſq; ad tertiam partem:& cum zuc
chari:lib.i.÷. Fiat ſyrupus.

CLXV.

¶ Syrupus de iuiubis:&c.

ACcipe iuiubarum:ſexaginta numero. Vio
larum, ſeminis maluæ: ana. ʒ.v. Capillo-
rum Veneris: ℥.i. Seminis cytoniorũ, papa-
ueris, melonis, lactucæ, tragacanthi:ana. ʒ.iii.
Liquiritiæ, hordei mundi:ana. ʒ.viii. Decoque
in lib.quatuor aquæ fontiũ:& cum lib.ii. Zuc
chari: Fiat ſyrupus.

CLXVI.

¶ Syrupus de Papauere:&c.

REcipe Papaueris albi,& nigri:ana.ʒ.I. Ca
pillorum Veneris: ʒ.xv. Liquiritiæ: ʒ.v.
Iuiubarũ: xxx.numero. Seminis lactucæ. ʒ.xl.
Seminis maluæ, ſeminis cytoniorũ: ana: ʒ.vi.
Coquantur in lib.iiii.aquæ:uſq; ad.ii.& cũ zuc
cari,& penidiarum:ana. ℥.viii. Fiat ſyrupus.

CLXVII.

IAm quidem loquuti ſumus:&c.

CLXVIII.

¶ Sermo in aqua mellis:&c.

PRimus modus eſt,ut accipiatur Mellis bo
ni,& mundi:&c. Et pone ipſum in uaſe la-
pideo:aut uitreato. Et funde ſup ipſum aquæ
fontis dulcis,& claræ : partes octo. Et coque
ipſum cum facilitate. Et auferatur ſpuma eius:
nec permittatur ſuper ipſum multiplicari. im-
mo q̃cito appatet auferatur. Deĩde coletur co
latorio denſo de pãno. Et ſi bibitur recẽs opor
tet ut fiat multæ aquoſitatis:&c. Si aũt bibatur
antiq̃:oportet ut fiat pinguior,ſicut iuleb: &c.
Et ſunt ex hominibus,qui aromatizant illã cũ
ſpeciebus alephãginæ:ſicut ſunt zinziber,cro
cus,cinnamomũ,macis, et ſimilia. Et ſunt qui
aromatizant cum gallia muſcata,ligno aloes,
et ſimilibus.

¶ Secundus modus operationis eius eſt.
Recipe mellis : partem unam, aquæ fontium
claræ : partes octo. Et diſtemperetur cum eis
parum fœnugræci:et proprie ad omnes centũ
lib.aquæ,et mellis:ſint eius. ℥.iii. Et includitur
in uaſe ligneo:ſicut ponitur muſtum:ita q̃ re-
maneat ex uaſe uacuum,ſicut menſura triũ di-
gitorum. Et illud ideo:quia patitur de ebulli-
tione,ſicut muſtum. Deinde,ſcilicet poſt ebul
litionẽ eius,ſtringatur orificiũ uaſis:ſicut ſtrin-
gitur uas uini. Et bibatur poſt menſes tres. Si
autem ipſam aromatizare uolueris:ponantur
in uaſe ſpecies alephanginæ,ligatæ in panno.

CLXIX.

¶ Sermo in ſecaniabin puro:&c.

ACcipe Mellis boni:partes duas, aceti bo
ni:partem unã, aquæ fontiũ claræ, & dul
cis:partes.iiii. Et quandoq; exigit diſpoſitio:ut
addatur ad quantitatem aceti: ſicut te ſcire feci
mus in capitulo de ſyrupo acetoſo. Et opera-
tio eius eſt,ut accipiatur mel,& aqua. & abiicia
tur ſpuma eius, deinde fundatur ſup illud ace-
tum:& decoquatur. Et nõ pmittatur eleuari, &
excreſcere ſuper ipſum ſpuma eius. Immo au-
feratur omni hora:ut clareſcat. Et cum coctũ
fuerit,recõde. Et eſt doſis eius:ab. ℥.i.uſq; ad.iii.

CLXX.

¶ Modus ſecaniabin de radicibus:&c.

ACcipe Corticum radicũ apii,& fœniculi:
ana. ℥.ii. Seminis apii,& fœniculi:ana. ℥.i.
Mundentur cortices,& cõterãtur:et proiician
tur ſup eas in uaſe lapideo Aceti boni antiq, et
albi: lib.x. Aquæ:lib.xii. Et dimittatur p diẽ,
& noctem. Deinde coquatur,donec eius tertia
cõſumatur. Poſtea coletur. Et proiiciatur ſup
ipſam colaturã,mel:quod ſit medietas eius. Et
coquatur cum facilitate:ſicut ſuperius dixi.

CLXXI.

¶ Modus ſecaniabin ſolutione edu-
centis phlegma.

ACcipe Secaniabin ex radicibus facti quãti
tatem, circiter lib.ii. Et ſuſpẽde in ipſo qũ
coquitur,medullã carthami,ligatã in pãno ra-
ro ſubtili:& frica omni hora:dõec pſiatur eius
decoctio. Et qñq; ponuntur in eo Turbith, &
zinziber,in panno ſubtili ligata & ſuſpenſa.

CLXXII.

¶ Modus Secaniabin ſolutione edu-
centis melancoliam.

REcipe Thymi, calamẽti, agarici, bugloſ-
ſæ domeſticæ, & ſylueſtris, ligritiæ : ana
℥.i. Polypodii: ℥.iii. Aniſi, chamædryos, cha
mæpityos, ſtichados, bedegard: ana. ʒ.v. Paſ-
ſularum enucleatarũ:lib.÷. Fundantur ſup ea
Aceti boni albi,& ſucci bugloſſæ: ana lib.ii÷.
Aquæ:lib.ii. Et dimittatur totũ p diẽ & noctẽ.
Deinde coquatur cũ facilitate,uſq; ad medieta
tem. Tũc coletur:& cũ mellis:lib.iii. fiat ſeca-
niabin. Et in decoctione ipſius ponãtur in pan
no Epithymi: ℥.i. Hellebori nigri:auř.ii. Et ſu-
ſpẽdãtur in eo:& fricẽtur:& fiat ſicut diximus.

CLXXIII.

¶ Modus Secaniabin de cheiſim:&c.

ACcipe Radicum fœniculi, apii, petroſeli-
ni, calamenti, dauci:ana. ℥.i. Zinziberis,
ſeminis aniſi, cheiſim, apii, eupatorii, aſari, ab-
ſinthii, carui: ana. ℥.÷. Gariofili, galangæ:ana
ʒ.iii. Spicæ. ʒ.ii. Coque in aceti:lib.x. uſq; ad

dimidium. Et cum lib.v.mellis:fiat ſecaniabin.

CLXXIIII.

℃ Modus Secaniabin de calamento:&c.

RECipe Radicū apii, fœniculi, endiuiæ:ana ℥.i. Sqnāti:ʒ.ii. Semis apii, aniſi, fœniculi:ana.ʒ.vi. Spicæ, aſari, maſticis, caſiæ, calamē agreſtis, & dōeſtici, dauci, & petroſelini:ana.ʒ.iiii. Garioſiloꝝ, cheiſim, ziziberis, galāgæ: ana ʒ.ii. in lib.viii. aceti, & in lib.vi.aq̄ bulliāt: uſq; dū remaneat tertia. & adde mellis deſpumati: lib.v.Et da.℥.i.uel.ii. CLXXV.

℃ Syrupus acetoſus diarhodon:&c.

RECipe Succi endiuiæ, apii:ana lib.ii÷. Radicū fœniculi, apii, endiuiæ:ana.℥.ii. Roſarū:℥.i. Liqritiæ:℥.÷.Spicæ:ʒ.ii÷.Semis aniſi, fœniculi, apii: ana.ʒ.vii. Proiice ſup eas aq̄ dulcis:lib.vi. Et decoque, uſq; ad cōſumptionem duarū partiū. Et cū.iii.lib.zucchari: &.ii.aceti, fiat ſyrupus.Doſis eius eſt ab.℥.i.uſq; ad tres.

CLXXVI.

℃ Syrupus acetoſus de ſuccis herbarum, cum aromatibus:&c.

RECipe Succi fœniculi, endiuiæ, apii, & lupuli, cocti & deſpumati: ana lib.ii. Succi bugloſſæ:lib.i÷.Roſaꝝ:℥.i. Spicæ:ʒ.iii.Liqritiæ:ʒ.viii.Semis aniſi, fœnicuii, & apii, raued, eupatorii, abſinthii, cuſcute:ana.ʒ.v.Zucchari lib.ii÷. Aceti:lib.ii. Condias cū galliæ aromaticæ ʒ.ii. CLXXVII.

℃ Syrupus de Menta:&c.

ACcipe Succi mētæ: lib.i. Succi granatoꝝ dulciū, & acetoſoꝝ:qiā cocti ſūt ad medietatē ſimul:lib.ii.Mellis, uel zucchari:lib.i.Coq̈tur:& admiſtretur. CLXXVIII.

℃ Syrupus de menta inuentione noſtra:&c.

ACcipe Succi cytonioꝝ muzorū, & dulciū, ſucci granatoꝝ acetoſoꝝ, & dulciū, & muzorū:ana lib.i÷. Proiiciatur ſup eos mētæ ſiccæ:lib.i÷. Foliorū roſarū.℥.ii. Dimittatur per diē & noctē. Deinde coquatur cū facilitate uſq; ad mediū. Et cū mellis:uel zucchari:lib.ii. Fiat Syrupus:& aromatizetur cum gallia.

CLXXIX.

℃ Syrupus de Abſinthio:&c.

RECipe Abſinthii romani:lib.÷. Foliorum roſaꝝ:℥.ii.Spicæ:ʒ.iii.Vini albi antiq, boni, & odoriferi, ſucci cytoniorū:ana lib.ii÷. Et dimittatur p diē & noctē, in uaſe lapideo. Deinde coq̈tur cū facilitate:uſq; ad medietatē:& cū mellis.lib ii fiat ſyrupus.Et ē exptus & nobilis.

CLXXX.

℃ Syrupus de Abſinthio alius expertus.

ACcipe Abſinthii Romani:ʒ.centū. Decoquatur in aquæ:lib iii.uſq; ad tertiā partē.

Deinde fricetur manibus:et coletur:et cū mellis, et uini:ana lib.i.Fiat ſyrupus.

CLXXXI.

℃ Syrupus de fumo terræ maior:&c.

ACcipe Myrobalanorum citrinorum, chebulorum: ana.ʒ.xx. Florū borraginis, et bugloſſæ, uiolarū, abſinthii, cuſcutæ: ana.℥.i. Liquiritiæ, roſarum:ana.℥.÷. Epithymi, polypodii:ana.ʒ.vii. Prunorum enucleatorū, paſſularum enucleatarū:ana lib.÷. Tamarindoꝝ, caſiæ fiſtulæ: ana.℥.ii. Hæc omnia bulliant in aquæ.lib.x.uſq; deueniat ad lib.iii.et cum ſucci fumi terræ cocti et depurati, et zucchari:ana lib.iii. Fiat ſyrupus.

CLXXXII.

℃ Syrupus de Fumo terræ minor, deſcriptione cognita:&c.

RECipe Myrobalanorum citrinorum: ℥.ii. Violarū, cuſcutæ, abſinthii: ana.℥.i. Coquantur cum lib.vii. aquæ, uſq; ad tertiam partem:et accipe ſucci Fumi terræ cocti et deſpumati, et zucchari:ana lib.ii. Da.℥.i.uel.ii.Et qdam ſuſpendunt in eo dum coquitur: Scāmoneæ: ℥.÷.ligatam in panno raro.

CLXXXIII.

℃ Syrupus Liquiritiæ:&c.

RECipe Liquiritiæ: ℥.ii. Capillorum Veneris: ℥.i. Hyſopi ſiccæ: ℥.÷. Proiice ſuper illud, aquæ lib.iiii. et dimittatur die, ac nocte: deinde coquatur uſq; ad mediam partem. Deinde proiice ſuper illud mellis, et zucchari, et penidiarum:ana.℥.viii. Aquæ roſatæ: ℥.vi. Fiat ſyrupus et adminiſtretur.

CLXXXIIII.

℃ Syrupus de Hyſopo:&c.

RECipe Hyſopi ſiccæ, radicum apii, fœniculi, petroſelini, liquiritiæ:ana.ʒ.x. Hordei mundi: ℥.÷. Seminis maluæ, tragacanthi, ſeminis cytoniorum:ana.ʒ.iii. Capillorū Veneris: ʒ.vi. Iuiubarum, ſebeſten:ana numero xxx. Paſſularum enucleatarum: ʒ.xii. Ficuū ſiccarum, et Dactylorum pinguium:ana numero.x. Penidiarū albarū:lib.ii. Et fiat ſyrupus.

CLXXXV.

℃ Syrupus de Praſſio:&c.

RECipe Praſſii:℥.ii. Hyſopi, capillorū Veneris:ana.℥.i. Calamenti, aniſi, radicum apii, fœniculi: ana.ʒ.v. Seminis maluæ, fœnugræci, ireos:ana.ʒ.iii. Seminis lini, ſeminis cytoniorum:ana.ʒ.ii. Paſſularum enucleatarū: ℥.ii.Ficus ſiccas pigues: xv.numero.Penidiarum lib.i. Mellis boni deſpumati: lib.ii.Fiat ſyrupus. CLXXXVI.

℃ Syrupus de Calamento:&c.

RΕcipe Calamenti domeſtici, & ſylueſtris: ana. ℥.ii. Cheiſim, dauci, ſquinanti: ana ʒ.v. Paſſularum enucleatarum: lib.÷.& mellis. lib.ii. Fiat ſyrupus.

CLXXXVII.

¶ Syrupus de Calamento ualens: &c.

RΕcipe Succi calamenti: lib.iiii. Succi malorum granatorū acetoſorum, cū pulpa ſua interiori: lib.v. Vini odoriferi lib.iii. Coque uſq; ad medietatem: deinde dimitte ꝑ dies duos, quouſq; reſideat. Et cū lib. iiii. zucchari fiat ſyrupus. Et aromatizetur cū. ℥.ii. galliæ aromaticæ. Et reponatur in uaſe uitreato: & ſtringatur orificiū eius: & dimittatur in ſole, ꝑ dies quadraginta.

CLXXXVIII.

¶ Syrupus de Thymo: &c.

ACcipe Extremitatum thymi: ℥.ii. Calamēti, mentæ ſiccæ: ana. ʒ.v. Aniſi, fœniculi, apii, dauci: ana. ʒ.iiii. Paſſularū enucleatarū. ℥. iiii. Et cum mellis: lib.ii. fiat ſyrupus. Et aromatizetur cum galliæ: ʒ.ii.

CLXXXIX.

¶ Syrupus de Eupatorio: &c.

ACcipe Radicū apii, fœniculi, endiuiæ: ana ℥.ii. Liquiritiæ, ſquinanti, cuſcutæ, abſinthii, roſarū: ana. ʒ.xvi. Capillorum Veneris, bedegar, ſuchaha, florum bugloſſæ, aut radicum eius, aniſi, fœniculi, eupatorii: ana. ʒ.v. Raued, maſticis: ana. ʒ.iii. Spicæ, aſari, folii, ana. ʒ.ii. Coque in aquæ: lib.viii. uſq; ad tertiā. Et cū zucchari: lib.iiii. & ſucci apii, & endiuiæ: quantitate ſufficienti fiat ſyrupus.

CXC.

¶ Syrupus de Epithymo: &c.

RΕcipe Epithymi boni cretenſis: ʒ.xx. Myrobalanorum citrinorum, & indorū: ana ʒ.xv. Cuſcutæ, fumi terræ: ana. ʒ.x. Thymi, calamēti, bugloſſæ, emblici, bellerici, liquiritiæ, polypodii, agarici, ſtichados: ana. ʒ.vi. Roſarum, ſeminis fœniculi, aniſi: ana. ʒ.ii÷. Prunorum: numero.xx. Paſſularū enucleatarū: ℥.iiii. Tamarindorum: ℥.ii÷. Zucchari: lib.iii. Rob: lib.ii. Et fiat ſyrupus.

CXCI.

¶ Syrupus de Stichados: &c.

RΕcipe Florum ſtichados: ʒ.xxx. Haſce, calamenti, origani: ana. ʒ.x. Aniſi, pyrethri: ana. ʒ.vii. Piperis longi: ʒ.iii. Zinziberis: ʒ.ii. Paſſularum enucleatarū: ℥.iiii. Mellis: lib. v. Cōdias cum cinnamomi, calami aromatici, ſpicæ, croci, zinziberis, piperis nigri: & lōgi: ana. ʒ.i÷. Liga in panno raro, & ſuſpēde in ſyrupo. Doſis eius eſt. ℥.i. cum aqua decoctionis ſpicæ, & alchilil.

CXCII.

¶ Sermo in mellicrato condito: &c.

RΕcipe Vini antiqui boni: lib.x. Mellis boni, & deſpumati: lib.ii. Proiice ſup ea cinnamomi boni, & ſubtilis: ʒ.v. Spicæ aromaticæ: ʒ.i. Gariofilorꝫ, zinziberis, ligni aloes, macis: ana. ʒ.iiii. Heil: ʒ.ii. Croci: ʒ.i÷. Tere trituratione groſſa: & coletur in colatorio groſſo denſo de panno. Et aromatizetur cum muſci: ʒ. unius tertia.

CXCIII.

¶ Modus conditi de citro: &c.

ACcipe Corticum citri, uel foliorū citri: ℥. iiii. Cytoniorum: numero tria. Pomorū odoriferorum: numero. iiii. Diuidantur in fruſta: & accipe adhuc de ſpeciebus: quas diximus ſuperius: quantitatem eandem: & funde ſup ea uini antiqui: lib.viii. Et dimitte ꝑ duos dies. Poſtea coque ebullitione aliqua: & cū mellis deſpumati, & Zucchari tabarzet: ana lib.ii. Aquæ roſatæ: lib.i. coquatur ad ſpiſſitudinē iuleb. Et in fine aromatizetur cum Muſci: ʒ. unius quarta. Si aūt receus illud propinabitur: ſufficit ī eo parua decoctio: & bibatur impermiſtum.

CXCIIII.

¶ Conditum aliud de citro: &c.

RΕcipe Corticum citri: ℥.vi. Bugloſſæ: ℥. i÷. Marmacur: ℥.÷. Gariofilorum: auř.i. Ligni aloes: auř.÷. Terantur: & proiiciātur ſuper ea Vini boni: lib.iiii. & dimittātur diebus tribus. Deinde proiiciantur ſup ea zucchari tabarzet: lib ii. Et aromatizetur cum galliæ bonæ: auř.÷. Croci: ʒ. unius quarta. Maſticis: ʒ.i. Muſci: ʒ. unius ſexta.

CXCV.

¶ Modus conditi de bugloſſa: &c.

RΕcipe Bugloſſæ, mentæ ſiccæ, foliorum roſarum, corticum citri, aut foliorū citri: ana. ℥.iii. Aiſeleniemiſch: ℥.i. Trium generū cytoniorū, trium generum pomorū: ana. ℥.i÷. Setæ crudæ inciſæ, nucis muſcatæ, zedoariæ, galāgæ, been utriuſq;, ſandali citrini, croci: ana ʒ.i÷. Ligni aloes: ʒ.ii. Vini, & aquæ: ana lib.vi. mellis: lib.viii. Aromatizetur cum muſci: ʒ. unius tertia: & galliæ: ʒ.ii.

CXCVI.

¶ Modus operationis conditi de cytoniis: & eſt Miua: &c.

RΕcipe Succi cytoniorum acetoſorū: lib xx. Vini antiqui boni: lib.x. Coquantur cum facilitate: uſq; dum conſumpta ſit eius tertia: ſemper auferendo ſpumā eius. Deinde coletur: et dimittatur reſidere, ut clareſcat. Et proiice ſup illud mellis boni, & deſpumati: lib.vi.

Et iterum bulliat: & auferatur ſpuma eius. Et proiiciantur ſuper illud ſpecies alephanginæ ligatæ in panno, ſuſpenſo ſuper illud medicamen. Et ſunt proprie: cinnamomi, & heil: ana ʒ.iii. Gariofilorum: ʒ.ii. Zinziberis, maſticis, ana. ʒ.i÷. Croci: ʒ.ii. Ligni aloes, macis: ana, ʒ.i÷. Omnia præter crocum, terantur, contritione groſſa: & ſuſpendantur in panno, ſicut diximus: omni hora fricando illud, ſuper medicamine: donec fiat ei ſpiſſitudo. Deinde aromatizetur cum muſci: ʒ. unius tertia, & galliæ: ʒ.ii. Et ſunt ex hominibus: qui faciunt ipſum ſine ſpeciebus: & ſunt qui loco mellis, ponunt zuccharum: & proprie quando oportet: & faciunt cum ſpeciebus: & ſine ſpeciebus.

CXCVII.

¶ Confectio Miuæ ſimplicis: &c.

REcipe Succi cytoniorum: lib.c. Et ponatur in uaſe lapideo mũdo: & bulliat cum facilitate: auferendo omni hora ſpumam eius: uſq; ad conſumptionẽ medietatis. Deinde coletur: & dimittatur modicum reſidere: ſicut per horas tres: & proiiciãtur ſuper ipſum Vini antiqui: lib. quadraginta. Deinde coquatur ſuper prunas: uſq; dum ſpiſſitudinem habeat. Et ſunt qui loco mellis ponunt zuccharum. Et ſunt qui faciunt cum ſpeciebus: & quidam ſine eis. Et aromatizant ſicut diximus.

CXCVIII.

¶ Confectio Miuæ acetoſæ: &c.

ACcipe Succi cytoniorum acetoſorũ: lib. quadraginta. Et decoquatur uſq; ad conſumptionem medietatis. Deinde funde ſuper ipſum aceti boni, & albi: lib. ſeptuaginta. Et fiat ſicut diximus.

CXCIX.

¶ Confectio Miuæ alterius.

ACcipe Succi cytoniorum acetoſorũ: lib. lxx. Et proiice ſuper ipſum mentæ ſiccæ, & foliorum citri: ana. ℥.viii. Foliorum roſarũ: ℥.iii. Bulliat uſq; ad medium: deinde coletur. Et funde ſuper ipſum uini antiqui albi: lib. xxv. Deinde compleatur decoctio eius: ſicut diximus ſcilicet cum ſpeciebus: aut ſine ſpeciebus: cum: melle: aut cum zuccharo: aut utroq;. Et ſunt, qui loco uini ponunt acetum.

CC.

¶ Confectio Miuæ factæ ex ſucco fructuum.

ACcipe Succi cytoniorũ qui iam decoctus eſt, uſq; ad medietatem: lib. ii. Succi maiorum montanorum, & pyrorum agreſtium decoctorum, uſq; ad medietatem: ana lib. i. Vini antiqui: lib. ii. Coquatur ſicut diximus, cũ ſpeciebus. uel ſine ſpeciebus.

CCI.

¶ Sermo in Aceto ſquillitico: &c.

REcipe ex laminis ſquillæ: & proprie: quæ ſunt inter corpus, & corticẽ ipſius: quãtitatem, quã uolueris: & cõſue eas ſeparatim in filo: cũ ſtilo ligneo: & dimitte ſiccari in umbra, diebus. xl. Poſt illud cõminue eas in fruſta cum inciſorio ligneo: & pone ad oẽm lib. ipſarum: aceti boni: lib. viii. Et pone in uaſe uitreato ſtricti orificũ: & ſtringe caput eius: & dimitte in ſole p alios. 40. dies. Poſt illud cola: & adminiſtra, ubi oportet. Et ſi neceſſitas urget feſtinare: ſepeliatur uas in cinere calido, uel arena: cũ ſucceſſione nõ repente: ſed proprie inter horam: & horam. Et dixit Paulus laminæ eius ſicut ſunt, ponãtur in aceto, a principio ueris: uſq; ad finẽ æſtatis. ĩ uaſe uitreo ſigillato: & expoſito ſoli. Et poſt illud adminiſtretur. Et ſumatur in potu ex eo, omni die ieiuno parũper donec deueniatur ad: ℥.i÷.

CCII.

¶ Modus oxymellis ſquillitici uirtuoſi: &c.

ACcipe Mellis deſpumati: lib. iii. Aceti ſqllitici: lib. ii. Coquatur & deſpumetur. & pficiatur eius operatio: ſicut diximus in ſpeciebus ſecaniabin.

CCIII.

¶ Modus oxymellis ſqllitici de radicibus.

FIt ſicut ſecaniabin de radicibus: ſed pro aceto communi ponitur acetum ſquilliticũ.

CCIIII.

¶ Oxymel ſquilliticum, deſcriptione Democriti: &c.

ACcipe Origani, hyſopi ſiccæ, albaſce, chelſim, cordumeni, ſtichados: ana. ℥.v. Coquantur in tribus lib. aquæ: uſq; dum deueniat ad lib. i. Et proiice ſup ipſum mellis: lib. ii. Mellis paſſulatũ: lib. ÷. Succi alfeſeeræ: ℥.v. Aceti ſquillitici: lib. i÷. Auferatur ſpuma eius omni hora: & coquatur ſicut diximus.

CCV.

REſtat ſermo noſter: &c.

CCVI.

¶ Rob de ribes: &c.

REcipe Succi ribes: lib. x. Coquatur cũ facilitate: uſq; dum cõſumatur tertia ipſius. Deĩde coletur, & dimittatur reſidere: uſq; dum clareſcat. Deinde coquatur cũ multa facilitate, in uaſe uitreo uſq; dũ habeat ſpiſſitudinem. Aut exponatur ſoli: uſq; dũ pingueſcat: & conſeruetur. Da cum aqua uiuis: aut cũ aqua frigida. Et ſcito q rob herbæ acetoſæ eſt in uirtute eius.

CCVII.

¶ Rob de acreſta: &c.

EIus operatio eſt, ſicut rob de ribes.

CCVIII.

¶ Rob de cornis: &c.

OPeratio eius eſt ſicut diximus de ribes.

CCIX.

¶ Rob de berberis.

VAlet ſicut rob de ribes: & eius operatio eſt ſicut illius. Et ſi haberi non põt de berberis recẽtibus: accipe ex eis ſiccis: lib. ii. & proiice ſup illos, lib. iii. ſucci acreſtæ. Et dimitte p dies tres: donec humectẽtur. Deinde fricentur manibus: & exprimatur aquoſitas tota: & coquatur ſicut diximus.

CCX.

¶ Rob de Sumach.

VAlet ſicut rob đ berberis: & fit ſicut illud.

CCXI.

¶ Rob de Moris de ſcemi immaturis.

VAlet ſicut rob de ſumach: & fit ſicut illud.

CCXII.

¶ Rob de Cytoniis: &c.

FIt ſicut rob de ribes.

CCXIII.

¶ Rob de Pomis: &c.

FIt ſicut illud de ribea.

CCXIIII.

¶ Rob de Pyris.

VAlet ſicut rob de cytoniis: & fit ſicut illđ.

CCXV.

¶ Rob de Prunis: &c.

FIt ſicut primum.

CCXVI.

¶ Rob de Granatis acetoſis.

VAlet ſicut rob de berberis: & fit ſicut illud de acreſta.

CCXVII.

¶ Rob de Perſicis: &c.

FIt ſicut illud de cytoniis:

CCXVIII.

¶ Rob de acetoſitate citri.

VAlet ſicut rob de ribes: & fit ſicut illud.

CCXIX.

¶ Rob de fructibus: &c.

ACcipe Succi granatorum acetoſorum, & muzorum, ſucci cytoniorum acetoſorũ, ſucci pyrorum immaturorum, ſucci pomorũ montanorum, ſucci zarur, ſucci acreſtæ, ſucci acetoſitatis citri: ana partes æquales. Proiice in eis berberorum, & ſumach: ana partẽ mediam. Fiat ſicut diximus iu rob de berberis.

CCXX.

¶ Rob de fructibus aliud: &c.

REcipe Succi granatorum acetoſorum, & muzorum, aquæ prunorum, & aquæ tamarindorum: ana partes æquales. Succi acetoſitatis citri: partẽ. ÷. Fiat ſicut diximus in rob de ribes.

CCXXI.

¶ Rob myrtinum.

FIt ſicut rob de ribea. Et omnis quidem ſyrupus factus ex ſuccis: ſi inſpiſſetur, præter mel & zuccharum, uocatur rob.

DISTINCTIO SEPTIMA DE DECOCTIONIBVS ET INFVSIONIBVS.

CCXXII.

SEptima Diſtinctio eſt: &c.

CCXXIII.

¶ Decoctio capillorum Veneris: &c.

ACcipe Capillorum Veneris: ℥.i÷. Fumi terræ: ℥.i. Lupuli, uiolarum ſiccarum: ana. ʒ.viii. Prunorum quadraginta numero. Iuiubarum uiginti numero. Coquantur in lib. iii. aquæ cum facilitate: uſq; dum redeãt ad lib. I. Et proiice in ea caſiæ fiſtulæ mundatæ a cortice ſuo: ℥.iii. Tamarindorum: ℥.ii. Siracoſt: ℥.i. Rheubarbari boni: ʒ.iii. Fricetur manibus: & coletur: & propinetur ius in mane. Et quandoq; ponũtur loco aquæ, ſeri caprini: lib. iii.

CCXXIIII.

¶ Aqua fructuum: &c.

ACcipe Prunorum: numero quinquaginta. Sebeſten, iuiubarum: ana. xxx. Tamarindorum, caſiæ fiſtulæ: ana. ℥.iii. Mãnæ: ℥.i. Fiat ut diximus.

CCXXV.

¶ Modus infuſionis aquæ caſei: &c.

REcipe Foliorum roſarum recentium cõpletarũ: ℥.ii. Raued boni: ſuf. ii÷. Spicæ: ʒ.÷. Conterantur raued cõtritione groſſa: & roſæ ſimiliter modicum conterantur. Et fundantur ſuper ea, aquæ caſei: & proprie ſumptæ ex capris: lib. ii. Et dimittatur a ſero, uſq; mane. Deinde coletur: & propinetur: & quandoq; in defectu roſarum uiridium, fit ſine eis.

CCXXVI.

¶ Modus infuſionis de ſuccis herbarum: &c.

REcipe Succorum endiuiæ, lupuli, & buglòſſæ depuratorum: ana: ℥.viii. Proiice ſuper ipſos corticum myrobalanorum citrinorum: ℥.i. Raued boni: ʒ.iii. Tamarindorũ ℥.i÷. Caruis caſiæ fiſtulæ: ℥.iii. Fiat ut ſupra.

CCXXVII.

¶ Decoctio fumi terræ: &c.

Accipe Succi altaraxacon, & endiuiæ, & lupuli, & bugloſſæ: ana. ℥.iiii. Succi fumiterræ: ℥.viii. Et proiice ſuper eis depuratis & coctis myrobalanorum citrinorum, & indorum: ana. ℥.ii. Paſſularum enucleatarum tritarum: ℥.i. Tamariudorum: ℥.iii. Fiat ſyrupus, ſicut diximus.

CCXXVIII.

Decoctio Alhaſce: &c.

Recipe Alhaſce, cuſcutæ, hyſopi ana. ℥.i. Paſſularum enuclearum: ʒ.xx. Myrobalanorum chebulorum, & emblicorum: ana ℥.i. Turbith: ʒ.iiii. Stichados: ʒ.v. Eupatorii, abſinthii: ana. ʒ.iii. Radicum apii, & fœniculi: ana. ʒ.vii. Polypodii: ʒ.y. Aniſi, dauci: ana. ʒ.iii. Coquantur omnia in lib.iiii. aquæ: uſq; dũ redeãt ad lib.i. Deide colẽtur: & proiiciantur in ea Turbith: ʒ.i. Zinziberis: ʒ.÷. Agarici ʒ.i. Et dimittatur uſq; mane. Deinde coletur: & accipiatur.

CCXXIX.

Decoctio myrobalanorum: &c.

Recipe Myrobalanorum citrinorũ, chebulorum, indorum: ana. ℥.i. Tamarindorum: ℥.i÷. Fumi terræ: ʒ.viii. Abſinthii: ʒ.iii. Prunorum: xxx. Paſſularum enucleatarũ ℥.i. Coquantur in lib.iii. aquæ: uſq; dum deueniãt ad lib.i. Et accipe ex ea lib.÷. uel plus: ut oportet. Et proiiciantur in ea Turbith: ʒ.i. Agarici: ʒ.÷. Et quãdo uolueris, ut ſit medicina debilis: non proiiciantur in ea, illa duo: ſed ſufficiũt caſiæ fiſtulæ: ℥.ii. Et ſunt quidã, qui decoquũt dictas res ĩ aqua caſei: & eſt medicamẽ nobile.

CCXXX.

Decoctio de Stichados: &c.

Recipe Stichados, origani: ana. ʒ.iiii. Seminis apii, fœniculi, eupatorii: ana. ʒ.iii. Squinanti, hyſopi. ana. ʒ.ii. Paſſularum enuclearum: ʒ.viii. Turbith albi arundinei: ʒ.iiii. Coquantur, & adminiſtrentur.

CCXXXI.

Decoctio de eupatorio: &c.

Recipe Eupatorii, abſinthii, aſari, Spicæ, capillorum Veneris, cyperi, raued ſeni, fumi terræ, bedegar, ſuchaha: ana. ʒ.iiii. Chebulorum, indorum: ana. ʒ.viii. Paſſularũ enuclearum: ℥.i. Coquantur: & adminiſtrẽtur.

CCXXXII.

Decoctio epithymi: &c.

Recipe Myrobalanorum nigrorum, Stichados, epithymi, paſſularum enuclearum: ana. ℥.i. Chebulorum, fumi terræ: ana. ʒ.iiii. Folliculorum ſenæ: ʒ.viii. Polypodii: ʒ.vi. Turbith: ʒ.iiii. Eupatorii: ʒ.v. Omnia præter epithymum bulliãt in aquæ caſei: lib.iii. uſq; dũ redeant ad lib.i. Deinde proiiciatur ſuper illud epithymum: & bulliat ebullitione una. Deinde coletur: & fricetur ſup, Hellebori nigri: ʒ.i. Agarici: ʒ.÷. Salis ind.: ʒ.÷. Et adminiſtretur.

CCXXXIII.

Infuſio de Hiera: &c.

Recipe Hieræ ex aloe bonæ: ℥.÷. Et funde ſuper illam decoctionis eupatorii, quam diximus: lib.i. Et ponatur in uaſe uitreo: & exponatur ſoli per dies.xii. uel plus. Et da ex ea omni mane: ℥.i. plus uel minus ſicut oportet.

CCXXXIIII.

Infuſio alia Hieræ: &c.

Recipe Hieræ ex aloe: ℥.v. Et funde ſuper ipſam decoctionẽ epithymi: quam diximus. Et fiat ſicut diximus.

CCXXXV.

Infuſio tertia hieræ: &c.

Funde ſup ipſam decoctionis alhaſcæ: lib. i. Et fiat ſicut diximus.

OCTAVA DISTINCTIO DE TROCHISCIS.

CCXXXVI.

OCTaua Diſtinctio eſt de Trochiſcis: & erit: &c.

CCXXXVII.

Confectio galliæ muſcatæ: &c.

Recipe Xyloaloes crudi, & electi: ptes.v. Ambræ, camphoræ: ana partes.iii. Muſci boni partẽ.i. Glutinis tragacãthi ex aqua roſata: quantũ ſufficit ad cõmiſcendũ ea. Fiãt trociſci ſimiles foliis myrti: & ſigillentur: & reponãtur in uaſe uitreo: & adminiſtrẽtur. Et apud alios diſſoluitur ambra in uaſe uitreo: cũ oleo de ben pauco: & conficiuntur cætera cum eo.

CCXXXVIII.

Cõfectio galliæ ſebelliæ: uel ſebellinæ: &c.

Recipe Foliorũ roſarum recentiũ rubearum: quæ iam incipiunt reſerare nodos: ℥.i÷. Cõterãtur cõtritione ultima in mortario lapideo: cum piſtillo ligneo. Deinde proiiciantur ſuper illa Ligni aloes electi, & Gariofilorũ, & gummi, & ſpicæ iudæ: ana. ʒ.i÷. Sandali citrini: ʒ.ii. Ramich: ʒ.iii. Trita oĩa prius ſicut alcohol, terantur cum roſis: & humectẽtur cum modico aquæ roſatæ ĩfuſionis gũmi arabici: & iterũ terantur. Deinde iterũ humectẽtur: & terãtur. Et hoc fiat p diẽ unũ. Vltimo uero aro

matizetur cũ muſci: ʒ.unius partibus duabus: & ambræ: & camphoræ: ana auṙ.i. & fiant troſciſci ficut diximus: & ſigilleutur.

CCXXXIX.

Confectio alia galliæ alephanginæ: & eius interpretatio eſt aromatizatum: &c.

Accipe Emblicorum bonorũ abiectis oſſibus: ℥.iiii. couterantur cõtritione groſſa: & ponãtur in uaſe uitreo: & fundatur ſup eo, aquæ roſatæ bonæ, & electæ infuſionis roſa℞s & corticum citrornm: lib.÷. Et ſtringatur os naſis: & dimittatur per dies tres. Deinde exprimantur: & denuo fundãtur in eis: aquæ prædictæ infuſionis: ℥.iiii. Et iu craſtinum fiat ſimiliter: uſq; quo emblicorum uirtus in aqua ĩpſa fit. Tũc nero accipe Ligni aloes boni: ʒ.viii. Ramich: ʒ.i÷. Roſarum, gariofilorũ: ana. ʒ.x. Spicæ indæ: ʒ.iii. Sandali citrini aromatici: ʒ.iiii. Gummi arabici: ʒ.vi. Terantur omnia ſicut alcohol: ſicut dixi: & fundatur ſuper ea: parum ſucci prædictæ infuſionis emblicorum: & conteratur omne cum eo: uſq; dum tota infuſio in eo paulatim fundatur. Vltimo uero aromatizetur cum: ʒ.i. cãphoræ, & ambræ: ʒ.ii. & Muſci boni: ʒ.i÷. Fiant inde trociſci: & ſigillẽtur, ſicut diximus. Et ponãtur in uaſe uitreo: & adminiſtrẽtur.

CCXL.

Confectio Trociſcorum diarhodon: &c.

Accipe Foliorum roſarum rubearum: auṙ.vi. Spicæ aromaticæ: auṙ.ii. Liqritiæ: auṙ.iii. Ligni aloes: auṙ.ii. Spodii: auṙ.i. Croci: auṙ.÷. Maſticis: ʒ.ii. Conſice cũ uino albo: & fiant trociſci. ʒ.unius.

CCXLI.

Confectio Trociſcorum de roſis: ſtomachum: &c.

Recipe Foliorum roſarũ: ʒ.x. Liquiritiæ: ʒ.v. Spicæ. ʒ.ii÷. Conſice cum uino albo. Et ſi nis facere ſolutiouem: adde ſcammoneæ: ʒ.iii.

CCXLII.

Confectio Trociſcorum de roſis: & eupatorio: &c.

Recipe Foliorum roſarum: ʒ.viii. Spicæ: ʒ.iii. Rauedſeni: ʒ.iiii. Spodii: ʒ.i÷. Liquiritiæ: ʒ.iii÷. Succi eupatorii: ʒ.x. Fiant trociſci cum tereniabin.

CCXLIII.

Confectio trociſcorum de roſis: ſicuti &c.

Recipe Roſarum: ʒ.iiii. Ligni aloes: ʒ.ii. Maſticis: ʒ.i÷. Abſinthii romani, cinnamomi, ſpicæ, caſiæ ligneæ, ſquinanti: ana. ʒ.i. Fac trociſcos: ʒ.ii. cum uino antiquo, & aqua decoctionis radicum.

CCXLIIII.

Such Alhariſ: & eſt gallia magna, ſiue regalis: &c.

Recipe Succi albelach: lib.i. Bulliat ebullitiõe una. Deide coletur: & proiiciatur ſu p ipm gallarũ recẽtiũ cõtrita℞ cõtritione uitiai ℥.iii. Et bulliat, donec fiat ſicut mel. Deide accipe folio℞ roſarũ: ℥.i. Cardamomi, liguæ auis, gariofilorũ, nncis muſcatæ, maſticis, ligni aloes: ana. ʒ.vii÷. Darſeni: ʒ.iii. Sandali mazahari: ʒ.v. Croci: ʒ.÷. Gũmi arabici: ℥.i. Terãtur, & cribrentur: & miſce cũ p̃dictis. Et expãde ſuper marmor inunctũ oleo amygdalarũ: donec ſiccetur totum. Deinde puluerizetur, ſicut alcohol: & aromatizetur cum muſci: auṙ.÷. Deide cum aqua roſata fiant trociſci ſubtiles: & ſiccentur in umbra.

CCXLV.

Confectio Ramich: &c.

Recipe Succi herbæ acetoſæ: ℥.xvi. Bulliat ebullitione una, cũ roſarũ: ℥.i. Granorũ myrti: ℥.ii. Et coletur: & miſce cũ eo Gallarum recentiũ, & humidarũ, tritarũ ultima cõtritiõe: ℥.iii. Et coquatur adhuc. Deinde puluerizetur ſup ea foliorũ roſarũ: ℥.i. Sãdali mazahari. ℥.i. & ʒ.ii. Gũmi arabici: ℥.i÷. Carniũ ſumach, ſpodii: ana: ʒ.viii. Succi acreſtæ: ʒ.vii. Succi granorũ myrti tritorũ cõtritione ultima: ℥.iiii. Ligni aloes, gariofilo℞, maſticis, nucis muſcatæ ana. ʒ.iiii. Inuoluãtur oia ſimul: & expãde i ſcutella lapidea: uſq; dũ ſiccẽtur. Deinde tere ſicut alcohol. Et cũ cãphoræ: auṙ.i. & aq roſata ſufficiẽti: fac trociſcos ſubtiles: & exicca in umbra. Et apud alios, loco ſucci acetoſæ: ponitur ſucci cytoniorum acetoſorum immaturorũ, tantũdem. Et quidam ſunt qui aromatizant cum muſci: ʒ.unius quarta.

CCXLVI.

Confectio trociſcorũ de rheubarbaro: &c.

Accipe Raued boni. ʒ.x. Succi eupatorii: ʒ.iiii. Roſarũ: ʒ.iii. Spicæ, aniſi, rubeæ tinctorũ, ſemis apii, abſinthii, aſari: ana. ʒ.i. Amygdalarũ amararũ: ʒ.ii÷. Et fiãt trociſci aurei unius.

CCXLVII.

Confectio trociſcorum de camphora: &c.

Recipe Foliorũ roſarũ: ʒ.iiii. Spodii, liquiritiæ ana. ʒ.ii. Sandalorũ citrinorũ: ʒ.ii÷. Croci, ſeminis citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, tragacãthi, gummi, ſpicæ: ana. ʒ.i. Ligui aloes, cardamomi, amyli, camphoræ: ana. ʒ.unius ptes duas. Zucchari tabarzet, & tereniabin: ana. ʒ.iii. Conſice cum mucilagine pſyllii ex aqua roſata.

CCXLVIII.

Confectio trociſcorum de ſpodio:&c.

Recipe Spodii ℥.iiii. Roſarum rubearum ℥.vii. Seminis portulacæ, ſucci liqritiæ: ana. ℥.ii. Confice cum mucilagine pſyllii: &fac trociſcos drachmæ unius. Et da cū ſucco mali granati. Et alii addunt quatuor ſeminum, gummi arabici, tragacanthi, croci: ana. ℥.i÷.

CCXLIX.

Confectio trociſcorum de ſpodio: cum ſemine acetoſæ: &c.

Recipe Roſarum rubearum: ℥.xii. Spodii: ℥.x. Seminis acetoſæ: ℥.vi. Seminis portulacæ, granorū coriandri infuſorū in aceto: & torrefactorum, & pulpæ ſumach: ana. ℥.ii÷. Amyli aſſi, balauſtiorum, berberorū: ana. ℥.ii. Gummi arabici aſſi: ℥.i÷. Cōfice cū ſucco acre ſtæ: & da cum aliquo ex robub ſtipticis.

CCL.

Confectio trociſcorum de berberis: &c.

Recipe Berberorū, aut ſucci eorū, ſpodii, ſucci liquiritiæ, & ſeminis portulacæ: ana ℥.iii. Roſarum: ℥.vi. Spicæ, croci, amyli, tragacanthi: ana. ℥.i. Seminis citrulli: ℥.iii÷. Camphoræ: ℥.÷. Confice cum tereniabin.

CCLI.

Confectio alia trociſcorū de berberis: &c.

Recipe Berberorum: ℥.ii. Spodii, xyloaloes, ſemis acetoſæ, maſticis, galliæ, ſpicæ: ana. ℥.i. Roſarum: ℥.v. Gummi: ℥.iii. Confice cum aqua roſata.

CCLII.

Confectio trociſcorum de abſinthio: &c.

Recipe Roſarum, abſinthii, aniſi: ana. ℥.ii. Raued, ſucci eupatorii, aſari, apii, amygdalarum amararū, ſpicæ, maſticis, & folii: ana ℥.i. Fac trociſcos cum ſucco endiuiæ: & da cū ſucco herbarū.

CCLIII.

Confectio trociſcorum de Eupatorio: &c.

Recipe Tereniabin, ſucci eupatorii: ana. ℥.i. Roſarū: ℥.÷. Spicæ: ℥.iii. Raued, aſari, aniſi: ana. ℥.ii÷. Spodii: ℥.iii÷. Fac trociſcos cū ſuccis herbarum: & da cum eis.

CCLIIII.

Confectio trociſcorum de Aniſo: &c.

Recipe Aniſi, eupatorii: ana. ℥.ii. Seminis anethi, ſpicæ, maſticis, folii, abſinthii, aſari, apii, amygdalarū amararū: ana. ℥.÷. Aloes: ℥.ii. Confice cum ſucco abſinthii, & apii: & da cum ſyrupo acetoſo, & ſucco herbarum.

CCLV.

Confectio alia trociſcorū de aniſo: & ſunt trociſci de decem medicinis: &c.

Recipe Aniſi: ℥.iiii. Maſticis, ſpicæ, apii, abſinthii romani, aſari, folii: ana. ℥.i. Amygdalarū amararū: ℥.i÷. Aloes bonæ: ℥.ii. Succi eupatorii: ℥.iiii. Cōfice cū decoctiōe abſinthii.

CCLVI.

Confectio trociſcorum de Lacca: &c.

Recipe Laccæ mundatæ, ſucci liquiritiæ, abſinthii, berberi, ſucci eupatorii, raued, ariſtolochiæ longæ, coſti, aſari, amygdalarum amararum, rubeæ tinctorum, aniſi, apii, ſquinanti: ana. ℥.i. Fac trociſcos. ℥.unius.

CCLVII.

Confectio Trociſcorum de terra ſigillata, ex inuentione noſtra. &c.

Recipe Sanguinis draconis, gūmi arabici aſſi, ramich, ſoliorū roſarū, & ſeminū eius, amyli aſſi, ſpodii, acaciæ, ipoquſtidos, lapidis hæmatitis, henſiſtides, balauſtii, boli armeni, terræ ſigillatæ, ſedenegi, coralli, charabæ: ana ℥.ii. Margaritarum, tragacāthi, papaueris nigri: ana. ℥.i÷. Portulacæ aſſæ, cornu cerui aduſti, thuris, gallarum, croci: ana. ℥.ii. Fiant trociſci cum aqua arnogloſſæ. Et da cū aqua ſpodii, gummi, boli armeni, & ſpicæ. Et quādoq; inuitat neceſſitas: ut ponantur in eis opii ℥.ii. Et quādoq; plus: & qūq; minus, ſicut oportet. Adminiſtratio autem eorum, eſt ſecūdum tres modos. Ad fluxum ſanguinis ex pectore, aut pulmone: adminiſtrandi ſunt cum aqua portulacæ. Et ad excoriationē cum rob cytoniorū: aut aliquo robub ſtipticorū. Et ad emanationem ſanguinis, ex partibus inferioribus: cōfert iniectio eorum cum aqua uirgæ paſtoris.

CCLVIII.

Confectio trociſcorū de croco, conferens ad internos capitis dolores: & emicraneā difficilem: & ſahara uehementem.

Recipe Croci: auř.vii÷. Colchotar: auř.v. Aluminis: auř.viii. Myrrhæ, ſpicæ: ana auř.i÷. Omphacii, calchadis: ana. ℥.i÷. Gummi: auř.ii. Fiant trociſci cum uino ſtiptico. Et cum neceſſe fuerit, diſſoluatur unus cum aceto permiſto cū aqua roſacea: & liniantur frōs, & tempora. Si autem inſomnietatem patitur: opii auř.iii. addes.

CCLIX.

Confectio trociſcorū de arſenico. Et ſunt boni ad excoriationem: & ad dyſenteriam: & herpetem.

Accipe Arſenici citrini: ℥.i. Calcis nō extinctæ: ℥.xii. Acaciæ, ((chartarum cōbuſtarum,))fecis aceti aduſtæ, alumis, balauſtii: ana ℥.ii. Colchotar, flos æris: ana. ℥.v. Terantur cum aceto: & ſiet in ſole per dies decem. Et fiant trociſci. & reponantur

((Alia litera loco chartarū cōbuſtarū: hēt tarta ri cōbuſti.))

reponantur in uaſe uitri:& ſtringatur os eius:
& ponatur uas,in uaſe:ubi fuerit acetũ. Et ſunt
ultimi. Et quando inuitat neceſſitas:ponuntur
in eis,opii: ʒ.iiii.

CCLX.

℄ Confectio trociſcorum alandahal:qui po
nuntur in hiera Hermetis:& in aliis con-
fectionibus loco coloquintidæ.

ACcipe Pulpæ coloquintidæ albæ,& lenis
& mũdæ a granis: ℥.x. Incidatur cum inci
ſorio inciſione conuenienti:& fricetur cũ: ℥.i.
olei roſati. Deinde accipe Tragacanthi,gũmi,
bdellii:ana.ʒ.vi. Infundantur in aqua roſata p
dies quatuor:& conficiatur coloquintida inci
ſa, cum glutino eorum:& fiãt inde trociſci, &
exiccentur in umbra. Deinde terantur contri
tione bona:& iterum conficiantur cum gluti-
no præfato:& fiant trociſci:& adminiſtrentur.

CCLXI.

℄ Confectio trociſcorum de ſandali:&c.

ACcipe Trium ſandalorũ:ana.ʒ.viii. Spo-
dii, feminũ cucumeris, cucurbitæ,citrul-
li,& portulacæ:ana.ʒ.iiii. Roſarũ:ʒ.vii. Cam
phoræ: ʒ.i. Berberi,aut ſucci eius: ʒ.vi. Boli
armeni: ʒ.iiii. Cõfice cum aqua portulacæ: &
da cum lacte acetoſo:aut cũ aqua acreſtæ: aut
acetoſitate citri: aut rob de ribes.

CCLXII.

℄ Cõfectio alia trociſcorum de ſandalis:&c.

REcipe Sandalorum citrinorũ: ʒ.ii. Gum
mi arabici, ſemĩs citrulli excorticati:ana
ʒ.i. Seminum portulacæ, & lactucæ, traga-
canthi, Succi liquiritiæ:ana.ʒ.÷. Fiãt trociſci:
& adminiſtrentur ſicut primi.

CCLXIII.

℄ Confectio trociſcorum Hamech:&c.

REcipe Foliorũ uiolarũ mediocritatẽ habẽ
tiũ inter humiditatẽ,& ſiccitatem:auř.xii.
Turbith albi,& gummoſi: auř.vi. Succi liqui-
ritiæ: auř.iii. Tereniabin: ʒ.iiii. Fac trociſcos.
Doſis eorum eſt: auř.ii.cum zuccharo:aut pul
pa caſiæ fiſtulæ. Et quãdoq; inuitat neceſſitas:
& ponuntur in eis ſcammoneæ: auř.ii.

CCLXIIII.

℄ Confectio trociſcorum de cyperis:&c.

REcipe Zinziberis, heil, nucis muſcatæ,
cubebæ, macis, gariofilorũ, galliæ: ana
auř.i. Corticum citri, maſticis, florũ ſquinan-
ti, cyperi, ſpicæ, cinnami, emblicorum, extre
mitates myrti:ana auř.ii. Et alii,muſci: kirat.ii.
Confice cum melle paſſularum: & da ex eis cũ
uino odorifero. Et hoc poſt uomitum: & uen
tris ſolutionem.

CCLXV.

℄ Confectio trociſcorum de ligno aloes:&c.

REcipe Ligni aloes, roſarum rubearũ: ana
ʒ.ii. Maſticis, cinnamomi, gariofilorũ,
galliæ, ſpicæ, macis, nucis muſcatæ, cubebæ,
cardamomi, corticum citri, heilbaugue: ana
ʒ.i÷. Muſci, ambræ:ana.ʒ.unius ſextam. Fiãt
trociſci cum melle paſſularum: & adminiſtren
tur cum uino odorifero aromatico.

CCLXVI.

℄ Cõfectio trociſcorum de capparibus: &c.

ACcipe Corticum radicum capparis, ſemi-
nis agnicaſti:ana.ʒ.vi. Nigellæ, calamen
ti, ſucci eupatorii, acori, amygdalarum ama-
rarum, naſturtii, ammoniaci, foliorũ rutæ, ari
ſtolochiæ rotũdæ:ana.ʒ.ii. Cyperi, ſcolopen
driæ:ana.ʒ.i. Ammoniacũ diſſoluatur in ace-
to: & aliarum rerum puluis conficiatur cũ eo.
Et ſit doſis eius: auř.i.cum uino:in quo coqua
tur radix capparis, cortex fraxini, & cortex ta-
maricis,aut extremitates ramorum eius,& cor
tex ſalicum. Et ſunt qui duplicant ammonia-
cum: & eſt melius.

CCLXVII.

℄ Confectio trociſcorum de charabæ:&c.

ACcipe Charabæ:auř.vi. Cornu cerui a-
duſti, coralli aduſti, tragacanthi, acaciæ,
heniſtides, balauſtii, maſticis, laccæ, papaue-
ris nigri aſſati:ana auř.ii. Turis,croci, opii:ana
auř.i÷. Fac trociſcos unius.ʒ.cum mucilagi-
ne pſyllii.

CCLXVIII.

℄ Confectio trociſcorum Alchechengi: &c.

REcipe Granorum alchechengi: ʒ.iii. Se-
minis citrulli, albatechæ, & cucurbitæ:
ana.ʒ.iii÷. Boli armeni, gummi arabici, thu-
ris, ſanguinis draconis, papaueris albi, amy-
gdalarum amararũ, ſucci liquiritiæ, tragacan-
thi, amyli, granorum pini: ana. ʒ.vi. Seminis
apii, charabæ, boli, hyoſcyami, opii: ana.ʒ.ii.
Da.ʒ.i.cum iulep:aut aqua mellis.

DISTINCTIO NONA DE SVF-FVFET IDEST PVLVERIBVS.

CCLXIX.

CCLXX.

℄ Suffuf de ligno aloes:&c.

ACcipe Ligni aloes: ℥.÷. Galliæ: auř.i÷.
Zucchari tabarzet: ℥.i÷. Potio eius eſt:
ʒ iii.cum mina.

CCLXXI.

℄ Suffuf de ligno aloes aliud: &c.

REcipe Ligni aloes: ʒ.iii. Cardamomi,mẽ
tæ ſiccæ, ſpicæ, marmacur, cyperi, cor-
ticis citri:ana auř.ii. Galliæ, ſquinãti: ana.ʒ.i.

Maſticis, aniſi, apii: ana. ℥.ii. Zucchari, pondus omnium. Da cum miua.

CCLXXII.

¶ Suffuf diarhodon &c.

Recipe Trociſcorũ diarhodon, maſticis: ana. ℥.iii. Charabæ, mentæ ſiccæ, ligni aloes: ana. ʒ.ii÷. Da. ʒ.i. cum uino odorifero.

CCLXXII.

¶ Suffuf aromaticum: &c.

Recipe Aniſi: auř.xii. Seminis fœniculi: auř.vi. Liqritiæ, zinziberis: ana auř.iii Gariofilorum, macis, cinnamomi electi, galangæ: ana auř.ii. Galliæ muſcatæ: auř.i. Ligni aloes, corticis citri: ana auř.i÷. Muſci boni: ʒ. unius quartam. Zucchari tabarzet: põdus omnium. Zucchari nabet: mediũ põdus omniũ Doſis eius eſt, auř.ii. cum uino bono.

CCLXXIIII.

¶ Suffuf bonum impinguatiuum: & expertũ.

Recipe Farinæ cicerum infuſorũ in lacte dulci, & exiccatorũ & iterum infuſorꝫ, & exiccatorũ: & tertio fit ſimiliter: deinde coctorum. Et ſint ſicut trociſci: ℥.vi. Riſi abluti multoties: ℥.ii. Tritici, & hordei excoriatorũ: & ablutorũ multoties, & exiccatorũ: & multoties infuſorũ in lacte, & exiccatorum: ana. ℥.iii. Amygdalarũ dulciũ: ℥.v. Papaueris, tortellarum de ſcemi: ana. ℥.iiii. Zucchari tabarzet: lib.i. Teratur. & da ut ſorbeat omni die, in mane: ℥.iii. poſtq̃ decoquitur in lacte: aut aqua ciceris.

CCLXXV.

¶ Suffuf de granis myrti: &c.

Recipe Granorũ myrti, & granorũ granatorum acetoſorũ roſtorũ: ana. ʒ.xx. Cymini carmeni infuſi, die ac nocte, i aceto: & exiccati. & torrefacti, ſauich alnabach, charub de ſpinis, ſumach, glandiũ: ana. ʒ.x. ((Charad, & tarathit: ana. ℥.v.)) Confice: & da.

CCLXXVI.

¶ Suffuf ad tuſſim antiquam: &c.

Recipe Amygdalarũ dulciũ, zucchari: ana ℥.ii. Seminis fœniculi. ℥.÷. Tere: & da cũ iulep.

DECIMA DISTINCTIO DE PILVLIS.

CCLXXVII.

¶ Pilulæ alephãginæ: & eius interpretatio eſt, de aromatibus: & ſunt ex inuentione nr̃a: &c.

Recipe Cinnamomi, cubebæ, ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis muſcatæ, cardamomi, gariofilorũ, aſari, maſticis, ſquinãti, ſpicæ, carpobalſami: ana. ℥.i. Abſinthii ſicci, roſarum: ana. ʒ.v. Terantur contritione groſſa: & fundantur ſuper ea aquæ: lib. xii.

Et coquantur, uſq; ad cõſumptionem duarum partium. Deinde fricentur manibus: & colentur: et exprimatur aquoſitas eius. Et accipe aloes ſuccotrinæ: lib.i. Et lauetur in ſcutella lapidea uitreata cum aqua pluuiali, lauationibus pluribus. Deinde exiccetur: & fundatur ſuper ipſam: expreſſionis prædictæ, circiter lib.ii. Et terantur in ſole. Deinde admiſceantur cũ aloe præſata, myrrhæ, maſticis: ana. ʒ v. Croci, ʒ. iii. Tere contritione bona. Deinde prædictæ expreſſionis reſiduũ, ſuper ea fundatur: & conterantur uſq; dum ſiccentur. Et fiant ex eis pilulæ in modum ciceris. Et da ex eis a. ʒ.ii. uſq; ad auř.ii. Et quandoq; exigit diſpoſitio, ut minuatur ex eis pondus aloes. Et tunc ponimus ex ea: ℥.iiii. & quandoq; plus, & quandoq; exigit diſpoſitio, ut lauetur aloe prius, cum aqua myrobalanorum. Et tunc accipe ex eis, ab. ℥. iiii. uſq; ad. ℥.viii. & coque in aqua. Et poſtquã coxeris: cum hac aqua laua: & exicca illam. Et laua ultimo cum aqua de ſpeciebus: ſicut diximus. Sunt enim incolumes.

CCLXXVIII.

¶ Pilulæ ſtomaticæ: &c.

Recipe Hieræ picræ. ʒ.vii. Trium myrobalanorum: ana. ʒ.iii. Agarici: ʒ.ii. Turbith boni: ʒ.x. Epithymi cretenſis, aniſi: ana ʒ.ii÷. Salis indi: ℥.ii. Abſinthii, ſcammoneæ: ana. ℥.iii÷. Fac pilulas cum penidiarum: ℥.iii. & ſucco ſcariolarũ. Doſis eius eſt: ʒ.ii. plus & minus ſecundum diſpoſitionem.

CCLXXIX.

¶ Pilulæ aggregatiuæ: ex inuentione noſtra: &c.

Recipe Myrobalanorum citrinorum, raued ſeni: ana. ʒ.iiii. Succi eupatorii, ſucci abſinthii: ana. ℥.iii. Scammoneæ antiochenæ coctæ in pomo: ℥.vi. Chebulorum, indorum, agarici, coloquintidæ, polypodii: ana ℥.ii. Turbith boni, Aloes: ana. ʒ.vii. Maſticis, roſarum, ſalis gemmæ, epithymi, aniſi, zinziberis: ana. ℥.i. Electuarii roſarum: quantũ ſufficit ad aggregationem. Fiant pilulæ groſſæ. Da. ℥.i. uel auř.i.

CCLXXX.

¶ Pilulæ aggregatiuæ maiores: &c.

Recipe Bdellii, myrobalanorꝫ nigrorum, bellericorum, & emblicorum: ana. ℥.iiii. Turbith boni & electi: ʒ.xiii. Seminum apii, fœniculi, aniſi, carui, ammeos, origani, roſarum, ſeitaragi indi, harmel, hermodactyli, ſalis indi, maſticis, ammoniaci: ana. ℥.i. Zinziberis, cinnamomi, cardamomi, acori, ſpicæ, croci, caſiæ: ana. ℥.÷. Serapini: ʒ.iiii. Coloquintidæ:

ʒ.iii. Penidiarum albarum: ʒ.x. Aloes ſucco trinæ: ʒ.xv. Confice cum ſucco caulium. Et unge manus tuas cum oleo ſambacino: quando facis pilulas.

CCLXXXI.

¶ Pilulæ aggregatiuæ minores: &c.

RECIPE Myrobalanorũ citrinorum, nigrorum, & emblicorum: ana. ʒ.iiii. Maſticia, aniſi, ſucci eupatorii, abſinthii, roſarũ: ana. ʒ.ii. Raued ſeni: ʒ.v. Hieræ picræ: ʒ.xii. Confice cum ſucco apii. Da. ʒ.ii.

CCLXXXII.

¶ Pilulæ de eupatorio maiores: &c.

RECIPE Myrobalanorum citrinorũ, ſucci eupatorii, ſucci abſinthii: ana. ʒ.iii. Raued ſeni: ʒ.iii÷. Maſticis: ʒ.i. Croci: ʒ.÷. Aloes bonæ: ʒ.v. Confice cum ſucco endiuiæ: uel cum aqua caſei. Doſis eſt: ʒ.ii.

CCLXXXIII.

¶ Pilulæ de eupatorio minores: &c.

RECIPE Myrobalanorum citrinorũ, raued ſeni, ſucci eupatorii, aloes: ana ptes æquales. Confice cum aqua apii: uel cũ aqua caſei: aut cum aqua endiuiæ: & da: ʒ.ii.

CCLXXXIIII.

¶ Pilulæ de rheubarbaro: &c.

RECIPE Raued ſeni: ʒ.iii. Succi liquiritiæ, ſucci abſinthii, maſticis: ana. ʒ.i. Myrobalanorum citrinorũ: ʒ.ii÷. Seminis apii, fœniculi: ana. ʒ.÷. Trociſcorũ diarbodon: ʒ.iii÷. Hieræ picræ: ʒ.x. Cõfice cum aqua fœniculi: & da: ʒ.ii. cum aqua caſei calida, in ſero.

CCLXXXV.

¶ Pilulæ de alcbecbengi: &c.

RECIPE Abſinthii, & ſucci eius, & ſucci eupatorii, aloes, myrobalanorũ citrinorũ, maſticis, croci, raued ſeni, laccæ ablutæ, aſari, aniſi, caſiæ, ſeminis fumi terræ: ana. ʒ.ii. Hieræ picræ: ʒ.iii. Confice cũ aqua ſolatri. Doſis eius eſt: a. ʒ.i. uſq; ad auř.i÷. Et ſi eſt tuſſis cũ febre: pone uenarũ liquiritiæ, medietatẽ ponderis omnium. Sunt enim ſanæ & expertæ.

CCLXXXVI.

¶ Pilulæ ad febres ãtiquas: inuẽtiõe Philagrii.

RECIPE Trociſcorũ diarhodon, trociſcorum de rheubarbaro: ana. ʒ.iiii. Myrobalanorum chebulorũ: ʒ.iii. Succi eupatorii, bedeguar: ana. ʒ.ii. Abſinthii: ʒ.i÷. Myrobalanorum citrinorũ, ſemis cuſcutæ, turbith: ana. ʒ.iiii. Agarici, aloes: ana. ʒ.vii. Salis indi: ʒ.i. Cõfice cum aqua fœniculi: & da. ʒ.ii.

CCLXXXVII.

¶ Pilulæ indæ: quas ſcripſit Hali: &c.

RECIPE Myrobalanorũ nigrorũ, hellebori nigri, polypodii: ana. ʒ.v. Epithymi, ſticha

dos: ana. ʒ.vi. Agarici, lapidis lazuli loti, coloquintidæ, ſalis indi: ana. ʒ.iii. Succi eupatorii, Spicæ: ana. ʒ.ii. Gariofilorũ: ʒ.i. Hieræ picræ: ʒ.xii. Fiãt pilule, cum ſucco apii, Doſis eius eſt: a. ʒ.ii. uſq; ad auř.ii. Et ſunt ſanæ, & exptæ. Da cũ aq̃ caſei.

CCLXXXVIII.

¶ Pilulæ alandabal Hermetia: &c.

RECIPE Trociſcorũ alãdahal: ʒ.xii. Hieræ: ʒ.vii. Maſticis: ʒ.ii. Salis gẽmæ: auř.i. Laudani boni: ʒ.i. Oia, p̃ter laudanũ, & maſticẽ, terãtur & cribrẽtur: & ĩ unũ immiſceãtur. Maſtix uero diſſoluatur cũ pauco oleo nucũ: & liniantur cũ eo ſpẽs cribratæ. Deĩde cũ laudano cõficiãtur in mortario: terẽdo ea cũ piſtillo calido. Et fiant pilulæ groſſæ. Da a. ʒ.÷. uſq; ad. ʒ.i.

CCLXXXIX.

¶ Pilulæ d̃ Sarcocolla: & ſunt pilulæ Hali: &c.

RECIPE Sarcocollæ: ʒ.iii. Turbith: ʒ.iiii. coloqntidæ: ʒ.i÷. Ziziberis: tãtũdẽ. Salis gẽmæ: ʒ.i. Diſſolue ſarcocollã in aqua roſata: & cõfice alia cũ ea: & fiãt pilulæ. Sũt.n. ſanæ & expertæ.

CCXC.

¶ Pilulæ fœtidæ maiores: &c.

RECIPE Serapini, ammoniaci, opopanacis, bdellii, coloqntide, barmel, aloes, epithymi: ana. ʒ.v. Hermodactyli, & alſcebrã: ana. ʒ.ii. Scãmoneæ: ʒ.iii. Cinamomi, ſpicæ, croci, caſtorei: ana. ʒ.i. Turbith: ʒ.iiii. Zinziberis: ʒ.i÷. Euphorbii: ʒ. unius ptes duas. Diſſoluãtur gũmi in aqua porri: & fiant pilulæ. Da: ʒ.ii.

CCXCI.

¶ Pilulæ fœtidæ minores: &c.

RECIPE Serapini, ãmoniaci, opopanacis, bdellii, myrrhæ: ana. ʒ.v. Turbith: ʒ.x. Coloquintidæ: ʒ.vi. Fiãt ſicut priores. Da: ʒ.ii.

CCXCII.

¶ Pilulæ de Serapino: &c.

RECIPE Serapini, ammoniaci, bdellii, opopanacia, aloes, caſtorei, barmel: ana. ʒ.ii. Coloqntidæ: ʒ.iii. Fiãt pilulæ, cum aqua porri.

CCXCIII.

¶ Pilulæ de euphorbio: &c.

RECIPE Euphorbii, coloquintidæ, agarici, bdellii, ſerapini: ana. ʒ.ii. Aloes: ʒ.v. Fiant pilulæ, cũ aqua porri. Potio: a. ʒ.÷. uſq; ad. ʒ.i.

CCXCIIII.

¶ Pilulæ de raued: &c.

RECIPE Raued ſeni: ʒ.vii. Ammoniaci, ſerapini, bdellii: ana. ʒ.x. Laccæ: ʒ.viii. Opopanacia, mezereon, gũmi: ana. ʒ.iiii. Turbith: ʒ.x. Spicæ, polii, aloes: ana. ʒ.v. maſticia: ʒ.ii. myrobalanorũ citrinorũ: ʒ.x. Diſſolue in uino gũmi: & fac pilulas. Doſis eſt: ʒ.ii. cũ aqua caſei.

CCXCV.

¶ Pilulæ de mezereon: &c.

Recipe Foliorum mezereon infuſorũ in aceto:& exiccatorum: ʒ.v. Myrobalano rum citrinorum: ʒ.iiii. Chebulorũ: ʒ.iii. Confice cum Tereniabin:uel tamarindis diſſolutis in aqua endiuiæ.

CCXCVI.

℄ Pilulæ lucis maiores:&c.

Recipe Roſarum, uiolarum, abſinthii, coloquintidæ, turbith, cubebæ, calami aromatici, nucis muſcatæ, ſpicæ, epithymi, carpobalſami, xylobalſami, ſileris, ſeminis rutæ, ſquinanti, aſari, maſticis, gariofilorum, cinnamomi, aniſi, fœniculi, apii, caſiæ, croci, macis: ana ʒ.ii. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, bellericorũ, & emblicorum, raued ſeni: ana. ʒ.iiii. Agarici, ſenæ: ana. ʒ.v. Euphragiæ. ʒ.vii. Aloes ſuccotrenſis, pondus omnium. Confice cum ſucco fœniculi. Doſis eius eſt a. ʒ.ii. uſq; ad. iii.

CCXCVII.

℄ Pilulæ lucis minores:&c.

Recipe Xylobalſami, carpobalſami: ana ʒ.i. Chelidoniæ: ʒ.v. Roſarum, uiolarum, abſinthii, euphragiæ: ana. ʒ.iii. Senæ, epithymi, myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, bellericorum, & emblicorum, agarici, coloquintidæ, ſquinanti, lycii, lapidis lazuli: ana. ʒ.ii÷. Aloen bonam, ad pondus omnium. Confice cum ſucco fœniculi, aut chelidoniæ.

CCXCVIII.

℄ Pilulæ ſtomaticæ: ſtomachum:&c.

Recipe Hieræ picræ: ʒ.x. Trium myrobalanorum, abſinthii: ana. ʒ.iii. maſticis, aniſi, belierici, emblici, agarici: ana. ʒ.iii÷. Zinziberis: ʒ.ii. Gariofilorum, ſalis gẽmo, ſquinanti: ana. ʒ.i. Turbith: ʒ.xii. Confice cum ſucco abſinthii:& da. ʒ.ii. uel. iii.

CCXCIX.

℄ Pilulæ ſtomaticæ:& ſunt:&c.

Recipe Trium myrobalanorum: ana. ʒ.iii. Roſarum, maſticis: ana. ʒ.ii. Cardamomi, ligni aloea, ſandali citrini, cubebæ, gariofilorum, ſquinanti, nucis muſcatæ: ana ʒ.i. Raued ſeni: ʒ.÷. Turbith: ʒ.vii. Aloen, ad pondus omnium. Confice cum uino odorifero.

CCC.

℄ Pilulæ ſtomaticæ aliæ: ſtomachum:&c.

Recipe Aloea: ʒ.vi. Maſticis, roſarũ: ana ʒ.ii. Confice cum ſucco ſolatri.

CCCI.

℄ Pilulæ ſtomaticæ noſtræ:&c.

Recipe Turbith: ʒ.x. Maſticis: ʒ.iiii. Roſarum: ʒ.iii. Aloen bonã, ad pondus omnium. Confice cum ſucco abſinthii.

CCCII.

℄ Pilulæ alandahal:&c.

Recipe Trociſcorum alandahal: ʒ.x. Salis gemmæ: ʒ.i. Laudani: ʒ.xii. Olei roſarum: quantum ſufficit. Et ſunt expertæ.

CCCIII.

℄ Pilulæ ſtomaticæ aliæ noſtræ.

Recipe Myrobalanorum citrinorũ, aloes, Turbith: ana. ʒ.x. Roſarum, ſpicæ, maſticis: ana. ʒ.ii÷. Aniſi: ʒ.i÷. Salis indi, croci: ana. ʒ.i. Confice cum ſucco abſinthii.

CCCIIII.

℄ Pilulæ de Agarico:&c.

Recipe Agarici: ʒ.iii. Radicis lilii cæleſtis, Praſſii: ana. ʒ.i. Turbith: ʒ.v. Hieræ picræ: ʒ.iiii. Coloquintidæ, Sarcocollæ: ana. ʒ.ii. Myrrhæ: ʒ.i. Confice cum robub:& da. ʒ.ii.

CCCV.

℄ Pilulæ quæ cõferũt ad febres colericas:&c.

Recipe Myrobalanorũ citrinorũ, & indorum, ſeminis fumi terræ, cuſcutæ, emblicorum: ana. ʒ.ii. Foliorũ roſarum, ſeminis citrulli: ana. ʒ.iii. Raued: ʒ.vi. Scãmoneæ coctæ in cytonio: ʒ.i÷. Succi eupatorii, ſucci abſinthii: ana: ʒ.ii. Agarici: ʒ.ii÷. Hieræ picræ: ʒ.viii. Mellis aggregationis caſiæ fiſtulæ, & tamarindorum, & ſucci endiuiæ: quantum ſufficit. Doſis eſt a. ʒ.ii. uſq; ad aur. ii.

CCCVI.

℄ Pilulæ diarhodon:&c.

Recipe Trociſcorũ diarhodon, abſinthii: ana. ʒ.v. cinarũ ſquinanti, maſticis: ana ʒ.ii. Salis indi: ʒ.i. Aloes bonæ: põdus oĩum. Confice cum aqua foliorum citri.

CCCVII.

℄ Pilulæ de turbith:& dicuntur pilulæ aureæ:&c.

Recipe Turbith boni: ʒ.xvi. Aloes: ʒ.i÷. Maſticis, roſarum: ana. ʒ.vii. Myrobalanorum citrinorum: ʒ.x. Croci: ʒ.iii. Confice cum ſucco abſinthii.

CCCVIII.

℄ Pilulæ de turbith aliæ:&c.

Recipe Turbith, myrobalanorũ citrinorũ, aloes optimæ: ana. ʒ.x. Maſticis, roſarũ, ſpicæ: ana. ʒ.ii÷. Aniſi: ʒ.i÷. Croci: ʒ.i. Fiant

pilulæ, ſicut diximus.

CCCIX.

¶ Pilulæ de lapide lazuli: &c.

RECipe Lapidis lazuli abluti: ʒ.vi. Epithy
mi, polypodii: ana. ʒ.viii. Scãmoneæ, hel
lebori nigri, ſalis indi: ana. ʒ.ii ÷. Agarici: ℈.viii.
Gariofilorũ, aniſi: ana. ℈.iiii. Hieræ picræ: ʒ.xv.
Cõfice cũ ſucco endiuiæ: & da. ʒ.ii. cũ aq̃ caſei.

CCCX.

¶ Pilulæ de lapide armeno: &c.

RECipe Lapidis armeni loti, & p̃parati, hie
ræ picræ: ana. ʒ.v. Epithymi, polypodii,
agarici: ana. ℈.viii. Scãmoneæ coctæ in cyto
nio: ℈.iii. Gariofilorũ: ʒ.ii. Salis indi: ʒ.i ÷: Cõ
fice cum ſucco ſolatri.

CCCXI.

¶ Pilulæ ad omnes morbos catarrhi: &c.

RECipe Myrrhæ puræ: ℈.vi. Olibani ʒ.v.
Opii, hyoſcyami, radicum linguæ canis:
ana. ʒ.iiii. ((Croci: ʒ.i ÷.)) Fiant pilulæ: & admi
niſtrentur. Et da: a. ʒ ÷ uſq; ad. ʒ.i.

CCCXII.

¶ Pilulæ de Serapino: &c.

RECipe Serapini, ammoniaci, opopanacis
bdellii: ana. ʒ.ii. Semis apii, ammeos, har
mel, aniſi: ana. ℈.i. Acori, ſeitaragi indi, calamẽ
ti fluuialis, cẽtaureæ, polii, coſti, ſalis gẽmæ: ana
℈. ÷. Aloes: ʒ vi. Cologntidæ: ʒ.v. Fiãt pilulæ
& admiſtrẽtur. CCCXIII.

¶ Pilulæ de Bdellio maiores: &c.

RECipe Bdellii: ℈.xii. Ammeos: ʒ.iii. Che
bulorũ, indorũ, bellericorũ, emblicorũ,
uenerearũ aduſtarũ, charabæ: ana. ʒ.ii ÷. Infun
datur bdellium in ſucco porri: & fac pilulas in
modũ ciceris. Doſis eſt: a. ℈.ii. uſq; ad aur̃.ii.

CCCXIIII.

¶ Pilulæ de bdellio minores: &c.

RECipe myrobalanorũ chebulorũ, indorũ,
emblicorũ, & bellericorũ: ana. ʒ.v. Bdel
lii: ℈.xv. Fiant ſicut diximus.

CCCXV.

¶ Pilulæ de bdellio, ex inuẽtione noſtra: &c.

RECipe myrobalanorũ nigrorũ, emblico
rũ, & bellericorum: ana. ℈.v. Bdelli. ʒ.x.
Scoriæ ferri, ſemis porri: ana. ʒ.iii. Coralli adu
ſti, charabæ, cõchulæ aduſtæ: ana. ʒ.i ÷. marga
ritarum: ʒ. ÷. Confice ſicut diximus.

CCCXVI.

¶ Pilulæ de coloquintida: &c.

RECipe Coloqnidæ. ʒ.vi. myrobalanorũ
nigrorũ, & citrinorũ, ſerapini, bdellii, ſar
cocollæ: ana. ʒ.v. Aloes: ℈.vii. Nigellæ, cymi
ni carmeni, origani p̃ſici, naſturtii albi, ſalis gẽ
mæ, abſinthii romani: ana. ʒ.i. Infunde gũmi in
aqua porri: & fac cũ cæteris pilulas. Doſis eſt: a

ʒ.i. uſq; ad aur̃.i. CCCXVII.

¶ Pilulæ de opopanace: &c.

RECipe Opopanacis, hermodactyli, ſerapi
ni, bdellii, ammoniaci, coloqntidæ: ana
ʒ.v. Croci, caſtorei, myrrhæ, zinziberis, pipe
ris, macropiperis, caſiæ, myrobalanorũ citri
norũ, bellericorũ, emblicorũ: ana. ʒ.i. Scãmo
neæ: ℈.ii. Turbith: ʒ.iiii. Aloes: ʒ.xii. Infundã
tur gũmi in aqua cauliũ: & fiant cum eis pilulæ.
Doſis eſt: a. ʒ.i. uſq; ad aur̃.i. cum aqua iuæ.

CCCXVIII.

¶ Pilulæ de hermodactylis maiores: &c.

RECipe Hermodactylorũ, aloes, myroba
lanorũ citrinorũ, turbith, coloquintidæ,
bdellii, ſerapini: ana. ʒ.vi. Caſtorei, Sarcocol
læ, euphorbii, opopanacis, harmel, apii: ana. ʒ.
iii. Croci: ℈.i ÷. Cõfice cũ ſucco cauliũ: & fac pi
lulas. CCCXIX.

¶ Pilulæ de hermodactylis minores: &c.

RECipe Hermodactylorũ: ʒ.v. Scãmoneæ:
ʒ.ii ÷. Myrobalanorũ citrinorũ: ʒ.iii. Ro
ſarũ: ʒ.ii. Aloes: ʒ.x. Et cõfice cũ catartico roſa
to: & da. ʒ.ii. CCCXX.

¶ Pilulæ de Hermodactylis, deſcriptiõe nr̃a.

RECipe Hermodactylorũ, aloes: ana. ʒ.v.
Myrobalanorũ citrinorũ, turbith: ana. ʒ.
iiii. Ziziberis: ʒ.ii. Fac pilulas cũ electuario ro
ſato: & da: ʒ.ii.

CCCXXI.

¶ Pilulæ Sebelliæ: &c.

RECipe Spicæ indæ: ʒ.v. Spicæ Romanæ:
ʒ.ii. Raued, agarici, epithymi: ana. ʒ.iiii.
coſti, maſticis, chamædryos, amomi: ana. ʒ.iii.
Croci: ʒ.ii. Myrrhæ, cinnamomi, gariofilorũ,
ſqnãti: ana. ʒ.i. Aloes: ʒ.x. Fiant pilulæ cũ uino
antiquo. Da: ʒ.ii. cum uino permiſto.

DISTINCTIO VNDECIMA DE Vnguentis, & Emplaſtris.

CCCXXII.

CCCXXIII.

¶ Iſopi cærotum deſcriptione Galeni: &c.

RECipe Cæræ citrinæ: ℥.iii. Olei chamæmil
læ, & oleiirini: ana. ℥.vi. maſticis: ℥.i. Spi
cæ: ʒ.ii ÷. Croci: ʒ.i ÷. Terebinthinæ: ℥.i. Reſi
næ: ℥. ÷. Iſopi humidæ: ʒ.lxxx.

CCCXXIIII.

¶ Operatio iſopi humidæ.

RECipe Lanarum ouium ſuccidarum: cir
citer lib.lx. Et funde ſuper eas aquæ fon
tium calidæ: quantũ ſufficit, ad infundendum.
Et dimitte p horas octo. Deinde bulliat bulli
tione una: & exprimatur aqua lanarũ: & cole

tut aqua:& coquatur cũ facilitate in uaſe ſtãna-
to agitando ſemp fundum uaſis,cũ ligno am-
plo:ne recipiat de ueſtigio aduſtionis aliquid:
& coquatur uſq̃,dũ fiat ſicut mel currẽs:& ſer-
uetur. CCCXXV.

¶ Iſopi cætotum, deſcriptione Philagrii:&c.

RECIPE Croci:ʒ.v. Bdellii,maſticis,ammo-
niaci,aloes,ſtoracis liqdæ:ana.ʒ.viii. Cæ-
ræ citrinæ:lib.i. Terebinthinæ:℥.ii÷. medullæ
cruris uaccæ,adipis anſeris:ana.ʒ.xv. Iſopi hu-
midæ:lib.i÷. Olei nardini:quantũ ſufficit. Bdel-
lium,ammoniacũ,& aloe, diſſoluãtur in aqna
infuſionis fœnn græci:& chamæmillæ:& cum
cæteris fiat unguentũ. Et poſt Philagriũ : addi-
derũt exp̃ſſionis ſqllæ:℥.iii. Olibani:℥.i. Sepi
uitulini:ʒ.xv. Et eſt conuenientius.

CCCXXVI.

¶ Iſopi cærotum,deſcriptione Pauli:&c.

RECIPE Ammoniaci:ʒ.x.Bdellii:ʒ.v.Sigi e
ʒ.iiii. Croci:ʒ.i÷. Aloes,maſticis,oliba-
ni:ana.ʒ.ii÷.Cæræ:℥.iii÷.Sepi,& medullæ ui-
tuli:ana.℥.ii. iſopi humidæ:ʒ.xl. ireleon:quã-
tum ſufficit. CCCXXVII.

¶ Vnguentum diaphinicon,conferens:&c.

RECIPE Adipis zirbi antiq,mundi,& cola-
ti,& adipis uituli antiqui mundi & colati:
ana lib.i÷. Calchadis:℥.iiii. Olei antiqui,& li-
thargyri mũdi:ana lib.iii. Terãtur lithargyrũ,
& calchadis cõtritione nltima: & mũdentur p
pannũ ſubtilem,& ſpiſſum.Deinde terantur cũ
oleo:& elaboretur in pmiſtione eoꝝ:ſemp pa-
rum ex oleo addẽdo:& fiat illud.Deinde cole-
tur ſup illud adeps:& coquatur cum facilitate:
agitãdo illud ſine ĩtermiſſione cũ ramo palma-
rum:& proprie cũ extremitate eius groſſa:ab-
iecta cute eius. Et ſint rami,ſup quorũ inciſiõe,
nõ præteriit ſpatiũ. Et quoties exhauritur hu-
miditas rami,a decoctione medicamis: iterũ al-
terius humidi extremitate agitetur. Necnon &
aliorũ ramorũ partes humidiores incidãtur in
fruſta:& ponãtur in medicamine.Deinde mu-
tẽtur,dũ exiccãtur.Et hoc fiat,donec pficiatur
eius decoctio.Et fiat in terminũ horæ ignis:aut
ſicut prunæ,aut flammæ tenuis.

CCCXXVIII.

¶ Vnguentum diaphinicon,deſcriptione ara-
bica:& eſt nngnentum Arabicum:&c.

RECIPE folioꝝ cheiri,ſaluie,triaphyllõ alle-
luia,acori:ana lib.i. Terãtur cõtritiõe bõa
& fũde ſup ea ĩ uaſe lapideo olei roſati,aut myrti-
ni,& adipis zirbi uituli ãtiq,& colati:ana lib.ii÷
Dimitte p dies.ix.deĩde accipe myrrhæ mũdæ,
aloes ſuccotrĩſis: ana auꝛ.ix. Sarcocollæ:auꝛ.
vii. Terãtur,& cribrẽtur:& proiiciãtur ſup ea:
ĩ uaſe alio lapideo uini albi,aut ſucci arnogloſ-

ſæ longæ:in quo coctæ fuerint ex foliis eatũdẽ
herbarum: ana.℥.iii. Et ſit uini,aut ſucci quod
funditur ſnper ea quantitas ſufficiens ad diſſol-
uendum ea. Et dimitte per dies.vii. Deinde re-
deas ad herbas:& decoqne cum oleo:& adipe,
ebnllitionibus duabus:& cola:& exprime o-
leum & adipem. Et accipe huius expreſſionis:
lib.iiii÷. Lithargyri mundi,& triti contritione
ultima:lib.iii. Calchadis: ℥.iiii. Et terantur,&
coquantur,ſicut ſuperius diximns. Et agitẽtur
cnm ramo palmeo ſimiliter. Et bnlliat totũ e-
bullitione una:nſq̃ dum medicinæ color alte-
retur. Deinde deponatur ab igne:ſine ĩtermiſ-
ſione agitando:uſq̃ dum frigeat parum. Tunc
quoq̃ mucilagines ſpecierum:quæ ſunt in ui-
no diſſolntæ ante,paulatim fundas in eo:agi-
tando cũ piſtillo ferreo:donec bona fiat eorũ
permiſtio.Deinde perficiatur eins decoctio:ſi-
cut proxime diximus. Et eſt ſanum,& expertũ.
Et additur ab aliis arnogloſſæ: lib.i.& proprie
longæ. CCCXXIX.

¶ Emplaſtrum Arabicum:&c.

RECIPE Ex foliis herbarum eatũdem : ana
lib.i÷. Olei myrtini, adipis uituli anti-
qui:ana: ℥.ix. Myrrhæ, aloes: ana.ʒ.xii. Sar-
cocollæ: ʒ.ix. Diſſoluantur in uino,aut ſucco
herbarum:ſicut hic proxime diximus. Herbæ
qnoq̃ conterantur contritione ultima. Et ſun-
dantur ſuper illud,oleum,& adeps:& mucila-
gines rerum:& cum eis nitrioli: auꝛ.iiii.ponan-
tur. Et coquantur omnia cum facilitate:& fiat
totum ſicut pulmentũ:& adminiſtretur in pan-
no,aut in tenta. Et quandoq̃ diſſoluuntur ſpe-
cies,in ſucco arnogloſſæ longæ,aut amplæ:&
proprie in æſtate.Et eſt experimentum nobile.

CCCXXX.

¶ Vnguentum mirabile relatum ad
Nicodemum:&c.

RECIPE myrrhæ,aloes, ſarcocollæ:ana par-
tes æquales. Mellis deſpumati : dupium
ponderis omninm. Vini albi boni:qnantũ ſuffi-
cit. Coquantur cũ facilitate,uſq̃ dum habeant
ſpiſſitudinem. Et quandoq̃ additur in medici-
na uitrioli:circiter partem mediam. Et proprie
ad conſumptionem carnis:& eſt expertum.

CCCXXXI.

¶ Vnguentum Nicodemi aliud.

RECIPE Myrrhæ,aloes:ana quantũlibet : ui-
ni albi:qnantũ ſufficit. Terantur ſicut al-
cohol:& proiice ſuper ea uinum:& tere cũ eo
miſcendo:& iterum infunde uinũ ante modi-
cum terendo illud:& ſic dum fiat liquidũ,ſicut
mel:& adminiſtretur.Et ſunt,qui addũt uitrio-
li:ptis unius quartã.Et ſunt,q conficiũt cũ oleo
myrtino:& uio:uiciſſim paꝝ ĩ utroq̃ pon[illegible]do.

CCCXXXII.

℣ Vnguentum Cæſareos magnum: &c.

Recipe Ammoniaci. ℥.i. bdellii, olibani maſculi, ariſtolochiæ, ſarcocollæ: ana ʒ.v. Myrrhæ, galbani: ana. ʒ.iiii. Lithargyri: ʒ.xv. Aloes, opopanacis: ana. ʒ.ii÷. Floris æris: ʒ.iii. Reſinæ: ʒ.xiiii. Ceræ albæ: ℥.ii. Olei quantum ſufficit. Ammoniacum, & bdellium, & ſimilia, diſſoluantur in aceto. Lithargyrum teratur, & coquatur cum oleo, donec liqueſiat: & tunc remoueatur ab igne, donec frigeat parum. Et proiice ſuper ipſum ammoniacum, & cætera diſſoluta in aceto: & reduc ad ignem, donec coaguletur. Et poſt illud proiice ſuper ipſum reliquas medicinas: & adminiſtretur.

CCCXXXIII.

℣ Vnguentum Cæſareos paruum: &c.

Recipe Ariſtolochiæ, radicis ireos, ſanguinis draconis, ámoniaci, ſarcocollæ. ana ℥.÷. Lithargyri triti, & puluerizati ℥.v. Decoquatur lithargyrú cum olei lib.i. donec liqueſiat. & conficiatur cum aliis: ſicut diximus.

CCCXXXIIII.

℣ Vnguentum arthanitæ magnum: &c.

Recipe Succi arthanitæ. lib.iii. Succi cucumeris aſinini: lib.i. Olei irini: lib.ii. Butyri uaccini. lib.i. Pulpæ coloquintidæ: ℥.iii. Polypodii: ℥.vi. Euphorbii: ℥.÷. Quæ terenda ſunt, tere: & ſubmerge in ſuccis, & oleis: & pone in uaſe uitreato, ſtricti orificii: & ſtringe caput eius: & dimitte p dies octo. Deinde bulliat totú ebullitione una. & coletur. Et proiice ſuper colaturá Serapini: aur.v. Myrrhæ: aur.ii. Ita q̧ reſoluantur prius in aceti uini, quantitate ſufficienti. Et aggrega omnia inſimul: & bulliant, agitando ſemper, cum fuſte. uſq̧ ad ſuccorum fere conſumptionem. Tunc proiice ſuper ea Ceræ: ℥.v. Fellis uaccini: aur.v. Ferueant cum eis, uſq̧ dum liqueſiat cæra. Deinde pulueriza ſuper ea ſic conterendo Scammoneæ, aloes, mezereon, coloquintidæ: ana aur.v. Euphorbii: aur.ii. Salis gémæ aur.iii. Turbith: aur.v. Piperis longi, zinziberis, chamæmillæ. ana aur.ii. Cóficiatur, & adminiſtretur.

CCCXXXV.

℣ Vnguentum arthanitæ paruum: &c.

Recipe Succi arthanitæ, & uiſcoſitatis: quæ mulgetur ex radice filicis: & ſucci chamæactis: ana. ℥.ix. Succi extremitatum tamariſcis: ℥.ii. Olei irini: lib.ii. Iſopi humidæ: ℥.xv. Ammoniaci, bdellii: ana. ℥.i÷. Aceti quantum ſufficit ceræ citrinæ: ℥.vi. Corticis radicis capparorum: ℥.i÷. Spicæ: ʒ.iii. Fiat ſicut ſupius diximus.

CCCXXXVI.

℣ Vnguentum de lino: &c.

Recipe Opopanacis partē.i. Raſuræ panni de lino, antiqui, ſubtilis, & mundi partem mediam. Vini, & mellis, & olei roſati, aut myrtini. ana partes.v. Lithargyri, aloes, ſarcocollæ, myrrhæ: ana partis unius tertiá. Fiat unguentum ſic terendo in mortario: núc oleum, nunc uinum inſundendo: & adminiſtretur. Et quãq̧ additur in eo uitrioli: partis unius quarta.

CCCXXXVII.

℣ Vnguentum alhariel: &c.

Recipe Alhariel recētiú: ʒ.x. Axúgiæ porcinæ: ʒ.xlv. Terātur ſimul & dimittātur marceſcere, p dies.vii. deide bulliát. & colētur: & ſeruetur unguētú in uitri uaſe: & admiſtretur ubi oportet.

CCCXXXVIII.

℣ Vnguentum roſatum: &c.

Recipe Axungiæ porcinæ recentis quantitatem: qua uolueris: & lauetur in aqua calida nouies: & tátúdem cú aqua frigida. Deinde teratur cum ea roſaꝝ rubearum recentiú, quantúipſa eſt. & dimittantur marceſcere: per dies.vii. Deinde coquātur cú facilitate: & colētur: & iterú tantúdem roſarum teratur cú ea. & dimittantur per alios dies.vii. Et fundatur ſup ipſum ſucci roſarú: pars media. Olei amygdalini partis ſexta. Et iterú coquatur, uſq̧ ad ſucci conſumptionē. Deinde reponatur & adminiſtretur. Et quãq̧ diſrúpitur in aqua roſata, parum opii: & proiicitur in decoctione. Et eſt mirabile ubi oportet: & proprie qñ uigiliæ adſút.

CCCXXXIX.

℣ Vnguentum uiolatum: &c.

Fiat ſicut unguentum roſatum.

CCCXL.

℣ Vnguentú de Papauere: &c.

Fit cum capitibus recentiú papauerú. ſ. albi, & nigri: & axungia. Et fiat ſicut roſatum.

CCCXLI.

℣ Vnguentum Baſilicon maius: &c.

Recipe Ceræ albæ, reſinæ, ſepi uaccini, picis, glutinis alimbath, myrrhæ: ana. Olei: quantum ſufficit. in alio Ceræ: ℥.vi. Picis: ℥.iii. & aliorum: ana. ℥.i÷.

CCCXLII.

℣ Vnguentum baſilicon minus.

Recipe Reſinæ, picis, ceræ: ana. Olei q̄tú ſufficit.

CCCXLIII.

℣ Cærotum de Sandalis: &c.

Recipe Roſarú: ʒ.xii. Sandalorum rubeorum: ʒ.x. Sandali albi, & citrini: ana. ʒ.vi. Boli armeni. ʒ.vii. Spodii. ʒ.iiii. Camphoræ ʒ.ii. Ceræ albæ: ʒ.xxx. Olei roſati: lib.i.

Conficiantur, & adminiſtrētur. Et ſunt, qui lauāt oleum, & cærā prius: & poſteā permiſcent cum aliis. & eſt melius.

CCCXLIIII.

¶ Cærotū Galeni ultimū in infrigidatiōe: &c.

REcipe Cæræ albæ: ℥.i. Olei roſati: ℥.iiii. Et fit radix olei, oleū omphacinū. Aquæ fontis claræ: quantum ſufficit: Vt oleum multoties, & bene lauetur. Et quanto magis elaboratur, in lauando illud, tanto fit excellentius. Vltimo uero conquaſſetur cum aceto albo, & claro, & pauco: & conſeruetur.

CCCXLV.

¶ Vnguentum de Bdellio: &c.

REcipe Bdellii: ʒ.vi. Euphorbii: ʒ.ii. Caſtorei: ʒ iii. Serapini: ʒ.iiii Cæræ: ʒ.xv. Olei ſambacini, aut olei de cheiri: ℥.x. Bdelliū; & ſerapinum diſſoluātur in aqua rutæ agreſtis: cætera liniantur cum aqua calida: & fiat unguētum: & liniatur cum eo.

CCCXLVI.

¶ Vnguentum ualens ſimiliter.

REcipe Caſtorei: ʒ.ii. Pyrethri, euphorbii, ſtaphiſagriæ, zinziberis, ſinapis: ana ʒ.iiii. Succi aſphodiliorum, ſucci rutæ agreſtis. ana. ℥.iiii. Liniantur omnia cū ſuccis. Deinde coquantur cum cæræ. ℥.v. Olei roſati ℥.xx. uſq; ad ſuccorum conſumptionem. Deinde coletur & adminiſtretur.

CCCXLVII.

¶ Vnguentum Philagrii: &c.

REcipe Cæræ: ℥.iii. Iſopi humidæ, ſucci rutæ agreſtis: ana. ℥.ii. Euphorbii, piperis, ammoniaci, croci, olei balſami, caſtorei, glutinis alimbath, opopanacis: ana. ℥.ii. Sigiæ: ℥.ii÷. Olei: quantum ſufficit.

CCCXLVIII.

¶ Vnguentum aureum: &c.

REcipe Cæræ citrinæ: ℥.vi. Olei boni: lib. ii÷. Terebinthinæ; ℥.ii. Reſinæ, colophoniæ: ana. ℥.i÷. Olibani, maſticis: ana. ℥.i. Croci: ʒ.i.

CCCXLIX.

¶ Vnguentum de Ceruſa: &c.

REcipe Ceruſæ, merdaſengi: ana. ℥. vi. Plumbi adufti, ſcoriæ argenti: ana. ʒ.iiii. Maſticis, olibani: ana. ʒ.ii÷. Olei roſati, & aceti albi: quantum ſufficit. Terantur in mortario: & ponatur prius oleum: poſtea acetum: ana parum infundēdo. ita q; ſine intermiſſione terantur: nunc hoc, nunc illud infundendo: donec impinguetur. Si autem eo indiget pruritum habens: Argenti uiui: ʒ v. adde: & adminiſtra. Et quandoq; apud neceſſitatem, adde Ziniar: ʒ.ii.

CCCL.

¶ Vnguentum Syricinum: &c.

SVper unguentum de Ceruſa, adde Syrici ℥.i÷. Aloes, myrrhæ: ana. ʒ.iiii. Et utere.

CCCLI.

¶ Vnguentum ægyptiacum magnum: &c.

REcipe Floris æris: au℥.v. Mellis: au℥.xiiii. Aceti fortis: au℥.vii. Coque ſuper ignem, donec inſpiſſetur. Et ſunt, qui addunt ei olibanum maſculi triti: au℥.ii÷.

CCCLII.

¶ Vnguentum tripharmacum ifaciens: &c.

ACcipe Lithargyri triti ſicut alcohol: partem unā. Et funde ſuper ipſum, nunc oleum, nūc acetum: & teratur, & adæquetur: & proprie quantum ſufficit. Et adminiſtretur.

CCCLIII.

¶ Vnguentum tripharmacum aliud.

REcipe Lithargyri triti ſicut alcohol: partem unā aceti uini: tantūdem. Olei antiqui: partes duas. Coquantur cū facilitate, uſq; dum fiat eius ſpiſſitudo. Et adminiſtretur.

CCCLIIII.

¶ Vnguentum alpſoricon: &c.

REcipe Ceruſæ, lithargyri, pſoricon, aloes bonæ, climiæ argenti: argenti uiui extincti: ana partes æquales. Olei de oleādro, & aceti. quantum ſufficit. Fiat ſicut unguentum de Ceruſa.

CCCLV.

¶ Confectio pſoricon: &c.

REcipe Lithargyri albi calcanthi: ana partem unam. Floris æris partem mediam. Terantur cum aceto uehementer forti, in ſole tempore æſtiuo: fere per diem unā: ſemper autem modicum addendo acetū. Deinde ponatur in uaſe uitreo, & ſtringatur os eius: & ſepeliatur in fimo diebus. 40. Deinde admiſtretur.

CCCLVI.

¶ Cōfectio unguenti ſanantis uulnera: &c.

ACcipe Aloes boni, myrrhæ mundæ: ana partes æquales. Deinde tere uehementer cum ſucco abſinthii: & ſucco plantaginis: donec fiat ſicut mel. Et adminiſtretur cum coto: aut panno ſubtili.

CCCLVII.

¶ Iſopi cærotum diateſſaron: deſcriptione Democriti: &c.

REcipæ Cæræ citrinæ, terebinthinæ: ana ʒ.xii. Olei irini: ℥.iiii. Iſopi humidæ: ℥.ii÷. Et ex eis fiat unguentum: & admiſtretur.

CCCLVIII.

¶ Cærotum Galeni, ſtomachum confortans: &c.

Accipe

ACcipe Roſarum: ʒ.xx. Foliorum abſinthii ſicci: ʒ.xv. Maſticis: ʒ.xx. Spicæ indæ: ʒ.x. Tere ſubtiliter. Et accipe cæræ mũdæ: ℥.iiii. Olei roſati: lib. i ÷. Diſſoluãtur in igne: & lauentur lauationibus pluribus in aqua roſata. Deinde iterum diſſoluantur & lauentur in uino ueteri, & ſucco cytoniorũ, & aceto pauco. Deinde miſceantur cum puluere rerum: & fiat cærotum & adminiſtretur.

CCCLIX.

℃ Cærotum diapente: &c.

ACcipe cæræ citrinæ ℥.iii. Sigiæ: unciæ unius partem tertiam Terebinthinæ: ℥.i. Mucilaginis glutinis zanaham: ℥.v. Olei irini quantum ſufficit. Et eſt expertum.

CCCLX.

℃ Cærotum Alexandrinum: &c.

REcipe cimarum abſinthii, olibani: ana. ʒ.x. Ammoniaci, ſtoracis calamitæ: ana. ʒ.xii. Spicæ: ʒ.iii. Cæræ: ℥.iiii. Olei chamæmillæ: quantum ſufficit. Ammoniacum, & ſtoracem, in uino ſufficienti: per diem & noctem infunde. Abſinthium autem, & ſpicam tere: & cribra. Oleum uero, & cæram ſolue ſuper ignẽ & cũ eia reliqua miſce. CCCLXI.

℃ Cærotum aliud eiuſdem: &c.

REcipe caſtorei, euphorbii, piperis longi, & nigri: ana. ℥.i. Ammoniaci, opopanacis, galbani: ana. ℥.i ÷. Medullæ ceruinæ, medullæ cruria uaccæ: ana. ℥.ii. Terebinthinæ: ℥.vi. Storacis liquidæ. ℥.i. Adipis gallinæ, anatis, & anſeris, & adipis porci: ana. ℥.i ÷. Cæræ: lib.i. Olei ueteris, olei nardini, olei laurini, olei irini, olei naptici, olei chamæmillæ, & olei de cheiri: ana. ℥.viii. Olei balſami: ℥.iiii. Vini ueteris: quantum ſufficit ad infundendũ medicinas ſiccas. Et ſunt, qui addunt iſopi humidæ: ℥.iiii. Et eſt efficacius.

CCCLXII.

℃ Cærotum Andromachi: factum ex nouem medicinis: &c.

REcipe Storacis: ʒ.iiii. maſticis: ʒ.xii. Folii, ſpicæ: ana. ʒ.iii ÷. Euphorbii: ʒ.iii. cinnamomi: ʒ.vi. Cæræ albæ: ʒ.xx. Olei de ben: ℥.viii. Olei balſami: ʒ.xv. Fiat cærotum.

CCCLXIII.

℃ Emplaſtrum diachylon: &c.

REcipe ex fœnugræco, & ſemine lini, & radice althææ. ſ. de ſingulis mucilaginibus: ana partem unam. Lithargyri triti contritione ultima & mundi a plũbo, & a ſcoria partem. i ÷. Olei antiqui clari: partes. iii. Modus aũt operationis eius talis eſt. Lithargyrũ, & oleũ diu in mortario lapideo, cum piſtillo ferreo cõquaſſetur: & laboretur in eorum conquaſſatione multũ. Deinde bulliat ſuper ignẽ, cum facilitate, ſemp & indeſinenter agitãdo cum ſpatula: uſq; dum coaguletur lithargyrum. Tunc deponatur ab igne: & dimittatur infrigidari paulatim. Poſtea accipe mucilagines: & bulliant ebullitione aliqua. Deinde ante modicum proĩice mucilagines ſuper lithargyrum, & oleum: ſemper cũ piſtillo conquaſſando: donec decena fiat eorum permiſtio. Tunc coquatur ſuper ignem: uſque dum inſpiſſetur. Inquit Hamech. Fœliciſſimũ erit opus eius: ſi cum eo puluis ireos tritæ permiſceatur: Mirabilis eſt iuuamenti ad reſoluendum: & maturandum fortiora. Si autem mucilagines meliloti (& proprie ſeminia eius) operatio ipſius receperit: erit eius ſedatio fortior. Et ſunt, qui pro cõmuni oleo toleum irinum, et oleum de chamæmilla ponunt: & eſt in cunctis operatio eius nobilior.

CCCLXIIII.

℃ Emplaſtrum diachylon magnum: &c.

REcipe Lithargyri mũdi triti, & cribrellati: ℥.xii. Olei irini, & chamæmillini, & anethini: ana. ℥.viii. Mucilaginis ſeminis lini, mucilaginis radicum althææ, mucilaginis fœnugræci, mucilaginis ficuum pinguium, & mucilaginis paſſularum, & ſucci ireos, & ſucci ſquillæ, & iſopi humidæ, & Glutinis alzanahan: ana ʒ.xii ÷. Terebinthinæ: ℥.iii. Reſinæ pini, & cæræ citrinæ: ana. ℥.ii. Conficiatur ſicut diximus. Et eſt expertum. Inquit filius Zachariæ. Acquiritur & in decoctiõe, ut diſcedat a mollicie cæræ: & accedat ad ſpiſſitudinem unguentorum: & liniatur in pãno: & ſupponatur ubi oportet.

CCCLXV.

℃ Diachylon paruum: &c.

REcipe Lithargyri: ℥.vi. Olei ueteris clari: lib.i. Mucilaginis pſyllii: ℥.iiii. Mucilaginis hyoſcyami: ℥.i ÷. Mucilaginis ſeminis lini, et mucilaginis radicis maluæ: ana: ℥.ii. Cuius operatio eſt, ſicut operatio alterius.

CCCLXVI.

℃ Emplaſtrum de grania lauri: &c.

REcipe Olibani, maſticia, myrrhæ: ana. ℥.i. Granorũ lauri: ℥.ii. Cyperi, coſti: ana ℥. ÷. Mellis calidi: quantũ ſufficit ad aggregandum. Et extẽdatur in pãno: & calidũ ſuperponatur, ubi oportet. Si aũt triplicatur in eo cyperus: & ponitur de ſtercore caprarũ, aut uaccarũ ſicco, ad põdus omniũ: inuenitur mirabile ad hydropiſim. CCCLXVII.

℃ Emplaſtrũ ſtomachũ & hepar cõfortãs: &c.

REcipe Ligni aloes, abſinthii, gũmi arabici, maſticis, cyperi, coſti, zinziberis: ana

ʒ.÷. Calami aromatici, olibani, aloes: ana.ʒ.
iii. Garioſilorũ, macis, cinnamomi, ſpicæ, nu⸗
cis muſcatæ, galliæ muſcatæ, ſqnãti: ana.ʒ.i÷.
Aggregentur cũ miua aromatica: & extẽde ſup
pãnũ: et ſuffumigetur ſup ligno aloes: & ſup⸗
ponatur. CCCLXVIII.

℄ Emplaſtrum de galliaː &c.

RECipe Galliæ muſcatæ, ramich, ſumach,
acaciæ, ipoqſtidos, laudani, gallarũ non
perforatarũ, calami aromatici, roſarũ, et ſemi⸗
nis earũ, Sandalorũ alborum, et rubeorũ, ma⸗
ſticis, xyloaloes, gariofilorum, ſpicæ, olibani,
coſti, myrrhæ, cyperi, abſinthii: ana.ʒ.ii. Fiat
eorũ contritio bona. Deinde accipe foliorum
myrti humidæ, foliorũ lauri, aquæ roſatæ, &
uini pontici: ana.ʒ.i÷. Submerge in eis calefa⸗
ctis Tortellarũ de ſeni: ʒ.iii. Dactylorũ ſiccorũ
xii. numero. Et dimittatur per diẽ et noctẽ. De⸗
inde teratur & fiant ſicut puls: et miſceantur cũ
miuæ aromatizatæ. ʒ.iii. aut.iiii. Gũmi aſſati:
ʒ.vii. Coquãtur oĩa lento igne: uſq; ad ſpiſſitu
dinẽ mellis. Deinde aggrega cũ puluere rerũ:
et tere diu in mortario: donec fiat totum uiſco
ſum. Deinde lini ex eo ſup laminã: et ſuffumi⸗
ga cũ ligno aloes: et epithymetur cum eo.

CCCLXIX.

℄ Emplaſtrum aliud de galliaː &c.

RECipe Galliæ, ramich, roſarũ, et ſeminis
earũ, pulpæ ſumach, ſandalorũ alborũ, et
rubeorũ, ſpodii, ſanguis draconis, charabæ,
balauſtii, gallarũ, ipoqſtidos, acaciæ, corticum
mandragoræ, capitũ granatorũ: ana.ʒ.ii. cam⸗
phoræ: ʒ.÷. Tere: et fac puluerẽ. Et accipe ſuc
ci capreolorũ uinũ: ʒ.ii. Vuarũ agreſtiũ: ʒ.i. Suc
ci extremitatũ myrti hũidæ, et aceti: ana.ʒ.i÷.
Infunde in eis ſauich hordei, et granorũ myrti
tritorũ ſicut alcohol: ana.ʒ.iiii. Gummi arabici
aſſi: ʒ.vii. Et miſce cũ eis miuæ acetoſæ: ʒ.ii. uel
iii. et decoque in igne leui: uſq; dũ habeat ſpiſſi
tudinẽ uiſcoſam. Deinde aggrega oĩa ſimul cũ
ſpẽbus: et lini ex eo ſuper laminã: et ſuffumige
tur cũ xyloaloes: et epithymetur cũ eo. Et eſt ſa
nũ et exptũ. CCCLXX.

℄ Emplaſtrum relatum ad Andromachũː &c.

RECipe Sepi anatis, et picis: ana.ʒ.xviii. gũ
mi pini: ʒ.viii. Auripigmẽti rubei, et citri
ni, alumis iameni, calcis nõ extinctæ: ana.ʒ.xv.
Ammoniaci: ʒ.ii. Diſſoluatur ammoniacũ in
uino rubeo: et diſſoluatur in igne: et diſſoluan
tur cũ eo: olei lib.ii. Et pulueriz ãda pulverizẽ⸗
tur: et aggrega oĩa ſimul ſecũdũ decentẽ modũ
ꝑparationis eius. Et mitte ubi oportet, expan⸗
ſum i lamina. CCCLXXI.

℄ Emplaſtrum aliud Andromachi: &c.

RECipe Aquæ ardẽtis (& eſt aqua ſaponis)
lib.iiii. Granorum rizi, & frumẽti excor⸗
ticatorum: ana.ʒ.vii. Ponantur in uaſe uitrea⸗
to: & ſtringatur orificium eius uehementer: &
dimittatur per diem & noctem. Deinde agite⸗
tur cũ ligno: & claudatur. Et fiat hoc omni die:
donec grana diſſoluantur: & totum ſit factum
mucilaginoſum. Deinde reſeruetur. Cum aũt
eo uti oportet: recipiatur de eo ĩ uacuitate cor
ticis auellanæ: aut in nodo arũdinis: aut in cæ⸗
ra præparata: & ponatur ubi oportet. Facit.n.
cocturam ſicut cauteriũ. Et proprie dimiſſum
in loco tribus horis: aut plus, ſi oportet.

CCCLXXII.

℄ Emplaſtrum ſinapiſmum: &c.

RECipe Ficuum ſiccarum pingulum: partẽ
unam. Et infunde in aqua tepida per diẽ,
& noctem. Tũc exprime fortiter: ut nullus hu
mor in eis remaneat. Deinde ſinapim tritam cũ
aceto: cum eis miſceas: diligenter diu cõmiſcẽ
do. Et ſit ſinapis, pars una: & ficuum alia. Si aũt
uehemẽtioris uirtutis facere uolueris: pone de
ſinapi partes duas. Si autem minus: ex ficubus,
partes duas: & ex ſinapi, partem unam. Quan⸗
do aũt applicatur loco: dimittatur in eo: ſed au
feratur antequã uulneretur: & proprie quãdo
ſolum calefacere oportet. Et quandoq; dimit⸗
titur donec uulneretur: & proprie quãdo pro
fundarum materiarum excluſionem quæris: ſi
cut in ſciatica: & talibus. In defectu uero ſina⸗
pis: ſtercus bybalæ caprinæ, pridiæ i aceto infuſe po
nantur. Et eſt ad hydropiſim, & duriciẽ, & do⸗
lorem ſplenis efficax. Et quandoq; additur eis
ſimus columbarum agreſtium: & radix inulæ:
& ſemen naſturtii: & grana lauri: & confert ad
frigidas, & uentoſas ægritudines uiſcerum, &
ſplenis & hydropiſim: & ſimilia. Expertum eſt
ab antiquis medicis.

CCCLXXIII.

℄ Emplaſtrum de fermento: &c.

ILlud quod ex eo antiquius eſt: nobilius eſt,
cum melle diſtemperato: & ſint partes eorũ
æquales: & ſexta pars eorũ, ex uiſco quercino:
& octaua pars ammoniaci diſſoluti in aqua fœ
nu græci: aut lacte arboris mori: & modico fe
cis olei antiqui. Et eſt emplaſtrũ efficax, ad ex⸗
trahendum ſpinas: & furcillas: & oſſa carni in⸗
fixa: etiam ſi profunda ſint. Adhuc autem, acci
pe fermenti partem unam: ſucci mẽtæ, & ſucci
abſinthii: ana partẽ ÷. aceti uini, aut ſucci uuarũ
agreſtium: aut ſucci extremitatum uitium: aut
ſucci cytoniorum: quartam partem unius. Ma
cis, gariofilorum, ligni aloes, maſticis, ſpicæ,
foliorum roſarũ. Abſinthii ſicci. ana octauam

partem unius. Miſceantur omnia & coquātur
ad ignem: & emplaſtretur ex eis ſtomachus: &
hepar. Confert enim iuuamentum manifeſtū
ad debilitatem eorū. Et adhuc eius acetoſi par
tem unā, Succiendiuiæ, aut ſolatri, & aceti, aut
ſucci uuarum agreſtium, aut ſucci extremita=
tum uitium: ana partē mediam, farinæ hordei:
tertiam unius partis trium ſandalorum, folio=
rum roſarum, ſpodii, fauſel, ſieſ memithe, boli
armeni: ana ſextam unius partis. Succi portu=
lacæ, & mucilaginis pſyllii: ana quantū ſufficit,
ad aggregandum ea. Et fiat ex eis emplaſtrū: et
ponatur ſup hepar, & uiſcera in qbus eſt uehe
mens Inflāmatio: & erit mirabile. Præter hoc
autem, accipe fermenti, mellis, olei, lactis mu
lieris, Vitellorū ouorum: ana partes æquales.
Fiat emplaſtrum. Maturat enim, & rumpit apo
ſtemata, & delet. Si autem fortius facere uolue
ris emplaſtrū: adde galbani circiter partis me=
dietatem: & diſſolue cū eis. Quod ſi adhuc for
tius facere uolueris: adiūge eis Baurach: ſextā
unius partis. Stercoris colūbini, & gallinacei:
ana quartam unius partis: aut plus, aut minus.
Amplius autem, ſi aceto & ſale fermentum co
ques: hepati, & ſpleni neceſſariū in multis ægri
tudinibus inuenies. Amplius nāq, ſi ammonia
ci, & bdellii, & ficuum pinguium ſumes ana: &
partem mediam fermenti addideris: & proprie
diſſoluti in aceto, & foliorū rutæ, & fructus ta=
maricis, & baurach: ana quartam unius partis.
Et miſcueris omnia: & fortiter contundes: mi=
raberis effectum eius, ad groſſiciem ſplenis. Si
autem opus eſt ſiccare in uiſceribus cōtenta ſu
perflua: cum fermento, ſulphure, & ſale, cine=
rem uitium combuſtarum addes. Si aūt acrius
facere uolueris: aſphaltū addes. Si autē adhuc
acrius: euphorbiū adiunge. inquit Democri=
tus. In multis adhuc antiqui laudauerunt expe
rientiam eius: quod narrare prolixum eſt.

CCCLXXIIII.

¶ Emplaſtrum filii Zachariæ: &c.

REcipe Ceræ citrinæ: ℥.iii. Medullæ cru
ris uaccæ, adipis anatis, & adipis gallinæ
